This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

R. 4. 10.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXXII.

S. BASILIUS CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA ·

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

Digitized by Google

SÆCULUM IV.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ,

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

S. P. N. BASILII,

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

VEL QUÆ SUB EJUS NOMINE CIRCUMFERUNTUR,

AD MSS. CODICES GALLICANOS, VATICANOS, FLORENTINOS ET ANGLICOS, NECNON AD ANTIQUIORES EDITIONES CASTIGATA, MULTIS AUCTA : NOVA INTERPRETATIONE, CRITICIS PRÆFATIONIBUS, NOTIS, VARIIS LECTIONIBUS ILLUSTRATA, NOVA SANCTI DOCTORIS VITA ET COPIOSISSIMIS INDICIBUS LOCUPLETATA,

OPERA ET STUDIO

Monachorum ordinis sancti Benedicti e congregatione S. Mauri.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS QUARTUS.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 48 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

—

1857

Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XXXII CONTINENTUR.

S. BASILIUS MAGNUS, CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPUS.

Liber de Spiritu sancto. *col.* 67
Epistolæ. 219
APPENDIX HUJUS TOMI. Simeonis Logothetæ Sermones viginti quatuor de moribus, excerpti ex operibus Basilii. 1145

Monendus est Lector nos ad seriem Orientalem amandasse Basilii opuscula nonnulla quæ Syriace nuper prodierunt.

Ex Typis MIGNE, au Petit-Montrouge.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

IN QUA DE PLURIBUS REBUS AD DOCTRINAM S. BASILII PERTINENTIBUS DISSERITUR.

Hoc volumine continentur præclarissima antiquitatis monumenta, S. Basilii liber *De Spiritu sancto*, ejusque *Epistolæ*. Magna sane cujuslibet operis commendatio, nomen S. Basilii; neque enim quidquam ab illo ingenio profectum, quod medium et tolerabile videri possit. Sed libri *De Spiritu sancto* eo majus pretium, quod eum Basilius et longo usu in hæresibus vincendis exercitatus suscepit, et summo studio, ut in tempore magnis doctrinæ præsidiis indigente, invicta animi fortitudine, ut adversus potentes hæreticos, elucubravit. In *Epistolis* S. Basilii vetus disciplina præclaris institutis et canonibus illustratur, historia ecclesiastica ditatur uberi et copiosa rerum gestarum segete, formantur mores optimis præceptis, et, quod præcepta longe superat, depictis sine arte eximiis S. Basilii virtutibus. Neque etiam spernenda quæ in appendicem conjecta sunt, viginti quatuor orationes a Simeone Logotheta ex S. Basilii verbis et sententiis constructæ, et liber *De virginitate* auctorem habens episcopum S. Basilio æqualem vel certe supparem.

Sed quo pluris fiunt hæc monumenta, eo magis verendum ne longior mora pluribus displicuerit; et quia octo annorum intervallo prodit hoc volumen, minus curæ habuisse publicum commodum videamur. Non tamen negligentia, sed necessariæ causæ moras attulerunt. Nam eruditus sodalis, qui edendorum sancti Basilii operum curam suscepit, jam gravi ægritudine correptus erat, cum secundum volumen in lucem edidit. Defunctum hoc labore cupiditas bene de re ecclesiastica et litteraria merendi incitavit, ut tertium tomum repugnante valetudine pararet. Sed languidos conatus ingravescens morbus abrupit, vixque dimidium interpretationis suæ retractaverat, appositis e Tillemontio historicis notis, quas, abjecto scribendæ *S. Basilii Vitæ* consilio, necessarias ducebat; vix, inquam, hæc navaverat, cum vires penitus defecerunt, ac tandem piam et laudabilem vitam pretiosa in conspectu Domini morte conclusit anno 1725, die 3 Junii. Ad desiderium, quod illius virtutum ornamenta omnium nostrum animis incusserunt, illud accessit molestiæ, ut opus ab eruditis exspectatum, quodque multi ære suo jamdudum emerant, non tamen cito eorum manibus et judiciis committi posset. Jam enim quisque intelligit quantum laboris et operæ impendendum fuerit, non quidem in evolvendis codicibus mss. (collati enim cum editis fuerant diligenti manu, excepto tamen Harlæano, qui cum Medicæo et Coisliniano maximum exstitit præsidium), sed in aliis rebus, quæ ad accuratam editionem necessariæ sunt, præsertim in disponendis ordine chronologico epistolis, in concinnanda *S. Basilii Vita*, ejusque explananda doctrina, id quod jam nobis, misso longiori exordio, aggrediendum est.

§ I.

I. *S. Basilius minus commode interpretatur illud synodi Nicænæ*, ex alia essentia aut hypostasi. II. *Sed merito negat unam in tribus personis hypostasim a synodo admissam. Ipsi etiam trium hypostasium defensores sæpe hypostasim pro essentia sumunt.* III. *Novitas unius hypostasis.* IV. *Tres hypostases apud scriptores Nicæna synodo antiquiores.* V. *Quid synodus Nicæna senserit ex S. Alexandro et S. Athanasio spectatur.* VI. *Occidentalium sententia de hypostasi. Quo sensu eadem vox usurpata in sæcularibus scholis.*

I. Sanctus Basilius, ut erat acerrimus trium hypostasium defensor, dare noluit adversariis suis, vocem hypostasis eodem sensu ac essentiam a synodo Nicæna usurpatam fuisse. Refellit Basilii interpretationem Petavius (1), eamque hoc argumento impugnat, *quod qui isti synodo interfuere Patres aliqui, aut paulo certe postea floruerunt, tum collecti aliis in synodis, tum seorsim singuli* ὑπόστασιν *pro* οὐσίᾳ *sumpserunt : quod nunquam fecissent, si contrarium apud Nicæam ante fecissent.* Duo continentur hac Petavii sententia, quæ nobis distinguenda sunt, quamvis ipse non distinguat : nam non solum ὑπόστασιν pro οὐσίᾳ sumptam a Nicænis Patribus hoc loco fuisse, sed etiam unam in tribus personis hypostasim ab hac synodo et ab aliis quos citat Patribus admissam contendit. Examinandum ergo nobis est an Basilius in utroque reprehendendus sit, et quod hypostasim in fide Nicæna idem valere ac essentiam, et quod unam in tribus personis hypostasim a synodo admissam fuisse negaverit.

Locus ex quo ambigendi nata materia, legitur in fidei formula ab Eustathio, postulante Basilio, subscripta, quæ est epistola 125, olim 78 inter Basilianas. Ibi Sabelliani his synodi verbis abuti dicuntur : Ἐὰν δέ τις λέγῃ ἐξ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως τὸν Υἱὸν ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ

(1) Lib. IV *De Trin.*, cap. 1.

Digitized by Google

ἀποστολικὴ Ἐκκλησία : *Si vero quispiam dixerit ex alia essentia aut hypostasi Filium esse, eum anathemate ferit catholica et apostolica Ecclesia.* Deinde additur : Οὐ γὰρ ταυτὸν εἶπον ἐκεῖ οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν. Εἰ γὰρ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐδήλουν ἔννοιαν αἱ φωναὶ, τίς χρεία ἦν ἑκατέρων; Ἀλλὰ δῆλον ὅτι, ὡς τῶν μὲν ἀρνουμένων τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρὸς, τῶν δὲ λεγόντων, οὔτε ἐκ τῆς οὐσίας, ἀλλ' ἐξ ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως, οὕτως ἀμφότερα, ὡς ἀλλότρια τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ φρονήματος, ἀπηγόρευσαν· ἐπεὶ ὅπουγε τὸ ἑαυτῶν ἐδήλουν φρόνημα, εἶπον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν· οὐκέτι προσθέντες καὶ τὸ, ἐκ τῆς ὑποστάσεως. *Non enim idem dixerunt illic essentiam et hypostasim. Etenim si una et eadem notio subjecta vocibus, quid opus erat utraque? Sed perspicuum est, aliis quidem (Filium) ex Patris essentia esse negantibus, aliis vero neque ex essentia esse, sed ex aliqua alia hypostasi dicentibus, illos ita demum utramque opinionem tanquam a sententia ecclesiastica alienam rejecisse. Nam ubi suam ipsorum declarabant sententiam, dixerunt ex essentia Patris Filium, non amplius adjicientes illud, ex hypostasi.*

Non facile est statuere quosnam hæreticos Basilius, ob Filii originem ex alia quam Patris hypostasi deductam, a synodo notatos dicat. Videtur vel Valentinianos dicere, ut existimat Petavius, qui ex collatitia velut stipe ab æonibus conflatum esse Jesum asserebant; vel generatim Gnosticos, qui Christum non mundi creatoris, sed ignoti cujusdam dei filium esse fingebant. Legendum putat Combefisius, ut est in uno codice ms., ὅτι ἐξ οὐσίας, *aliis ex essentia illum quidem esse, sed ex alia hypostasi dicentibus.* Sed hæc emendandi ratio nec lucem affert, nec difficultatem minuit. Equidem non invitus concedam Petavio nihil omnino de ejusmodi hæreticis pronuntiasse synodum, nec satis firmo argumento Basilium niti, dum his vocibus, *ex alia essentia aut hypostasi*, duas res significari pertendit. Nihil enim vetat eamdem sententiam diversis verbis confirmari : neque hæc in symbolo Nicæno damnata propositio, *Erat aliquando, quando non erat*, dissimilis est sequenti, *Non erat antequam nasceretur.* Videtur ergo idem evenisse Basilio, quod interdum optimam sententiam tuentibus evenit, ut in iis solvendis quæ adversarii objiciunt, minus commode versentur. Difficile enim est non fateri his verbis, *ex alia hypostasi*, essentiam designari. Sed levissimus hic Basilii nævus est, nec causæ summam attingit, quæ tota vertebatur hoc cardine, utrum synodus Nicæna unam in tribus personis hypostasim admisisset. Etiamsi Basilius unius testimonii explicationem longius repetat, etiamsi concedere adversariis nolit, quod incolumi sua causa concedere poterat; in eo certe synodi mentem accuratissime perspexit, quod tres hypostases ab ea sublatas negaverit. Atque id quidem nobis paulo accuratius examinandum est, ac demonstrandum Nicænam synodum, etsi hypostasim pro essentia hoc loco sumpsit, non idcirco unam in tribus personis hypostasim admisisse : tres autem hypostases semper in Oriente, saltem a Noeti temporibus, summo consensu viguisse. Petavio assentiuntur alii theologi, in primis Thomassinus, qui in libro tertio *De incarnatione Verbi*, cap. 1, contendit, *non nisi senescente quarto Ecclesiæ sæculo hypostasis nomen ab usia seu essentia discriminatum esse*, idque allatis synodi Nicænæ et Athanasii testimoniis efficere conatur.

II. Fucum doctissimis viris fecit hypostasis voci subjecta interdum essentiæ significatio; et quoties vident apud antiquos scriptores hypostasim hoc sensu usurpari, inde concludunt unam his scriptoribus hypostasim placere. At plurimum peccat hæc rationis conclusio. Nam trium hypostasium acerrimus defensor Basilius sæpe hypostasim hoc sensu accipit. Ait in libro *De Spiritu sancto*, cap. 16, p. 33, Spiritum sanctum gratiam suam conferre angelis, Εἰς τὸν ἀπαρτισμὸν καὶ συμπλήρωσιν τῆς ὑποστάσεως αὐτῶν, *In hoc ut perficiatur compleaturque illorum substantia.* Non potest hoc loco ὑπόστασις aliter accipi ac οὐσία. Hinc in eodem capite, p. 32, sanctitas dicitur esse *extra substantiam* angelorum, ἔξωθεν τῆς οὐσίας, quia sanctitatem accipiunt a Spiritu sancto, nec eam a sua ipsorum essentia habent. Similiter lib. v *adversus Eunom.*, p. 321, omnis substantia justorum a Spiritu sanctificari dicitur : Πᾶσα ὑπόστασις δικαίων. . . ἡγίασται. In libro secundo, p. 252, totam Patris naturam ait in Filio imprimi velut in sigillo : aut quemadmodum artium substantia ex docentibus in discipulos tota transit, ὁποία τῶν τεχνῶν ἡ ὑπόστασις ἐκ τῶν διδασκόντων ὅλη τοῖς μαθητευομένοις ἐγγινομένη.

Gregorius Nazianzenus, cujus summa exstitit cum Basilio in tribus hypostasibus defendendis consensio, divinam essentiam hypostasis nomine designat in orat. 34, p. 542, ubi de Deo et de iis quæ circa Deum prædicantur, sic loquitur : Τί γὰρ ὄντι αὐτῷ κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν ὑπόστασιν, ὑπάρχει τὸ μὴ ἀρχὴν ἔχειν μηδὲ ἐξίστασθαι, μηδὲ περατοῦσθαι, ἀλλὰ ὅλον τὸ εἶναι περιλαμβάνειν, λείπεται προσφιλοσοφεῖν τε καὶ προσεξετάζειν· *Quid enim secundum naturam et hypostasim exsistenti, conveniat ei nec principium habere, nec a se unquam desciscere, nec fine ullo terminari, sed totum esse complecti, id præterea philosophandum et inquirendum relinquitur.*

Cyrillus Hierosolymitanus, quem cum S. Meletio et aliis trium hypostasium defensoribus conjunctissimum fuisse constat, interdum hypostasis nomine substantiam intelligit. Sic enim loquitur in cat. 6, n. 5 : Ἀκατάληπτός ἐστιν ἡ ὑπόστασις ἡ θεία· *Comprehendi non potest substantia divina;* et cat. 16, de Spiritu loquens ait : Φύσιν δὲ ἢ ὑπόστασιν μὴ πολυπραγμόνει· *Naturam aut substantiam ne curiose investiges.*

Sic etiam Epiphanius interdum ὑπόστασιν pro οὐσίᾳ sumit, velut cum ait hæres. LXXIV, n. 4, Μία

Digitized by Google

θεότης τῆς αὐτῆς δυνάμεως, τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως· *Una divinitas, ejusdem virtutis, ejusdem hypostasis.* Idem tamen sentiebat, τρεῖς ἀναγκαῖον εἶναι τὰς ὑποστάσεις, ὁμολογεῖν, *necesse esse tres hypostases confiteri*, idque conceptis verbis Basilio scripserat, qui hanc illius doctrinam plurimum laudat in epist. 258. Quare vitio non caret Epiphanii contextus in *Ancorato*, n. 6, ubi sic legitur: Ἐὰν γὰρ εἴπῃς τὸ ὁμοούσιον, ἕλυσας Σαβελλίου τὴν δύναμιν· ὅπου γὰρ ὁμοούσιον, μιᾶς ὑποστάσεώς ἐστι δηλωτικόν. Addendam esse negationem ac legendum οὐ μιᾶς vidit ipse Petavius, qui sic interpretatur: *Usurpando consubstantialis vocabulo Sabellii robur infringis: non enim consubstantialis vox singularem hypostasim significat.*

Ruunt ergo argumenta Petavii, et ex allatis exemplis perspicitur hypostasim interdum pro οὐσίᾳ sumi posse, quamvis tres hypostases admittantur, ac proinde Nicænos Patres, etiamsi hypostasim pro οὐσίᾳ sumpserint, non idcirco unam in tribus personis hypostasim decrevisse. Neque hujus rei longe petenda explicatio. Quamvis enim essentia sit id quod commune est tribus personis, hypostasis vero id quod proprium; sæpe tamen essentiæ nomine hypostasis comprehenditur, ac vicissim ipsa hypostasis essentiam comprehendit. Dum enim essentia sive natura consideratur, quatenus conjuncta est cum personalibus proprietatibus, sive cum hypostasi, tunc eodem sensu usurpatur ac persona sive hypostasis: unde S. Alexander Alexandrinus, cujus verba mox referemus, Patrem et Filium *duas hypostasi naturas vocat.* Sic etiam hypostasis, dum consideratur quatenus cum essentia conjuncta est, interdum pro essentia sumitur. Quemadmodum ergo sancti Patres, etsi interdum essentiam sumunt pro hypostasi, sive persona, non idcirco tres essentias admittunt; ita ex eo quod hypostasim nonnunquam sumant pro essentia, non sequitur unam ab illis hypostasim admitti.

III. Sed jam longius nobis promovenda Basilii defensio: hactenus enim probatum, immerito affingi synodo Nicænæ unam hypostasim: nunc probandum tres hypostases semper in Oriente usurpatas summo consensu fuisse, saltem a Sabellii et Noeti tempore; nec ullos habuisse adversarios, præter Antiochenos nonnullos, quos Latini hac voce ob linguæ suæ inopiam offensi in sententiam suam traxerunt.

Ipsa illa controversia, quæ de hypostasibus exorta est, eximio nobis argumento perpetuam Orientis doctrinam demonstrat. Discimus enim ex Gregorio Nazianzeno tres hypostases, antequam hæc prodiret dissensio, Ecclesiæ Orientalis usu, nemine repugnante, contritas fuisse. Sic enim loquitur S. Gregorius in orat. 21, p. 395: Τῆς γὰρ μιᾶς οὐσίας, καὶ τῶν τριῶν ὑποστάσεων λεγομένων μὲν ὑφ' ἡμῶν εὐσεβῶς· τὸ μὲν γὰρ τὴν φύσιν δηλοῖ τῆς θεότητος, τὸ δὲ τὰς τῶν τριῶν ἰδιότητας, νοουμένων δὲ καὶ παρὰ τοῖς Ἰταλοῖς ὁμοίως, ἀλλ' οὐ δυναμένοις διὰ στενότητα τῆς παρ' αὐτοῖς γλώττης καὶ ὀνομάτων πενίαν, διελεῖν ἀπὸ τῆς οὐσίας τὴν ὑπόστασιν, καὶ διὰ τοῦτο ἀντεισαγούσης [*leg.* ἀντεισάγουσι] τὰ πρόσωπα· ἵνα μὴ τρεῖς οὐσίαι παραδειχθῶσι, τί γίνεται; Ὡς λίαν γελοῖον ἢ ἐλεεινόν· πίστεως ἕδοξε διαφορὰ, ἡ περὶ τὸν ἦχον μικρολογία. *Nam cum essentia una, et tres hypostases a nobis pie dicerentur (quod alterum divinitatis naturam, alterum trium personarum proprietates declaret), atque eodem quidem modo apud Romanos intelligerentur, cæterum ob linguæ illius angustiam et verborum inopiam, hypostasim ab essentia distinguere non possent, eoque factum esset, ut ne tres substantias admittere viderentur, personarum vocabulum inducerent, quid tandem contigit? Res profecto ridicula vel potius miseranda: diversæ fidei speciem præbuit levis illa et jejuna de vocum sono altercatio.*

Habemus ergo totius dissensionis originem, et initium unius hypostasis. Antequam Latinis in interpretanda hypostasis voce molestiam facesseret linguæ inopia, nulla erat apud Græcos ea de re controversia, nulla varietas; ac proinde non solum Nicæni Patres, sed et quotquot hypostasis vocabulo ad efferendum dogma usi sunt, non unam hypostasim, sed tres hypostases dixerunt. Gregorii testimonium confirmat Acacius Beræensis, qui sic loquitur apud Cyrillum Alexandrinum, epist. 13: *Beatus Paulinus*, inquit, *tres hypostases aperte dicere recusabat, quamvis eadem virtute et veritate sentiret ac prædicaret. Secutus est autem piissimos Occidentis episcopos propterea quod angustior est lingua Romana, quam ut secundum Græcam nostram phrasim tres hypostases dicere queat.*

Illud etiam novitatem unius hypostasis demonstrare possit, quod cum epistolæ Sardicensis synodi adjuncta a nonnullis fuisset quædam fidei confessio, in qua una hypostasis, ut apostolica doctrina, tradebatur, hanc fidei confessionem Alexandrina synodus ut spuriam rejecit, ac Antiochenos hortata est (2), ut eam nec legi nec proferri paterentur. Eusebius Vercellensis in subscribendo eam ne proferendam quidem esse pronuntiat.

IV. Sed præcipuum nobis argumentum suppeditant scriptorum ecclesiasticorum testimonia, tum eorum qui ante concilium Nicænum floruerunt, tum eorum qui synodo interfuerunt, aut post eam scripsere. Nullus sane proferri potest, qui unam in tribus personis hypostasim dixerit: quotquot autem in explicando Trinitatis mysterio hypostasis voce usi sunt, tres hypostases summo consensu numerant.

Origenes tom. II *in Joannem*, p. 56, sic contra Sabellianos pronuntiat: Ἡμεῖς μέντοιγε τρεῖς ὑποστάσεις πειθόμενοι τυγχάνειν, τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα· *Nos autem persuasum habemus tres esse hypostases, Patrem et Filium et Spiritum sanctum.* Refellit in libro VIII *contra Cel-*

(2) Athanas. epist. ad Antiochenses.

Digitized by Google

sum, pag. 386, eosdem hæreticos, qui Patrem et Filium duas esse hypostases negabant; ipse vero *duas hypostasi res esse* asseverat, ὄντα δύο τῇ ὑποστάσει πράγματα.

S. Basilius in libro *De Spiritu sancto* cap. 29, n. 72, p. 61, citat illud Dionysii Alexandrini : Εἰ τῷ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις, μεμερισμένας εἶναι λέγουσι, τρεῖς εἰσι κἂν μὴ θέλωσιν· ἢ τὴν θείαν Τριάδα παντελῶς ἀνελέτωσαν· *Si eo quod tres sunt hypostases, divisas esse dicunt, tres sunt etiamsi nolint : aut divinam Triadem prorsus tollant.* Tres ergo hypostases admittit Dionysius Alexandrinus, sed eos refellit, qui ex eo quod tres sint, divisas esse contendebant, quasi non una esset in tribus essentia. Atque id quidem accurate observandum, ut perspiciamus quam immerito Dionysium Romanum cum Alexandrino pugnare existiment duo eximii scriptores, Petavius (3) et Pet. Coustant (4). Uterque enim unam hypostasim asseri contendit a Dionysio Romano in hoc testimonio apud Athanasium, lib. *De Decret. Nic.*, n. 26, p. 231 : Ἐξῆς δ' ἂν εἰκότως λέγοιμι καὶ πρὸς διαιροῦντας καὶ κατατέμνοντας καὶ ἀναιροῦντας τὸ σεμνότατον κήρυγμα τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καὶ μοναρχίαν εἰς τρεῖς δυνάμεις τινὰς καὶ μεμερισμένας ὑποστάσεις καὶ θεότητας τρεῖς· *Jam vero*, inquit, *æquum fuerit adversus illos disputare, qui augustissimam Dei Ecclesiæ prædicationem monarchiam in tres quasdam virtutes ac separatas hypostases tresque divinitates dividunt, discindunt destruuntque.* Nulla sane inter utrumque Dionysium sententiæ varietas : uterque hypostases divisas vituperat· neque una hypostasis Romano affingi potest, cum idem prorsus dicat ac Alexandrinus. Sed potius ex eo quod tres hypostases divisas refellat, non obscura conclusio est nihil eum reprehensurum fuisse, si una in tribus hypostasibus essentia fuisset admissa. Nullus ergo scriptor ante Nicænam synodum proferri potest, qui unam in tribus personis hypostasim docuerit.

V. Quid senserint Nicæni Patres ex duobus locupletissimis testibus perspici potest, S. Alexandro Alexandrino et S. Athanasio. Primus sic loquitur in epist. ad Alexandrum Constantinopolitanum apud. Theodoret. l. I *Hist. eccl.*, c. 4, p. 15 : Οἷόν ἐστι τό· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν· ὅπερ φησὶν ὁ Κύριος, οὐ Ἡατέρα ἑαυτὸν ἀναγορεύων, οὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφηνίζων, etc. *Cujusmodi est illud : « Ego et Pater unum sumus [1]. » Quod quidem Dominus dicit, non quo seipsum Patrem renuntiet, nec quo duas hypostasi naturas* (hoc est, duas hypostases) *unam esse demonstret*, etc. Alibi explicabitur, cur S. Alexander duas hypostasi naturas dicat : nunc satis est monere, eum hac loquendi ratione usum esse, quia naturam, quæ una prorsus est numero, ut conjunctam cum personalibus proprietatibus in unaquaque persona considerabat.

Non discedit ab optimi decessoris et magistri vestigiis Athanasius, qui sub finem libri, quem de verbis Domini scripsit, *Omnia mihi tradita sunt* [2], etc., sic loquitur (pag. 108) : Τὸ γὰρ τρίτον τὰ τίμια ζῶα ταῦτα προσφέρειν τὴν δοξολογίαν, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, λέγοντα, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τελείας δεικνύντα ἐστίν· *Dum ter veneranda illa animalia glorificationem proferunt, « Sanctus, sanctus, sanctus [3], » tres hypostases perfectas ostendunt.* Et in libro Περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ Λόγου (p. 878) : Μία γὰρ ἡ θεότης καὶ εἷς Θεὸς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν· *Una enim deitas et unus Deus in tribus hypostasibus.* Hypostasis eodem sensu sumitur in libro, *Quod unus est Christus.* Postremum hoc opus abjudicant nonnulli Athanasio, de secundo non deest omnino dubitandi locus. At primum a nemine in dubium revocatur; si tamen excipias Tillemontium, qui fatetur se hac una re detineri quominus hoc opus certissime attribuat Athanasio, quod illud de tribus hypostasibus testimonium pugnare videatur cum tribus aliis Athanasii locis, in quibus sanctus Pater hypostasim pro essentia sumit, nempe in *Epistola ad Afros*, in libro *De synodis*, et in quarta *adversus Arianos oratione.* Sed etiamsi demus his in locis, quæ Petavius argumenti loco protulit, hypostasim idem esse ac essentiam; certe non ait Athanasius unam esse in tribus personis hypostasim, sed idem facit quod ab acerrimis trium hypostasium defensoribus factum demonstravimus. Sed tamen si excipias librum *De synodis*, ubi ait Basilium Ancyranum *confiteri ex Patris essentia esse et non ex alia hypostasi Filium*, καὶ μὴ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, in aliis duobus testimoniis ad personam ipsam hypostasis revocari potest. Sic enim loquitur in *Epist. ad Afros* (pag. 894) : Ἡ δὲ ὑπόστασις οὐσία ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ἄλλο σημαινόμενον ἔχει, ἢ αὐτὸ τὸ ὄν· ὅπερ Ἱερεμίας ὕπαρξιν ὀνομάζει λέγων, *Καὶ οὐκ ἤκουσαν φωνὴν ὑπάρξεως.* Ἡ γὰρ ὑπόστασις καὶ ἡ οὐσία, ὕπαρξίς ἐστιν· ἔστι γὰρ καὶ ὑπάρχει. *Hypostasis autem substantia est, neque aliam habet significationem, quam hoc ipsum quod est : quod Jeremias vocat* ὕπαρξιν, *seu exsistentiam, dicens : « Et non audierunt vocem exsistentiæ meæ [4]. » Nam hypostasis et substantia, idipsum est quod* ὕπαρξις, *seu exsistentia : est enim et exsistit.* Et in orat. quarta *in Arianos* (pag. 617) : Ὥσπερ δὲ μία ἀρχὴ καὶ κατὰ τοῦτο εἷς Θεὸς, οὕτως ἡ τῷ ὄντι καὶ ἀληθῶς καὶ ὄντως οὖσα οὐσία καὶ ὑπόστασις, μία ἐστὶν ἡ λέγουσα· Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν· καὶ οὐ δύο, ἵνα μὴ δύο ἀρχαί· *Porro quemadmodum unum est principium et proinde unus Deus, ita quæ verissime est essentia et hypostasis, una est quæ dicit : « Ego sum qui sum [5], » non autem duæ, ne scilicet duo sint princi-*

[1] Joan. x, 30. [2] Luc. x, 22. [3] Apoc. iv, 8. [4] Jerem. ix, 10. [5] Exod. iii, 14.

(3) Lib. iv *De Trin.*, cap. 1.

(4) *Epist. Rom. Pont.* p. 290.

Digitized by Google

pia. In primo testimonio mirifice consentit Athanasius cum aliis Patribus Græcis, qui hypostasis nomen opposuere hæreticis Verbum et Spiritum sanctum exsistere negantibus, et idcirco tres hypostases defenderunt. In altero Patrem manifeste designat, et deitatis unitatem ex eo probat, quod solus Pater principium sit, a quo duæ aliæ personæ.

Atque etiamsi Athanasius in aliis operibus unam hypostasim admisisset, nihil id detrahere posset de testimonio, quod eruimus ex libro in illud, *Omnia mihi tradita sunt.* Scriptus enim hic libellus ante mortem Eusebii Nicomediensis, id est, ante annum 342. Nondum tunc percrebuerant de hypostasi controversiæ; nec causa suberat ulla, cur Athanasius eam loquendi rationem fugeret, qua non solum Alexander, sed etiam Origenes et Dionysius Alexandrinus usi fuerant. Quamobrem etiamsi Athanasium arcta cum Latinis et Antiochenis conjunctio ad professionem unius hypostasis adduxisset, non idcirco priora illius scripta in dubium venire deberent. Sed tamen asseverare licet nusquam eum unam in tribus personis hypostasim ponere; imo ex quarta illius adversus Arianos oratione duo proferam testimonia, in quibus hypostasim eodem prorsus sensu ac Origenes et S. Alexander, usurpat. Sic igitur loquitur n. 25, p. 636 : Μαίνεται μὲν οὖν Ἄρειος ἐξ οὐκ ὄντων εἶναι λέγων τὸν Υἱόν, καὶ ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν· μαίνονται δὲ καὶ Σαβέλλιος λέγων τὸν Πατέρα εἶναι Υἱόν, καὶ ἔμπαλιν τὸν Υἱὸν εἶναι Πατέρα, ὑποστάσει μὲν ἕν, ὀνόματι δὲ δύο· *Quocirca insanit profecto Arius, cum ait Filium ex nihilo esse, fuisseque aliquando cum non esset; insanit pariter Sabellius, cum Patrem Filium esse, et Filium Patrem esse docet, unum quidem hypostasi, sed nomine duos.* Et sub finem ejusdem orationis : Τὸ τοίνυν λεγόμενον ὑπὸ τοῦ μακαρίου Πέτρου, ὀρθὸν, καὶ εἰλικρινῆ τὴν θεότητα τοῦ Μονογενοῦς κηρύσσει, οὐ τὴν ὑπόστασιν χωρίζων τοῦ Θεοῦ Λόγου ἀπὸ τοῦ ἐκ Μαρίας ἀνθρώπου· *Rectum est igitur quod ait beatus Petrus qui veram Unigeniti prædicat divinitatem, nec Dei Verbi hypostasim disjungit ab homine ex Maria assumpto.* In hoc postremo testimonio hypostasis multo aptius ad personam quam ad substantiam revocatur. In primo autem contendit Petavius non personam, sed id tantum quod revera exsistit, intelligendum esse. At negare non potest unam hypostasim rejici. Porro tres hypostases non alio consilio sancti Patres defenderunt, nisi ut Filium et Spiritum non efficientias quasdam ac nomine tenus personas esse, sed Filium vere ut Filium, Spiritum sanctum vere ut Spiritum exsistere probarent. In eamdem prorsus sententiam loquitur Athanasius, dum Patrem et Filium hypostasi unum dici non patitur. In quo consentit cum decessore suo, qui duas in Patre et Filio hypostases agnoscit; consentit cum Basilio, qui unum hypostasi Deum a Sabellio prædicari docet, epist. 214, n. 3. Unum addam Athanasii locum, in quo manifeste tres hypostases, ut supra Dionysius uterque, admittit. Οὔτε τρεῖς ὑποστάσεις, inquit in *Expos. fid.* n. 2, μεμερισμένας κατ' ἑαυτὰς, ὥσπερ σωματοφυῶς ἐπ' ἀνθρώπων, ἔστι λογίσασθαι. *Neque tres hypostases per seipsas divisas, ut in hominibus pro natura corporum accidit, fas est in Deo cogitare.*

Post concilium multo uberiorem habemus testium copiam : nam si singulos sæculi quarti scriptores Græcos enumeremus, totidem erunt trium hypostasium defensores, quibus etiam adjungendum est concilium primum CPol., sive œcumenicum secundum. Docet enim hæc synodus in epistola ad Damascum unam esse Patris et Filii et Spiritus sancti essentiam, ἐν τρισὶ τελείαις ὑποστάσεσιν, ἤγουν τρισὶ τελείοις προσώποις, *in tribus perfectis hypostasibus, sive tribus perfectis personis.* Non utar auctoritate Gelasii Cyziceni, qui in Actis Nicæni concilii Osium inducit (parte II, c. 12) ex mandato ac decreto totius synodi respondentem ac τριάδα ὑποστάσεων prædicantem. Nemo est enim qui multum hujus scriptoris testimonio tribuat. At sequentibus sæculis summum fatetur Petavius consensum exstitisse Græcorum in tribus hypostasibus prædicandis.

VI. Ipsi Occidentales eamdem loquendi rationem libenter ad usus suos asciverunt, postquam substantiæ voce inventa difficultas omnis evanuit. Atque id quidem sæculo quinto contigit. Sed tamen longe antea videntur perspexisse tres hypostases percommode Græco sermone usurpari. Id colligitur ex epistola 214 Basilii, n. 4, ubi sic loquitur : Περὶ δὲ τοῦ, ὅτι ὑπόστασις καὶ οὐσία οὐ ταυτόν ἐστι, καὶ αὐτοὶ, ὡς νομίζω, ὑπεσημήναντο οἱ ἀπὸ τῆς Δύσεως ἀδελφοὶ, ἐν οἷς τὸ στενὸν τῆς ἑαυτῶν γλώττης ὑφορώμενοι, τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα τῇ Ἑλλάδι φωνῇ παραδεδώκασιν· ἵνα, εἴ τις εἴη διαφορὰ τῆς ἐννοίας, σώζοιτο αὐτὴ ἐν τῇ εὐκρινεῖ καὶ ἀσυγχύτῳ διαστάσει τῶν ὀνομάτων· *Quod autem hypostasis et essentia idem non sunt, id et ipsi, ut puto, subindicarunt Occidentales fratres, dum linguæ suæ angustias subveriti, essentiæ nomen lingua Græca tradiderunt, ut si qua esset sententiæ discrepantia, illa ipsa servaretur in clara et minime confusa nominum diversitate.*

Quinetiam ipse Damasus tres hypostases videtur admisisse. Nam in epistola ad Paulinum prædicat *unum Deum in tribus hypostasibus :* Θεὸν ἕνα ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν. Spuria videntur hæc postrema verba doctissimo Epistolarum pontificum Romanorum editori propterea quod desunt in exemplaribus Latinis. Sed tamen confirmari possent Flaviani testimonio, qui Paulinum coram magistro militum sic alloquitur apud Theodoretum l. v, c. 3, p. 201 : Εἰ τὴν Δαμάσου, ὦ φιλότης, κοινωνίαν ἀσπάζῃ, ἐπίδειξον ἡμῖν σαφῶς τὴν τῶν δογμάτων συγγένειαν. Ἐκεῖνος γὰρ μίαν τῆς Τριάδος οὐσίαν ὁμολογῶν, τὰς τρεῖς ὑποστάσεις διαῤῥήδην κηρύττει· σὺ δὲ ἄντικρυς τῶν ὑποστάσεων ἀναιρεῖς τὴν Τριάδα. *Si Damasi communionem amplecteris, o amice, doctrinæ nobis manifestam similitudinem ostende. Nam ille quidem unam eamdemque Trinitatis substantiam*

Digitized by Google

confitens, tres hypostases diserte prædicat. Tu contra, Trinitatem tollis hypostaseon. Ex his patet Damasum sui cum Græcis consensus aliquod monumentum edidisse, quod in Oriente notum omnibus et testatum esset. Nam nihil prorsus respondere potuit Paulinus, teste Theodoreto. Nullum autem videtur aptius proferri posse monumentum, in quo id præstiterit Damasus, quam epistola ad Paulinum. Objicit Petavius synodi Romanæ epistolam sub eodem Damaso, in qua una hypostasis et essentia docetur. Sed hypostasis vocem merito deesse in exemplaribus Latinis probavimus, not. ad epist. 93, p. 186.

Videor mihi ex his posse concludere neminem prorsus exstitisse inter Catholicos Orientales, qui unam in tribus personis hypostasim admitteret, præter Paulinum Antiochenum ejusque amicos. Neque etiam dicere verebor tres hypostases immerito a S. Hieronymo, ut loquendi rationem sua sponte non accuratam vituperari. *Tota sæcularium litterarum schola*, inquit in epistola ad Damasum papam, *nihil aliud hypostasim nisi usiam novit: et quisquam, rogo, ore sacrilego tres substantias prædicabit?* Etsi abundabat eruditione S. Hieronymus, videntur tamen hac in re opiniones anticipatæ ei illusisse. Nam Budæus et post eum Henricus Stephanus observant sæpe apud antiquos scriptores hypostasim de iis dici quæ vere exsistunt, et iis opponi quæ specie tantum aut cogitandi ratione. Unde Budæus in *Commentariis* profert hunc Aristotelis locum *De mundo*, cap. 4 : Συλλήβδην δὲ τῶν ἐν ἀέρι φαντασμάτων τὰ μέν ἐστι κατ' ἔμφασιν, τὰ δὲ καθ' ὑπόστασιν · *Ad summam eorum, quæ in aere apparent, alia specie tenus exsistunt, alia habent etiam hypostasim.* Addit etiam illud Themistii in *Phys.* II : Ἃ μηδὲ τῷ λόγῳ χωριστὰ, ταῦτα καὶ ὑποστάσει χωρίζουσι · *Quæ ne ratione quidem separari possunt, ea etiam hypostasi separant.* Cum ergo hypostasis opponatur iis quæ sola ratione aut specie tantum exsistunt, merito sancti Patres, ut Patrem vere esse patrem, Filium vere esse filium, Spiritum vere esse spiritum ostenderent, tres hypostases prædicarunt contra Sabellium et Noetum, qui cum tres quidem personas dicerent, teste Basilio epist. 214, n. 3, sed hoc personæ nomen ad metaphoricos sensus detorquerent; aliquid eis opponi debuit, quod pariter eludere non possent. At nihil ad eam rem aptius, nihil significantius hypostasis voce. Unde Sabellius unum prorsus hypostasi Deum esse contendebat, ut ibidem testatur Basilius.

§ II.

I. *Videtur S. Basilius prima specie pugnare cum S. Athanasio et S. Gregorio in tribus hypostasibus defendendis.* II. *Non tamen discedit a debita animi moderatione. Quo sensu hanc quæstionem magni momenti esse duxit. Quo sensu cum defensoribus unius hypostasis communionem ineundam negavit.*

I. Quamvis S. Basilius in defendendis tribus hypostasibus traditionem Ecclesiæ secutus sit, forte tamen a nonnullis eo nomine accusabitur, quod nimio abreptus studio a temperamentis in synodo Alexandrina præscriptis discesserit. Cum enim audivisset anno 375 Paulinum acceptis Roma perhonorificis litteris vehementer efferri, ejusque amicos cum Ecclesia S. Meletii conjungi velle, ac operam dare ut Terentium in partes suas traherent; statim scripsit ad hunc comitem, ut ejus animum præoccuparet, aut si qua eum opinione adversarii præoccupassent, penitus convelleret. In hac autem epistola sic suam de hypostasibus sententiam exponit : Οὐ μέντοι τούτου γε ἕνεκεν δυνάμεθά ποτε ἑαυτοὺς πεῖσαι, ἢ Μελέτιον ἀγνοῆσαι, ἢ τῆς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας ἐπιλαθέσθαι, ἢ τὰ' ζητήματα, ὑπὲρ ὧν ἐξ ἀρχῆς ἡ διάστασις γέγονε, μικρὰ ἡγήσασθαι, καὶ ὀλίγην ἔχειν διαφορὰν νομίσαι πρὸς τὸν τῆς εὐσεβείας σκοπόν. Ἐγὼ γὰρ, οὐχ ὅπως εἰ ἐπιστολήν τις ἀνθρώπων δεξάμενος ἐπ' αὐτῇ μέγα φρονεῖ, τούτου ἕνεκεν ὑποσταλῆναί ποτε καταδέξομαι · ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐξ αὐτῶν ἥκῃ τῶν οὐρανῶν, μὴ στοιχῇ δὲ τῷ ὑγιαίνοντι λόγῳ τῆς πίστεως, δύναμαι αὐτὸν κοινωνὸν ἡγήσασθαι τῶν ἁγίων · *Non idcirco tamen mihi ipse unquam persuadere possim, ut aut Meletium ignorem, aut Ecclesiæ cui præest obliviscar, aut quæstiones, de quibus ab initio nata dissensio, exiles putem, et parvi ad pietatis propositum momenti. Ego enim non solum, si quis ob acceptam ab hominibus epistolam efferatur, non idcirco abstrahi me unquam et subduci patiar : sed neque, si ex ipsis missa sit cœlis, nec sanam ille profiteatur fidei doctrinam, possum illum sanctorum communionis participem existimare.* Cur autem de hac quæstione et de Paulino sic sentiat, hanc affert rationem, quod Paulinus, dum unam hypostasim, tres personas perfectas admittit, in hoc a Sabellio non discedat, qui pariter unam hypostasim, et tres personas admiserat. Quare contendit Basilius conjunctionem cum ejusmodi hominibus unam hypostasim profitentibus, sine gravissimis incommodis iniri non posse : Τίς δ' ἂν γένοιτο τῆς διαβολῆς ταύτης χαλεπωτέρα, καὶ μᾶλλον δυναμένη τοὺς πολλοὺς διασαλεῦσαι, ἢ εἰ φανείησάν τινες ἐξ ἡμῶν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος μίαν ὑπόστασιν λέγοντες · *Quænam autem hac calumnia gravior esse possit, et ad multos commovendos aptior, quam si qui ex nobis videantur Patris et Filii et Spiritus sancti unam hypostasim dicere?* In eamdem sententiam sic alloquitur Epiphanium in epistola 258, n. 3 : Ἱκανῶς δέ μου κἀκεῖνο τὴν ψυχὴν παρεκάλεσε, τὸ προστεθὲν παρὰ τῆς σῆς ἀκριβείας τοῖς λοιποῖς καλῶς καὶ ἀκριβῶς θεολογηθεῖσι· τὸ τρεῖς ἀναγκαῖον εἶναι τὰς ὑποστάσεις ὁμολογεῖν. Ὥστε τοῦτο καὶ οἱ κατὰ Ἀντιόχειαν ἀδελφοὶ διδασκέσθωσαν παρὰ σοῦ, πάντως δέ που καὶ ἐδιδάχθησαν· οὐ γὰρ ἂν εἶλου δηλονότι τὴν πρὸς αὐτοὺς κοινωνίαν, μὴ τοῦτο αὐτῶν μάλιστα τὸ μέρος ἀσφαλισάμενος · *Valde autem meum illud etiam animum recreavit, quod diligentia tua cæteris præclare et accurate tractatis adjecit,*

Digitized by Google

necesse esse tres hypostases confiteri. Quapropter fratres Antiocheni hoc etiam a te edoceantur; profecto autem jam edocti sunt : nam sine dubio eorum amplexus non esses communionem, nisi maxime tibi de hoc capite cautum esset.

Videntur hæc prima specie pugnare cum Gregorii Nazianzeni de hac quæstione judicio, et summa Athanasii in sedanda discordia animi moderatione. Hæc enim controversia videtur Gregorio (or. 21, p. 396) *res prorsus ridicula vel miseranda, ὡς λίαν γελοῖον ἢ ἐλεεινόν· levis et jejuna de vocum sono altercatio, ἡ περὶ τὸν ἦχον μικρολογία.* Plenis manibus Athanasium laudat, qui *utraque parte leniter et benigne accita, verborumque sententia diligenter et accurate perpensa, posteaquam concordes reperit, nec, quantum ad doctrinam, ullo modo inter se dissidentes, ita negotium transegit, ut nominum usum concedens rebus eos constringeret.* Num igitur Basilius cum Gregorio et Athanasio pugnat, ac permagni ad pietatem momenti esse censet, quod isti levissimi esse momenti ducebant? Num necessarium confiteri esse statuit, quod cujusque arbitrio relinquebant; et quibus nullam prorsus modestiam volebant exhiberi, eos ad communionem negat admitti oportere?

II. Ut S. Patris sententia perspiciatur, observandum est 1° eum accuratissime servare quod præcipue ab Alexandrina synodo sancitum fuerat, ut neutra pars alteri hæresis aut erroris notam inureret. Hoc maxime ridiculum vel potius miserandum Gregorio videbatur, quod *de fide controversia esse videretur levis et jejuna de vocum sono altercatio:* quod objiceretur *Sabellianismus ob tres personas, et Arianismus ob tres hypostases;* quod eo tandem res adducta esset, *ut periculum esset, ne orbis terrarum fines una cum syllabis abrumperentur.* Nihil ejusmodi commissum a Basilio, qui in hac ipsa ad Terentium epistola adversarios suos domesticos fidei appellat, eosque simplicitate magis, quam malitia ad Sabellianorum loquendi similitudinem accedere fatetur, et in pluribus aliis locis eorum fidei testimonium tribuit, ut in epist. 156, n. 1, ubi eos, qui Antiochiæ inter se dissident sententia divisos esse negat. Hinc etiam in epist. 258, n. 3, fratres Antiochenos vocat eos qui a Paulini partibus stabant, precatur ut Ecclesiam Antiochenam, quæ in doctrina consentit, aliquando conjunctam videre contingat, nec jam ipsa contra se recta fides scissa sit.

Non erat ergo Basilius ex vehementi illo hominum genere, de quibus Hieronymus in epistola ad Damasum papam sic loquitur: *Interrogemus*, inquit, *quid tres hypostases posse arbitrentur intelligi. Tres personas subsistentes aiunt : respondemus nos ita credere. Non sufficit sensus, ipsum nomen efflagitant: quia nescio quid veneni in syllabis latet. Clamamus, si quis tres hypostases, ut tria enypostata, hoc est tres subsistentes personas, non confitetur, anathema sit. Et quia vocabula non ediscimus, hæretici judicamur.* Deerat sane ejusmodi hominibus eximia illa virtus, quæ in omnibus Basilii dictis et factis elucebat, lenitas et animi moderatio. Suspicatur tamen Tillemontius (t. XII, p. 46) Hieronymum non sibi constare in his narrandis. Nam cum vehementes illi trium hypostasium defensores, inquit eruditus scriptor, nihil aliud peterent ab Hieronymo, nisi ut tres hypostases confiteretur; quomodo non eos placasset trium hypostasium confessione? Deinde vero postquam tres hypostases confessum se esse narravit, cur statim addit, *Et quia vocabula non ediscimus?* Videntur hæc pugnantia Tillemontio. Sed minus animadvertit doctissimus criticus Hieronymum hoc loco non tres hypostases confiteri, sed medium se esse velle inter utrasque partes. Non enim dicit, Si quis tres hypostases non confitetur, anathema sit: sed is est sensus illius verborum: Si quis tres hypostases confitendo, non ut tres personas subsistentes, sed ut tres substantias confitetur, anathema sit. Id patet ex his quæ sequuntur: *Si quis autem hypostasim usiam intelligens, non in tribus personis unam hypostasim dicit, alienus a Christo est.* Secum ergo non pugnabat Hieronymus, sed neutram loquendi rationem amplectens, quidquid utrique poterat inesse vitii, id prorsus rejiciebat, nec tamen placare poterat morosos illos adversarios.

2° Neque etiam reprehendendus Basilius, quod exortam de hypostasibus controversiam magni esse momenti duxerit, neque in hoc pugnat cum synodo Alexandrina. Etsi enim hæc quæstio tanti esse non debebat, ut inter Catholicos idem sentientes pax dissiliret; erat tamen satis magni momenti, si spectetur hæreticorum ad accusandam Ecclesiam ingenium proclive. Cum enim Catholicis Sabellianismum affingere non desinerent, campum illis ad calumnias aperuisset unius hypostasis ad exemplum Sabellii confessio. Quare cum Epiphanio assentitur, necesse esse tres hypostases confiteri; nequaquam id necessarium esse putat, ut Catholicus aliquis habeatur, sed ut locus Arianorum calumniis non detur, addo etiam, ut servetur accepta a majoribus traditio.

3° Cum tanto animi ardore in id incumbit Basilius, ne unius hypostasis defensores cum Ecclesia Meletii conjungantur, seque adduci posse negat, ut Paulinum communionis sanctorum participem agnoscat; diligenter expendendum quid ei propositum fuerit. Non enim id agebatur, ut schismati Antiocheno finis imponeretur, et ad legitimum pastorem S. Meletium oves redirent. Si tanti commodi spes affulsisset, certo scio Basilium omnia paci et charitati posthabiturum fuisse, ac libenter suscepturum Paulini plebem et clerum, etiamsi unam hypostasim admitterent. Sed Paulini amicorum consilia omnia eo spectabant, ut Paulinus, excluso S. Meletio, solus Antiochiæ præesset. Hinc Basilius in eadem epist. 214, n. 1, adduci se posse negat, *ut aut Meletium ignoret, aut Ecclesiæ cui præest Meletius obliviscatur.* Non immerito ergo

Digitized by Google

communionem cum Paulino ineundam negabat; quippe cum iniri non posset, quin Meletius rejiceretur, qui solus Antiochiæ legitimus erat episcopus. Eadem de causa Basilius (epist. 258, n. 3) leniter reprehendit in Epiphanio initam cum Paulini Ecclesia communionem : non quod unius hypostasis defensores excommunicandos et ab Ecclesia ejiciendos duceret; sed Epiphanii constantiam requirebat, qui cum tres hypostases necesse esse confiteri censeret, cum hominibus unam hypostasim profitentibus communicaverat, spreta et rejecta Meletii communione. Fecit eadem defendendi Meletii necessitas, ut unius hypostasis professio, quæ magno aliquo commodo compensata, levis visa esset, cum maximis in Meletium injuriis conjuncta, permagni esse momenti videretur. Neque etiam ab Arianorum calumniis valde metuendum fuisset, si una hypostasis, veluti nævus quidam tolerabilis et ignoscendus, veniam apud Catholicos habuisset, sed si summum honorem ac celebritatem adepta esset, ac magna Meletii Ecclesia pusillo Paulini conventui fuisset adjuncta, velut si flumen rivulo adjungatur; tunc Arianis patuisset latissimus ad calumniandum campus.

§ III.

I. Vituperatus a nonnullis S. Basilius, quod Dei titulum Spiritui sancto non semper tribuerit. II. Hoc temperamento usus est, ut infirmis consuleret et Ecclesiam suam hæreticorum furori subtraheret. III. Neutrum prorsus vituperandum. IV. Objecta solvuntur. V. Basilius semper idem sentiens non semper eodem modo in hæreticis refellendis versatur.

I. Nunc aliud reprehensionis genus, longe diversum superiori, propulsandum a S. Basilio. Quod enim interdum de sancto Spiritu sic disserit, ut nomen Dei non tribuat, id et nonnullis olim indignationem movit, nec desunt hodie qui Basilii hac in re fortitudinem animi et constantiam requirant. Prodiit paucis ab hinc annis opusculum quoddam, in quo de Basilii facto disseritur. Basilium reprehendit auctor opusculi, non tamen sine debita tanto doctori reverentia, quod animi moderationem et lenitatem longius produxerit. Existimat illius consilium non modo eos exitus non habuisse, quos sibi proponebat, ut placarentur Pneumatomachi, et reducerentur infirmi, sed etiam locum dedisse occultis hæreticis, qualis erat Eustathius Sebastenus, sese cum Basilio conjungendi; pluribus autem displicuisse non solum monachis, sed etiam episcopis ac ipsi S. Meletio. Negat idem scriptor certo constare an S. Athanasio probata fuerit Basilii agendi ratio : variam ea de re censet fuisse Gregorii Nazianzeni sententiam : ac ipsum etiam Basilium, cum videret se rem præclarissimam non facere, in gratiæ loco hoc petiisse a Spiritu sancto ejusque divinitatis defensoribus; postea autem hoc temperamentum missum fecisse, quo nunquam usus est in defendendo consubstantiali. Nemo fere est qui tot rationum momentis undique exquisitis et comportatis, non prima specie manus dandas esse putet. Sed si singula vestigentur accuratius, aliud prorsus feretur de S. Basilio judicium.

II. Duabus potissimum de causis S. doctor Dei voce interdum in prædicanda S. Spiritus divinitate abstinuit. Prima erat, ut infirmis consuleret : altera ut furentibus hæreticis locum præriperet perturbandæ et vastandæ Cappadociæ.

Cum Tarsensis Ecclesia in Arianorum manus incidisset, catholici presbyteri cum episcopo hæretico communicare nolebant, ac seorsim, ut in pluribus aliis Ecclesiis factum est, plebem suam regebant. Sed inter eos exorta dissensio, ac Cyriaco presbytero, cujus fides in suspicionem venerat, alii presbyteri conditiones nonnullas ferebant, quibus ille assentiri nolebat. Consultus Basilius duas ea de re epistolas scripsit, alteram ad presbyteros Tarsenses, alteram ad ipsum Cyriacum. Demonstrat (epist. 113) presbyteris in eo statu res Ecclesiæ versari, ut nihil antiquius esse debeat, quam membra divulsa conjungere. *Fiet autem conjunctio*, inquit, *si velimus, quibus in rebus animas non lædimus, in his nos ad infirmiores accommodare. Cum igitur ora multa in Spiritum sanctum aperta sint, ac linguæ ad jaciendas in illum blasphemias sint exacutæ, rogamus vos ut, quantum in vobis est, ad parvum numerum blasphemantes redigatis; et qui Spiritum sanctum creaturam esse non dicunt, eos recipiatis in communionem, ut blasphemi relinquantur soli, ac vel pudore suffusi ad veritatem redeant, vel, si in peccato manent, auctoritate careant ob paucitatem. Nihil igitur amplius exposcamus : sed volentibus nobiscum conjungi fratribus fidem Nicænam proponamus : ac, si ei assentiuntur, illud quoque exigamus, Spiritum sanctum creaturam duci non oportere, et eos qui dicunt, recipi ab ipsis in communionem non debere. Nihil autem præter hæc exposcendum esse censeo.* Ipsum autem Cyriacum hortatur (epist. 114), ut fidem Nicænam profiteatur, nec ullam in ea vocem rejiciat, ac præterea Spiritum sanctum creaturam dici non debere, nec cum iis qui dicunt, communicandum esse declaret. Non probabat ergo Basilius hanc legem Cyriaco imponi, ut Dei nomen Spiritui sancto tribueret, modo rem hoc nomine significatam confiteretur

Quod autem observari voluit ad sanandos et reducendos infirmiores, id ipse observavit, ut pravorum hæreticorum insidias Ecclesia Cæsariensis effugeret. Res a S. Gregorio Nazianzeno sic narratur, or. 20, p. 364 : Οἰκονομεῖν δὲ τοὺς λόγους ἐν κρίσει, τῶν ἀναγκαίων ἐνόμιζε, τῷ θείῳ Δαβὶδ περὶ τούτου συμβούλῳ χρώμενος, καὶ μικρὸν ὅσον τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν διαφέρειν, καὶ τὴν τῶν αἱρετικῶν δυναστείαν, ἕως ὁ τῆς ἐλευθερίας ἐπιλάβοι καιρός, καὶ δῷ τῇ γλώσσῃ τὴν παῤῥησίαν. Οἱ μὲν ἐζήτουν λαβέσθαι γυμνῆς τῆς περὶ τοῦ Πνεύματος φωνῆς, ὡς εἴη Θεὸς (ὅπερ ὃν ἀληθὲς, ἀσεβὲς ἐκείνοις ὑπελαμβάνετο, καὶ τῷ κακῷ προστάτῃ τῆς ἀσεβείας), ἵνα τὸν

Digitized by Google

μὲν τῆς πόλεως μετὰ τῆς θεολόγου γλώσσης ὑπερορίσωσιν, αὐτοὶ δὲ κατασχόντες τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τῆς ἑαυτῶν κακίας ὁρμητήριον ποιησάμενοι, ἐντεῦθεν τὸ λειπόμενον ἅπαν, ὡς ἔκ τινος ἀκροπόλεως καταδράμωσιν. Ὁ δὲ ἐν ἄλλαις μὲν φωναῖς γραφικαῖς καὶ μαρτυρίαις ἀναμφιλέκτοις ταυτὸν δυναμέναις, καὶ ταῖς τῶν συλλογισμῶν ἀνάγκαις οὕτως ἦγχε τοὺς ἀντιλέγοντας, ὥστε μὴ ἀντιβαίνειν ἔχειν, ἀλλ' οἰκείαις συνδεῖσθαι φωναῖς, ἥπερ δὴ καὶ μείστη λόγου δύναμις καὶ σύνεσις· δηλώσει δὲ καὶ ὁ λόγος ὃν περὶ τούτου συνέγραψε κινῶν τὴν γραφίδα, ὡς ἐκ πυξίδος τοῦ Πνεύματος. Τὴν δὲ κυρίαν φωνὴν τέως ὑπερετίθετο, παρά τε τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ, καὶ τῶν γνησίων τούτου συναγωνιστῶν χάριν αἰτῶν, τῇ οἰκονομίᾳ μὴ δυσχεραίνειν, μηδὲ μιᾶς ἀντεχομένους φωνῆς, τὸ πᾶν ἀπολέσαι δι' ἀπληστίαν, τῷ καιρῷ παρασυρείσης τῆς εὐσεβείας. Αὐτοῖς μὲν γὰρ οὐδεμίαν εἶναι ζημίαν ὑπαλλαττομένων μικρὸν τῶν λέξεων, καὶ φωναῖς ἄλλαις τὸ ἴσον διδασκομένοις· οὐδὲ γὰρ ἐν ῥήμασιν ἡμῖν εἶναι τὴν σωτηρίαν μᾶλλον ἢ πράγμασι· μηδὲ γὰρ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀποβαλεῖν ἂν, εἰ τὴν ἠλειμμένου φωνὴν ἀντὶ τῆς Χριστοῦ πρὸς ὀλίγον ἐπιζητοῦντες, ἠξίουν μεθ' ἡμῶν τάττεσθαι· τῷ δὲ κοινῷ μεγίστην ἂν βλάβην γενέσθαι, τῆς Ἐκκλησίας κατασχεθείσης· *Cæterum sermones cum judicio disponere, de Davidis consilio et sententia* [6], *necessarium esse judicabat, ac belli tempus, et hæreticorum principatum aliquantisper tolerare, quoad libertatis tempus successisset linguæque libertatem ac licentiam attulisset. Illi enim nudam et apertam vocem de Spiritu sancto, quod Deus esset, arripere studebant (quod quidem tametsi verum erat, impium tamen illis atque improbo impietatis antistiti videbatur), ut eum quidem cum theologica lingua civitate pellerent, ipsi autem Ecclesiam occuparent, eamque sceleris sui propugnaculum efficerent, atque hinc deinde, velut ex arce quadam, id omne, quod reliquum erat, popularentur. At ille in aliis quidem vocibus e Scriptura petitis, testimoniisque minime dubiis eamdem vim habentibus, necessariisque argumentis, adversarios ita comprimebat, ut nullo modo repugnare ac contra niti possent : sed, quæ maxima sermonis virtus et prudentia est, propriis vocibus constringerentur, quemadmodum is liber, quem hoc argumento edidit, perspicue ostendet, in quo calamum quasi ex Spiritus pyxide movet. Sed tamen propriam vocem interim usurpare differebat, tum ab ipsomet Spiritu, tum a sinceris ipsius propugnatoribus in gratiæ loco hoc petens, ne hoc suo consilio offenderentur ; nec committerent, ut dum unam vocula mordicus retinere conarentur, propter inexplebilem cupiditatem omnia perderent, convulsa nimirum turbulento tempore ac distracta pietate. Ipsos enim nihil ex eo incommodi ac detrimenti accepturos, si vocabula paulum immutarentur, modo aliis verbis eadem docerentur (neque enim salutem nostram in*

[6] Psal. cxi, 5. [7] Rom. viii, 28.

verbis potius quam in rebus consistere : quippe cum ne Judæi quidem rejiciendi sint, si ad aliquod tempus pro Christo vocem Uncti sibi concedi postulantes, in nostrum numerum atque ordinem ascribi velint) : at reipublicæ non posse majorem perniciem ac pestem afferri, quam si Ecclesia ab hæreticis occuparetur. In hac Basilii agendi ratione, sive infirmis consulat, sive hæreticorum furori Ecclesiam suam objicere caveat, haud equidem video quid reprehendi possit.

III. Quod spectat ad lenitatem in infirmos adhibitam : 1° nihil illa catholico dogmati, nihil usitato ad exprimendum dogma sermoni nocebat. Tutum erat dogma cum Nicænæ fidei professione, tum iis quæ huic formulæ Basilius adjicienda dubebat. Quinetiam tota illa accommodatio eo spectabat, ut quamplurimi ad confitendam in Ecclesia divinitatem sancti Spiritus allicerentur : nec sane consentaneum erat (ep. 113), ut cum hæretici libenter in sua communione retinerent eos etiam qui hæretice non sentiebant, Catholici a sua removerent eos qui catholice sentiebant. Neque etiam de catholici sermonis auctoritate quidquam detrahebatur. Etsi enim infirmis concedebatur ut Spiritum sanctum non appellarent Deum, non tamen concedebatur ut hanc vocem damnarent, nec idcirco illam alii Catholici usurpare et prædicare desinebant. Quare spes erat infirmos, dum quotidie in Ecclesia Spiritum sanctum Deum appellari audiunt, atque huic voci aures assuefaciunt, brevi inanem illum scrupulum deposituros. Atque hæc maxime spes Basilium fovebat. *Enimvero persuasum mihi est,* inquit (ep. 113), *diuturniore inter nos consuetudine ac mutua citra contentionem exercitatione, si quid etiam amplius adjiciendum sit explanandi causa, daturum id Dominum, qui ipsum diligentibus omnia cooperatur in bonum* [7].

2° Non animadvertunt ii, quibus hæc agendi ratio non placet, magnum esse discrimen inter ea quæ hæreticis ignave et turpiter, et ea quæ infirmis benigna quadam accommodatione conceduntur (5). Hoc tantum petebat a Basilio Modestus imperatoris nomine, ut unam vocem, nempe consubstantiale, e fidei symbolo tolli pateretur. At Basilius ne unam quidem syllabam sacrorum dogmatum prodi, nihil prorsus addi aut demi, ac ne ipsum quidem formulæ ordinem mutari debere respondit. Idem tamen iis qui, cum catholice sentirent, nondum Nicænam formulam receperant, benignæ excusationis veniam non denegabat, saltem in episcopatus primordiis, ut perspicitur ex epist. 52. Aliud est enim infirmis unam aliquam vocem remittere, aliud hæreticorum artibus aut minis concedere ; ut ea vox e catholici sermonis usu amandetur. Si concessum fuisset hæreticis ut consubstantiale deleretur, triumphum illi egissent

(5) Nyss. i, Eunom. 314. Theodoret., lib. iv, c. 18.

Digitized by Google

ex Ecclesia, quæ non eos recepisse, sed ab eis recepta videretur; quod quidem nunquam committendum esse merito docet Basilius in epist. 266. At iisdem redeuntibus sine consubstantialis professione, non tamen sine professione fidei hac voce contentæ; numerum filiorum suorum augebat Ecclesia, incolumi prorsus traditionis deposito.

3° Sententiæ suæ magnos ascriptores et imitatores habuit Basilius. Præter Athanasium, qui Basilii factum probavit et defendit, ut modo videbimus, Basilium imitatur Gregorius Nazianzenus in oratione 44, p. 710, ubi sic loquitur: Συμβῶμεν ἀλλήλοις πνευματικῶς· γενώμεθα φιλάδελφοι μᾶλλον ἢ φίλαυτοι. Δότε τὴν δύναμιν τῆς θεότητος, καὶ δώσομεν ὑμῖν τῆς φωνῆς τὴν συγχώρησιν· ὁμολογήσατε τὴν φύσιν ἐν ἄλλαις φωναῖς, αἷς αἰδεῖσθε μᾶλλον· καὶ ὡς ἀσθενεῖς ὑμᾶς ἰατρεύσομεν, ἔστιν ἃ καὶ τῶν πρὸς ἡδονὴν παρακλέψαντες. Αἰσχρὸν μὲν γὰρ, αἰσχρὸν καὶ ἱκανῶς ἄλογον, κατὰ ψυχὴν ἐῤῥωμένους, μικρολογεῖσθαι περὶ τὸν ἦχον, καὶ κρύπτειν τὸν θησαυρὸν, ὥσπερ ἄλλοις βασκαίνοντας, ἢ μὴ καὶ τὴν γλῶσσαν ἁγιάσητε δεδοικότας· αἴσχιον δὲ ἡμῖν ὃ ἐγκαλοῦμεν παθεῖν, καὶ μικρολογίαν καταγινώσκοντας, αὐτοὺς μικρολογεῖσθαι περὶ τὰ γράμματα. Μιᾶς θεότητος, ὦ οὗτοι, τὴν Τριάδα ὁμολογήσατε, εἰ δὲ βούλεσθε, μιᾶς φύσεως· καὶ τὴν Θεὸς φωνὴν παρὰ τοῦ Πνεύματος ὑμῖν αἰτήσομεν. Δώσει γὰρ, εὖ οἶδα, ὁ τὸ πρῶτον δοὺς καὶ τὸ δεύτερον, καὶ μάλιστα, εἰ δειλία τις εἴη πνευματικὴ, ἀλλὰ μὴ ἔνστασις διαβολικὴ τὸ μαχόμενον. Ἔτι σαφέστερον εἴπω καὶ συντομώτερον, μήτε ὑμεῖς ἡμᾶς εὐθύνητε τῆς ὑψηλοτέρας φωνῆς (φθόνος γὰρ οὐδεὶς ἀναβάσεως), οὔτε ἡμεῖς τὴν ἐφικτὴν τέως ὑμῖν ἐγκαλέσομεν, ἕως ἂν καὶ δι' ἄλλης ὁδοῦ πρὸς τὸ αὐτὸ φέρησθε καταγώγιον· οὐ γὰρ νικῆσαι ζητοῦμεν, ἀλλὰ προσλαβεῖν ἀδελφοὺς, ὧν τῷ χωρισμῷ σπαρασσόμεθα· *Verum spiritualiter inter nos hanc controversiam transigamus: fraternæ potius charitatis studium, quam nostri amorem præ nobis feramus. Vim divinitatis ac potentiam nobis date, et nos vicissim divinitatis vocem vobis concedemus. Naturam aliis vocibus, quibus plus tribuitis, confiteamini: ac vos, ut infirmos curabimus, nonnulla vobis grata et jucunda suffurantes. Etenim turpe quidem illud est, turpe, inquam, ac perabsurdum, cum animo optime valeatis, circa vocis sonum jejunos et minutos vos præbere, ac thesaurum occultare, quasi aliis eum invidentes aut metuentes, ne linguam quoque vestrum sanctificetis; turpius autem nobis est eodem vitio teneri, quod vobis objicimus, atque, cum anxiam vestram de minutis rebus contentionem damnemus, litterarum tamen minutias anxie urgere. Trinitatem, o viri, unius deitatis esse fateamini, aut, si magis placet, unius naturæ: atque hanc vocem, Deus, a Spiritu vobis postulabimus. Dabit enim profecto secundum, qui primum dedit, idque potissimum, si id de quo pugnatur, spirituale quædam timiditas fuerit, ac non diabolica contentio. Atque, ut apertius et compendiosius loquar, sic inter nos agamus, ut nec vos, sublimioris vocis ergo, nos in crimen vocetis (nec enim invidia et reprehensione premi debet hujusmodi ascensus), nec nos vicissim eam vocem, cujus modo capaces estis, vobis objicietemus: quandiu alio itinere ad idem hospitium feremini. Non enim victoriam ambimus, sed ut fratres, quorum separatione distorquemur, ad nos redeant, laboramus.* Hæc Gregorius disserebat Constantinopoli: ejusque animi moderationem paulo post ipsa synodus Constantinopolitana judicii sui auctoritate comprobavit, quæ Dominum appellavit Spiritum sanctum, sed ut iis consuleret, quorum animis scrupulus, subabsurdus ille quidem, sed tamen ignoscendus insidebat, Dei vocem in symbolum inserendam esse non censuit.

Sed forte indulgentia in infirmos ipsa humanitatis specie placebit, at minus considerata, nimiumque remissa videbitur Basilii cum improbis hæreticis agendi ratio. Sed tamen si alterum probetur, alterum improbari non potest. Nam cum Arianis aditum in Cappadociam hoc temperamento intercluderet Basilius, tunc, si unquam alias, plurimis infirmis consulebat, quos persecutio in maximum periculum conjecisset. Deinde vero non indigna res erat charitate Basilii, ne furentibus quidem hæreticis amplius quidquam proponere, quam quod omnino necessarium ad catholicum dogma judicabat?

Illud autem in primis observandum est, nequaquam commisisse Basilium, ut Dei nomen Spiritui sancto in Ecclesia tribui desineret, sed sæpe illi hunc titulum et per se et per alterum seipsum, Gregorium Nazianzenum, tribuisse. Id testatur Gregorius Nazianzenus, quibus, quæ modo retulimus, statim addit (p. 364): Ἐπεὶ ὅτι γε παντὸς μᾶλλον ἥδει τὸ Πνεῦμα Θεὸν, δῆλον μὲν ἐξ ὧν καὶ δημοσίᾳ τοῦτο πολλάκις ἐκήρυξεν, εἴ ποτε καιρὸς ἦν, καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐρωτῶσι προθύμως ἀνωμολόγησε, σαφέστερον δὲ πεποίηκεν ἐν τοῖς πρὸς ἐμὲ λόγοις, πρὸς ὃν οὐδὲν ἀπόῤῥητον ἦν αὐτῷ περὶ τούτων κοινολογουμένῳ, μηδὲ ἁπλῶς τοῦτο ἀποφηνάμενος, ἀλλ', ὃ μηδέπω πρότερον πολλάκις πεποίηκεν, ἐπαρασάμενος ἑαυτῷ τὸ φρικωδέστατον, αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος ἐκπεσεῖν, εἰ μὴ σέβοι τὸ Πνεῦμα μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ὡς ὁμοούσιον καὶ ὁμότιμον. Εἰ δέ μέ τις δέξαιτο κοινωνὸν ἐκείνου κἀν τοῖς τοιούτοις, ἐξαγορεύσω τι καὶ τῶν τοῖς πολλοῖς τέως ἀγνοουμένων, ὅτι τοῦ καιροῦ στενοχωροῦντος ἡμᾶς, ἑαυτῷ μὲν οἰκονομίαν ἐπέτρεψεν, ἡμῖν δὲ τὴν παῤῥησίαν, οὓς οὐδεὶς ἔμελλε κρίνειν, οὐδὲ ἀποβάλλειν τῆς πατρίδος ἀφανείᾳ τετιμημένους, ὡς ἐξ ἀμφοτέρων ἰσχυρὸν εἶναι τὸ καθ' ἡμᾶς Εὐαγγέλιον· *Nam quod alioqui melius quam quivis alii, Spiritum sanctum Deum agnosceret, cum ex eo perspicue constat, quod et hoc sæpe de loco superiore, quoad per tempus licebat, prædicavit, et privatim apud eos, a quibus interrogabatur, haud cunctanter confessus est: tum vero in suis ad me sermonibus apertius id demonstravit (neque enim quidquam unquam, cum de his rebus mecum colloqueretur, animo tectum occultumque habuit) non simpliciter hoc affirmans, sed, quod antea ipsi perraro accidera-*

Digitized by Google

sibi rem omnium maxime horrendam imprecatus, nempe ut ab ipso Spiritu excideret, nisi cum Patre et Filio Spiritum, ut consubstantialem et honore parem, veneraretur. Quod si quis me in tantis quoque rebus, illius socium admiserit, aliquid, quod plerisque incognitum ante fuit, evulgabo. Nam cum tempus in summas angustias nos redigeret, hanc ipse rationem inibat, ut sibi quidem œconomiam, nobis autem, quos ob nominis obscuritatem nemo in judicium adducturus, patriaque ejecturus esset, loquendi libertatem committeret. Atque ita Evangelium nostrum firmum et validum erat, utriusque præsidio suffultum.

IV. Jam vero perfacile refelluntur quæ eruditum opusculi auctorem detinuerunt, quominus sancti Basilii agendi rationem probaret. Quod ait consilium illius nec ad reducendos infirmos, nec ad placandos Pneumatomachos profuisse, fateor me nescire ex quibus id fontibus hauserit. Quis enim ei dixit pacem inter presbyteros Tarsenses Basilii opera restitutam non fuisse? quis ei dixit nullum exitum habuisse susceptos ab eo labores, ut, quotquot catholice sentiebant, eos in unam consensionem ac communionem adduceret; cum præsertim in epist. 69, ad sanctum Athanasium, spem hujus consilii ad exitum perducendi præ se ferat : in alia autem ad eumdem Athanasium (ep. 82) aliquanto post scripta declaret, quidquid circa fidem sanum est in Cappadocia et vicinis locis vere ad eorum, qui idem sentiunt, communionem et unitatem propendere? Quod spectat ad Pneumatomachos, semper illi quidem bellum inexpiabile cum Basilio gessere, sed tamen certa et explorata res est, gravissimas eum procellas a Cappadocia propulsasse, non solum magnis præliis sustinendis, sed etiam prudenti secessu, cum hæreticorum insidias anno 371 declinavit. Erant enim in insidiis collocati, ut una voce ex ejus ore arrepta, impetum in Ecclesiam facerent. Quare tot ac tanta prælia non certasset Basilius, nisi cauta et provida consilia præcessissent : non tot fulsissent miracula, non Cappadociam Valens unam ex omnibus provinciis eximiam habuisset, si Basilium non plus movisset Ecclesiarum utilitas, quam calidiorum ingeniorum querelæ.

Non tutiori fundamento nititur quod ait idem scriptor, occultos hæreticos, qualis erat Eustathius, hac Basilii accommodatione et facilitate usos esse, ut sese cum eo conjungerent, ac gravissimis postea illum calumniis vexarent. Jamdudum conjunctissime cum Eustathio et amantissime vixerat Basilius, antequam hæc de Spiritu controversia prodiret. Non multo post exortam hanc controversiam dissiluit eorum amicitia, propterea quod Basilius, etsi in probanda et periclitanda hominum suspectorum fide morosus non erat, ita tamen in constringendo et firmissimis nodis tenendo Eustathio cautus fuit, ut cum iste hæc vincula effugere non posset, odium et iracundiam in Basilium palam et aperte evomuerit. Basilii ergo lenitas in defendenda Spiritus divinitate nequaquam Eustathium cum eo conjunxit, sed potius summa in hoc dogmate tuendo constantia disjunxit.

Formula autem, cui subscripsit Eustathius, non solius Basilii, sed etiam Theodoti et Meletii opus est; et cum temperamento et accommodatione non careat, nec Spiritum sanctum appellet Deum, quis credat cum opusculi auctore, Basilium propterea Theodoto et Meletio in offensionem venisse, quod Dei nomen interdum Spiritui sancto non tribueret? Magnæ profecto exstiterunt Theodoti Nicopolitani in Basilium injuriæ (ep. 99); sed illius morositatis causa, Basilii communio cum Eustathio, non vocis unius prætermissio. Metuit aliquandiu Basilius ne S. Meletio, in iis quæ ad Eustathium spectabant, parum æquo uteretur. Sed statim atque in Armeniam profectus, consilii sui rationem sancto exsuli exposuit, summam illius æquitatem expertus est. Quod autem egerat in defendenda Spiritus divinitate, nunquam id ei aut apud alium episcopum purgandi sui laborem attulit.

Auctor opusculi non solum adversarios affingit Basilio, qui nulli exstitere; sed etiam quos habuit defensores, ab eo avellere conatur, S. Athanasium et S. Gregorium Nazianzenum : ac de altero quidem dubitat, an factum Basilii aliquando probaverit, alterum non semper probasse contendit. Equidem non video quid nobis relictum sit, quo nitamur in rebus criticis, si Basilio patrocinium eripiatur S. Athanasii. Exstant duæ illius epistolæ in Basilium perhonorificæ, altera ad Palladium, altera ad Joannem et Antiochum. In utraque Basilium defendit, accusatum a monachis Cæsariensibus, quod in dogmatis defensione remissius aliquid egisset. Unde Athanasius ait : *Si suspectus esset Basilius in iis quæ ad veritatem spectant, laudabilem fore eorum contentionem.* Declarat eum *magis pro veritate certare, et eos qui doctrina egent edocere.* Hortatur monachos, *ut, respicientes ad propositum veritatis illius et œconomiam, glorificent Dominum*, etc. Quænam illa œconomia, quæ monachis Basilii accusandi materiam dedit? quodnam dogma visus est remissius defendere? Nihil sane reperias præter quæstionem de Spiritu sancto. Huc accedit testimonium Gregorii Nazianzeni, cujus ex epistola 27 discimus Basilium, cum die festo S. Eupsychii Deum non appellasset Spiritum sanctum, monachorum querelas in se concitasse. Res ergo et personæ congruunt. Ipsum etiam congruit tempus. Nam Basilius hac usus est œconomia, ac in has incurrit criminationes, antequam sanctus Athanasius e vita migrasset, nempe anno 371.

Quod spectat ad S. Gregorium Nazianzenum, tempus assignari posse non puto, quo factum amici probare desierit. Hanc enim illius animi moderationem, et vivente ipso et mortuo, laudavit, nec laudavit solum, sed etiam imitatus est. Ubi primum accusatus est in quodam convivio Basilius, exarsit in illius reprehensorem indignatio Gregorii.

Digitized by Google

Postquam venit Constantinopolim Gregorius (6), ut ibi catholicam fidem pene exstinctam exsuscitaret, non solum in refellendis hæreticis acrem se et indefessum præbuit, sed etiam in sanandis exemplo Basilii infirmis lenem et moderatum, ut declarat illius testimonium, quod ex oratione 44 deprompsimus. Reversus Constantinopoli orationem habuit in laudes Basilii, in qua inter alia illius præclare facta prudentem illam molestissimo tempore accommodationem recenset.

Temperamentum a Basilio adhibitum eo etiam nomine minus probatur, quod suum ipse consilium repudiaverit, nec quidquam simile in defendendo consubstantiali commiserit. Utrumque sua ponte refellitur. Nullum inconstantiæ vestigium hac in re neque in operibus Basilii, neque apud Gregorium Nazianzenum, qui non tam multam operam in defendendo amico insumpsisset, si sui illum facti credidisset pœnituisse. Ipsum etiam consubstantiale infirmioribus animis condonavit Basilius, ut supra diximus.

V. Atque ut tota illius in ejusmodi rebus agendi ratio perspiciatur, abs re non erit breviter exponere, quid ab hæreticis redeuntibus aut ab hominibus suspectis pro temporum varietate postulaverit. Sanæ doctrinæ Basilius ab infantia ad extremum usque spiritum retinentissimus fuit : nunquam in ejus cor ulli sermoni a sana doctrina alieno patuit aditus ; nulla illi sententiæ mutatio affingi poterat ; sed tamen accepta a teneris doctrinæ semina fatetur ipse usu crevisse (ep. 204, n. 6, p. 306 ; ep. 223, n. 3, p. 338. In iis autem quæ usu et exercitatione illi accesserunt, numerari potest quædam in dignoscendis hæreticorum cavillationibus prudentia, quæ cum in horas mutari solerent, non uno et eodem modo caveri debuerunt. In ea rerum perturbatione, quam Arianorum de simili et dissimili tricæ induxerunt anno 360, nec simile nec dissimile placebat Basilio, sed identitatem naturæ et consubstantiale profitebatur (ep. 8, p. 82). Postea rebus mutatis, cum jam ab Arianorum perfidia non tanta essent pericula, simile secundum essentiam suscipiebat Basilius, modo illud adderetur, *citra ullam differentiam ;* secus vero hanc vocem suspectam existimabat (ep. 9, n. 3). Atque hæc quidem Basilius non sua causa statuebat (ipse enim consubstantiale profitebatur), sed si qui suspecti essent, satis esse putabat ad eorum fidem purgandam, ut simili secundum essentiam adderent illud *citra ullam differentiam* (*ibid.*). Ex quo illud etiam perspici potest, Basilium nemini necessitatem imposuisse consubstantialis profitendi. Neque id mirum videri debet. Nam cum epistolam nonam scriberet, ex qua hæc desumpsimus, communione et amicitia conjunctus erat cum Silvano Tarsensi et pluribus aliis episcopis, qui, etsi fidem Nicænam acerrime defenderent, nondum tamen consubstantialis vocem palam et aperte receperant. Notum est omnibus quanta lenitate Athanasius et Hilarius cum ejusmodi hominibus agendum censuerint.

Videntur consubstantiale nondum recepisse qui fidei confessionem e Scripturis depromptam (tom. II, p. 223), ἔγγραφον ὁμολογίαν, a Basilio petierunt. Unde Basilius eorum consulens infirmitati promittit se non usurum *nominibus et verbis, quæ ipsis litteris et syllabis non reperiuntur quidem in divina Scriptura, sed tamen insitam Scripturæ sententiam servant.* In fidei confessione, quam ad eos misit, consubstantiale non adhibuit (p. 224) : quod quidem Basilius cum metueret ne reprehenderetur, declarat idem sibi propositum non esse ac in aliis operibus ; aliud enim esse hæreticos refellere, aliud sanam fidem simpliciter exponere (p. 225).

Non deerant initio episcopatus Basilii, qui consubstantiale nondum recepissent. Hos Basilius partim vituperandos, partim venia dignos judicat (ep. 52, n. 1, p. 145). Sed ejusmodi homines perpauci videntur fuisse. Nam post concilium Tyanense plerique consubstantiali manus dederunt, exceptis triginta quatuor Asianis episcopis, quos minime mirum est communi consilio obstitisse (7). Erat enim hæc regio sic emancipata errori, ut gratias Deo habendas existimet Basilius, *si qui omnino in Asiano tractu extra labem hæreticorum sint.* Sensim itaque evenit, ut ex iis qui catholice sentiebant vix quisquam consubstantiale non admitteret (ep. 331). Postquam autem grassari cœpit hæresis Pneumatomachorum, tum vero non modo nihil amplius detractum est de fide Nicæna, sed etiam aliquid visum est huic formulæ addendum Basilius Cyriacum Tarsensem presbyterum hortatur (ep. 114, p. 207), ut fidem Nicænam recipiat, nec ullam in ea vocem rejiciat ; imo huic fidei addat *Spiritum sanctum dici creaturam non oportere, nec cum iis qui dicunt communicandum.* Non multo post Basilius, re cum sancto Meletio et Theodoto deliberata, illud etiam Eustathio præscripsit (ep. 125, p. 216), ut Spiritum sanctum itidem ut Patrem et Filium glorificaret : atque hanc glorificationem deinceps, ut rem necessario addendam synodo Nicænæ, proposuit, ut perspici potest ex epistolis 175 et 258, n. 2. Nihil magis incendit Pneumatomachos, quam hæc Spiritus glorificatio cum Patre et Filio. Sed Basilius declarat (*De Spir. S.* c. 29, p. 63) se nec gladii nec ignis metu usitatam constanti traditione glorificationem relicturum. Hoc tantum eis concedit (*ib.* c. 25, p. 54) ut quamvis præpositio *cum* aptior sit ad glorificationem persolvendam, si tamen uti malint conjunctione, etc., ut in baptismo, id eis, nemine repugnante, liceat.

(6) Naz., ep. 27.

(7) Sozom., lib. VI, c. 12.

Digitized by Google

§ IV.

I. *Celeberrimum S. Basilii de processione Spiritus ex Filio testimonium refertur.* II. *Græcorum scriptura magnis incommodis laborat.* III. *Latinorum lectio apte cum Basilii doctrina, necessario cum ejus ratiocinatione cohæret.* IV. *Latinorum causa codicum mss. auctoritate defenditur.*

I. Exstat initio libri tertii *Adversus Eunomium* insignis locus, qui cum manifestum habeat de Spiritus ex Filio processione testimonium, si sine lituris ac sine additamentis legatur, gravissimæ Græcos inter et Latinos controversiæ materiam dedit. Defendit hoc catholicæ veritatis præsidium R. P. Ludovicus Vallée, emeritus theologiæ professor ac bibliothecæ Sanctæ Genovefæ præfectus, in erudita dissertatione, anno 1721 Parisiis edita apud Delaunay, via Jacobæa. Nihil potius aut melius facere possint, qui rem omnibus vestigiis indagare volunt, quam si eximium illud opus accurate perlegant : quod quidem cum omni argumentorum genere ita cumulatum et illustratum sit, ut nec dubitandi nec addendi locum relinquat, cumque non incommode cum nostris S. Basilii voluminibus compingi possit; libenter sane conticescerem. Sed quia celeberrimus Basilii locus in hac nova editione ita prodiit, ut in codicibus mss. hac in urbe exstantibus legebatur, non ut aliorum codicum longe plurium longeque antiquiorum auctoritas, ac ipsius sententiæ series et junctura postulabant, operæ pretium est huic incommodo mederi, et ex memorata dissertatione in gratiam eorum, quibus ad ipsum fontem adire non vacat, nonnulla derivare.

Ut facilius perspiciatur quid Græci, quid Latini in testimonio Basilii probent aut rejiciant, uncinis includemus quæ a Græcis addita Latini queruntur, asteriscis vero quæ a Latinis propugnata Græci aversantur.

Initio libri tertii proponit Basilius hanc Eunomii blasphemiam ita loquentis : *Cum autem hæc nobis de Unigenito sufficiant, consequens fuerit, ut jam de Paracleto quoque dicamus, non vulgi opiniones temerarias secuti, sed sanctorum in omnibus doctrinam servantes : a quibus cum didicerimus eum dignitate et ordine tertium, tertium quoque natura esse credimus.*

Sic respondet Basilius : *Quod igitur non putet oportere in simplici ac nuda multorum fide permanere, sed artificiosis quibusdam ac captiosis rationibus veritatem rursus ad id quod sibi videtur, detrudere, satis ex iis quæ dixit ostendit. Nam multorum opinione contempta, qua Spiritum sanctum glorificant, simulat tenere se sanctorum doctrinam : at eos qui eam ipsi tradiderunt, tacet, etiam nunc eadem faciens quæ, dum de Unigenito dissereret, fecisse convictus est. Deinde dicit a sanctis quidem se didicisse, tertium esse ordine et dignitate Spiritum, a seipso autem credere, natura quoque tertium esse. Qui vero sint sancti illi, et in quibus scriptis hanc doctrinam ediderint, dicere non potest. Fuitne unquam homo sic audax in inducendis divinorum dogmatum innovationibus? Cur enim necesse est, si dignitate ac ordine tertius est Spiritus, natura quoque tertium esse? Dignitate quidem secundum esse a Filio, * ut qui esse ab illo habeat, et ab ipso accipiat, et annuntiet nobis et omnino ex illa causa pendeat * tradit [fortasse] pietatis sermo. At natura tertia uti, neque ex sanctis Scripturis edocti sumus, neque ex Scripturæ dictis consecutione ulla colligi potest.*

Quemadmodum enim Filius ordine quidem secundus a Patre est, quoniam ab illo est, et dignitate, quia origo ejus et causa est, quatenus est illius Pater, et quoniam per ipsum accessus aditusque est ad Deum et Patrem; non autem natura secundus, quoniam deitas in utroque una est : ita profecto et Spiritus sanctus, etsi tum ordine tum dignitate secundus est a Filio, [ut hoc etiam omnino concedamus,] tamen non jure sequi ut alienæ sit naturæ, inde patet, etc.

Tum Basilius, argumento ex angelis petito, quorum diversi ordines et dignitatis gradus, nec tamen diversa natura, sic concludit : *Sic profecto et Spiritus sanctus : etsi dignitate inferior est atque ordine [ut aiunt]; accepimus enim ipsum, [inquit,] tertium a Patre et Filio numeratum; cum Dominus ipse in traditione salutaris baptismatis tradiderit ordinem, his verbis :* (Euntes baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti;) *at in quamdam naturam tertiam a Filio et Patre ejectum eum fuisse nusquam didicimus.*

Non difficile est animadvertere illud Græcis maxime molestum esse, quod Spiritus S. a Filio esse habere dicitur : iisdem autem plurimum placere, quæcunque uncinis inclusa eo spectant, ut Basilius non asseveranter pronuntiare, sed velut hæsitans concedere videatur Spiritum ordine et dignitate minorem Filio esse. Vident enim, si id Basilius asseveret, inde sequi ut Spiritum ex Filio procedere crediderit. Sed hæc scriptura, quam Græci per fas et nefas defenderunt, longe alteri posthabenda, sive interiora quædam indicia spectentur, ut consensus cum Basilii cæterorumque Patrum doctrina, et sententiæ ipsius series et continuatio; sive ex antiquorum codicum mss. numero et auctoritate res dijudicetur. Utrumque argumentum breviter explanabimus, his qui uberiorem hujus quæstionis cognitionem percipere volent, ad supra dictam dissertationem dimissis.

II. Inest sane magnum hoc vitium lectioni Græcorum, quod Basilium inducat de re omnibus testata, et ab ipso Basilio sæpe confirmata turpiter dubitantem. Quid enim absurdius, quam Filium Patre minorem ordine et dignitate asseverare, Spiritum Filio minorem ordine et dignitate dicere non audere? Hoc profecto non cadebat in Basilium, qui conceptis verbis docet in libro *De Spiritu sancto*, cap. 17, eumdem ordinem intercedere inter Spiritum ac Filium, ac inter Filium et Patrem : *Ut se habet Filius ad Patrem*, inquit, *sic ad Filium Spiritus secundum verbi Dei ordinem in baptismo traditum*. Ridiculam ergo formidinem Basilio affingit

Digitized by Google

illud, *fortasse*, ac illud, *ut hoc etiam omnino concedamus*, et infra, *ut aiunt*. Huic rationi non parum addit momenti quod ait Basilius Eunomium *etiam nunc eadem* facere, *quæ dum de Unigenito dissereret, fecisse convictus est*. Indicat enim Basilius his verbis initium libri primi, ubi nudat artificia Eunomii, qui cum *piam traditionem, Patrum fidem*, rejecta multitudinis opinione apposuisset, statim de suo impietatem et blasphemiam addebat. Sic ergo illum interrogat Basilius : in hac fide *ubinam scriptum est, Credimus ingenerationem esse essentiam Dei universorum; aut, Credimus Unigenitum essentia dissimilem esse Patri?* Demonstrat eum sic aperte loqui debuisse, non insidias lectoribus struere, *et opinioni suæ velut hamo ad mortem trahenti simplicitatem fidei, ceu escam quamdam circumdare, ut imperiti ad id quod apparet festinantes, incaute impietatis scelere transfigantur*. Cum ergo Eunomium Basilius disputare incipientem de Spiritu, eadem facere dicat, *quæ dum de Unigenito dissereret, fecisse convictus est;* necesse est ut in utroque loco principia illa, quæ impietati mox efferendæ velut escam hamo prætendebat, nec dubia visa fuerint nec incerta Basilio.

In eo etiam secum aperte pugnat Basilius, si Græcorum scriptura recipiatur, quod postquam ab Eunomio auctores doctrinæ celari dixit, ipsum Eunomium hanc doctrinam ex Christi verbis repetere asserat. *Simulat se servare doctrinam sanctorum; at eos qui iltam ipsi tradiderunt tacet.* Et infra : *Accepimus enim ipsum, inquit, tertium a Patre et Filio numerari : cum Dominus ipse in traditione salutaris baptismatis tradiderit ordinem, his verbis :* « *Euntes baptizate* [7], » etc. Licet ergo oculis ipsis cernere perfidas manus, quæ hunc locum corruperunt. Nihil enim magis repugnat, quam ut Eunomium Basilius auctores hujus doctrinæ tacuisse dicat, quem tamen eamdem doctrinam Christi verbis acceptam fateatur retulisse. Delendum ergo illud, *inquit*, ac manifestum est non Eunomium hic loqui, sed Basilium qui Eunomii verba non solet in suam orationem intexere, nisi postquam ea ordine suo retulit. At verba modo citata nusquam refert Basilius ut Eunomii verba, nec profecto referre potuit.

Jam vero, si hæc spuria sunt, sequitur genuina esse quæ in lectione Græcorum desunt de processione Spiritus ex Filio. Eadem enim manu facinus utrumque commissum, nec alio consilio assuta dubitationis indicia, nisi ut minus miraremur Basilium, qui de Filio disserens, accurate explicat, quo sensu minor sit ordine et dignitate, non idem etiam de Spiritu disserentem fecisse. Erat enim hæc explicatio prorsus necessaria asseveranti Spiritum ordine et dignitate minorem esse Filio ; dubitanti et hæsitanti minus necessariam Græci existimarunt.

[7] Matth. xxviii, 19.

Antequam veniam ad propugnatam a Latinis lectionem, libet aliud additamentum animadvertere in his verbis : Τίνες δὲ οἱ ἅγιοι καὶ ἐν ποίοις λόγοις τὴν διδασκαλίαν πεπολίηνται, εἰπεῖν οὐκ ἔχει· *Qui vero sint sancti illi, et in quibus scriptis hanc doctrinam ediderint, dicere non potest.* Hæc verba, εἰπεῖν οὐκ ἔχει, *dicere non potest*, quæ ex quatuor Regiis mss. eruta sunt, in tribus autem aliis et in antiquis editionibus desunt, manifestum habent perfidiæ et corruptelæ indicium. Quis enim credat Basilium ita in ecclesiastica traditione hospitem et peregrinum fuisse, ut cum ipse Filium ordine et dignitate minorem pronuntiet, illius doctrinæ, quæ de Spiritu idem tradit, auctores nullos ab Eunomio citari posse diceret? Sive Basilii sunt, quæ infra leguntur, *Cum Dominus ipse in traditione salutaris baptismatis tradiderit ordinem*, etc., ipsum Dominum agnoscit Basilius hujus doctrinæ auctorem, nedum auctores nullos proferri posse existimet. Sive Eunomio tribuenda hæc verba ; non laborat auctorum doctrinæ suæ penuria, qui ipsum Dominum citat auctorem. Mendose ergo in hanc novam editionem irrepserunt hæc verba : sed tamen non parum prosunt ad demonstrandam Græcorum in hoc Basilii contextu adulterando audaciam.

Assentiri enim non possum erudito dissertationis auctori, qui Basilium putat ad impiam Eunomii de tertia substantia sententiam respicere, dum ait : *Simulat se servare sanctorum doctrinam, at eos qui eam ipsi tradiderunt, tacet.* Distinguit enim accurate Basilius ea quæ Eunomius *a sanctis se didicisse* aiebat, nempe, *tertium esse ordine et dignitate Spiritum*, ab iis quæ se *a seipso credere fatebatur*, nempe, *natura quoque tertium esse.* Quod ergo addit Basilius, *Quinam autem sancti illi, et quibus in scriptis hanc doctrinam edidere?* id prorsus immerito referretur ad ea quæ se Eunomius *a seipso credere*, non a sanctis accepisse aiebat. Quare cum eum sic interrogat Basilius : *Quinam autem sunt sancti illi, et quibus in scriptis hanc doctrinam edidere?* non obscure declarat Eunomium callide reticuisse sanctorum testimonia ac præsertim Christi verba, ex quibus Spiritum sanctum ordine tertium esse colligitur, quia, cum hæc verba Spiritus sancti divinitatem evidenter astruant, si ea retulisset Eunomius, manifestior exstitisset eorum, quæ de suo statim addebat, impietas.

III. Scriptura, quam defendunt Latini, non solum apte et commode cum tota Basilii doctrina, sed etiam necessario cum illius ratiocinatione ejusque argumentis cohæret. Spiritum ex Patre et Filio procedere vel hoc unum testimonium demonstrare possit, quod sub finem libri II *in Eunomium* habemus. Nam cum Eunomius impie Filium creaturam Patris, Spiritum creaturam Filii vocaret, Basilius impietatem illius perhorrescit, quod creaturam diceret Spiritum sanctum ; ac deinde illum sic arguit,

Digitized by Google

quod Spiritus originem non Patri et Filio, sed soli Filio attribueret. *Illud vero*, inquit (p. 270), *cui non patet, quod nulla Filii operatio a Patre divisa sit, nec quidquam sit in rerum natura, quod ad Filium pertineat, et a Patre alienum sit?* « *Omnia enim, inquit, mea tua sunt, et tua mea*[8]. » *Quomodo igitur Spiritus causam Unigenito soli attribuit, et ad ejus accusandam naturam illius creationem usurpat?* Luce clarius est Basilium inter et Eunomium convenisse, Spiritus originem Filio attribuendam, sed in eo controversiam exstitisse, quod Eunomius soli Filio attribueret, Basilius Patri et Filio. Sententiam suam Basilius non perfunctorie probat. Contendit duo fore principia, si Spiritus origo soli Filio tribuatur. Demonstrat eum non dirimendum esse a Patre, cum et Apostolus conjuncte Spiritum Christi et Spiritum Dei Patris appellet; *ac Dominus Spiritum veritatis dicat* (*est enim ipse* Christus *veritas*) *et de eo dicat: A Patre procedit*

Neque etiam obscure perspicitur Basilii sententia ex his verbis epist. 52, n. 2: *Non enim quæ fratrum inter se cognationem habent, dicuntur consubstantialia, id quod quidam existimant, sed cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ, consubstantialia dicuntur.* Manifesta est et aperta conclusio, quam theologi ex his verbis deducunt. Nam si ea tantum dici debent consubstantialia, quorum alterum ex altero originem habet, non potuit Spiritus tot locis apud Basilium consubstantialis Filio dici, nisi eum ex Filio originem habere constaret. Equidem hoc testimonium paulo aliter interpretatus sum ac Petavius; sed nihil de argumenti pondere decedit. In ea enim, quam infra afferam, interpretatione negat Basilius ea tantum dicenda consubstantialia, quæ fraterna tenentur cognatione, ut nonnulli existimabant; sed tunc etiam hanc vocem congruere contendit, *cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ.* Ex quo patet Basilium inter et adversarios convenisse, Filium ex Patre, Spiritum ex Patre et Filio exsistentiam habere, ejusdemque esse naturæ, sed isti, quanquam erant Catholici, nec Filium Patri, nec Spiritum Patri et Filio consubstantialem dicere volebant, quia videbatur eis illa vox minus convenire, *cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ.*

In eadem epistola Basilius sanctum et inviolabilem esse contendit ordinem personarum, *quem in Evangelio didicimus a Domino dicente: « Euntes baptizate in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*[9]. » Idem docet in ep. 125, n. 3. Qualis sit ille ordo personarum, perspicimus ex lib. I *in Eunomium*, ubi sic loquitur: *Nos autem*, inquit (p. 232), *secundum relationem causarum ad ea quæ ex ipsis sunt, Patrem Filio præponi dicimus.* Idem autem de sancto Spiritu dicendum demonstrant hæc verba ex cap. 17 libri *De Spiritu sancto* jam citata: *Ut se habet Filius ad Patrem, sic ad Filium Spiritus*, etc. Atque hæc relatio fusius explicatur in cap. 18 ejusdem libri.

His addi possunt nonnulla ex quinto *in Eunomium* libro, qui liber etiamsi Basilii non sit, ei tamen a Græcis adjudicatur, ac totus ex ejus sententiis compositus est. Ibi (pag. 305) legimus Spiritum esse *Verbum Filii, imaginem Filii, Spiritum Filii, procedere ex Deo per Filium.* Nec omittenda illa quæstio (*ibid.*), *Cur et Spiritus Filius Filii non dicitur?* Quæ quidem perabsurda fuit, si ex Filio Spiritus non procedit.

Quod si unquam Basilius Spiritum a Filio procedere docuit, tum maxime hujus depromendæ doctrinæ necessarium exstitit tempus, cum illum Filio minorem ordine et dignitate esse, in suscepta adversus subtiles hæreticos disputatione pronuntiavit. Nam qui de Filio obiter agens, eum ordine et dignitate minorem Patre non ausus est dicere, nisi statim causam adderet, quia a Patre est, et Pater ejus origo, quanto magis hæc illi cautio adhibenda fuit, cum Spiritum sanctum, de quo data opera disserebat, Filio minorem ordine et dignitate diceret? Quinetiam manca erit vel potius absurda Basilii ratiocinatio, nisi Spiritum Filio minorem esse ordine et dignitate, quia a Filio esse habet, si minus dixerit, saltem cogitaverit et crediderit. Huc enim tota rediret hæc ratiocinatio: Quemadmodum Filius qui a Patre esse habet, ordine et dignitate minor est Patre, non tamen natura; sic Spiritus, qui a Filio esse non habet, ordine et dignitate minor est Filio, non natura. Quo quid absurdius fingi potest? Necesse est ergo ut causa, cur Spiritus ordine et dignitate tertius sit, si minus a Basilio verbis expressa, saltem illius animo obversata sit. Sed hujus causæ, ut jam dixi, conceptis verbis efferendæ necessitatem imponebat Eunomii perfidia, qui hoc principium in alienissimos sensus rapiebat, et Spiritum natura tertium esse inde colligebat. Unde Basilius in libro *De Spiritu sancto*, cap. 6, Filium negat inferiorem dignitate, ac prorsus æqualem esse contendit.

IV. Ad tot et tanta rationum momenta, quæ etiam sine codicibus mss. valerent, accedit codicum mss. auctoritas, non eorum quidem, qui nunc in bibliothecis nostris exstant, sed eorum quos olim exstitisse certissimis monumentis cognoscimus. Hugo Etherianus, sæculi duodecimi scriptor, qui tres libros ad Latinorum defensionem Alexandro tertio nuncupavit anno 1177, citat in secundo libro, cap. 19, illud Basilii de Spiritu dictum, *a Filio esse habens.* In libro tertio, cap. 12, sensum magis quam verba refert. At in cap. 13 ejusdem libri locum integrum refert sine additamentis dubitationem Basilio affingentibus, non vero sine insigni illa sententia, quæ Spiritum a Filio esse habere declarat.

[8] Joan. XVII, 10. [9] Matth. XXVIII, 19.

Digitized by Google

Atque hæc Etherianus laudat, ut minime dubia minimeque controversa. Nec Nicetas Maroniensis, qui Etherianum eodem sæculo oppugnavit, ullam huic testimonio suspicionem falsi injicere conatus est, ut discimus tum ex Bessarione, qui se hoc testimonium in libro Nicetæ vidisse testatur (8); tum maxime ex Leone Allatio, qui hoc testimonium a Niceta, ut integrum, susceptum fuisse asseverat (9). Neque etiam codicibus, quibus sæculo duodecimo utebatur Euthymius Zigabenus, inerant spuria additamenta. Is enim in *Panoplia* testatur Basilium non dubitasse, *an Spiritus sanctus esset ordine et dignitate posterior Filio.*

Sæculo decimo tertio prodire cœperunt nonnulli codices, in quibus deerat testimonium Græcis incommodum, additamenta cum illis facientia non deerant. Sed velim laudatam dissertationem evolvant, qui scire avent, quomodo Beccus, ejusque duo comites et archidiaconi, Constantinus Meliteniotes, et Georgius Metochita hos codices et recentes esse et perpaucos et ab aliis longe antiquioribus ubique terrarum dispersis refelli ostenderint. Eamdem causam strenue defenderunt sæculo decimo quarto duo alii inter Græcos doctissimi scriptores, Demetrius Cydonius et Manuel Calecas. In concilio autem Florentino sex prolatis codicibus, unus tantum papyraceus Græcis favit, quinque alii Latinis; quorum codicum quatuor in membranis scripti erant. Cum autem in eodem concilio Marcus Ephesius dictitasset, se scire libros esse apud Constantinopolim supra mille, in quibus Græcorum lectio contineretur; mendacium illius oculis suis ac manibus comprehendit Bessarion, qui Constantinopolim reversus, ut ipse testatur in epist. ad Alexium Lascarim, omnibus inspectis bibliothecis, lectionem Græcis incommodam nullo prorsus in codice recenti ac post dissensionem scripto reperit; at in aliis non paucioribus ac longe antiquioribus reperit. In primis autem memorabile est quod de duobus codicibus in monasterio Christi Salvatoris Pantepoptæ a se inventis narrat; quorum in altero antiquissimo et membranaceo veritas violata fuerat, spatio vacuo adhuc facinus testante; in altero autem papyreo et ante annos trecentos scripto perfusa erat atramento tota illa pars, quæ Spiritum ex Filio tanquam ex causa docet dependere.

Ejusmodi codices etiamsi in bibliothecis Græcorum nulli jam exstarent, nihil tamen de eorum auctoritate decederet; quippe cum certissimis historiæ monumentis et testimoniis memorentur, quæ nullo prorsus facinore deleri, nullo furto abscondi possunt. Neque etiam ambiguum esse possit, utri codices potiores sint existimandi, antiqui an recentes: scripti ante exortam de Spiritu sancto controversiam, antequam Græcorum interesset quidquam in contextu Basilii attentare, an quos postea iidem Græci in ipso contentionis æstu protulere, cum nihil ad causæ suæ defensionem non auderent. Quare eorum, qui S. Basilii operibus in lucem edendis præfuerunt, videtur in eo requirenda diligentia, quod nulla prorsus editio, si tamen excipias Trapezuntii Latinam interpretationem, eximium de Spiritus sancti processione testimonium in avitam sedem restituerit, ac nævos de industria injectos expunxerit.

§ V.

I. *Utrum S. Basilius ea tantum consubstantialia crediderit, quorum alterum ex altero originem habet.* II. *Utrum mundum temporis momento creatum crediderit.*

I. Jam observavimus argumentum non leve processionis Spiritus sancti ex Filio reperiri in epistola 52 S. Basilii ad canonicas. Sed quia idem ille locus negotium facessit doctissimis theologis, aliquid operæ insumendum in eo explicando. Videtur enim ea sola existimare consubstantialia, quorum unum ab altero originem accepit. Sic autem loquitur pag. 145, n. 2: Οὐ γὰρ τὰ ἀδελφὰ ἀλλήλοις ὁμοούσια λέγεται, ὅπερ τινὲς ὑπειλήφασιν· ἀλλ' ὅταν καὶ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐκ τοῦ αἰτίου τὴν ὕπαρξιν ἔχον, τῆς αὐτῆς ὑπάρχῃ φύσεως, ὁμοούσια λέγεται· *Non enim quæ fratrum inter se rationem habent, dicuntur consubstantialia, id quod quidam existimant; sed cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ, consubstantialia dicuntur.* Basilii verba sic explicat Petavius (10) cum Caleca, Bessarione et Demetrio Cydone, ut illum ea proprie consubstantialia dicere existimet, quæ originis habitudine junguntur; cætera vero minus proprie, ut Petrus et Paulus. Sed si S. Patris verba expendantur accuratius, non videtur hoc loco id negare, quod ipse conceptis verbis asseverat in epist. 38, homines esse inter se consubstantiales; sed eos tantum refellit, qui consubstantialis notionem rebus inter se fraterna cognatione junctis ita proprie attribuebant, ut divinis aptari non posset.

1° Fatetur Basilius consubstantialis notionem, qualis exponebatur ab adversariis, locum aliquem habere in ære et conflatis ex ære numismatibus. Ibi enim est substantia quædam anterior, quæ in multa dividitur. 2° Examinandum est quinam refellantur his verbis: *Non enim quæ fratrum inter se rationem habent, consubstantialia dicuntur, id quod quidam existimant.* Non eos sane refellit, qui Petrum et Paulum consubstantiale esse dicebant ob naturæ similitudinem, ac inde concludebant Patrem et Filium, utpote lumen et lumen, esse consubstantiales. His tantum adversatur, qui consubstantiale rejiciebant. Sed quid in eis reprehendit? Nihil allud profecto, nisi quod consubstantiale iis tantum attribuerent, quæ fraternam habent cogna-

(8) Ep. ad Alex. Lascarim.
(9) *Enchirid.*, c. 20.
(10) *De Trinit.* lib. VII, cap. 4.

Digitized by Google

tionem. Hanc enim arripiebant causam, cur a personis divinis, ut fraternam cognationem, ita etiam consubstantiale excluderent. Quare non erat cur Basilius in contrarium vitium curreret, et quod adversarii negabant sine fraterna cognatione posse consistere, id cum ea conciliari non posse diceret. Satis erat ostendere, non ea tantum dici consubstantialia, quæ fraternam habent cognationem : *sed cum causa et id quod ex causa exsistentiam habet, ejusdem sunt naturæ*, tunc recte dici consubstantialia. 3° Non leviter prætereunda hæc verba, *id quod quidam existimant*. Ex his enim patet non communem a Basilio opinionem refelli, quam ipse alibi profitetur, ut modo observavimus, sed singulare nonnullorum hominum commentum, qui putabant *consubstantialis voce exhiberi notionem substantiæ, et eorum quæ ex substantia, adeo ut divisa substantia appellationem consubstantialis conciliet iis in quæ divisa est.*

II. S. Basilii mentem minus calluerunt, qui eum in opere sex dierum explicando sic versari existimarunt, ut mundum temporis momento cum suo ornatu creatum a Deo doceat. Omnibus certe Moysis vestigiis accuratissime insistit. Quærit homil. 2, n. 1, pag. 22, cur terra dicatur incomposita, idem vero de cœlo non dicatur. Terram ideo incompositam dici statuit, quia nondum plantas, arbores et flores protulerat. At ipsum cœlum incompositum fuisse contendit. *Hæc eadem*, inquit, *et de cœlo dixerimus, nondum illud excultum fuisse, nec proprium recepisse ornatum : utpote quod nondum sole nec luna splendesceret, neque astrorum choris coronaretur. Nondum enim istæc condita erant. Quare a veritate non aberraveris, si cœlum incompositum dicas. Invisibilem autem terram appellavit ob duas causas ; vel quod nondum esset illius spectator homo ; vel quod demersa innatantibus super ipsius superficiem aquis videri non posset. Nondum enim erant aquæ in suas stationes congregatæ, quas postea aggregatas Deus maria appellavit.*

Hæc profecto nihil redolent ex subtili illa opinione, quæ mundum cum suo ornatu temporis puncto prodiisse censet. Idem perspicitur ex num. 3 ejusdem homiliæ, p. 15, et ex homil. 5, n. 5, p. 44. Occurrit in homil. 4, n. 4, huic quæstioni : *Si aqua erat super terram, cava omnia quæ nunc pelagus continent, referta erant. Quo igitur colligendæ erant aquæ, concavis jam occupatis?* Sic respondet : *Ad hæc respondebimus, tunc et receptacula fuisse præparata, cum aquam oportuit in unam secerni congregationem. Neque enim erat illud quod est extra Gades mare*, etc.

His addere non pigebit, quæ Basilius de creatione solis peracute observat. Sic loquitur homil. 4, n. 5, p. 37 : Ἵνα μὴ τῷ ἡλίῳ τὴν τοῦ ἀναξηραίνειν τὴν γῆν αἰτίαν προσθῶμεν, πρεσβυτέραν τῆς τοῦ ἡλίου γενέσεως τὴν ξηρότητα τῆς γῆς ὁ Δημιουργὸς παρεσκεύασεν· *Ne soli ariditatis terræ causam attribueremus, antiquiorem solis generatione arditatem terræ opifex effecit.* Et homil. 6, n. 2, p. 51 : *Cœlum et terra præcesserant, post hæc creata lux fuerat, dies et nox discretæ fuerant; item firmamentum, et aridæ detectio. Terra propriis germinibus erat referta, quandoquidem et innumera protulerat herbarum genera, et omnimodis plantarum speciebus exuberabat. Necdum tamen erat sol, neque luna : ne lucis auctorem et patrem appellarent solem, neve rerum e terra nascentium opificem qui Deum ignorant existimarent.*

Jam vero perfacile est exponere quo sensu Basilius mundum temporis momento productum dixerit. Testimonium quod objicitur, exstat homil. 1, n. 6, ubi sic loquitur : Ἡ τάχα διὰ τὸ ἀκαριαῖον καὶ ἄχρονον τῆς δημιουργίας εἴρηται τὸ, « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν, » ἐπειδὴ ἀμερές τι καὶ ἀδιάστατον ἡ ἀρχή. Ὡς γὰρ ἡ ἀρχὴ τῆς ὁδοῦ οὔπω ὁδός, καὶ ἡ ἀρχὴ τῆς οἰκίας οὐκ οἰκία· οὕτω καὶ ἡ τοῦ χρόνου ἀρχὴ οὔπω χρόνος, ἀλλ' οὐδὲ μέρος αὐτοῦ τὸ ἐλάχιστον... Ἵνα τοίνυν διδαχθῶμεν ὁμοῦ τῇ βουλήσει τοῦ Θεοῦ ἀχρόνως συνυφεστάναι τὸν κόσμον, εἴρηται τὸ, « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν· » ὅπερ ἕτεροι τῶν ἑρμηνευτῶν, σαφέστερον τὸν νοῦν ἐκδιδόντες, εἰρήκασιν, « Ἐν κεφαλαίῳ ἐποίησεν ὁ Θεὸς, » τουτέστιν ἀθρόως καὶ ἐν ὀλίγῳ· *Aut fortasse ob factam in momento et citra tempus creationem dictus est, « In principio fecit »[10] : » quandoquidem partium et divisionis expers principium. Quemadmodum enim principium viæ nondum est via, et domus principium nequaquam domus est : sic et temporis principium nondum tempus est, imo neque pars ipsius minima... Igitur ut mundum voluntate Dei citra ullam temporis moram simul substitisse edoceamur, dictum est : « In principio fecit. » Quod ipsum interpretes alii, sententiam dilucidius reddentes, dixerunt : « In capitulo fecit Deus, » hoc est, subito et brevi.* Sed ex his verbis nihil aliud colligi potest, nisi id quod Christiani omnes semper tenuerunt, omnia temporis momento e nihilo educta, nec quidquam Dei restitisse voluntati. Hinc idem docet Basilius de iis quæ sigillatim ad mundi ornatum prodiere. Sic enim de terræ germinibus loquitur homil. 5, n. 5, pag. 44 : *In minimo etiam temporis puncto a germinatione exorsa terra, ut Conditoris leges servaret, per omnem accretionis speciem progrediens, confestim germina deduxit ad perfectionem.*

§ VI.

I. Traditionis auctoritas defensa a sancto Basilio adversus Eunomium et Pneumatomachos. II. Valde etiam studiosus exstitit catholici sermonis defendendi. Quid de conciliis sentiat. III. Cur adversarios ad Scripturam provocat. IV. Quo sensu omnia Scripturis confirmanda, nihil Scripturis addendum dixit. V. Quo sensu auditores probare debere quæ a magistris dicuntur.

I. Non interest eorum, qui sectas ab Ecclesia

[10] Gen. I, 1.

Digitized by Google

dissidentes defendunt, in his argumentis, quæ ad Ecclesiæ et traditionis ei commissæ auctoritatem spectant, sese venditare. Cum enim eventui unius pugnæ sua omnia committunt, semelque hac in re victis nihil superest ad causæ defensionem; tum vero eo facilius in hoc dogmate quam in aliis vincuntur, quod ne erroris quidem novitate molestiam facessunt, sed omnium hæreticorum, qui unquam exstitere, vestigiis insistunt. Ausus est tamen Scultetus (10*) ad acerrimum traditionis defensorem Basilium provocare, nec timide aut verecunde versatur in illius testimoniis colligendis. Sed ut Scultetii temeritas in promptu omnibus sit, paucis exponenda S. doctoris sententia : quanquam Ecclesiæ traditionem non magis eruditis scriptis, quam rebus fortiter gestis defendit. Non segnis sane et indiligens opera illius in explicandis Scripturis : sed idem acerrimus exstitit traditionis defensor. Probe enim sciebat verbum Dei non solum scripto ab apostolis, sed etiam viva voce traditum Ecclesiæ fuisse; et quod Ecclesia in omnibus sæculis constanter docuit, id non aliunde quam ab apostolis acceptum esse, nec ab eo, quod scripserunt apostoli, divelli posse, nisi aliud scripto apostoli, aliud viva voce docuisse fingantur. Hujus sententiæ præclarum reliquit testimonium in libro primo *adversus Eunomium*, qui cum in doctrina divinitus revelata eamdem ac in rebus philosophicis licentiam peteret, ac in Catholicos jocaretur, quasi *ex multitudine verum a falso secernerent, majori parti tributa palma, ac priorum agmini concessa victoria, aures posterioribus obturarent*, sic a sancto doctore refellitur (p. 210) : *Quid dicis? palmamne demus antiquioribus? ne revereamur multitudinem Christianorum, neque eorum qui nunc sunt, neque eorum qui fuerunt, ex quo prædicatum est Evangelium? Ne reputemus dignitatem eorum, qui donis spiritualibus cujuscunque generis claruerunt; quibus omnibus inimicam et adversam hanc viam impietatis recens excogitasti; sed clausis prorsus animæ oculis, et sancti cujuslibet viri memoria e mente depulsa, unusquisque cor nostrum otiosum ac purgatum captionibus ac sophismatis tuis subdamus?* Ambigi non potest utrum imitatæ sint recentes sectæ, Basilium an Eunomium : utrum cum Basilio sanctorum Patrum auctoritatem, ac multitudinem Christianorum omnium, tum eorum qui nunc sunt, tum eorum qui ab Ecclesiæ ortu exstiterunt, reveritæ sint; an cum Eunomio tantam auctoritatem tricis et cavillationibus exagitaverint.

Non minoris momenti videntur esse quæ sequuntur. *Magna profecto*, inquit (*ib.*, p. 211), *foret tua potentia, si quæ multiplici suo artificio diabolus consecutus non est, ea tibi solo imperio assequi contingeret; si videlicet persuasu ac inductu tuo traditionem, quæ per præteritum omne tempus apud tot sanctos obtinuit, impio vestro commento postponeremus.* Ex his perspicimus omnia diaboli artificia in suscitandis hæresibus eo spectasse, ut apostolicam prædicationem, quam Ecclesia veluti sacrum depositum custodit, penitus convelleret; sed ejus conatus irritos fuisse. Qui ergo *traditionem per præteritum omne tempus apud tot sanctos prædicatam* impugnarunt, hi non Spiritum sanctum in Scripturis interpretandis ducem habuerunt, sed diaboli ad evertendam Ecclesiam emissarii fuere. Hinc hæresum originem ex contemptu sanctorum Patrum repetit Basilius in commentario *in Isaiam*. *Nonnulli sunt*, inquit (p. 555), *qui cum Patres et tradita ab eis dogmata fastidiant, ipsi hæresum cupiunt esse auctores.*

Si qua sane dogmata sine traditione defendi possent propter apertissima Scripturæ testimonia, id potissimum de Filii ac Spiritus sancti divinitate statui deberet. Nullo tamen in dogmate acrius defensa traditio. Quam necessarium sit hoc Ecclesiæ præsidium, pluribus locis declarat Basilius. *At ne separes*, inquit in homil. 24 (p. 194), *a Patre et Filio Spiritum sanctum, absterreat te traditio. Sic Dominus docuit, prædicavere apostoli, Patres conservavere, confirmavere martyres.*

Sed præcipue in libro *De Spiritu sancto* omnes ingenii vires in defendenda catholici dogmatis traditione profundit. *Id quod impugnatur fides est*, inquit (cap. 10, pag. 21), *isque scopus est communis omnibus adversariis et sanæ doctrinæ inimicis, ut soliditatem fidei in Christum concutiant, apostolicam traditionem solo æquatam abolendo. Eapropter, sicut qui bonæ fidei debitores sunt, probationes e Scriptura clamore exigunt, Patrum testimonium, quod scriptum non est, velut nullius momenti rejicientes.* Et cap. 27 (p. 54) : *Ex asservatis in Ecclesia dogmatibus et prædicationibus, alia quidem habemus e doctrina scripto prodita, alia vero nobis in mysterio tradita recepimus ex traditione apostolorum : quorum utraque vim eamdem habent ad pietatem; nec iis quisquam contradicet : nullus certe, qui vel tenui experientia noverit quæ sint Ecclesiæ instituta. Nam si consuetudines, quæ scripto proditæ non sunt, tanquam haud multum habentes momenti, aggrediamur rejicere, imprudentes Evangelium in ipsis rebus præcipuis lædemus, imo potius prædicationem ad nudum nomen contrahemus.* Cur ad traditionem confugiendum sit, ut doctrina Ecclesiæ percipiatur, hanc etiam affert rationem (p. 55), quod non solum omnia Scripturis consignata non fuerint, sed etiam ipsa Scriptura obscuritate quadam involvatur. *Est autem silentii species etiam obscuritas, qua utitur Scriptura, intellectu difficilem reddens dogmatum sententiam idque ad legentium utilitatem* (p. 206).

Speravit Scultetus hæc eludi posse, si hanc partem libri *De Spiritu sancto*, ex qua postremum te-

(10*) *Medul. theol.*, part. IV.

Digitized by Google

stimonium deprompsimus, non Basilii fetum esse, sed manus alienæ facinus; aut saltem Basilium hoc loco non de præcipuis fidei capitibus, sed de ritualibus traditionibus, *quarum aliæ nullius momenti, aliæ ex hominum memoria in ipsa Ecclesia Romana pridem deletæ*, disserere responderet.

Primum illud commentum, quod perfidæ manus suspiciones in librum *De Spiritu sancto* injicere conatur, sic jam ab omnibus explosum est, ut nova opera non sit refellendum. Quod autem spectat ad alteram Sculteti responsionem, verum illud quidem est Basilium hoc loco nonnulla commemorare quæ ad essentiam sacramentorum non pertinent : sed non idcirco minus exploratum est ejus principium, nempe utraque eamdem vim ad pietatem habere, et quæ Scripturis prodita sunt, et quæ recepimus ex traditione apostolorum. Nam illa etiam, quæ ad essentiam sacramentorum non pertinent, par habent momentum, sive Scripturis, sive traditione apostolorum contineantur; pariter enim immutari possent, quemadmodum ritus mergendi in aquam, qui in Scripturis memoratur ac ipsa baptismi voce significatur, quia tamen ad essentiam baptismi non pertinet, immutatus est ab Ecclesia. Frustra ergo S. Basilium exagitat Scultetus, quasi in hoc Basilii loco regula cum exemplis et exempla cum regula pugnent. Non enim id dicit Basilius, Evangelium in præcipuis partibus lædi, et prædicationem ad nudum nomen redigi, si ritus nonnulli immutentur ab Ecclesia : sed ex contemptu traditionis hoc gravissimum incommodum consequi docet, ut nihil prorsus in Ecclesiæ cultu et doctrina supersit integrum, sed ipsa eucharistiæ consecratio, confirmationis sacramentum, ipsa etiam fidei professio in Patrem et Filium et Spiritum sanctum evertantur (pag. 57). Hujus sententiæ veritatem demonstrant exemplo suo recentes sectæ, quæ, traditione semel rejecta, non solum pios Ecclesiæ ritus, sed etiam eucharistiæ consecrationem, qualis a Basilio describitur, ac sacramentum confirmationis sustulerunt, et prædicationem Evangelii ita ad nudum nomen redegerunt, ut tota religio cujusque arbitrio et libidini permissa sit, ac ne ipsa quidem Trinitatis doctrina adversus Unitarios defendi possit.

II. Testis est etiam locuples Basilius, quanto animi ardore defendi debeat usitatus in Ecclesia ad dogma exprimendum sermo. Nam, cum pati non possent Pneumatomachi Spiritum sanctum una cum Patre et Filio glorificari, demonstrat hanc glorificandi rationem et apud antiquos Patres usitatam esse, et in toto Occidente et in Oriente vigere. Deinde sic loquitur (cap. 29, pag. 63) : *Qui fit igitur, ut ego sim innovator, et recentiorum verborum architectus? cum totas nationes, civitates, et consuetudinem omni hominum memoria vetustiorem, insuper et viros Ecclesiæ columnas, omni scientia ac virtute Spiritus claros, duces ac patronos hujus vocis exhibeam? Ob hæc hostilis illa acies adversus nos commota est, omnisque civitas, vicus et omnes extremi fines pleni sunt nos calumniantium vocibus. Molesta quidem hæc ac lugenda cordibus quærentium pacem : verum quoniam est magna patientiæ merces, toleratas pro fide afflictiones secutura, præter hæc et gladius splendescat, et securis acuatur, et ignis ardeat Babylonico illo vehementius, et omnia supplicii instrumenta in nos moveantur; quod ad me quidem attinet, nihil arbitror formidabilius, quam non formidare minas, quas Dominus in Spiritum blasphemias jacientibus intentavit. Igitur apud cordatos homines ad purgationem mei sufficiunt hæc quæ dicta sunt, quod recipimus vocem adeo gratam ac familiarem sanctis, insuper et tam diutino usu confirmatam. Nam ex quo tempore est annuntiatum Evangelium usque ad præsens, ostenditur in Ecclesiis usitatam fuisse : et quod est omnium maximum, pium ac religiosum sensum habere demonstratur.*

Non minus enituit Basilii studium et animi ardor in defendenda conciliorum auctoritate. Hinc declarat (epist. 114) *trecentos decem et octo Patres, nos sine Spiritus sancti afflatu locutos esse.* Quamvis ergo ab eo non peteretur, ut a synodi fide et sententia discederet, sed tantum ut unam vocem illius auctoritate consecratam imperatori cederet (11); nec exsilii, nec tormentorum minis, nec, quod sancto episcopo gravius esse debebat, luporum gregi imminentium metu adduci potuit, ut hoc nefas admitteret.

III. Objicit Scultetus illud Basilii ex epist. 189 : *Criminantur*, inquit (p. 277, n. 3), *quod unam bonitatem, et unam potentiam, et unam divinitatem dicamus. Neque id extra veritatem : dicimus enim. Sed criminando objiciunt, non sic suam habere consuetudinem, nec Scripturam assentiri. Quid igitur ad hoc quoque nos? Non putamus æquum esse, ut vigentem apud ipsos consuetudinem, rectæ doctrinæ legem et normam ducamus. Etenim, si valet ad rectæ doctrinæ demonstrationem consuetudo, licet et nobis profecto usitatum apud nos morem opponere. Quod si hunc illi rejiciunt, neque nobis prorsus illos sequi necesse. Itaque Scriptura divinitus inspirata nobis sit arbitra; et apud quos inventa fuerint dogmata divinis verbis consona, ad eos accedet omnino veritatis suffragium.* Ex his concludit Scultetus soli Scripturæ judicium a Basilio ac arbitrium attribui controversiarum.

Sæpe alias hunc locum Basilii decantavere Protestantes ; sed tamen quid eis prosit non video. Nam, 1° etiamsi Basilius Pneumatomachis vere et ex animo concessisset controversiæ, quam cum eis habebat, judicium ex sola Scriptura petendum ; quid hoc faceret cum Protestantibus ? Consuetudini Cæsariensi unam in personis divinis bonitatem, unam potentiam prædicanti contrariam Eccle-

(11) Nyss., I, Eunom., p. 314; Theodoret., lib. IV. c. 18.

Digitized by Google

siæ suæ consuetudinem opponebant Pneumatomachi: in hac consuetudinum varietate, quid mirum si ad Scripturam provocat Basilius? At Protestantes, cum novum religionis genus condiderunt, non habuere consuetudinem aut traditionem, quam constanti Ecclesiæ traditioni opponerent. Uti ergo non possunt auctoritate Basilii, qui traditionem non rejicit, sed quia inesse fingebatur in Ecclesiarum consuetudinibus varietas, ad Scripturam confugit.

2° Hæc traditionis varietas merum est commentum Pneumatomachorum. Solebant enim ut novum exagitare, quidquid illorum evertebat hæresim. Hinc consuetudinem glorificandi cum Patre et Filio Spiritus, quam Basilius in omnibus Ecclesiis vigere et semper viguisse demonstrat, (12) novam esse et ab Ecclesia minime probatam dictitabant. Quin etiam in hac ipsa epistola 189, postquam Ecclesiæ suæ consuetudinem objecere, statim vanitatem et mendacium confitentur, ac unam in personis divinis deitatem non improbant, modo ad Spiritum sanctum non extendatur. *Sed apertius*, inquit Basilius (n. 4), *orationis suæ nudant propositum : Patri quidem convenire, ut Deus sit, ac Filium similiter divinitatis nomine honorari assentientes ; Spiritum vero, qui una cum Patre et Filio numeratur, divinitatis notione minime comprehendi, sed a Patre ad Filium usque terminata divinitatis potentia, naturam Spiritus a divina gloria secerni.*

3° Quo tempore Basilius ad Eustathium archiatrum hanc scripsit epistolam, consilium suscepit, Amphilochii rogatu, scribendi adversus Pneumatomachos libri *De Spiritu sancto* : et cum in hoc opere traditionem tam acriter defendat, nemo illam in epistola rejectam suspicari possit. Præterea cum provocat ad Scripturas Basilius, non, ut Protestantes, earum interpretationem cujusque arbitrio permittit. Ne ipsi quidem Pneumatomachi hanc sibi licentiam arrogabant. Quamvis enim sub Valente plurimum possent, quia tamen in Ecclesia dominari et plebem suam facere volebant, cogebantur ut plurimum sese ad usitatas in Ecclesia interpretationes Scripturæ accommodare. Hinc anno 371 cum Basilium malo animo observarent, de Spiritus sancti divinitate disserentem patienter audierunt (13); et cum Spiritum nominatim Deum non appellasset, belli ei inferendi causam arripere non valuerunt. Anno autem 374 hoc tantum in eo reprehenderunt, quod Spiritum cum Patre et Filio glorificaret (14) : cætera non ausi sunt improbare.

IV. Utitur etiam Scultetus regula morali sancti Basilii 26, cap. 1, ubi sic habetur : *Quod verbum omne aut res testimonio divinæ Scripturæ obfirmanda sunt ad integram persuasionem bonorum et ad malorum verecundiam.* Et reg. 80, cap. 22, ubi statuit proprium esse fidelis nihil ex his quæ scripta sunt rejicere audere aut quidquam his addere. *Etenim*, inquit Basilius, *si omne quod non est ex fide peccatum est*, ut ait Apostolus[11], « *fides autem ex auditu est, auditus autem per verbum Dei*[12], » *omne quod est extra divinam Scripturam, cum ex fide non sit, peccatum est.* Idem Scultetus nonnulla alia colligit loca, in quibus similiter sancitur, ne quid addatur aut detrahatur sacræ Scripturæ. Quæ autem non sunt scripta, ea pro liberis habenda concludit ex his verbis (15) : *Quoniam alia in sancta Scriptura per Domini mandatum declarata sunt, alia silentio prætermissa ; de iis quidem quæ scripta sunt, nulli omnino licet aut aliquid facere eorum quæ vetita sunt, aut aliquid omittere eorum quæ jussa sunt... de iis vero quæ silentio prætermissa sunt, regulam nobis tradidit apostolus Paulus, cum dixit : « Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Nemo quod suum est quærat : sed quod alterius unusquisque. » Quare necesse omnino est aut Deo ex ejus mandato subjici, aut aliis propter mandatum illius.*

Inutilis sane Sculteti labor in ejusmodi testimoniis colligendis. In primo Basilius auctor est, ut in adhortando et increpando adhibeantur Scripturæ testimonia ; deinde ait in sequenti capite, *iis etiam quæ in natura aut consuetudine vitæ nota sunt, utendum esse ad confirmationem eorum quæ fiunt aut dicuntur.* Quis inde sequi suspicetur, penes Scripturam solam arbitrium esse et normam dirimendarum controversiarum, nec verbi divini, quod ab apostolis viva voce prædicatum tota Ecclesia custodit, habendam esse rationem?

Cum vetat Basilius ne quid addatur Scripturæ aut detrahatur, nequaquam excludit traditionem. Docet enim (16) adhibenda esse in refellendis hæreticis ea nomina et verba, *quæ ipsis quidem litteris et syllabis in Scriptura divina non reperiuntur, sed tamen eam quam præfert Scriptura sententiam servant. Quæ vero præter dictionis novitatem novum etiam sensum et peregrinum nobis exhibent, quæque non inveniuntur usurpata a sanctis, ea uti peregrina et a pia fide aliena* aversari se declarat. Traditionem ergo Basilius non dissociat a Scriptura, sed quæ traditione nituntur, et a sanctis usurpata sunt, ea negat peregrina et a fide aliena, etiamsi nominatim non legantur in Scripturis. Hinc in testimonio, quod depromptum est ex reg. mor. 80, verbum divinum, sive scriptum sit, sive voce prædicatum, nullo habet discrimine. Probat enim, quid

[11] Rom. XIV, 23. [12] Rom. X, 17.

(12) Lib. *De Spir*, c. 1, n. 3, et c. 27, n. 63, et c. 29, n. 75.
(13) Naz., or. 20, p. 361.
(14) Lib. *De Spir.*, cap. 1, n. 3.
(15) Reg. brev. 1, p. 364.
(16) Tom. II, pag. 224 et 225.

Digitized by Google

quid extra Scripturam est peccatum esse, quia peccatum est quidquid non est ex fide, fides autem ex auditu, verbi videlicet divini, sive prædicati, sive scripti. In libro secundo *adversus Eunomium* (p. 243) idem præceptum inculcat, ne quid addatur aut detrahatur iis quæ a Spiritu sancto tradita sunt; ac nominatim Scripturæ et traditionis meminit. *Proinde oportet*, inquit, *eum, qui Christi judicium ob oculos habet, novitque quam periculosum sit quidpiam subtrahere, aut addere iis, quæ a Spiritu tradita sunt, non conari quidquam a seipso innovare, sed in iis quæ prius a sanctis nuntiata sunt, acquiescere. Quod igitur nec communis consuetudo, nec Scripturarum usus admisit : id audere, nonne summæ dementiæ est?*

Magnæ indiligentiæ arguitur Scultetus ex testimonio, quod e reg. 1 brev. desumpsit. His enim verbis, *quæ silentio prætermissa sunt*, non ea intelligit Basilius, de quibus nihil in Scriptura legitur, sed de quibus nihil nominatim præscribitur aut vetatur : quales erant cibi simulacris immolati. Perspicua res est ex verbis Pauli, quæ citat Basilius.

V. Non omittendum est aliud testimonium ab eodem Sculteto objectum, ex regula morali 72, cap. 1, ubi hæc leguntur : *Quod debeant auditores qui in Scripturis eruditi sunt, explorare ac probare ea quæ a magistris dicuntur : et quæ quidem consona sunt Scripturis suscipere; quæ vero aliena, rejicere, eosque qui in ejusmodi doctrinis perseverant, vehementius aversari.*

Non imprudens Scultetus hæc verba resecuit, *qui in Scripturis eruditi sunt*, τοὺς πεπαιδευμένους τὰς Γραφάς. Ex his enim manifesta conclusio est Scripturam non omnibus proponi, ut unicam fidei regulam, nec omnibus claram et perspicuam esse in iis quæ ad fidem pertinent. Hinc Basilius in capite sequenti iis, *qui non multum in Scripturis versati sunt*, præcipit ut bonos ac malos pastores a fructibus eorum dignoscant. Quin etiam ne primis quidem concedit, ut Scripturam arbitrio suo interpretentur, et prout quisque sibi videbitur a Spiritu sancto edoctus. Sed eam Scripturæ interpretationem intelligit, quæ Ecclesiæ auctoritate et constanti traditionis consensu nititur. Ipse enim (ep. 204, n. 6) hac potissimum via Arianas novitates evitaverat. Nam, cum edoctus fuisset ab avia Macrina, quæ ei tradebat beatissimi Gregorii verba, quæcunque ad ipsam memoriæ continuatione servata pervenerant; postquam e patria in exteras provincias profectus est, si quos inveniebat secundum traditam pietatis regulam ambulantes, eos et patrum loco habebat, et animæ suæ duces sequebatur. Sic veritatem ab hæresi, pastores a lupis dignoscebat, non propriis suis Scripturæ studiis innitendo, sed ea constanter retinendo, quæ S. Gregorius Neocæsariensis ante exortam hæresim Arianam tota Ecclesia probante et applaudente prædicaverat.

Suppeditat nobis Ecclesia Neocæsariensis argumenta quædam, quæ hic videntur non omittenda. Musonius, qui hanc Ecclesiam rexit difficillimis temporibus, sic solebat admonere, cum concionaretur : *Cavete canes* (ep. 28, p. 108), *cavete operarios malos.* Quomodo autem hos canes arcebat a grege? *Erat ille vir novitatis inimicus, ostendens* (p. 106) *in seipso priscam Ecclesiæ speciem, ad veterem statum, veluti ad sacram quamdam imaginem, Ecclesiæ sibi commissæ formam effingens, ita ut qui cum eo vixerunt, una cum iis qui ante ducentos annos et amplius luminarium instar resplenderant, vixisse sibi videantur. Adeo nihil de suo, nec ullum recentioris mentis inventum vir ille promebat : sed secundum Moysis benedictionem proferre noverat ex cordis sui arcanis, bonis scilicet thesauris, vetera veterum, et vetera ante faciem novorum.*

Quanta fuerit talis institutionis utilitas, inde demonstrat Basilius (p. 107), quod soli Neocæsarienses, vel certe cum paucis admodum in tanta rerum tempestate ac procella tranquillam vitam Musonio gubernante egerint. Non enim eos attigit ventorum hæreticorum æstus, submersiones importans et naufragia animabus facile mutabilibus.

Musonii sedi Atarbius, non fidei ac virtuti successit; cumque hæresim Arianæ contrariam conaretur inducere, Basilius in tanta animarum pernicie silere non potuit, ac Neocæsarienses pluribus litteris admonuit, ut ab hoc sibi magistro caverent. Sic eos compellat in epist. 210 : *Fidei eversio*, inquit (n. 3, p. 314), *apud vos excogitatur inimica apostolicis et evangelicis doctrinis, inimica traditioni Gregorii vere magni, et eorum, qui ei successerunt usque ad beatum Musonium, cujus profecto documenta etiamnum in vestris auribus resonant. Nam Sabellii malum, olim quidem exortum, sed traditione magni illius viri exstinctum, conantur nunc isti renovare, qui dum timent ne arguantur, somnia in nos fingunt.*

§ VII.

I. *S. Basilius conceptis verbis docet Christum adesse præsentem in eucharistia.* II. *Requirit ut illud,* « *Hoc est corpus meum*[13], » *non minus certo credamus quam illud,* « *Verbum caro factum est*[14]. » III. *Insignis locus a Sculteto depravatus explicatur.* IV. *Basilii sententia confirmatur ex precibus liturgiæ.*

I. Sive Basilio ascribantur libri *De baptismo*, sive non, certe sub ejus nomine citari ac laudari possunt, cum toti ex ejus sententiis ac verbis compositi sint. In libro secundo quæritur, cap. 2 : *An is qui ob pravam conscientiam, aut immunditiam, aut inquinamentum purus corde non est, citra periculum possit sacrificare.* Quæstioni apponitur re-

[13] Matth. xxvi, 26; Marc. xiv, 22; Luc. xxii, 19; I Cor. xi, 24. [14] Joan. i, 14.

Digitized by Google

sponsum, ducta comparatione ex his quæ in sacerdotibus veteris legis requirebantur. Tum de sacerdotibus novæ legis sic statuitur: Ὁ δὲ Κύριος λέγων, *Μεῖζον τοῦ ἱεροῦ ὧδε*, παιδεύει ἡμᾶς ὅτι τοσοῦτον ἀσεβέστερός ἐστιν ὁ τολμῶν ἱερατεύειν τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου τοῦ ὄντος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν προσφορὰν καὶ θυσίαν τῷ Θεῷ εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, ὅσον τὸ σῶμα τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ὑπερέχει κριῶν καὶ ταύρων· οὐκ ἐκ συγκρίσεως, ἀσύγκριτος γὰρ ἡ ὑπεροχή· *Dominus autem cum dicit: «Templo majus hic est*[15],» *nos docet tanto magis impium esse eum, qui audet sacrificare corpus Domini qui dedit pro nobis seipsum Deo oblationem et hostiam in odorem suavitatis*[16], *quanto corpus unigeniti Filii Dei excellentius est arietibus ac tauris: quod dictum sit sine comparatione, incomparabilis enim est excellentia.* Sic etiam in capite tertio ex pœna iis in lege imposita, qui sancta immundi tangere audebant, demonstratur, quantum sit scelus corpore Domini indigne vesci: Ὅσῳ γὰρ πλεῖον τοῦ ἱεροῦ ὧδε, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, τοσούτῳ δεινότερον καὶ φοβερώτερον τὸ ἐν μολυσμῷ ψυχῆς τολμῆσαι ἅψασθαι τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ, παρὰ τὸ ἅψασθαι κριῶν ἢ ταύρων, τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος· Ὥστε ὃς ἂν ἐσθίῃ, etc.: *Quanto enim plus templo illic est, juxta Domini vocem, tanto gravius est et formidabilius in animæ inquinamento audere tangere corpus Christi, quam arietes aut tauros tangere; cum Apostolus dicat, «Itaque quicunque manducaverit*[17],» etc. Nihil sane in his exstat testimoniis, quod eludi vel detorqueri possit. Sacrificatur et consecratur corpus Christi: Christus præsens adest in altari, «*Templo major hic est.*» Illud discrimen statuitur inter antiquæ et novæ legis sacrificia, quod in primis vituli et tauri occisi fuerint, in nostris corpus Christi offeratur: discrimen sane commentitium, si sacrificium novæ legis corpus absentis Christi repræsentet; quippe cum idem præstiterint sacrificia veteris legis; idque eo aptius et significantius, quo cædes alicujus animalis aptior ad mortem Christi repræsentandam, quam res inanimæ, panis et vinum.

Eadem sententia paucioribus verbis statuitur in *Regulis brevioribus. Si quis autem*, inquit Basilius interrog. 309, *cum in immunditia sit, accedat ad sancta; etiam ex Veteri Testamento terribile illius discimus judicium. Quod si amplius templo hic est, nos utique modo magis formidando docebit Apostolus, qui dixit: «Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit*[18].»

II. Basilius inter ea, quæ certo credere debemus, etiamsi repugnet natura, eucharistiam numerat. Hanc enim in *Moralium* libro habemus regulam (reg. 8, p. 240): Ὅτι οὐ δεῖ διακρίνεσθαι, καὶ διστάζειν ἐπὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ Κυρίου λεγομένοις, ἀλλὰ πεπληροφορῆσθαι πᾶν ῥῆμα Θεοῦ ἀληθὲς εἶναι καὶ δυνατὸν, κἂν ἡ φύσις μάχηται· ἐνταῦθα γὰρ καὶ ὁ ἀγὼν τῆς πίστεως· *Quod non oportet ambigere et dubitare de iis quæ a Domino dicuntur: sed persuaderi omne Dei verbum verum esse ac possibile, etsi natura repugnat; hic enim situm est fidei certamen.* Ad hanc regulam comprobandam inter alia refert illud: *Litigabant ergo Judæi ad invicem, dicentes: Quomodo hic potest nobis dare carnem ad manducandum? Dixit ergo eis: Amen amen dico vobis: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, et biberitis ejus sanguinem, non habetis vitam in vobis*[19].

Pluribus in locis pertractat Basilius de optima communicandi ratione, quam in eo positam esse docet, ut cum certo credamus Christum pro nobis crucifixum esse, ejusque carnem et sanguinem nobis apponi, hac illius passionis recordatione ad eum amandum accendamur. Sic in regula brevior 172 hæc instituitur quæstio, Ποταπῷ φόβῳ, ἢ ποίᾳ πληροφορίᾳ, ἢ ποίᾳ διαθέσει μεταλάβωμεν τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ; *Quali cum timore, aut qua animi persuasione, aut qua affectu participes simus corporis et sanguinis Christi?* Argumento est ejusmodi interrogatio magnum aliquod agi mysterium, quod tremorem incutere debeat, magnamque fidem ac sanctitatem postulet.

Interrogationi hæc subjicitur responsio: Τὸν μὲν φόβον διδάσκει ἡμᾶς ὁ Ἀπόστολος, λέγων· Ὁ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως κρῖμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει· τὴν δὲ πληροφορίαν ἐμποιεῖ ἡ πίστις τῶν ῥημάτων τοῦ Κυρίου εἰπόντος· Τοῦτο ἐστι τὸ σῶμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν διδόμενον· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν, etc.: *Timorem quidem docet nos Apostolus, cum ait: «Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit*[20]*:» persuasionem autem efficit fides verborum Domini, qui dixit: «Hoc est corpus meum quod pro vobis traditur: hoc facite in meam commemorationem*[21]*.» Item ex fide testimonii Joannis, qui memorata prius Verbi gloria, posthac Incarnationis modum induxit, his verbis: «Verbum caro factum est*[22]*,» etc. Itidem quoniam Apostolus scripsit: «Qui cum in forma Dei esset*[23]*,» etc.*

Nemo est, qui hæc legens non facile perspiciat, 1° Christi verba, *Hoc est corpus meum*, ut firmissima fide credenda, a Basilio proponi; 2° non minus certo credenda esse, quam sequentia, *Verbum caro factum est*, etc., *Qui cum in forma Dei esset*, etc. Utraque enim testimonia, tum quæ ad eucharistiam, tum quæ ad incarnationem spectant, eodem prorsus modo proponuntur, ut verbis quidem clara et aperta, sed mysterii magnitudine difficilia: ita ut explicatione non indigeant ad lucem verbis afferendam, sed fide ad res credendas. Nec quisquam est profecto, qui, si prima co-

[15] Matth. XII, 6. [16] Ephes. V, 2. [17] I Cor. XI, 27. [18] ibid. 29. [19] Joan. VI, 53, 54. [20] I Cor. XI, 27. [21] Luc. XXII, 19. [22] Joan. I, 14. [23] Philipp. II, 6.

Digitized by Google

netur eludere, secunda non eodem modo prodat eludenda.

Postquam Basilius exposuit quo timore et qua animi persuasione communicandum sit, tertiæ interrogationis parti, quo affectu accedendum sit ad hoc mysterium, sic satisfacit : *Cum igitur animus his et talibus verbis fidem adhibens, gloriæ majestatem didicerit, humilitatisque et obedientiæ magnitudinem admiratus fuerit, quod talis ac tantus ad mortem usque Patri obtemperavit vitæ nostræ causa, eum arbitror ita affici, ut simul Deum et Patrem diligat, qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, simul unigenitum ejus Filium, qui obedivit usque ad mortem pro nostra redemptione et salute.* Addit eum, qui sic affectus et præparatus est, adimplere illud Pauli : *Charitas enim Christi urget nos* [24], etc. Sic autem affici et præparari debere concludit, quisquis panis et poculi fit particeps.

Eadem doctrina statuitur in *Regulis moralibus*, et in libro I *De baptismo*. Sic enim in regula 21, cap. 2 (tom. II, p. 253), legimus : *Quod qui accedit ad communionem non considerata hac ratione secundum quam corporis et sanguinis Christi participatio datur, is nullam ex ea utilitatem capiat : et quod qui indigne assumit, condemnatus sit.* Et cap. 3 : *Qua ratione manducandum sit corpus Domini et sanguis bibendus in commemorationem obedientiæ Domini usque ad mortem, ut qui vivunt, non jam sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit* [25]. Similiter in libro I *De baptismo*, cap. 3, postquam eadem Scripturæ testimonia retulit, ac in libro *Moralium*, nempe ex cap. VI (vers. 54) Joannis : *Amen, amen dico vobis, Nisi manducaveritis carnem Filii hominis*, etc., et ex Matthæo [26] et Paulo [27] institutionem eucharistiæ referentibus ; tum vero sic concludit : *Quid igitur utilitatis habent hæc verba ? Ut edentes et bibentes, semper memores simus ejus, qui pro nobis mortuus est et resurrexit ; sicque discamus necessario servare coram Deo et Christo ipsius traditum ab Apostolo dogma, qui dicit : « Charitas Christi urget nos, judicantes hoc, quod, si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, et pro omnibus mortuus est ; ut qui vivunt, non amplius sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est et resurrexit* [28]. » Nihil verbis opus est, ut in his locis eamdem prorsus sententiam ac in *Regulis brevioribus* constitui pateat. Res per se clara et manifesta. Quemadmodum enim in *Regulis brevioribus* hic animi affectus ad communionem requiritur, ut ex persuasione, quam animis nostris verba Christi, *Hoc est corpus meum* [29], imprimere debent, item ex verbis Joannis, *Verbum caro factum est* [30], et Pauli, *Qui cum in forma Dei esset* [31], etc., ad eum amandum, qui pro nobis mortuus est, accendamur ; ita in libris *Moralium* et *De baptismo* eamdem prorsus communicandi ratio in commemorationem passionis Domini præcipitur.

Perabsurde ergo Scultetus (16*) secum facere putat illud Basilii : *Quid igitur utilitatis habent hæc verba ? Ut edentes et bibentes, semper memores ejus simus, qui*, etc. Nam, 1° Modus ille communicandi in commemorationem Domini repetitur, ut jam diximus, ex fide et persuasione, quam in animis nostris efficere debent verba Christi, *Hoc est corpus meum*, et alia testimonia, quibus ejus divinitas et incarnatio ac passio continentur. 2° Non dicit manducationem corporis Domini et potum ejus sanguinis in commemoratione ipsius passionis positam esse ; sed illud corpus sic manducari, et sanguinem sic bibi debere, ut commemorationem illius passionis celebremus. 3° Eos etiam qui indigne communicant, corpus et sanguinem Domini sumere in commemorationem passionis illius, sed non in seipsis hanc memoriam exprimere docet : *Qui enim edit et bibit*, inquit, *videlicet ad indelebilem memoriam Jesu Christi Domini nostri, qui pro nobis mortuus est et resurrexit, rationem vero memoriæ obedientiæ Domini usque ad mortem, juxta doctrinam Apostoli non adimplet, qui, ut dictum est, ait, « Charitas Christi urget nos, »* etc., *is nihil capit utilitatis.*

Quæ sequuntur, a Combefisio ut duriora et severiora reprehenduntur. *Præterea sibi ipsi accersit qui ejusmodi est judicium quoque Apostoli dicentis : « Qui manducat et bibit indigne, judicium sibi manducat et bibit, non dijudicans corpus Domini* [32]. » *Etenim horrendum judicium est non modo ei, qui in carnis ac spiritus inquinamento indigne accedit ad sancta, cum enim accedit, reus fit corporis et sanguinis Domini ; sed etiam ei qui otiose inutiliterque edit ac bibit.* Hæc prorsus immerito vituperantur. Is enim otiose inutiliterque edere dicitur, qui sine charitate edit ; idque patet cum ex superioribus verbis, tum ex ratione, quam addit Basilius, cur ejusmodi hominem horrendum judicium maneat : *Quod*, inquit, *non per memoriam Jesu Christi Domini nostri, qui pro nobis mortuus est et resurrexit, servat quod dictum est : « Charitas Christi urget nos, »* etc.

III. Alio utitur Basilii testimonio Scultetus, quod sic refert : *Carnem et sanguinem totam suam mysticam conversationem in carne et doctrinam Evangelii vocavit Christus.* Unde concludit Scultetus

[24] II Cor. v, 14. [25] ibid. 15. [26] Matth. xxvi, 26 sqq. [27] I Cor. xi, 23 sqq. [28] I Cor. v, 14, 15. [29] Matth. xxvi, 26. [30] Joan. i, 14. [31] Philipp. i, 6. [32] I Cor. xi, 29.

(16*) *Medul. theol.*, part. IV, p. 229.

Digitized by Google

(p. 230) *neminem alium hanc carnem edere, hunc sanguinem bibere, quam qui fideli corde ista omnia sibi applicarit.*

Sed Sculteti in hoc testimonio referendo non laudabilior fides, quam in explicando peritia. Sic enim hunc locum legimus in epist. 8, n. 4, ubi Basilius objecti ab Arianis hujus testimonii, *Ego vivo propter Patrem* [33], solutionem affert: Δύναται δὲ καὶ ζωὴν λέγειν, ἣν ζῇ ὁ Χριστὸς, τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ ἔχων ἐν ἑαυτῷ· καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ δηλούμενον, ἐκ τοῦ ἐπιφερομένου εἰσόμεθα. *Καὶ τρώγων με*, φησὶ, *ζήσεται δι' ἐμέ.* Τρώγομεν γὰρ αὐτοῦ τὴν σάρκα, καὶ πίνομεν αὐτοῦ τὸ αἷμα, κοινωνοὶ γινόμενοι, διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως καὶ τῆς αἰσθητῆς ζωῆς, τοῦ λόγου καὶ τῆς σοφίας· σάρκα γὰρ καὶ αἷμα πᾶσαν αὐτοῦ τὴν μυστικὴν ἐπιδημίαν ὠνόμασε, καὶ τὴν ἐκ πρακτικῆς καὶ φυσικῆς καὶ θεολογικῆς συνεστῶσαν διδασκαλίαν ἐδήλωσε, δι' ἧς τρέφεται ψυχὴ, καὶ πρὸς τὴν τῶν ὄντων τέως θεωρίαν παρασκευάζεται· *Potest autem et vitam dicere, quam vivit Christus, Verbum Dei habens in seipso. Atque id ipsum esse, quod significatur, ex his quæ sequuntur videbimus.* « *Et qui manducat me, inquit, vivit propter me* [34]. » *Edimus enim ipsius carnem, et bibimus ipsius sanguinem, participes facti, per incarnationem et sensibilem vitam, Verbi et sapientiæ. Carnem enim et sanguinem, totam suam mysticam in carne conversationem vocavit, et doctrinam ex practica et naturali et theologica notione constantem declaravit: per quam et nutritur anima, et ad eorum quæ sunt contemplationem interim præparatur.*

Comparat ergo Basilius vitam, quam sacra humanitas cum Verbo hypostatice conjuncta vivit, cum vita, quam ex eucharistia ducimus. In utroque autem catholicum dogma mirifice commendat, et dum nos Christi carnem edere et illius sanguinem bibere dicit, et dum vitæ genus, quam ex illius carne et sanguine percipimus, exponit. Illud certe conceptis verbis declarat nos ita carnem Christi edere, ejusque sanguinem bibere, ut simul participes fiamus Verbi et sapientiæ, quia carnis et sanguinis nominibus tota Christi persona, tota illius in carne mystica conversatio, sive mysticus adventus, designatur. Sed si carnem et sanguinem Christi non re, sed sola fide sumeremus, absurdum dictu esset nos per hanc carnem et sanguinem participes fieri Verbi et sapientiæ. Tunc enim et caro et Verbum eodem modo sumerentur, nempe fidei beneficio. Deinde vero cur monet Christi carne et sanguine totum Christi mysticum in carne adventum, sive totam illius personam designari; cur, inquam, id monet, nisi ut nobis non inanimam carnem, non a divinitate separatam apponi demonstret? Sed si hæc caro sola fide percipitur, quis metuendi locus ne inanima sit, aut a divinitate separata? Sic etiam Basilius, ut similitudinem demonstret inter eam vitam, quam ex eucharistia ducimus, et eam, quam sacra humanitas cum Verbo hypostatice conjuncta vivit, hanc vitam ad animam pertinere admonet. At inutilis prorsus admonitio, si carnem et sanguinem non ore, sed sola mente percipimus: perabsurda etiam tota comparatio, si cum humanitas Christi cum Verbo hypostatice conjuncta sit, nos sola mente cum illius carne et sanguine conjungimur.

IV. His addi debent quæ in libro *De Spiritu sancto* leguntur, non Basilii solum, sed etiam omnium Christianorum fidem exhibentia: Τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας, τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; Οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ Ἀπόστολος ἢ τὸ Εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχὺν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες· *Invocationis verba*, inquit (cap. 27, n. 66), *cum conficitur panis eucharistiæ et poculum benedictionis, quis sanctorum in scripto nobis reliquit? Nec enim his contenti sumus, quæ commemorat Apostolus aut Evangelium, verum alia quoque ante et post dicimus, tanquam multum habentia momenti ad mysterium, quæ ex traditione non scripta accepimus.* Nemo negaverit indicari a Basilio has preces, quæ in liturgia ipsi attributa leguntur (tom. II, p. 679): Ἐλθεῖν τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἅγιον ἐφ' ἡμᾶς τοὺς δούλους σου ἐπὶ τὰ προκείμενά σου δῶρα ταῦτα, καὶ ἁγιάσαι καὶ ἀναδεῖξαι ἅγια ἁγίων· καὶ ποιήσῃ τὸν μὲν ἄρτον, τοῦτον γίνεσθαι εἰς τὸ ἅγιον σῶμα αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ εἰς ζωὴν τὴν αἰώνιον τοῖς ἐξ αὐτοῦ μεταλαμβάνουσι· τὸ δὲ ποτήριον τοῦτο, τὸ τίμιον αἷμα τὸ τῆς Καινῆς Διαθήκης αὐτοῦ τοῦ Κυρίου δὲ καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, etc.: *Ut veniat Spiritus sanctus tuus super nos, servos tuos, et super proposita hæc dona tua, sanctificetque et efficiat ea sancta sanctorum. Et faciat panem quidem istum fieri corpus sanctum ipsius Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, in remissionem peccatorum et vitam æternam, ex illo participantibus; et calicem hunc, pretiosum sanguinem novi testamenti ipsius Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi*, etc. Unde autem ejusmodi preces in omnibus Ecclesiis, nisi ex certissima fide, qua Christiani omnes panem et vinum mutari in corpus et sanguinem Christi credebant? Cui enim id precari in mentem venisset? quis has preces, *tanquam multum habentes momenti ad mysterium* addidisset verbis evangelicis, si Ecclesiæ propositum non erat mutationem impetrare?

[33] Joan. VI, 58. [34] Ibid.

Digitized by Google

§ VIII.

I. S. *Basilii testimonia de peccatorum confessione.* II. *Invidia et alia ejusmodi peccata confessionis legi subjecta.* III. *De peccato originali.* IV. *De Christi gratia.*

I. Longius, quam mihi propositum est, tempus extraherem, si in omnibus colligendis immorarer, quæcunque ex S. Basilii operibus ad dogmata confirmanda erui possunt. Quare hanc finiemus pertractationem appositis de peccatorum confessione, de peccato originali et de Christi gratia testimoniis.

Confessionem peccatorum necessariam esse ad veniam a Deo consequendam docet Basilius in homil. *in psal.* XXXII: *Vult tui misereri judex*, inquit (p. 134), *teque miserationum suarum facere participem; si modo post peccatum repererit te humilem, contritum, prava opera multum deplorantem, ac ea quæ clam facta sunt evulgantem citra pudorem, rogantem fratres tibi ut sint adjumento ad accipiendam medelam.* In *Regulis brevioribus* hæc instituitur quæstio (quæst. 229): *Utrum oporteat vetitas actiones citra verecundiam omnibus detegere, an aliquibus duntaxat: et quinam hi sint:* sic respondet S. Basilius: *Servanda est ratio eadem in peccatorum confessione, quæ in detegendis corporis morbis adhibetur. Quemadmodum igitur corporis morbos non omnibus patefaciunt homines, neque quibusvis, sed iis qui horum curandorum periti sunt: ita fieri quoque debet peccatorum confessio coram iis qui curare hæc possint, prout scriptum est:* « *Vos qui fortes estis, infirmitates debilium portate* [35], » *hoc est, cura ac diligentia vestra tollite.* Similis est quæstio 288: *Qui vult confiteri peccata sua, debetne confiteri omnibus et quibuslibet, an certis quibusdam?* Sic respondet Basilius: *Consilium benignitatis Dei in peccantibus manifestum est, juxta id quod scriptum est:* « *Non volo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat* [36]. » *Quoniam igitur pœnitentiæ modus debet peccato congruere, ac etiam opus est fructibus dignis pœnitentiæ, juxta hanc sententiam,* « *Facite fructus dignos pœnitentiæ* [37], » *ut ne fructuum penuria locum habeant eæ quæ subsequuntur minæ.* « *Nam, inquit, omnis arbor non faciens fructum bonum, exscinditur, et in ignem mittitur* [38]; » *peccata iis confiteri necesse est, quibus mysteriorum Dei concredita dispensatio est* [39]. *Sic enim et qui olim pœnitentiam egerunt, coram sanctis fecisse comperiuntur. Scriptum est enim, in Evangelio quidem* [40], *quod peccata sua Joanni Baptistæ confitebantur; in Actis vero* [41], *apostolis ipsis, a quibus etiam baptizabantur cuncti.* Vide commentarium *in Isaiam* p. 553.

Negat Scultetus (17) ex his locis specialem peccatorum enumerationem aut confessionis necessitatem erui posse. Sed eludendi locum non relinquit petitum ex corporeis morbis exemplum, tum etiam quod ait Basilius pœnitentiæ imponendæ modum peccato congruere debere. Quomodo enim morbus animi curabitur, si peccatorum numerus et graves circumstantiæ celentur? aut quomodo pœna peccatorum numero et magnitudini congruet, nisi singula peccata et circumstantiæ aperiantur? Illud autem, τῆς ἐπιστροφῆς ὁ τρόπος, reddi debet, *pœnitentiæ imponendæ modus, vel pœnæ modus:* minime vero, *conversionis modus.* Hanc enim in sententiam usurpari solet ea vox in ejusmodi locis: cujus rei multa suppetunt apud Basilium exempla, ut in epist. 73. Frustra ergo Scultetus confitendi necessitatem, de qua in quæst. 288 agitur, in eo positam esse contendit, quod, si quis confiteri velit peccata, quamvis necesse id non sit, is non aliis confiteri debeat, quam iis quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei. Si confessio cujusque arbitrio permissa esset, nec ulla esset confitendi necessitas; satius multo ac tutius foret apud prudentes ac pietate insignes viros peccata confiteri, quam apud presbyteros, qui non semper prudentia ac pietate excellunt. Quare Basilius, cum ait necesse esse peccata iis confiteri, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei, simul et confessionem peccati necessariam esse, et pœnitentiam inter sacramenta numerandam esse demonstrat.

Mitto aliam cavillationem Sculteti, qui memoratas a S. Basilio peccatorum confessiones ante baptismum, nec præscriptas fuisse, nec singulorum peccatorum enumerationem habuisse objicit. At minime probat his exemplis uti non debuisse Basilium, ut ad præscriptam a Christo omnium peccatorum confessionem hortaretur, et a pravo pudore avocaret.

Utitur etiam Scultetus regula breviore 110, in qua præcipitur, ut virgines per præfectam, sive seniorem suam presbytero confiteantur. Sed hoc vitium superiorum editionum in hac novissima emendatum est, nec quidquam aliud præcipit Basilius, nisi ut adsit decori causa præfecta virginum, dum sorores confitentur presbytero. Idem antea præscripserat in reg. 108, ut præfectus, absente præfecta, cum sororibus de rebus ad fidei ædificationem pertinentibus non loquatur. Sed ne peccatorum confessio excipi debere videretur, huic rei occurrendum esse duxit.

Hanc Basilii doctrinam confirmant tres illius epistolæ canonicæ, quæ dum varias peccatorum species et gradus accurate persequuntur, quam arcte servatum fuerit confitendi præceptum demonstrant; quantaque exstiterit episcoporum in peccatis pro merito puniendis diligentia. Mulieres adulteræ (ep.

[35] Rom. XV, 1; Gal. VI, 2. [36] Ezech. XXXIII, 11. [37] Luc. III. 8. [38] ibid. 9. [39] I Cor. IV, 1. [40] Matth. III, 6. [41] Act. XIX, 8.

(17) *Medul. theol.*, part. IV, p. 236.

Digitized by Google

200, can. 34), vel sponte confessæ, vel convictæ, non percurrebant varios pœnitentiæ gradus, sed inter consistentes tempus explebant. Cautio enim erat ne in periculum mortis conjicerentur, si peccatum vulgaretur. Sed, si nullum erat confitendi et puniendi peccati præceptum, cur non illa etiam remittebatur inter consistentes pœnitentia, quæ periculo prorsus non carebat? cur furti (ep. 217, can. 61) convictus duplo graviorem pœnam sustinebat, quam sponte confessus? Nemo prorsus ab hac lege confitendorum peccatorum immunis. Presbyteri et diaconi (can. 70), qui se labiis tenus peccasse confitebantur, excidebant gradu suo : ac ne illis quidem communio cum presbyteris aut diaconis relinquebatur, si quid amplius peccasse deprehenderentur.

II. In his canonibus avaritiæ, invidiæ et aliis ejusmodi vitiis nullæ nominatim constituuntur pœnæ. Sed non idcirco putandum est confessionis legi subjecta non fuisse. Nam Basilius in *Regulis brevioribus*, postquam (reg. 288) statuit peccata iis solis confitenda esse, quibus credita est dispensatio mysteriorum Dei, hanc quæstionem instituit; Ὁ μετανοήσας ἐπὶ ἁμαρτήματι, καὶ πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ ἐμπεσὼν ἁμάρτημα, τί ποιήσει (reg. 289); *Qui pœnitentiam egit peccati, ac rursus in idem labitur peccatum, quid faciet?* Declarat Basilius ejusmodi homines idcirco relabi, quia radicem peccati non tollunt : ac profert exempli loco invidiam et jurgium, quæ ex radice amoris gloriæ pullulant. Unde sic concludit : *Si quis, igitur, ubi se ipse semel condemnaverit invidiæ aut jurgii, in eadem rursus incidat; noverit se ex primaria invidiæ aut jurgii causa, gloriæ studio in intimis laborare.*

Ejusmodi ergo peccata sacerdotum prudentiæ curanda permittebantur : sed non idcirco confessionis legi subtrahebantur. Atque id confirmare possumus testimonio Gregorii Nysseni, qui cum in epistola canonica queratur, quod de nonnullis peccatis, qualia sunt convicia (p. 119), maledicta (p. 121), usura et alienarum rerum sub negotii prætextu raptus, conditi a Patribus canones non fuerint, nec tantum sibi auctoritatis assumat, ut ejusmodi constituat canones; hæc tamen peccata confessioni subjecta esse manifeste indicat, ac summo studio a sacerdotibus curanda. Sic enim loquitur de illo inter negotiandum alienæ rei raptu : Ὁ δὲ δι' ὑφαιρέσεως λανθανούσης σφετεριζόμενος τὸ ἀλλότριον, εἶτα δι' ἐξαγορεύσεως τὸ πλημμέλημα αὐτοῦ τῷ ἱερεῖ φανερώσας, τῆς περὶ τὸ ἐναντίον τοῦ πάθους σπουδῇ θεραπεύει τὴν ἀῤῥωστίαν· λέγω δὲ διὰ τοῦ τὰ προσόντα παρέχειν τοῖς πένησιν, ἵνα τῷ προέσθαι ἃ ἔχει, φανερὸς γένηται καθαρεύων τῆς κατὰ πλεονεξίαν νόσου· εἰ δὲ μηδὲν ἔχοι, μόνον δὲ τὸ σῶμα ἔχοι, κελεύει ὁ Ἀπόστολος, διὰ τοῦ σωματικοῦ κόπου τὸ τοιοῦτον ἐξιλάσασθαι πάθος· *Qui autem latenti ablatione sibi rem alienam usurpat, ac deinde per confessionem peccatum suum sacerdoti aperit, per contrarium vitio studium ægritudinem curabit : dico autem, largiendo, quæ habet, pauperibus, ut dum quæ habet profundit, se ab avaritiæ morbo liberum aperte ostendat : sin autem nihil aliud præterquam solum corpus habeat, jubet Apostolus per laborem corporalem ei morbo mederi* [61]. Similia habet Basilius de usuris (can. 14, ep. 188), quas qui accepit, eum a sacerdotio non excludit, modo injustum lucrum in pauperes insumat et ab avaritiæ morbo liberum se exhibeat.

III. Peccatum, quod ex primo omnes parente traximus, sic prædicat Basilius, ut facile pateat nihil aliud S. Augustinum contra Pelagianos defendisse, nisi quod perpetua Ecclesiæ prædicatione constabat. *Exsolve*, inquit Basilius homil. *in famem* p. 70, *peccatum primigenium, cibariorum largitione. Quemadmodum enim Adam improbo esu peccatum transmisit : sic nos insidiantem escam abolemus, si fratris necessitatem famemque curamus.* Et *in psal.* XXIX (p. 129) : *Pulcher quidem eram*, inquit, *secundum naturam, sed languidus, propterea quod ex serpentis insidiis peccato mortuus eram.* Alibi (*in psal.* XXXII, p. 132) vocat serpentem peccati auctorem. Ibidem (p. 135) : *Propter condemnationem in nos ob peccatum prolatam terra dicimur, nos qui a Deo audivimus : « Terra es, et in terram ibis. »* Et *in psal.* XXXIII (p. 158) : *Quandoquidem ii, qui ideo creati erant ut Domino servirent, sub inimici servitute detinebantur, illorum animas pretioso suo sanguine redimet.*

Sæpe alias Basilius de peccato primorum parentum loquitur, ut de culpa nequaquam Adami et Evæ propria, sed ad eorum posteros pertinente. *Adamus*, inquit in homil. de eo, *Quod Deus non est auctor malorum* (tom. II, p. 79), *secedendo a Deo mortem conscivit sibi ipsi, juxta id quod scriptum est : « Ecce qui elongant se a te, peribunt* [62]. » *Sic non creavit Deus mortem, sed nos nobis ipsis ex prava mente eam accersivimus.* Non omittendum est insigne testimonium ex epist. 261, n. 2, ubi sic loquitur Basilius : *Itaque, si Domini in carne adventus non fuit, non dedit Redemptor pro nobis pretium morti, nec per seipsum mortis regnum resecuit. Si enim aliud esset, quod mortis imperio subjectum erat, aliud quod assumptum a Domino; non desiisset mors ea quæ sua sunt, operari, nec lucrum nostrum factæ fuissent deiferæ carnis passiones : non interemisset peccatum in carne : non Christo vivificati fuissemus, qui eramus in Adamo mortui; non resartum fuisset, quod collapsum erat; non instauratum, quod confractum; non conjunctum Deo, quod serpentis fraude fuerat abalienatum.* In libro I

[61] Ephes. IV, 28. [62] Psal. LXXII, 27.

Digitized by Google

De baptismo hæc leguntur (cap. 2, n. 7) : *Illud igitur, « denuo, » arbitror prioris generationis, quæ in peccatorum sordibus facta est, emendationem ostendere, cum Job dicat : « Nemo purus est a sordibus, ne si unus quidem dies sit vita ejus* [44]*; » et David lugeat, ac dicat : « In iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea* [45]*; » et Apostolus ita contestetur : « Omnes enim peccaverunt, et egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius per redemptionem quæ est in Christo Jesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius* [46]*. » Quapropter etiam peccatorum venia datur credentibus, Domino ipso dicente : « Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum* [47] *: » quemadmodum Apostolus rursus testatur, dicens : « Secundum beneplacitum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto, in quo habemus redemptionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus de qua nobis impertivit ubertim* [48]*; » ut quemadmodum statua contrita ac confracta, amissa regis forma eximia, denuo conformatur a sapiente artifice ac bono opifice, gloriam operis sui resarciente, atque pristino splendori restituitur : sic etiam nos ob præcepti transgressionem male affecti, velut scriptum est, « Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis* [49]*, » ad pristinam imaginis Dei gloriam revocemur.

IV. Sic affectum hominem indigere, ut eum Dei gratia præveniat, et novam ei creationem impertiat, mirifice pluribus locis demonstrat Basilius, cujus testimonia nonnulla hic apponemus. *Unde vero facultas mihi,* inquit *in psal.* XXIX (p. 125), *te exaltandi : Quoniam tu me prævenisti suscepisti. Perspicue dixit, « Suscepisti me, » pro « sublevasti me, » et superiorem insurgentibus in me effecisti. Veluti si quis puerum quempiam natandi imperitum manu suscipiens, eum aquis altiorem sustineat. Qui igitur, opitulante Deo, a casu exsurgit, is grati animi significatione per bona opera exaltationem Deo pollicetur. Aut velut si quis debilem quempiam luctatorem suffulciens, ab imminente lapsu liberet, ac colluctante reddat superiorem : illi quidem victoriæ præbet occasionem, huic vero conceptam de lapsu alterius lætitiam adimit.* Vide ejusdem homiliæ n. 3, p. 126 ; et n. 5, p. 129, et aliam homiliam *in psalmum* XLIV, n. 4, et reg. moral. 55, et *in Isaiam*, p. 610. Et in homilia *De humilitate* (p. 159) : *Nihil unde gloriari queas, relictum est tibi, o homo... Quid igitur, dic, quæso, te ipse quasi de tuis ipsius bonis effers, cum deberes pro acceptis donis gratiam largitori habere? « Quid enim habes quod non accepisti? quod si etiam accepisti, quia gloriaris quasi non acceperis* [50]*? » Non tu Deum cognovisti per tuam justitiam ; sed Deus cognovit te propter suam bonitatem. « Cum cognoveritis Deum, inquit, qui potius cogniti sitis a Deo* [51]*. » Non tu apprehendisti Christum per virtutem, sed Christus te per suum adventum apprehendit. « Insequor, inquit, si etiam apprehendam, in quo et apprehensus sum a Christo* [52]*. Non vos me elegistis, inquit Dominus* [53]*, sed ego elegi vos. » An quoniam honore affectus es, gloriaris et misericordiam occasionem arripis superbiendi? Et tunc cognoscas teipsum, quis sis, velut Adam ejectus e paradiso, velut Saul desertus a Spiritu Dei, velut Israel a radice sancta resectus. « Fide, inquit, stas : noli altum sapere, sed time* [54]*. » Judicium sequitur gratiam ; et quomodo datis usus fueris, expendit judex.* In his quæ sequuntur perseverantiæ donum commendatur : *Quod si ne hoc quidem intelligis, fuisse te gratiam consecutum, aut si præ nimia stupiditate tuam ipsius virtutem existimas gratiam esse, non es beato Petro apostolo præstantior. Nec enim Dominum amore majori prosequi poteris, quam qui ita vehementer dilexit ut etiam voluerit pro ipso mori. Sed, quoniam animo elatiore locutus est cum dixit : « Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego tamen nunquam scandalizabor* [55]*, » timiditati humanæ traditus est, eciditque in inficiationem, lapsu erudiendus ad metum atque ad cautionem, edocendusque infirmis parcere et debilibus, quod et suam cognovit infirmitatem, et perspicue intellexit quod quemadmodum cum in pelago mergeretur, per Christi dexteram erutus est, ita in scandali procella ob incredulitatem in pereundi periculum veniens, Christi virtute servatus sit. In psal.* XXXIII, n. 2 : *Neque enim in potentia hominis, neque in sapientia, sed in Dei gratia salus est.* Vide homiliam *in psal.* VII, ad hæc verba : *Et diriges justum.* Sic loquitur in homilia *in psal.* XXXII, n. 5 (p. 137) : *Atque etiam multum est discriminis in peccatis ac recte factis : hæc enim lenæ vendita, vi in peccato est, illa vero ab initio heram bonam nacta, in virginitate educata est. Cur hæc affecta beneficio sit, illa vero condemnata : et quid sit unicuique horum a judice retribuendum ; quibus omnibus tibi in mentem venientibus, cogita Dei judicia abyssos esse, nec a quolibet facile comprehendi posse, quod in divinis thesauris conclusa sunt. Sed et credendi data promissio est a Deo, videlicet, « Dabo tibi thesauros absconditos et invisibiles* [56]*. » Postquam igitur ea cognitione, quæ est facie ad faciem, digni habiti fuerimus, etiam eas quæ in Dei thesauris sunt abyssos intuebimur. Quod si ea quæ in Scriptura de utribus dicta sunt, collegeris, propheticæ sententiæ intelligentiam magis assequeris.* Et n. 7 : *Et quoniam multi sunt vocati, pauci vero electi* [57]*, beatum*

[44] Job XIV, 4, juxta LXX. [45] Psal. L. 7. [46] Rom. III, 23-25. [47] Matth. XXVI, 28. [48] Ephes. I, 5-8. [49] Psal. XLVIII, 13. [50] I Cor. IV, 7. [51] Gal. IV, 9. [52] Philipp. III, 12. [53] Joan. XV, 16. [54] Rom. XI, 20, 17. [55] Matth. XXVI, 33. [56] Isa. XLV, 3. [57] Matth. XXII, 14.

Digitized by Google

aicit non vocatum, sed electum. Beatus namque, quem elegit. Quæ autem beatitudinis causa? Exspectata bonorum æternorum hæreditas... ¡Salvus autem fit non quivis, sed reliquiæ solum secundum electionem gratiæ [58]. Vide homil. *in psal.* CXIV, n. 5, p. 202.

Satis patet ex his quæ attulimus, quantum eniteat divina potentia in humani cordis conversione. Sed præterea in eamdem sententiam nonnulla referenda. *Subjiciamur ergo Deo*, inquit (*in psal.* LXI, n. 2), *quod salutare ab ipso est. Quid autem sit salutare, explicat. Non nuda quædam est operatio, aliquam nobis beneficentiam afferens, qua ab infirmitate liberemur, bonaque corporis habitudine utamur. Sed quid est salutare?* « *Etenim ipse Deus meus, et Salvator meus, susceptor meus, non movebor multum* [59]. » *Filius qui ex Deo est, Deus noster est. Idem etiam Salvator est generis humani, debilitatem nostram fulciens, ac commotionem ex tentationibus animis nostris advenientem corrigens.* Vide homil. *in psal.* XXXII, n. 3, p. 133, et *in psal.* XXXIII, n. 4, p. 146, et *Homil. de fide*, p. 133, reg. moral. 55, cap. 1.

Divinitatem Filii demonstrat Basilius ex summo illius in humanas mentes imperio. *Petra dicitur*, inquit in libro *De Spiritu sancto*, c. 8, p. 15, *eo quod validum sit et inconcussum, et quavis arce firmius propugnaculum fidelibus.* Et pag. 16 : *Omnia autem facit contactu virtutis, ac voluntate bonitatis operans. Pascit, illuminat, alit, deducit, medetur, erigit. Quæ non sunt, facit ut sint, condita conservat. Hoc modo bona ex Deo per Filium ad nos perveniunt, majore celeritate in singulis operantem, quam ullus sermo exprimere valeat. Neque enim fulgura, neque lucis per aerem tam velox discursus est, non oculorum celeres ictus, non ipsius intellectus nostri motus : sed horum quodque magis vincitur divinæ operationis celeritate, quam animantia quæ sunt apud nos maxime segnia, non dicam volatilium, neque ventorum, neque cœlestium orbium impetu, sed ipsius mentis nostræ motu superantur. Nam quo tandem temporis spatio egeat, qui portat omnia verbo virtutis suæ, quique nec corporaliter operatur, neque manuum opera ad creandum opus habet, sed eorum quæ fiunt naturam habet voluntate non coacta obsequentem.*

Nullo alio argumento libentius utitur ad divinitatem sancti Spiritus demonstrandam. *Neque enim fieri potest*, inquit (cap. 12, p. 25), *ut Filium quis adoret nisi in sancto Spiritu, aut ut Patrem invocet nisi in adoptionis Spiritu.* Vide cap. 13, et epist. 38, n. 4. Demonstrat in cap. 15 ejusdem libri, Spiritum sanctum a Patre et Filio disjungi non posse (p. 29), si quidem in baptismo *vim vivificam immittit, a morte peccati renovans animas nostras in pristinam vitam : ac vitam nostram operatur.* Et cap. 19, pag. 41 : *Sive quis creationem accipiat de exstinctorum reviviscentia; an non magna Spiritus operatio, qui nobis suppeditat vitam ex resurrectione, et ad spiritualem illam vitam animas nostras adaptat? Sive creatio dicatur esse eorum, qui hic per peccatum lapsi sunt, in meliorem statum mutatio (nam ita quoque nonnunquam usurpatur juxta Scripturæ consuetudinem, velut cum Paulus dicit,* « *Si qua in Christo nova creatura* [60]), » *renovatio quæ hic fit, et a vita terrestri ac turbulentis affectibus obnoxia ad cœlestem conversationem transmutatio, quæ fit in nobis per Spiritum, ad summam admirationem deducit animos nostros.* Similiter in epist. 8, n. 11 : *Tria creationis genera in Scriptura nominata invenimus. Unum quidem ac primum, ex nihilo productionem : secundum vero, ex pejore in melius immutationem; tertium, resurrectionem mortuorum. In his reperies Spiritum sanctum una cum Patre et Filio operantem.* Sæpe alias cordis conversio vocatur nova creatio, ut *in psal.* XXXII, pag. 138; et in homilia, *Quod Deus non est auctor malorum*, p. 75, et lib. v *adversus Eunomium*, p. 303, et Comment. *in Isaiam*, p. 423.

Quantum fiduciæ in divina gratia poneret Basilius ex his perspici potest, quæ de conciliandis Antiochenæ Ecclesiæ dissensionibus loquitur in epist. 66, p. 160 : *Hæc vero conciliare*, inquit, *et ad unius corporis harmoniam redigere, illius est solius, qui et siccis ossibus, ut ad nervos et carnem denuo redeant, non enarrabili sua potestate largitur. Dominus autem omnino magna per eos, qui se digni sunt, efficit.* Et in epist. 203 (p. 300) : *Non enim ignoratis, nos palam omnibus propositos, veluti scopulos in mari prominentes, furorem fluctuum hæreticorum excipere; eosque dum circa nos franguntur, ea quæ retro nos sunt, non alluere. Illud autem,* « *nos,* » *cum dico, non ad humanas refero vires, sed ad Dei gratiam, qui in hominum imbecillitate potentiam suam declarat, quemadmodum ait propheta ex persona Domini dicens :* « *An me non timebitis, qui arenam mari terminum posui* [61]? » *Nam omnium infirmissima ac vilissima re, arena, ingens ac grave pelagus constrinxit Omnipotens.* Similia habes in homilia *in psal.* XXXII (p. 138) : *Cum igitur audieris quempiam magna minitantem, jactantemque se tibi omnis generis ærumnas, damna, aut plagas, aut mortem illaturum, respice ad Dominum gentium consilia dissipantem, et populorum cogitationes reprobantem.* Et postea, n. 9 (p. 140) : *Neque igitur rex ex armis sufficiens ad salutem auxilium habet, neque fortis vir sibi ad omnia sufficere potest. Imbecillitas enim et infirmitas sunt omnia simul humana, si cum vera*

[58] Rom. XI, 5. [59] Psal. LXI, 6. [60] II Cor. V 17. [61] Jerem. V, 22.

Digitized by Google

potentia comparentur. Propterea « Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia [62]. *Et, ex ore infantium et lactentium perfecit laudem, ut destruat inimicum et ultorem* [63]; » *nam divina gratia in infantibus ac rudibus operans, maxime resplenduit.* Præclarissimum est initium epist. 161, ad Amphilochium : *Benedictus Deus, qui sibi placentes in singulis ætatibus eligit, electionisque secernit vasa, et his utitur ad ministerium sanctorum : qui nunc etiam te, cum fugeres, ut tumet dixisti, non nos, sed-ocationem quam per nos futuram suspicabaris, inevitabilibus gratiæ retibus illigavit, ac in mediam Pisidiam deduxit ut homines Domino capias, et ex profundo pertrahas ad lucem, quos cepit diabolus, ut suam ipsius faciant voluntatem.*

Agmen claudet insigne testimonium, quod e S. Basilii Liturgia depromptum Petrus Diaconus (18) citat in libro *De incarnatione et gratia* cap. 8 : *Hinc etiam*, inquit, *beatus Basilius Cæsariensis episcopus in oratione sacri altaris, quam pene universus frequentat Oriens, inter cætera :* Dona, *inquit*, Domine, virtutem et tutamentum, malos, quæsumus, bonos facito, bonos in bonitate conserva ; omnia enim potes, et non est qui contradicat tibi : cum enim volueris, salvas, et nullus resistit voluntati tuæ. *Ecce quam breviter, quamque docte doctor egregius olim huic controversiæ finem posuit, docens per hanc precem non a seipsis, sed a Deo malos homines bonos fieri, nec sua virtute, sed divinæ gratiæ adjutorio in ipsa bonitate perseverare.*

[62] I Cor. I, 27. [63] Psal. VIII, 3; Matth. XXI, 16.

(18) *Biblioth. Patr.*, tom. XI, p. 198.

ELENCHUS

Veterum librorum ad quos exacta et emendata sunt Basilii opera, quæ in hoc volumine continentur.

Liber *De spiritu sancto* collatus cum quinque Regiis codicibus et uno Colbertino.

Ad *Epistolas* S. Basilii magno exstitere præsidio tres potissimum codices antiquissimi, Coislinianus n. 237, sæculo circiter undecimo scriptus ; Harlæanus, decimo aut undecimo, et Medicæus, quem manu sua accuratissime cum editis contulit vir inter litteratos celeberrimus Antonius Maria Salvinius. His tribus codicibus, saltem cum inter se consentiunt, plus visum est tribuendum, quam aliis omnibus. Primus complectitur epistolas 351, Harlæanus 249, Medicæus 323.

Huc accessere codex Reg. 2293, olim cardinalis Mazarini, complectens epistolas 272. Hic codex annorum est 500, et primus Regius a nobis vocatur. Codex Reg. 2897, quem secundum vocamus, complectitur epistolas 334. Codex Reg. 2896, continens epistolas 33. Codex Reg. 2502, continens epistolas 29. Codex Reg. 1824, in quo tres epistolæ, nempe 45, 243 et 260. Codex Reg. 1906, in quo epistolæ duæ, nempe 2 et 46. Codex Reg. 1908, in quo reperitur epistola ad Chilonem.

Habuimus etiam varias lectiones ex codicibus Combefisianis, Bigotianis duobus, Claromontano Anglicano, in quo epistolæ 28, Vaticano, in quo epistolæ 327, nec non insignis Ecclesiæ Parisiensis codice, qui idem videtur esse ac Bigotianorum alter. Suppeditavit bibliotheca Coisliniana codicem 288, in quo epistolæ 328, quem Coislinianum secundum vocamus ; et alios nonnullos, in quibus aliquot Basilii epistolæ. Canones Basilii collati fuerunt cum pluribus codicibus ejusdem bibliothecæ, ex quibus codex 209 noni esse sæculi existimatur, et cum Regiis codicibus 2058, 2039, 2043, 2044, 2502, 2505, 2508, 2509, 3027.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΚΑΠΠΑΔΟΚΙΑΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ

ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΝ (19) ΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΙΚΟΝΙΟΥ.

—

S. P. N. BASILII

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ ARCHIEPISCOPI

LIBER DE SPIRITU SANCTO

AD S. AMPHILOCHIUM ICONII EPISCOPUM (20).

—

1 CAPUT I.

Proœmium in quo ostenditur necessarias esse de minutissimis theologiæ partibus perscrutationes.

1. Collaudavi in moribus tuis discendi et laborandi studium ; ac supra modum delectatus sum attentione, atque vigilantia elucente in tua illa sententia, qua vocem nullam ex iis quæ in omni sermonis usu de Deo proferuntur, citra examen relinquendam 2 putas, o caput charum, mihique maxime omnium pretiosum, frater Amphilochi. Postquam enim recte audivisti hanc Domini admonitionem : *Quisquis petit, accipit, et qui quærit, invenit*[64], petendi diligentia, vel desidiosissimum mihi videris ad impartiendum excitare posse. Quin et illud in te majorem in modum admiror, quod non tentandi gratia, ut nunc plerique, quæstiones proponis, sed ut quid sit verum investiges. Nam qui curiosis auribus nostra verba captent, quique

A ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Προοίμιον, ἐν ᾧ ὅτι ἀναγκαῖαι (21) αἱ περὶ τῶν μικροτάτων μερῶν τῆς θεολογίας ἔρευναι.

1. Ἐπῄνεσα τὸ φιλομαθές σου καὶ φιλόπονον τοῦ τρόπου, καὶ ἥσθην γε ὑπερφυῶς τῷ ἐπιστατικῷ καὶ νηφαλίῳ τῆς διανοίας, δι' ἧς οὐδεμίαν ἀδιερεύνητον οἴει χρῆναι καταλιμπάνειν φωνὴν, τῶν ὅσαι περὶ Θεοῦ κατὰ πᾶσαν χρείαν τοῦ λόγου προφέρονται, ὦ φίλη κεφαλὴ καὶ τιμιωτάτη μοι πασῶν, ἀδελφὲ Ἀμφιλόχιε. Καλῶς γὰρ ἀκούσας τῆς παραινέσεως τοῦ Κυρίου, ὅτι *Πᾶς ὁ αἰτῶν λαμβάνει, καὶ ὁ ζητῶν εὑρίσκει*, τῇ περὶ τὸ αἰτεῖν ἐμμελείᾳ, καὶ τὸν ὀκνηρότατόν μοι δοκεῖς ἂν διαναστῆσαι πρὸς τὴν μετάδοσιν. Ἐκεῖνο δέ σου καὶ πλέον ἄγαμαι, ὅτι οὐ πείρας ἕνεκεν κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν νῦν τὰς ἐρωτήσεις
B προτείνῃ, ἀλλὰ τοῦ ὅπερ ἐστὶν αὐτὸ τὸ ἀληθὲς ἐξευρεῖν. Τῶν μὲν γὰρ ὠτακουστούντων νῦν καὶ διερωτώντων ἡμᾶς εὐθηνία πολλή· φιλουαθεῖ δὲ ψυχῇ,

[64] Luc. xi, 10.

(19) *Πρὸς Ἀμφιλόχιον.* Duo Regii codices et Colbertinus sic habent, Τοῦ ἁγίου Βασιλείου πρὸς Ἀμφιλόχιον ἐπίσκοπον Ἰκονίου τῆς Λυκαόνων περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν κεφαλαίοις τριάκοντα. *Sancti Basilii ad Amphilochium episcopum Iconii Lycaonum de Spiritu sancto in capitibus triginta.* Titulus in Reg. tertio et Colb. non solum hoc loco occurrit, sed etiam antea summariis totius operis in ordinem digestis præmittitur, his vocibus additis : προσφωνητικῶς προσερωτήσαντος, ubi recte Combefisius monet legendum esse, προσφωνητικός. Designant enim hæ voces præmissam a Basilio perhonorificam salutationem Amphilochii, a quo consultus fuerat. Regius quintus addit κατ' Εὐνομίου. Sed non tam Eunomium quam Pneumatomachos oppugnat Basilius ; quamvis istius quoque impietatem eadem opera subvertat.

(20) Ex interpretatione Erasmi pluribus locis emendata.

(21) *Ὅτι ἀναγκαῖαι.* Sic veteres libri, melius quam in editis ὅτι καί. Paulo post nonnulli codices καὶ νηφαλέῳ. Ibidem utraque editio δι' ὧν, sed codices omnes mss., id est, quinque Regii et Colbertinus, ut in contextu.

Digitized by Google

καὶ πρὸς ἀγνοίας ἴασιν τὴν ἀλήθειαν ἐκζητούσῃ χαλεπώτατον ἐντυχεῖν. Ὡς γὰρ παγὶς θηρατῶν, καὶ πολεμούντων ἐνέδρα, κεκρυμμένον τὸν δόλον (22) καὶ ἐγκατάσκευον ἔχει τὰ τῶν πολλῶν ἐρωτήματα, οἳ προβάλλουσι λόγους, οὐχ ἵνα τι χρήσιμον λάβωσιν ἐξ αὐτῶν, ἀλλ' ὅπως, ἐὰν μὴ συμβαινούσας τῇ ἑαυτῶν ἐπιθυμίᾳ τὰς ἀποκρίσεις εὕρωσι, ταύτην ἀφορμὴν δικαίαν ἔχειν δόξωσι τοῦ πολέμου.

A quæstiones nobis objiciant, horum hoc tempore magna est copia. At in animum discendi avidum, quique ad ignorationis medelam verum inquirat, difficillimum est incidere. Etenim ut venatorum laqueus et hostium insidiæ, ita fraudem occultam et arte instructam habent multorum interrogationes, qui proferunt in medium quæstiones, non ut ex his aliquid capiant utilitatis, sed ut, si minus accommodatas suæ cupiditati responsiones inveniant, hanc belli causam habere justam videantur.

2. Εἰ δὲ τῷ Ἀνοήτῳ ἐπερωτήσαντι (23) *σοφία λογισθήσεται*· τὸν συνετὸν ἀκροατὴν, τὸν ὑπὸ τοῦ προφήτου τῷ θαυμαστῷ συμβούλῳ παραζευχθέντα, πόσου ἄξιον λογισόμεθα; Ἢ που δίκαιον πάσης μὲν ἀποδοχῆς ἀξιοῦν, προάγειν δὲ εἰς τὸ πρόσω, συνεφαπτομένους αὐτῷ τῆς σπουδῆς, καὶ πάντα συνεκπονοῦντας, ἐπειγομένῳ πρὸς τὴν τελείωσιν. Τὸ γὰρ μὴ παρέργως ἀκούειν τῶν θεολογικῶν φωνῶν, ἀλλὰ πειρᾶσθαι τὸν ἐν ἑκάστῃ λέξει καὶ ἐν ἑκάστῃ (24) συλλαβῇ κεκρυμμένον νοῦν ἐξιχνεύειν, οὐκ ἀργῶν εἰς εὐσέβειαν, ἀλλὰ γνωριζόντων τὸν σκοπὸν τῆς κλήσεως ἡμῶν· ὅτι πρόκειται ἡμῖν ὁμοιωθῆναι Θεῷ, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπου φύσει. Ὁμοίωσις δὲ, οὐκ ἄνευ γνώσεως· ἡ δὲ γνῶσις, οὐκ ἐκτὸς (25) διδαγμάτων. Λόγος δὲ διδασκαλίας ἀρχή· λόγου δὲ μέρη συλλαβαὶ καὶ λέξεις. Ὥστε οὐκ ἔξω σκοποῦ γέγονε τῶν συλλαβῶν ἡ ἐξέτασις. Οὐ μὴν ὅτι μικρὰ, ὡς ἄν τῳ δόξαι, τὰ ἐρωτήματα, διὰ τοῦτο καὶ παροφθῆναι ἄξια· ἀλλ' ἐπειδὴ δυσθήρατος ἡ ἀλήθεια, πανταχόθεν ἡμῖν ἐξιχνευτέα. Εἰ γὰρ ὥσπερ αἱ τέχναι, οὕτω καὶ ἡ τῆς εὐσεβείας (26) ἀνάληψις ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις αὔξεται, οὐδενὸς ὑπεροπτέον τοῖς εἰς τὴν γνῶσιν εἰσαγομένοις· ὡς εἴ τις τῶν πρώτων στοιχείων ὡς σμικρῶν ὑπερίδοι, οὐδέποτε τῶν τελείων τῆς σοφίας ἐφάψεται. Τὸ ναὶ καὶ τὸ οὔ συλλαβαὶ δύο· ἀλλ' ὅμως τὸ κράτιστον τῶν ἀγαθῶν, ἡ ἀλήθεια, καὶ ὁ ἔσχατος ὅρος τῆς πονηρίας, τὸ ψεῦδος, τοῖς μικροῖς τούτοις ῥήμασι πολλάκις ἐμπεριέχεται. Καὶ τί ταῦτα λέγω; Ἤδη τις καὶ μόνον κατανεύσας τῇ κεφαλῇ ἐν τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίοις, πάσης πληρωτὴς εὐσεβείας ἐκρίθη (27). Εἰ δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, τί τῶν θεολογικῶν ῥημάτων οὕτω μικρὸν, ὡς ἢ καλῶς ἢ ἐναντίως ἔχον, μὴ μεγάλην παρέχειν τὴν ῥοπὴν ἑφ' ἑκάτερα; Εἰ γὰρ ἐκ τοῦ νόμου ἴῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ παρελεύσεται, πῶς ἂν ἡμῖν ἀσφαλὲς ὑπερβαίνειν καὶ τὰ σμικρότατα; Ἄ γε μὴν αὐτὸς διευκρινηθῆναι παρ' ἡμῶν ἐπεζήτησας, καὶ βραχέα

B

2. Quod si *Stulto interroganti sapientia imputabitur* [65] : auscultatorem prudentem, quem propheta cum admirabili consiliario copulavit [66], quanti æstimabimus? Æquum est profecto, ut eum approbatione omni complectamur, ac longius provehamus, manum illius studio simul admoventes, et in omnibus cum eo ad perfectionem contendente laborantes. Nam haud perfunctorie voces theologicas audire, sed conari, quid in quaque dictione, quid in quaque syllaba reconditi sensus lateat perscrutari, non est eorum qui segnes sunt ad pietatem, sed qui vocationis nostræ scopum intelligunt : quandoquidem nobis propositum est, ut similes efficiamur Deo, quatenus humanæ naturæ fas est. Porro similitudo non est absque cognitione : cognitio vero sine documentis non paratur. Doctrinæ autem initium, est oratio, orationis partes syllabæ ac dictiones. Proinde syllabas excutere, non est aberrare a scopo. Nec vero quoniam minutæ, ut alicui forte videbuntur, quæstiones ; idcirco et negligendæ sunt : imo quoniam difficilis est inventu veritas, undique nobis est vestiganda. Etenim si, ut artes, ita et pietatis acquisitio paulatim minutis accessionibus augescit ; nihil est contemnendum iis qui ad cognitionem instituuntur : quemadmodum si quis prima elementa ut minuta contemnat, nunquam perfectorum sapientiam assequetur. Næ et Non, syllabæ duæ sunt : attamen bonorum optimum veritas, et extremus pravitatis terminus mendacium, frequenter his minutis verbis comprehenduntur. Sed quid hæc commemoro, cum jam si quis vel capite annuat, tum cum martyrio pro Christo perfungendum est, totam pietatem explevisse judicetur? Quod si hæc ad hunc habent modum, quid esse possit in verbis, quæ de Deo dicuntur, 3 adeo pusillum, ut vel recte vel secus dictum, non magnum habeat

C

D

[65] Prov. xvii, 28. [66] Isa. iii, 3.

(22) *Τὸν δόλον*. Editio Basileensis τὸν λόγον.

(23) *Ἐπερωτήσαντι*. Addunt editi σοφίαν, *interroganti sapientiam sapientia reputabitur*, sed ea vox addita videtur a recentioribus librariis, et cum eam deleverim initio Epistolæ primæ Canonicæ, quia deest in antiquissimis codicibus, delenda etiam hoc loco fuit.

(24) *Ἐν ἑκάστῃ*. Addita præpositio ex quatuor codicibus mss. Mox duo codices Regii, primus et tertius, σκοπὸν τῆς γνώσεως, *scopum nostræ scientiæ*. Hæc scriptura manifestum est erratum, ac sententiæ seriem penitus denormat ; sed tamen Combefisio probatur.

(25) *Οὐκ ἐκτός*. Sic duo Regii et Colb. et Regius quintus in margine. Editi γνῶσις ἐκ διδαγμῶν. Duo codices mss. γνῶσις ἐκ διδαγμάτων, *cognitio e doctrina paratur*.

(26) *Εὐσεβείας*. Reg. quartus ἀληθείας. Paulo post editi ποτέ, tres Regii codices οὐδέποτε.

(27) *Ἐκρίθη*. Reg. primus ἐδείχθη, et ad marginem ἐκρίθη.

Digitized by Google

momentum in utramque partem? Nam si ex lege nec unum iota nec apex unus præteribit [67], quomodo nobis tutum fuerit vel minutissima transilire? At quæ tute a nobis enucleari postulasti, eadem exigua sunt et magna : prolationis quidem compendio exigua, atque ob id fortasse contemptui obnoxia, sed rerum significatarum vi magna : ad similitudinem sinapis, quod cum sit minutissimum inter arida semina, si cura debita adhibeatur, in altitudinem satis magnam exsurgit, ubi vis in eo latens sese explicuerit [68]. Quod si quis ridet, nostram videns circa syllabas, ut psalmi verbis utar, fabulationem [69] ; ipse quidem futurum sciat, ut infrugiferum sui risus fructum metat : nos vero haudquaquam cedentes hominum conviciis, nec illorum vituperatione victi studium investigandi deseramus. Tantum enim abest, ut me harum rerum tanquam minutarum pudeat, ut si vel minimam dignitatis carum partem attingam, tum mihi gratulaturus sim, ut magna quædam assecuto, tum fratri nobiscum hæc perscrutanti non mediocre lucrum hinc dicturus obvenisse. Itaque, cum in minimis verbis conspiciam certamen maximum, spe præmii non detrecto laborem : ratus sermonem tum mihi fore utilem, tum audientibus satis magnum fructum allaturum. Quapropter cum ipso jam (dicendum enim est) sancto Spiritu ad explanationem accedam. Et si vis ut me in disputationis viam inducam, ad hujus quæstionis originem paulisper divertam.

A ἐστι τα αὐτὰ καὶ μεγάλα· τῷ μὲν συντόμῳ τῆς προφορᾶς βραχέα, καὶ διὰ τοῦτο ἴσως εὐκαταφρόνητα· τῇ δὲ δυνάμει τῶν σημαινομένων μεγάλα, κατὰ τὴν εἰκονα τοῦ σινάπεως, ὃ μικρότατον ὂν τῶν φρυγανικῶν σπερμάτων, τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας ἀξιωθὲν, εἰς ὕψος αὔταρκες διανίσταται, τῆς συνεσπαρμένης ἐν αὐτῷ δυνάμεως ἁπλωθείσης. Εἰ δέ τις γελᾷ, βλέπων τὴν περὶ τὰς συλλαβὰς ἡμῶν, ψαλμικῶς εἰπεῖν, ἀδολεσχίαν, αὐτὸς μὲν (28) ἔστω ἀνωφελῆ καρπὸν τοῦ γέλωτος δρεπόμενος· ἡμεῖς δὲ μὴ τοῖς ὀνείδεσι τῶν ἀνθρώπων ἐνδόντες, μήτε τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν ἡττηθέντες, τὴν ἔρευναν καταλίπωμεν. Τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τούτοις ὡς μικροῖς ἐπαισχύνεσθαι, ὥστε, εἰ καὶ πολλοστοῦ μέρους τῆς ἀξίας αὐτῶν ἐφικοίμην, ἐμαυτῷ τε ἂν συνησθείην ὡς μεγάλων ἀξιωθέντι, τῷ τε συνδιερευνῶντι (29) ἡμῖν ἀδελφῷ οὐ μικρὸν ἂν φαίην ἐντεῦθεν ἀπηντηκέναι τὸ κέρδος. Μέγιστον οὖν ὁρῶν ἐν μικροῖς ῥήμασι τὸ ἀγώνισμα, ἐλπίδι τῶν μισθῶν τὸν πόνον οὐκ ἀναδύομαι, ἐμαυτῷ τε ἡγούμενος ἔγκαρπον τὸν λόγον ἔσεσθαι, τοῖς τέ ἀκούουσι διαρκῆ τὴν ὠφέλειαν ὑπάρξειν. Διόπερ ἤδη σὺν αὐτῷ γε, φάναι (30), τῷ ἁγίῳ Πνεύματι βαδιοῦμαι πρὸς τὴν ἐξήγησιν. Καὶ εἰ βούλει ὥστε με εἰς ὁδὸν καταστῆναι τοῦ λόγου, μικρὸν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ προβλήματος ὑποστρέψω (31).

B

3. Nuper precanti mihi cum populo, et utroque modo glorificationem absolventi Deo ac Patri, interdum cum Filio una cum sancto Spiritu, interdum per Filium in sancto Spiritu ; quidam ex iis qui aderant, crimen intenderunt, dicentes nos non modo peregrinis ac novis uti vocibus, verum etiam inter se pugnantibus. Tu porro maxime illorum utilitati consulens, aut si prorsus ipsi insanabiles sint, tamen propter eorum, qui in ejusmodi homines incidunt, securitatem, postulasti quampiam dilucidam doctrinam de vi harum syllabarum evulgari. Jam igitur nobis breviter dicendum est, quantum orationi ratum quoddam et exploratum principium ponentibus fieri potest.

3. Προσευχομένῳ μοι πρώην μετὰ τοῦ λαοῦ, καὶ C ἀμφοτέρως τὴν δοξολογίαν ἀποπληροῦντι τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, νῦν μὲν μετὰ τοῦ Υἱοῦ σὺν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, νῦν δὲ διὰ τοῦ Υἱοῦ ἐν τῷ (32) ἁγίῳ Πνεύματι, ἐπέσκηψάν τινες τῶν παρόντων, ξενιζούσαις ἡμᾶς φωναῖς κεχρῆσθαι λέγοντες, καὶ ἅμα πρὸς ἀλλήλας ὑπεναντίως ἐχούσαις. Σὺ δὲ μάλιστα μὲν τῆς αὐτῶν ἐκείνων ἕνεκεν ὠφελείας, εἰ δὲ ἀνιάτως ἔχουσι παντελῶς, διὰ τὸ τῶν ἐντυγχανόντων αὐτοῖς ἀσφαλὲς ἠξίωσάς τινα εὐκρινῆ περὶ τῆς ἐν ταῖς συλλαβαῖς ταύταις δυνάμεως διδασκαλίαν ἐκφωνηθῆναι. Λεκτέον δὴ οὖν ἡμῖν διὰ βραχέων, ὡς οἷόν τε ἀρχήν τινα ὁμολογουμένην τῷ λόγῳ διδόντας (33).

[67] Matth. v, 18. [68] Matth. xiii, 31, 32. [69] Psal. cxviii, 85.

(28) *Αὐτὸς μέν.* Reg. tertius αὐτὸς μὲν ἀνωφελῆ καρπὸν τοῦ γελοίου δρεπέσθω. Videtur Erasmus ita legisse ; sic enim interpretatur : *Ipse quidem infrugiferum risus sui fructum metat.*

(29) *Συνδιερευνῶντι.* Hac voce Basilius non adjutorem et socium aliquem operis designat, ut suspicatur Tillemontius, sed lectorem studiosum, idque paulo post declarat apertius.

(30) *Σὺν αὐτῷ γε, φάναι.* Sic reddit Erasmus, *cum ipso, ut ita dicam, Spiritu;* quasi metueret Basilius ne paulo audacior hæc loquendi ratio videretur. Visa est Combefisio *rudis Erasmi expressio*, ac illud φάναι in ejusmodi locis vacare pronuntiat. Sed multo minus mihi probatur Combefisii observatio, quam ipsius interpretatio Erasmi. Non enim otiose positum esse, et quo sensu accipiendum sit illud φάναι perspici potest ex libro secundo *adversus Eunomium*, p. 256, ubi Basilius difficilis Scripturæ testimonii explicationem promittens, hæc D interponit, σὺν Θεῷ δ' εἰρήσθω, *quod quidem cum Deo dictum sit.* Quibus verbis significantius monet se non suis viribus, sed Dei auxilio confidere. Si quis autem observet inde natam libri *De Spiritu sancto* scribendi occasionem fuisse, quod Pneumatomachi furiis exarsissent, cum Basilius Patri et Filio cum Spiritu sancto gloriam redderet ; is facile perspiciet non sine causa Basilium illud φάναι addere, sed ut indicet sibi adversariorum minas tanti non esse, ut hanc loquendi rationem, *cum sancto Spiritu*, quam in toto hoc libro defendit, usurpare desinat. Basilianæ ergo sententiæ nervos elidit Combefisius, cum ita reddendum esse pronuntiat, *ipso Spiritu favente beneque propitio.*

(31) *Ὑποστρέψω.* Sic libri veteres. Editi ἐπιστρέψω. Ibidem Reg. quartus προσευχομένῳ μοι πάλαι, *me quondam precante.*

(32) *Ἐν τῷ.* Articulus additus ex mss. codicibus.

(33) *Διδόντας.* Duo codices Regii δοῦσιν, quod

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ποίαν ἔσχεν ἀρχὴν ἡ περὶ τὰς συλλαβὰς τῶν αἱρετικῶν παρατήρησις.

4. Ἡ περὶ τὰς συλλαβὰς καὶ τὰς λέξεις τῶν ἀνδρῶν τούτων μικρολογία οὐχ ἁπλῆ τίς ἐστιν, ὡς ἄν τῳ δόξαι, οὐδὲ εἰς μικρὸν τοῦ κακοῦ φέρουσα, ἀλλὰ βαθεῖαν ἔχει καὶ συνεσκιασμένην βουλὴν κατὰ τῆς εὐσεβείας. Φιλονεικοῦσι γὰρ ἀνομοίαν (34) Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ἐπιδεικνύναι τὴν προφοράν, ὡς ἐκ τούτου ῥᾳδίαν ἔξοντες καὶ τῆς κατὰ τὴν φύσιν παραλλαγῆς τὴν ἀπόδειξιν. Ἔστι γάρ τι αὐτοῖς παλαιὸν σόφισμα, ὑπὸ Ἀετίου τοῦ προστάτου τῆς αἱρέσεως ταύτης ἐξευρεθὲν, ὃς ἔγραψέ που τῶν ἑαυτοῦ ἐπιστολῶν, λέγων τὰ ἀνόμοια κατὰ τὴν φύσιν ἀνομοίως προφέρεσθαι· καὶ ἀνάπαλιν, τὰ ἀνομοίως προφερόμενα ἀνόμοια εἶναι κατὰ τὴν φύσιν. Καὶ εἰς μαρτυρίαν τοῦ λόγου τὸν Ἀπόστολον ἐπεσπάσατο λέγοντα· *Εἷς Θεὸς καὶ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα* (35). Ὡς οὖν ἔχουσιν αἱ φωναὶ πρὸς ἀλλήλας, οὕτως ἔξουσι, φησὶ, καὶ αἱ δι' αὐτῶν σημαινόμεναι φύσεις· ἀνόμοιον δὲ τῷ *ἐξ οὗ* τὸ *δι' οὗ*· ἀνόμοιος ἄρα καὶ τῷ (36) Πατρὶ ὁ Υἱός. Ταύτης τοίνυν τῆς νόσου καὶ ἡ περὶ τὰς προκειμένας λέξεις ἀδολεσχία τῶν ἀνδρῶν τούτων ἤρτηται. Ὅθεν τῷ μὲν Θεῷ καὶ Πατρὶ, ὥσπερ τινὰ κλῆρον ἐξαίρετον, προσνέμουσι τὸ, *ἐξ οὗ*· τῷ δὲ Υἱῷ καὶ Θεῷ ἀφώρισαν τὸ, *δι' οὗ*· τῷ δὲ ἁγίῳ Πνεύματι τὸ, *ἐν ᾧ*· καί φασι μηδέποτε τὴν χρῆσιν ταύτην τῶν συλλαβῶν ἐπαμείβεσθαι· ἵν', ὅπερ ἔφην, τῷ παρηλλαγμένῳ τῆς ἐκφωνήσεως καὶ ἡ τῆς φύσεως παραλλαγὴ συνεκφαίνηται (37). Ἀλλὰ γὰρ οὐ λελήθασιν ἐν τῇ περὶ τὰς λέξεις λεπτολογίᾳ τῷ ἀσεβεῖ λόγῳ τὴν ἰσχὺν διασώζοντες. Τὸ μὲν γὰρ, *ἐξ οὗ*, τὸν δημιουργὸν σημαίνειν βούλονται· τὸ δὲ, *δι' οὗ*, τὸν ὑπουργὸν ἢ τὸ ὄργανον· τὸ δὲ, *ἐν ᾧ*, τὸν χρόνον δηλοῦν ἢ τὸν τόπον· ἵνα μηδὲν μὲν ὀργάνου σεμνότερος ὁ δημιουργὸς τῶν ὅλων νοῆται, μηδὲν δὲ τῆς ἀπὸ τόπου ἢ χρόνου συνεισφορᾶς εἰς τὰ ὄντα τελεῖον φαίνηται (38) τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον παρεχόμενον.

4 CAPUT II.

Unde sit orta hæreticorum de syllabis observatio.

4. Exilis illa istorum hominum de syllabis ac dictionibus observatio non simplex est, quemadmodum alicui videri possit, neque ad mediocre malum tendit, sed profundum habet atque obtectum adversus pietatem consilium. Contendunt enim ostendere dissimilem esse prolationem Patris, et Filii, et Spiritus sancti, tanquam inde facilem habituri ipsius etiam secundum naturam dissimilitudinis probationem. Habent enim isti vetus quoddam commentum, ab Aetio hujus hæreseos principe inventum, qui in epistolis suis alicubi scripsit ea quæ secundum naturam dissimilia sunt, dissimiliter proferri : ac vice versa, quæ dissimiliter proferuntur, esse dissimilia secundum naturam. Atque ad hujus dicti confirmationem traxit Apostolum dicentem, *Unus Deus et Pater, ex quo omnia ; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia* [70]. Quemadmodum igitur voces se habent inter sese ; ita, inquit, se habebunt et naturæ, quæ per ipsas significantur : sed inter se discrepant *per quem* et *ex quo* : dissimilis igitur Patri Filius. Ex hoc itaque morbo et istorum circa præpositiones nugacitas dependet. Unde Deo quidem et Patri tanquam eximiam quamdam portionem attribuunt illud, *ex quo* ; Filio vero et Deo assignarunt illud, *per quem* ; Spiritui autem sancto, illud, *in quo* ; negantque hunc syllabarum usum usquam inverti, ut, quemadmodum dixi, *ex* discrepantia prolationis simul appareat et naturæ discrepantia. Atqui non obscurum est, eos, dum de syllabis subtiliter nugantur, impiæ doctrinæ vim ac robur astruere. Siquidem his syllabis, *ex quo*, conditorem volunt significari ; rursus his, *per quem*, ministrum aut instrumentum ; his denique, *in quo*, tempus aut locum declarari, ut is qui condidit universa, intelligatur nihilo honorabilior instrumento : Spiritus autem sanctus nihilo plus, quam locus aut tempus, ad res condendas attulisse videatur.

[70] I Cor. VIII. 6.

quidem a librariis positum videtur nimio grammaticæ studio. Vulgatæ lectioni favent plurima Basilii loca prorsus similia. Habet unus ex Regiis codicibus δόντες, Colbertinus δόντας. Porro Erasmus sic interpretatur : *Jam igitur nobis quam fieri potest brevissime dicendum est.* Posset etiam hic afferri sensus : *Orationi ratum quoddam, quantum fieri potest, et exploratum principium ponentibus.* Sed accuratior videtur interpretandi ratio, quam adhibuimus. Cum statuisset Basilius orationem altius repetere, breviter dicturum se monet, quantum brevitas cum ejusmodi proposito conciliari potest.

(34) *Ἀνομοίαν.* Sic vetusti codices. Editi ἀνόμοιον.

(35) *Τὰ πάντα.* Addunt editiones Basileenses secunda et Paris. Πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα· *Et unus Spiritus sanctus in quo omnia.* Sed hæc neque in prima editione Basileensi, neque in Regiis quatuor codicibus, neque in Colbertino leguntur.

(36) *Ἄρα καὶ τῷ.* Reg. tertius ἄρα κεῖται τῷ.

(37) *Συνεκφαίνηται.* Duo antiqui codices συνεμφαίνηται.

(38) *Φαίνηται.* Unus cod. ms. φανῆται. Sic autem reddit hunc locum Erasmus : *Spiritus sanctus nihilo plus ad res condendas momenti attulisse videatur, nisi quod tempus aut locum præbuerit rebus conditis.* At non tantum honoris Spiritui sancto habebant impii hæretici, ut ab eo tempus et locum creata dicerent ; sed eum comparabant cum loco et tempore, ut Filium cum instrumento : ac ei appellationem loci imponebant, ut ait Basilius cap. 4 ; cujus cavillationis ansam videntur arripuisse ex usitata apud scriptores ecclesiasticos sententia, qui Spiritum sanctum dicere solent *plenitudinem bonorum Dei* esse, ut ait Didymus lib. 1 *De Spiritu sancto*, ac in eo *cuncta Dei dona consistere.* Ipse Basilius probat, cap. 26 hujus libri, Spiritum sanctum esse veluti locum eorum qui sanctificantur.

Digitized by Google

CAPUT III.

E mundana philosophia natam esse de syllabis sophisticam disputationem.

5. Induxit porro ipsos in hunc errorem externorum quoque scriptorum observatio, qui voces, *ex quo* et *per quem*, rebus natura separatis attribuerunt. Siquidem illi putant his vocibus, *ex quo*, significari materiam ; his vero, *per quem*, instrumentum designari, 5 aut prorsus ministerium. Vel potius (quid enim vetat, tota illorum doctrina repetita, paucis arguere, et quam isti homines dicant a vero dissidentia et quam ipsi non constent sibi ?) qui inani philosophiæ dederunt operam, dum multifariam exponunt causæ naturam, eamque in propria significata dividunt, alias aiunt esse causas principales, alias cooperantes, aut concausales, alias autem hanc rationem habere ut sine iis nihil efficiatur. Atque harum cuique peculiarem etiam attribuunt appellationem, ita ut aliter opifex, aliter instrumentum significetur. Nam opifici congruere existimant illud, *a quo* ; aiunt enim proprie dici, a fabro factum fuisse scamnum : at instrumento convenire illud, *per quem* ; dicunt enim, per securim et terebellum et reliqua. Similiter hanc particulam, *ex quo*, illi faciunt propriam materiæ ; siquidem e materia fit opificium. Porro particulam, *juxta quod*, putant significare conceptum animo, vel extrinsecus objectum artifici exemplar. Vel enim prius cogitatione sibi depingit id quod facere destinat, et sic quod animo concepit, ad opus perducit : vel ad exemplar jam editum respiciens, ad illius similitudinem operationem dirigit. Hanc autem particulam, *propter quod*, volunt competere fini ; scamnum enim esse factum ad usum hominum. Denique his verbis, *in quo*, tempus aut locum indicari. Quando enim factum est ? in tali tempore. Ubi factum est ? in tali loco. Hæc autem tametsi nihil conferunt ad id quod fit, tamen absque his nihil potest fieri. Operantibus enim et loco et tempore opus est. Has observationes ex inanibus disciplinis ac vana deceptione desumptas cum isti didicerint atque admirati sint, eas etiam ad simplicem et arte omni carentem Spiritus doctrinam transferunt, ut et Deum Verbum diminuant, et Spiritum sanctum rejiciant : qui quidem vocem instrumentis inanimis aut servili ac prorsus humili ministerio a profanis scriptoribus assignatam, loquor de dictione, *per quem*, ad Dominum universorum non veriti sunt transferre ; nec pudet Christianos serræ aut mallei vocabulum universæ creaturæ Conditori attribuere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

Ὅτι ἐκ τῆς ἔξωθεν (39) *σοφίας ἡ περὶ τῶν συλλαβῶν τεχνολογία.*

5. Ὑπηγάγετο μέντοι αὐτοὺς πρὸς τὴν ἀπάτην ταύτην καὶ ἡ τῶν ἔξωθεν παρατήρησις, οἳ τὸ, *ἐξ οὗ*, καὶ τὸ, *δι' οὗ*, κεχωρισμένοις κατὰ τὴν φύσιν πράγμασι προσδιένειμαν. Ἐκεῖνοι γὰρ οἴονται τὸ μὲν *ἐξ οὗ* τὴν ὕλην δηλοῦν, τὸ δὲ *δι' οὗ* τὸ ὄργανον παριστᾷν, ἢ ὅλως τὴν ὑπουργίαν. Μᾶλλον δὲ (τί γὰρ κωλύει, πάντα τὸν ἐκείνων λόγον ἀναλαβόντας, τό τε πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀσυνάρτητον καὶ τὸ πρὸς ἐκείνους αὐτοὺς (40) ἀσύμφωνον τῶν ἀνδρῶν τούτων ἐν βραχεῖ διελέγξαι ;) οἳ περὶ τὴν ματαίαν φιλοσοφίαν ἐσχολακότες, τοῦ αἰτίου τὴν φύσιν πολλαχῶς ἐξηγούμενοι, καὶ τοῦτο εἰς τὰ οἰκεῖα σημαινόμενα διαιροῦντες, τὰ μὲν προκαταρκτικὰ λέγουσι τῶν αἰτίων εἶναι, τὰ δὲ συνεργὰ ἢ συναίτια, τὰ δὲ τῶν ὧν οὐκ ἄνευ λόγον ἐπέχειν (41). Ἑκάστῳ μέντοι τούτων ἰδιάζουσαν καὶ τὴν ἐκφώνησιν ἀφορίζουσιν· ὥστε ἄλλως τὸν δημιουργὸν σημαίνεσθαι, καὶ τὸ ὄργανον ἄλλως. Τῷ μὲν γὰρ δημιουργῷ πρέπειν οἴονται τὸ *ὑφ' οὗ* · κυρίως γάρ φασι λέγεσθαι ὑπὸ τοῦ τέκτονος γεγενῆσθαι τὸ βάθρον· τῷ δὲ ὀργάνῳ τὸ *δι' οὗ* · διὰ γὰρ σκεπάρνου φασὶ, καὶ τερέτρου, καὶ τῶν λοιπῶν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ *ἐξ οὗ* τῆς ὕλης ἴδιον τίθενται ἐκεῖνοι· ἐκ ξύλου γὰρ εἶναι τὸ δημιούργημα· τὸ δὲ *καθ' ὃ* τὸ ἐνθύμιον δηλοῦν, ἢ τὸ ἐκκείμενον ὑπόδειγμα τῷ τεχνίτῃ. Ἡ γὰρ προαναζωγραφήσας τῇ διανοίᾳ (42) τὸ κατασκεύασμα, οὕτως εἰς ἔργον τὴν φαντασίαν ἤγαγεν· ἢ πρὸς ἤδη ἐκκείμενον παράδειγμα ἀποβλέπων, καθ' ὁμοίωσιν ἐκείνου τὴν ἐνέργειαν (43) κατευθύνει. Τὸ δὲ *δι' ὃ* τῷ τέλει προσήκειν βούλονται· διὰ γὰρ τὴν χρῆσιν τὴν τῶν ἀνθρώπων γεγονέναι τὸ βάθρον· τὸ δὲ *ἐν ᾧ* τὸν χρόνον παριστᾷν ἢ τὸν τόπον. Πότε γὰρ γέγονεν ; Ἐν τῷδε τῷ χρόνῳ. Καὶ ποῦ ; Ἐν τῷδε τῷ τόπῳ. Ταῦτα δὲ εἰ καὶ μηδὲν τῷ γινομένῳ συμβάλλεται, ἀλλ' οὖν οὐκ ἄνευ τούτων δυνατόν τι γενέσθαι. Χρεία γὰρ καὶ τόπου καὶ χρόνου τοῖς ἐνεργοῦσι. Ταῦτα μαθόντες καὶ θαυμάσαντες (44) οὗτοι τὰ ἐκ τῆς ματαιότητος καὶ κενῆς ἀπάτης παρατηρήματα, καὶ ἐπὶ τὴν ἁπλῆν καὶ ἀτεχνολόγητον τοῦ Πνεύματος διδασκαλίαν μετακομίζουσιν, εἰς ἐλάττωσιν μὲν τοῦ Θεοῦ Λόγου, ἀθέτησιν δὲ τοῦ ἁγίου (45) Πνεύματος· οἵ γε τὴν ἐπὶ ἀψύχων ὀργάνων, ἢ τῆς ὑποχειρίου καὶ ταπεινῆς παντελῶς ὑπηρεσίας φωνὴν ἀφωρισμένην παρὰ τῶν ἔξωθεν, τὴν *δι' οὗ* λέγω, ταύτην ἐπὶ τὸν Δεσπότην τῶν ὅλων οὐκ ὤκνησαν μεταθεῖναι, καὶ οὐκ αἰσχύνονται οἱ Χριστιανοὶ πρίονος ἢ σφύρας τῷ δημιουργῷ τῆς κτίσεως φωνὴν ἀφορίζοντες.

(39) *Ὅτι ἐκ τῆς ἔξωθεν.* Huc transferre coacti sumus hunc titulum a librariis infra ante hæc verba, οἱ περὶ τὴν ματαίαν, vitiose prorsus, ut patet ex parenthesi, quam adjicimus, appositum. Ibidem Reg. tertius συλλαβῶν θεολογία.

(40) *Ἐκείνους αὐτούς.* Sic libri veteres. Editi αὐτοὺς ἐκείνους.

(41) *Ἐπέχειν.* Non male in uno ex Regiis ὑπέχειν. Paulo post articulus ex mss. codd. additus ante τέκτονος.

(42) *Τῇ διανοίᾳ.* Duo codices mss. ἐν τῇ διανοίᾳ.

(43) *Ἐνέργειαν.* Sic codices mss. sex. Editi ἐργασίαν.

(44) *Καὶ θαυμάσαντες.* Hæc desunt in nonnullis codicibus mss. Paulo post editi τὴν τοῦ Πνεύματος, sed primus articulus non invenitur in mss. codd.

(45) *Τοῦ ἁγίου.* Duo antiqui codices τοῦ θείου. Duo alii τοῦ θείου καὶ ἁγίου.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅτι ἀπαράτηρητος τῇ Γραφῇ τῶν συλλαβῶν τούτων ἡ χρῆσις.

6. Ἡμεῖς δὲ κεχρῆσθαι μὲν πολλαχοῦ ταῖς φωναῖς ταύταις καὶ τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὁμολογοῦμεν· οὐ μὴν τήν γε τοῦ Πνεύματος ἐλευθερίαν δουλεύειν πάντως φαμὲν τῇ σμικροπρεπείᾳ τῶν ἔξωθεν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀεὶ προστυγχάνον, οἰκείως ταῖς χρείαις ὑπαλλάττειν τὰς ἐκφωνήσεις. Οὐ γὰρ πάντως τὸ, *ἐξ οὗ*, τὴν ὕλην σημαίνει, καθὼς ἐκείνοις δοκεῖ· ἀλλὰ συνηθέστερον τῇ Γραφῇ ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω αἰτίας τὴν φωνὴν ταύτην παραλαμβάνειν. Ὡς ἐπὶ τοῦ, *Εἷς Θεός, ἐξ οὗ τὰ πάντα*· καὶ πάλιν· *Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ*. Κέχρηται μέντοι καὶ ὁ τῆς ἀληθείας λόγος τῇ λέξει ταύτῃ καὶ ἐπὶ τῆς ὕλης πολλάκις, ὡς ὅταν λέγῃ· *Ποιήσεις τὴν κιβωτὸν ἐκ ξύλων ἀσήπτων*· καὶ, *Ποιήσεις τὴν λυχνίαν ἐκ χρυσίου καθαροῦ*· καὶ, *Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός*· καὶ, *Ἐκ πηλοῦ διήρτισαι σὺ ὡς καὶ ἐγώ*. Ἀλλ' οὗτοι, ἵνα, ὡς ἔφαμεν (46), τῆς φύσεως τὸ διάφορον παραστήσωσι, τῷ Πατρὶ μόνῳ προσήκειν τὴν λέξιν ταύτην ἐνομοθέτησαν· τὰς μὲν ἀρχὰς τῆς παρατηρήσεως λαβόντες παρὰ τῶν ἔξωθεν, οὐ πάντα δὲ ἐκείνοις δι' ἀκριβείας δουλεύσαντες· ἀλλὰ τῷ μὲν Υἱῷ, κατὰ τὴν ἐκείνων νομοθεσίαν, τὴν τοῦ ὀργάνου προσηγορίαν ἐπέθηκαν, τῷ δὲ Πνεύματι τὴν τοῦ τόπου· *Ἐν Πνεύματι* γὰρ λέγουσι· καὶ *διὰ Υἱοῦ* λέγουσι· τῷ δὲ Θεῷ τὴν *ἐξ οὗ* (47), οὐκέτι ἐνταῦθα κατακολουθοῦντες τοῖς ἀλλοτρίοις, ἀλλ' ἐπὶ τὰς ἀποστολικὰς, ὥς φασι, μεταβαίνοντες χρήσεις, καθὰ εἴρηται· *Ἐξ αὐτοῦ δὲ ὑμεῖς ἐστε ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*· καὶ, *Τὰ δὲ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ*. Τί οὖν ἐκ τῆς τεχνολογίας ταύτης τὸ συναγόμενον; Ἄλλη φύσις αἰτίου, καὶ ἄλλη ὀργάνου, καὶ ἄλλη τόπου· ἀλλότριος ἄρα (48) κατὰ τὴν φύσιν ὁ Υἱὸς τῷ Πατρὶ, ἐπειδὴ καὶ τὸ ὄργανον τῷ τεχνίτῃ· ἀλλότριον δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα, καθόσον κεχώρισται τόπος, ἢ χρόνος, τῆς τῶν ὀργάνων φύσεως, ἢ τῆς τῶν μεταχειριζομένων αὐτά

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ὅτι καὶ ἐπὶ Πατρὸς λέγεται τὸ « δι' οὗ » καὶ ἐπὶ Υἱοῦ τὸ « ἐξ οὗ, » καὶ ἐπὶ Πνεύματος.

7. Τὰ μὲν δὴ (49) ἐκείνων τοιαῦτα· ἡμεῖς δὲ δείξομεν δ προεθέμεθα, ὅτι οὔτε ὁ Πατὴρ, τὸ *ἐξ οὗ* λαβὼν, τῷ Υἱῷ προσέρριψε τὸ *δι' οὗ*, οὔτε ὁ Υἱὸς πάλιν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κατὰ τὴν τούτων νομοθεσίαν εἰς τὴν τοῦ *ἐξ οὗ*, ἢ τὴν *δι' οὗ* κοινωνίαν

A

CAPUT IV.

Harum syllabarum usum sine discrimine in Scriptura adhiberi.

6. Nos porro frequenter his uti vocibus etiam veritatis sermonem confitemur, haud tamen Spiritus libertatem humilibus et abjectis exterorum disciplinis ullo modo servire dicimus : verum habita ratione ejus quod subinde occurrit, enuntiationes congruenter usui convenienterque immutari. Neque enim illud, *ex quo*, prorsus significat materiam, quemadmodum illi putant : sed est Scripturæ familiarius hanc vocem ad supremam causam adhibere. Exempli causa in hoc loco, *Unus* **6** *Deus, ex quo omnia* [71]. Ac rursum : *Omnia autem ex Deo* [72]. Utitur tamen veritatis sermo hac ipsa di-
B ctione etiam sæpe de materia, veluti cum ait : *Facies arcam e lignis imputrescibilibus* [73] ; et : *Facies candelabrum ex auro puro* [74] ; et : *Primus homo e terra terrenus* [75] ; et : *E luto compositus es tu æque atque ego* [76]. At isti, ut naturæ, quemadmodum diximus, diversitatem constituant, definierunt hanc vocem soli Patri congruere. Ac principia quidem observationis acceperunt ab externis scriptoribus, non tamen his in omnibus accurate inserviunt : sed Filio quidem, secundum præscriptionem illorum, instrumenti vocabulum imposuerunt, Spiritui vero sancto, loci. Aiunt enim, *in Spiritu* : et aiunt, *per Filium*. At Deo vocem, *ex quo*, attribuerunt, non amplius hic alienos sequentes, sed ad apostolicos, ut ipsi dicunt, usus transeuntes ; se-
C cundum quod dictum est : *Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu* [77] ; et : *Omnia autem ex Deo* [78]. Quid igitur est, quod ex hac argutia conficitur? Alia natura causæ, alia instrumenti, alia loci · alienus ergo secundum naturam Filius a Patre, si quidem et instrumentum ab opifice ; alienus etiam et Spiritus sanctus, quandoquidem separatur locus aut tempus ab instrumentorum aut eorum qui instrumentis utuntur natura.

CAPUT V.

Et de Patre dici, « per quem, » et de Filio, « ex quo, » et de Spiritu sancto.

7. Ad hunc quidem modum se habent, quæ ab istis afferuntur : nos autem demonstrabimus quod
D proposuimus, nec Patrem sibi sumentem has voces *ex quo*, ad Filium projecisse has, *per quem*, neque rursus a Filio, sicut isti præscribunt, non recepi

[71] I Cor. VIII, 6. [72] I Cor. XI, 12 [73] Gen. VI, 14. 6. [77] I Cor. I, 30. [78] I Cor. XI, 12.

[74] Exod. XXV, 31. [75] I Cor. XV, 47. [76] Job XXXIII,

(46) *Ὡς ἔφαμεν.* Unus codex ὡς ἔφημεν.

(47) *Τῷ δὲ Θεῷ τὴν ἐξ οὗ.* S. Ambrosius qui plurima ex Basilio in suos *De Spiritu sancto* libros transtulit, minus commode videtur hoc loco Basilii sententiam accepisse. Nam observat Basilius Pneumatomachos, dum omnia ex Deo tanquam ex causa efficienti esse dicunt, discedere a principiis philosophorum, qui illud, *ex quo*, materiæ proprium attribuunt quia, e materia fit opificium. Contra Ambrosius de Pneumatomachis loquens : *Illi volunt*, inquit lib. II, cap. 9, *ex Deo tanquam ex natura Dei esse materiam, ut si dicas ex ligno arcam esse fa-ctam, ex lapide statuam : ita ex Deo materiam processisse.*

(48) *Ἀλλότριος ἄρα.* Hæc S. Ambrosius legit cum interrogationis nota. Sic enim interpretatur. lib. II *De Spiritu sancto*, cap. 9 : *Nunquid ergo alienus secundum naturam Filius a Patre, quia alienum instrumentum ab operatore proprio vel auctore? aut nunquid alienus Filius a Spiritu, quia ab instrumenti genere aut locus separatur aut tempus?*

(49) *Τὰ μὲν δή.* Sic mss. codices. Editio Paris. Τὰ μὲν δέ, etc. Paulo post legitur in editis τὸ δι' οὗ προσέρριψε τῷ Υἱῷ. Libri veteres ut in contextu.

Digitized by Google

Spiritum sanctum in consortium harum vocum, *ex quo*, aut, *per quem*, quod tamen nova istorum distributio definit. *Unus Deus et Pater, ex quo omnia : et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia* [79]. Non sunt hæ voces legem ferentis, sed hypostases distinguentis. Non enim ut naturæ induceret diversitatem, sed ut inconfusam Patris et Filii notionem exhiberet, ita locutus Apostolus. Nam quod hæ voces inter se contrariæ non sint, neque velut in prælio separatæ adversus hostilem aciem, ad bellum inter se gerendum excitent naturas ad quas accesserint, inde liquet. Collegit ambas in una et eadem persona beatus 7 Apostolus dicens : *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipsum omnia* [80]. Quod autem hæc ad Dominum referat, quivis fatebitur, qui vel tenuiter inspiciat mentem orationis. Cum enim Apostolus prius ex Isaiæ prophetia posuisset illud : *Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit ?* subjecit : *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipsum sunt omnia* [81]. Quæ certe de Deo Verbo universorum conditore dicta esse a propheta, ex iis quæ præcedunt, discas licebit. *Quis mensus est manu aquam, et cœlum palmo, et totam terram pugno ? Quis statuit montes in libra, et colles in statera ? Quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius illi fuit* [82] ? Nam hæc dictio, *quis*, hic non prorsus id quod haberi nequit, significat, sed quod est rarum : velut in hoc : *Quis insurget mihi adversus perverse agentes* [83] ? Et : *Quis est homo qui vult vitam* [84] ? Et : *Quis ascendet in montem Domini* [85] ? Similiter et hoc loco dictum : *Quis est qui cognovit sensum Domini, et consilii illius particeps fuit* [86] ? *Pater enim diligit Filium, et omnia ostendit illi* [87]. Ilic est qui continet terram, eamque pugno complexus est ; qui cuncta digessit in ordinem, eaque ornavit ; qui et montes æqualiter libravit, et aquis terminos præscripsit, et omnibus quæ in mundo sunt, suum designavit ordinem : qui totum cœlum modica totius suæ potestatis particula comprehendit : quam sermo propheticus figurate palmum appellavit. Unde congruenter Apostolus adjecit : *Ex*

ηγορίαις ἀποσημαίνει· ποτὲ μὲν ποιμένα λέγουσα, ποτὲ δὲ βασιλέα, καὶ πάλιν ἰατρὸν, καὶ τὸν αὐτὸν νυμφίον, καὶ ὁδὸν, καὶ θύραν, καὶ πηγὴν, καὶ ἄρτον, καὶ ἀξίνην, καὶ πέτραν. Ταῦτα γὰρ οὐ τὴν φύσιν παρίστησιν, ἀλλ', ὅπερ ἔφην, τὸ τῆς ἐνεργείας παντοδαπὸν, ἣν ἐκ τῆς περὶ τὸ ἴδιον πλάσμα εὐσπλαγχνίας κατὰ τὸ τῆς χρείας ἰδίωμα τοῖς δεομένοις παρέχεται. Τοὺς μὲν γὰρ προσπεφευγότας (96) τῇ ἐπιστασίᾳ αὐτοῦ, καὶ τὸ εὐμετάδοτον (97) δι' ἀνεξικακίας κατωρθωκότας, πρόβατα λέγει, καὶ ποιμὴν εἶναι τῶν τοιούτων ὁμολογεῖ, τῶν κατακουόντων αὐτοῦ τῆς φωνῆς, καὶ μὴ προσεχόντων διδαχαῖς ξενιζούσαις. *Τὰ γὰρ ἐμὰ πρόβατα*, φησὶ, *τῆς ἐμῆς φωνῆς ἀκούει*· βασιλεὺς δὲ τῶν ὑπεραναβεβηκότων ἤδη, καὶ τῆς ἐννόμου δεομένων ἐπιστασίας (98)· καὶ θύρα δὲ, τῷ ἐπὶ τὰς σπουδαίας πράξεις διὰ τῆς ὀρθότητος τῶν προσταγμάτων ἐξάγειν, καὶ πάλιν ἀσφαλῶς αὐλίζειν τοὺς ἐπὶ τὸ τῆς γνώσεως ἀγαθὸν διὰ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως καταφεύγοντας. *Ὅθεν, Δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ, καὶ εἰσελεύσεται, καὶ ἐξελεύσεται, καὶ νομὴν εὑρήσει.* Πέτρα δὲ, διὰ τὸ ἰσχυρὸν καὶ ἄσειστον καὶ παντὸς ἐρύματος ἀῤῥαγέστερον εἶναι φυλακτήριον τοῖς πιστοῖς. Ἐν τούτοις τὸ, *δι' αὐτοῦ*, ἁρμοδιωτάτην τὴν χρῆσιν καὶ εὔσημον ἀποδίδωσιν, ὅταν ὡς θύρα (99) καὶ ὡς ὁδὸς λέγηται. Ὡς μέντοι Θεὸς καὶ Υἱὸς, μετὰ Πατρὸς καὶ σὺν Πατρὶ τὴν δόξαν ἔχει· *Ὅτι ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται, ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ Πατρός.* Διόπερ ἀμφοτέραις κεχρήμεθα ταῖς φωναῖς, τῇ μὲν τὴν οἰκείαν αὐτοῦ ἀξίαν, τῇ δὲ τὴν χάριν τὴν πρὸς ἡμᾶς διαγγέλλοντες.

A alias regem, et rursus medicum, denique sponsum, viam, ostium, fontem, panem, securim ac petram. Hæc enim non naturam indicant, sed, quod aiebam, operationis varietatem: quam ex affectu, quem gerit erga suum figmentum, indigentibus, ut cuique opus est, impartit. Eos enim qui ad ejus regimen confugerunt, quique per malorum tolerantiam communicandi facilitatem præstiterunt, oves appellat; seque talium pastorem esse profitetur, qui vocem ipsius audiunt, nec attendunt doctrinis peregrinis. *Oves enim meæ*, inquit, *vocem meam audiunt* [50]. Rex autem vocatur eorum, qui jam altius **15** assurrexerunt, ac legitimo imperio, et gubernatione opus habent. Quin et ostium dicitur, eo quod per rectitudinem præceptorum educit ad pias actiones: et B rursus tuto perducit ad caulas eos, qui per fidem in ipsum ad cognitionis bonum confugerint. Unde, *Per me si quis introierit, et ingredietur, et egredietur, ac pascua inveniet* [50]. Petra dicitur [51], eo quod validum sit et inconcussum et quavis arce firmius propugnaculum fidelibus. In his hæc vox, *per ipsum*, aptissimum ac clarum usum habet, quoties velut ostium et velut via dicitur. At vero ut Deus et Filius, cum Patre communem habet gloriam: *Quoniam in nomine Jesu omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua confitebitur, quod Dominus Jesus Christus in gloria sit Dei Patris* [52]. Quam ob rem ambabus vocibus utimur, altera propriam illius dignitatem, altera ejus erga nos munificentiam prædicantes.

18. Δι' αὐτοῦ γὰρ πᾶσα βοήθεια τῶν ψυχῶν, καὶ καθ' ἕκαστον εἶδος ἐπιμελείας ἰδιάζουσά τις προσηγορία ἐπινενόηται. Ὅταν μὲν γὰρ τὴν ἄμωμον ψυχὴν, τὴν μὴ ἔχουσαν σπίλον ἢ ῥυτίδα, ὡς ἀγνὴν παρθένον ἑαυτῷ παραστήσηται, νυμφίος προσαγορεύεται· ὅταν δὲ κεκακωμένην ὑπὸ τῶν πονηρῶν πληγῶν τοῦ διαβόλου λάβῃ, βαρέως ἐνασθενοῦσαν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτὴν ἐξιώμενος, ἰατρὸς ὀνομάζεται. Ἆρ' οὖν αἱ τοιαῦται ἡμῶν ἐπιμέλειαι εἰς τὸ ταπεινὸν τοὺς λο-

C 18. Omne enim animarum auxilium per ipsum est, atque juxta singula curandi ac providendi genera excogitata est peculiaris quædam appellatio. Cum enim animam incontaminatam, non habentem maculam aut rugam, quasi puram virginem sibi adjungit, sponsus appellatur; cum vero eam pravis diaboli plagis afflictatam recipit, ac peccatis graviter laborantem sanat, medicus vocatur. Utrum igitur quod hisce modis nostri curam gerit, cogita-

[50] Joan. x, 27. [50] Joan. x, 9. [51] I Cor. x, 4. [52] Philip. II, 10, 11.

(96) *Προσπεφευγότας*. Codices nonnulli προσφεύγοντας.

(97) *Τὸ εὐμετάδοτον*. Vitii suspicione aliqua laborat hic locus. Etsi enim justos appellari oves observat Basilius *in psalm.* XXVIII, p. 121. διὰ τὸ ἥμερον καὶ μεταδοτικὸν ὧν ἔχει, *ob lenitatem et rerum suarum communicationem*; hic tamen non considerat in ovibus communicandi facilitatem, sed constantiam in sequendo pastore et peregrinis doctrinis rejiciendis. Regius secundus habet τὸ εὐμετάβολον, quæ scriptura etsi vulnus augere videtur (pugnat enim animus facile mutabilis cum constantia in sequendo pastore), ad illud tamen sanandum magno usui esse potest. Nam si legamus levi facta immutatione τὸ ἀμετάβολον, *qui per patientiam animum immutabilem præbuerunt*, plana erit et apta sententia. Usitatæ apud antiquos ejusmodi rationes loquendi, quamvis justos gratiæ resistere et justitiæ statu excidere posse non dubitarent. Sic Cyprianus coram proconsule aiebat: *Bona voluntas, quæ Deum novit, immutari non potest: Act. mart.*, p. 216. Sic etiam S. Felicitas Publio Urbis præfecto dicebat: *Nec blandimentis tuis resolvi potero, nec terroribus frangi.* Et Felix illius filiorum natu secundus: *Immineant verbera, stent cruenta consilia; fides nostra nec vinci potest nec mutari.* Basilius *in psalm.* VII, p. 103, gratiæ acceptum refert rectum justi propositum et mentis immutabilitatem. Reg. 39 *Moral.*, p. 263.

(98) *Ἐπιστασίας*. Reg. tertius βασιλείας. Mox e veteribus libris conjunctio καὶ addita ante θύρα, eademque auctoritate verbum φησὶ sublatum post vocem ἐμοῦ.

(99) *Ὡς θύρα*. Editi addunt καὶ ὡς ποιμήν, sed assentior Combefisio has voces rejiciendas esse; nec leguntur in tribus codicibus. Paulo post codices mss. δόξαν. Editi δοξολογίαν.

Digitized by Google

tiones nostras eo deduceret, ut humilius de eo sentiamus? an potius e diverso efficiet, ut Servatoris et ingentem potentiam et humanitatem erga nos admiremur, quod et compati nostris infirmitatibus sustinuit, et se ad nostram infirmitatem potuit demittere? Neque enim cœlum ac terra, immensaque maria, nec animantia, vel in aquis vel in terris degentia, nec plantæ, nec astra, nec aer, nec anni tempora, nec multiplex universi ornatus, excellentiam potentiæ illius perinde commendat, atque quod Deus incomprehensibilis potuit per carnem citra noxam cum morte conflictari, ut nobis sua ipsius passione largiretur immortalitatem, quod si Apostolus ait: *In his omnibus superamus per eum qui dilexit nos* [53]: nequaquam hac voce humile quoddam ministerium indicat, sed auxilium potius, quod per imperium suæ potentiæ operatur in nobis. Siquidem ipsum alligavit fortem, diripuitque vasa illius [54], videlicet nos, quibus ad omnia mala opera fuerat abusus; fecitque vasa utilia Domino, apparatos ad omne opus bonum [55], per liberi arbitrii nostri præparationem. Hoc pacto accessum ad Patrem habuimus per ipsum, translati de potestate tenebrarum in partem sortis sanctorum in lumine [56]. Ne igitur dispensationem Filii coactum ex servili humilitate ministerium existimemus: sed voluntariam sollicitudinem ex bonitate ac misericordia, juxta voluntatem Dei et Patris, erga suum figmentum exhibitam. Sic enim servabimus pietatem, si in omnibus rebus ab eo peractis et **16** perfectam illi potentiam testimonio nostro tribuerimus, nec usquam illum a paterna voluntate separaverimus. Quemadmodum utique cum Dominus appellatur via [57], ad sublimiorem intelligentiam potius, quam ad vulgarem ac communem animo ferimur. Audientes enim viam, profectum eum, qui serie atque ordine per justitiæ opera et scientiæ illuminationem ad perfectionem tendit, intelligimus, semper id quod anterius est appetentes, et ad ea quæ restant nosmetipsos extendentes [58], donec perveniamus ad beatum finem, quæ est Dei cognitio, quam Dominus per sese in ipsum credentibus largitur. Revera enim bona est via, exorbitationis errorisque nescia, Dominus noster, ad Patrem, qui verum bonum est, perducens. *Nemo enim*, inquit, *venit ad Patrem nisi per me* [59]. Talis est igitur noster ad Deum ascensus per Filium.

γισμοὺς κατάγουσιν; ἢ τὸ ἐναντίον ἔκπληξιν τῆς μεγάλης δυνάμεως ὁμοῦ καὶ φιλανθρωπίας τοῦ σώζοντος ἐμποιοῦσιν, ὅτι καὶ ἠνέσχετο συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, καὶ ἐδυνήθη πρὸς τὸ ἡμέτερον ἀσθενὲς καταβῆναι; Οὐ γὰρ τοσοῦτον οὐρανὸς καὶ γῆ καὶ τὰ μεγέθη τῶν πελαγῶν, καὶ τὰ ἐν ὕδασι διαιτώμενα, καὶ τὰ χερσαῖα τῶν ζώων, καὶ τὰ φυτὰ, καὶ ἀστέρες, καὶ ἀὴρ, καὶ ὧραι, καὶ ἡ ποικίλη τοῦ παντὸς διακόσμησις τὸ ὑπερέχον τῆς ἰσχύος συνίστησιν, ὅσον τὸ δυνηθῆναι τὸν Θεὸν, τὸν ἀχώρητον, ἀπαθῶς διὰ σαρκὸς συμπλακῆναι τῷ θανάτῳ, ἵνα ἡμῖν τῷ ἰδίῳ πάθει τὴν ἀπάθειαν χαρίσηται. Κἂν λέγῃ δὲ ὁ Ἀπόστολος, ὅτι *Ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς*, οὐχὶ ταπεινήν τινα ὑπηρεσίαν ἐκ τῆς τοιαύτης φωνῆς ὑποβάλλει, ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος ἐνεργουμένην βοήθειαν. Αὐτὸς γὰρ δήσας τὸν ἰσχυρὸν, διήρπασεν αὐτοῦ τὰ σκεύη, ἡμᾶς, οἷς εἰς πᾶσαν ἐνέργειαν πονηρὰν κατεκέχρητο· καὶ ἐποίησε σκεύη εὔχρηστα τῷ Δεσπότῃ, τοὺς κατηρτισμένους εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἐκ τῆς ἑτοιμασίας τοῦ ἐφ' ὑμῖν. Οὕτω τὴν δι' αὐτοῦ προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν πρὸς τὸν Πατέρα, μεταστάντες ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους εἰς τὴν μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων ἐν τῷ φωτί. Μὴ τοίνυν ἐκ δουλικῆς ταπεινότητος ἠναγκασμένην ὑπηρεσίαν νοῶμεν, τὴν διὰ Υἱοῦ οἰκονομίαν, ἀλλὰ τὴν ἑκούσιον ἐπιμέλειαν, ἀγαθότητι καὶ εὐσπλαγχνίᾳ, κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, περὶ τὸ ἴδιον πλάσμα ἐνεργουμένην. Οὕτω γὰρ (1) εὐσεβήσομεν, ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιτελουμένοις καὶ τελείαν αὐτῷ μαρτυροῦντες τὴν δύναμιν, καὶ οὐδαμοῦ τοῦ βουλήματος τοῦ πατρικοῦ διϊστῶντες. Ὥσπερ οὖν καὶ ὅταν ὁδὸς ὁ Κύριος λέγηται, πρὸς ὑψηλοτέραν ἔννοιαν, ἀλλ' οὐχὶ πρὸς τὴν ἐκ τοῦ προχείρου λαμβανομένην ὑποφερόμεθα. Τὴν γὰρ εἰρμῷ καὶ τάξει διὰ τῶν ἔργων τῆς δικαιοσύνης, καὶ τοῦ φωτισμοῦ τῆς γνώσεως ἐπὶ τὸ τέλειον προκοπὴν ὁδὸν ἐξακούομεν, ἀεὶ τοῦ πρόσω ἐπορεγόμενοι (2), καὶ τοῖς λειπομένοις ἑαυτοὺς ἐπεκτείνοντες, ἕως ἂν φθάσωμεν ἐπὶ τὸ μακάριον τέλος, τὴν Θεοῦ κατανόησιν, ἣν ὁ Κύριος δι' ἑαυτοῦ τοῖς εἰς αὐτὸν πεπιστευκόσι χαρίζεται (3). Ἀγαθὴ γὰρ ὄντως ὁδὸς, ἀπαρεξόδευτος καὶ ἀπλανὴς, ὁ Κύριος ἡμῶν, πρὸς τὸ ὄντως ἀγαθὸν, τὸν Πατέρα, φέρων. *Οὐδεὶς γὰρ ἔρχεται*, φησὶ, *πρὸς τὸν Πατέρα εἰ μὴ δι' ἐμοῦ*. Τοιαύτη μὲν οὖν ἡ ἡμετέρα πρὸς Θεὸν ἄνοδος διὰ τοῦ Υἱοῦ.

19. Rursus autem qualis sit etiam Patris erga nos per eumdem bonorum suppeditatio, consequens jam fuerit disserere. Nimirum cum omnis natura creata, tum hæc visibilis, tum intelligibilis, ad hoc

19. Ὁποία δὲ πάλιν καὶ ἡ παρὰ τοῦ Πατρὸς (4) εἰς ἡμᾶς δι' αὐτοῦ χορηγία τῶν ἀγαθῶν, ἐξῆς ἂν εἴη λέγειν. Ὅτι, πάσης τῆς φύσεως, τῆς ἐν τῇ κτίσει, τῇ τε ὁρωμένῃ ταύτῃ καὶ τῇ νοουμένῃ, ἐπιμελείας

[53] Rom. VIII, 37. [54] Matth. XII, 21. [55] II Tim. II, 29. [56] Coloss. I, 12, 13. [57] Joan. XIV, 6. [58] Philipp. III, 13. [59] Joan. XIV, 6.

(1) *Οὕτω γάρ*, etc. Editi contra codicum mss. fidem habebant: ἐνεργουμένην ἐν πᾶσι τοῖς ἐπιτελουμένοις. Οὕτω γὰρ εὐσεβήσομεν.

(2) *Ἐπορεγόμενοι*. Quidam codices ὀρεγόμενοι.

(3) *Χαρίζεται*. Sic codices mss.. non ut editi χαρίσεται. Mox in editis ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς πρὸς τόν, etc. Veteres libri ut in contextu.

(4) *Παρὰ τοῦ Πατρός*. Περὶ in omnibus fere codicibus mss. Ibidem male in editis καὶ δι' αὐτοῦ. Conjunctio deest in mss.

Digitized by Google

ἐκ τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ συνέχεσθαι δεομένης, ὁ δημιουργὸς Λόγος, ὁ μονογενὴς Θεὸς, κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἑκάστου χρείας, τὴν βοήθειαν ἐπανέμων, ποικίλας μὲν καὶ παντοδαπὰς διὰ τὸ τῶν εὐεργετουμένων πολυειδὲς, συμμέτρους γε μὴν ἑκάστῳ, κατὰ τὸ τῆς χρείας ἀναγκαῖον, τὰς χορηγίας ἐπιμετρεῖ. Τοὺς ἐν τῷ σκότῳ τῆς ἀγνοίας κατεχομένους φωτίζει· διὰ τοῦτο φῶς τὸ ἀληθινόν. Κρίνει (5), κατὰ τὴν τῶν ἔργων ἀξίαν ἀντιμετρῶν τὴν ἀντίδοσιν· διὰ τοῦτο κριτὴς δίκαιος. *Ὁ γὰρ Πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ Υἱῷ.* Ἀνίστησιν ἐκ τοῦ πτώματος τοὺς ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς ζωῆς πρὸς ἁμαρτίαν ὑπολισθήσαντας· διὰ τοῦτο ἀνάστασις. Πάντα δὲ ποιεῖ τῇ ἐπαφῇ τῆς δυνάμεως, καὶ τῷ βουλήματι ἀγαθότητος ἐνεργῶν. Ποιμαίνει, φωτίζει, τρέφει, ὁδηγεῖ, ἰατρεύει, ἀνίστησιν. Οὐσιοῖ τὰ μὴ ὄντα, τὰ κτισθέντα συνέχει. Οὕτω τὰ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἀγαθὰ διὰ τοῦ Υἱοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀφικνεῖται, πλείονι τάχει τὰ καθ' ἕκαστον ἐνεργοῦντος ἢ ὡς ἂν λόγος ἐξίκοιτο. Οὔτε γὰρ ἀστραπαὶ, οὔτε φωτὸς ἐν ἀέρι οὕτω ταχεῖα διαδρομή· οὐκ ὀφθαλμῶν ὀξεῖαι ῥιπαί (6)· οὐκ αὐτοῦ τοῦ ἡμετέρου νοήματος αἱ κινήσεις· ἀλλὰ πλέον τούτων ἕκαστον τῆς θείας ἐνεργείας κατὰ τὸ τάχος λείπεται, ἢ καθόσον τὰ νωθρότατα τῶν παρ' ἡμῖν ζώων, οὐκ ἂν εἴποιμι, πτηνῶν, οὐδὲ ἀνέμων, ἢ τῆς τῶν οὐρανίων φορᾶς, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἡμετέρου νοῦ, κατὰ τὴν κίνησιν ὑστερεῖ. Τίνος γὰρ ἂν καὶ παρατάσεως δέοιτο χρονικῆς ὁ φέρων τὰ σύμπαντα (7) τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ μὴ σωματικῶς ἐνεργῶν, μηδὲ χειρουργίας εἰς τὴν δημιουργίαν ἐπιδεόμενος, ἀλλὰ βουλήματι ἀδιάστῳ, ἀκολουθοῦσαν ἔχων τὴν φύσιν τῶν γινομένων; Ὡς ἡ Ἰουδὶθ, *Ἐνόησας*, φησὶ, *καὶ παρέστησάν σοι πάντα ὅσα ἐνόησας.* Ὅμως μέντοι, ἵνα μή ποτε ἐκ τοῦ μεγέθους τῶν ἐνεργουμένων περιστασθῶμεν εἰς τὸ φαντασθῆναι ἄναρχον εἶναι τὸν Κύριον, τί φησιν ἡ αὐτοζωή; *Ἐγὼ ζῶ διὰ τὸν Πατέρα*· καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις· *Οὐ δύναται ὁ Υἱὸς ποιεῖν ἀφ' ἑαυτοῦ οὐδέν*· καὶ ἡ αὐτοτελὴς σοφία· *Ἐντολὴν ἔλαβον, τί εἴπω, καὶ τί λαλήσω*· διὰ πάντων τούτων πρὸς τὴν τοῦ Πατρὸς ἡμᾶς σύνεσιν ὁδηγῶν, καὶ τὸ θαῦμα τῶν γινομένων ἐπ' αὐτὸν ἀναφέρων, ἵνα δι' αὐτοῦ τὸν Πατέρα γνῶμεν. Οὐ γὰρ ἐκ τῆς τῶν ἔργων διαφορᾶς ὁ Πατὴρ θεωρεῖται, τῷ διάζουσαν καὶ κατακεχωρισμένην ἐνέργειαν ἐπιδείκνυσθαι (ὅσα γὰρ βλέπει (8) τὸν Πατέρα ποιοῦντα, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ), ἀλλ' ἐκ τῆς προσαγομένης αὐτῷ παρὰ τοῦ Μονογενοῦς δόξης τὸ θαῦμα τῶν γινομένων καρποῦται, πρὸς τῷ μεγέθει τῶν ποιημάτων καὶ ἐπ' αὐτῷ τῷ ποιητῇ ἀγαλλόμενος καὶ ὑψούμενος παρὰ τῶν ἐπιγινωσκόντων αὐτὸν Πατέρα

A ut consistat, Dei cura egeat; opifex Verbum, unigenitus Deus opem, quantum cuique opus est, distribuens, varia quidem et omnis generis auxilia, ob varietatem eorum qui beneficio juvantur, sed tamen unicuique congruentia juxta necessitatis modum dimetitur. Eos qui in tenebris ignorantiæ detinentur, illuminat: propterea lumen verum dicitur. Judicat, juxta operum meritum remetiens præmium; ob id judex justus dicitur. *Pater enim neminem judicat, sed omne judicium dedit Filio* [60]. Erigit e ruina, qui e sublimitate vitæ ad peccatum delapsi sunt; ob id vocatur resurrectio [61]. Omnia autem facit contactu virtutis, ac voluntate bonitatis operans. Pascit, illuminat, alit, deducit, medetur, erigit. Quæ non sunt, facit, ut sint, condita conservat.

B Hoc modo bona ex Deo per Filium ad nos perveniunt, majore celeritate in singulis operantem, quam ullus sermo exprimere valeat. Neque enim fulgura, neque lucis, per aerem tam velox discursus est, non oculorum celeres ictus, non ipsius intellectus nostri motus: sed horum quodque magis vincitur divinæ operationis celeritate, quam animantia quæ sunt apud nos maxime segnia, non dicam volatilium, neque ventorum, neque cœlestium orbium impetu, sed ipsius mentis nostræ motu superantur. Nam quo tandem temporis spatio egeat qui portat omnia verbo virtutis suæ [62], quique nec corporaliter operatur, neque manuum opera ad creandum opus habet, sed eorum quæ fiunt naturam habet voluntate non

C coacta obsequentem? Sicuti Judith: *Cogitasti*, inquit, *et præsto fuerunt tibi omnia quæ cogitasti* [63]. Attamen ne forte ex magnitudine eorum quæ fiunt rapiamur in imaginationem, ut putemus Dominum principio carere, quid ait is qui per se vita est? **17** *Ego vivo propter Patrem* [64]. Et Dei virtus: *Non potest Filius a se facere quidquam* [65]. Rursus, is qui ex se perfecta est sapientia: *Mandatum accepi, quid dicam, et quid loquar* [66]: per hæc omnia ducens nos ad Patris cognitionem, et admirationem eorum quæ gerebat, ad illum referens, ut per ipsum cognoscamus Patrem. Non enim ex operum differentia Pater conspicitur, quasi peculiarem atque separatam actionem exhibeat (quæcunque enim vi-

D det Patrem facientem, hæc et Filius similiter facit [67]), verum ex gloria, quæ ei ab Unigenito defertur, operum miraculum carpit, dum præter operum magnitudinem, de ipso etiam auctore operum gloriatur, et exaltatur ab iis qui agnoscunt eum Patrem Domini nostri Jesu Christi: *Per quem omnia, et propter quem omnia* [68]. Ideo dicit Dominus: *Om-*

[60] Joan. v, 22. [61] Joan. xi, 25. [62] Hebr. i, 3. [63] Judith ix, 4. [64] Joan. vi, 58. [65] Joan. v, 19. [66] Joan. xii, 49. [67] Joan. v, 19. [68] Hebr. ii, 10.

(5) *Κρίνει.* Plerique codices mss. κρινεῖ, *judicabit.* Sed tamen nihil videtur mutandum.

(6) *Ῥιπαί.* Sic editio Paris. ac Reg. secundus. Quinque alii et editio Basil. ῥοπαί.

(7) *Τὰ σύμπαντα.* Sic codices sex, et paulo post χειρουργίας. Editi τὰ πάντα et χειρῶν ἐργασίας.

(8) *Βλέπει.* Sic antiqui codices: editi βλέπῃ. Non multo post sic habet Reg. secundus δι' οὗ τὰ πάντα καὶ εἰς ὃν τὰ πάντα.

Digitized by Google

nia mea tua sunt, ut ad ipsum originem rerum conditarum referens : *Et tua mea* [69]; ut inde principia creandi accipiens ; non quod auxiliis utatur ad operandum, neque quod ei particularibus mandatis uniuscujusque operis ministerium concredatur : nam istud quidem servile, et a divina dignitate immenso semotum intervallo : sed quod Verbum paternis bonis plenum, resplendens a Patre, omnia facit ad similitudinem ejus qui ipsum genuit. Nam si juxta essentiam nihil differt a Patre, nec potentia etiam a Patre differet. Porro quorum æqualis est potentia, horum omnino æqualis est et operatio. Christus siquidem Dei virtus est, et Dei sapientia [70]. Et sic omnia per ipsum facta sunt [71], omniaque per ipsum et in ipsum condita sunt [72], non quod instrumentali quodam ac servili ministerio fungatur : sed quod tanquam conditor paternam impleat voluntatem.

20. Itaque cum ait : *Ego ex me ipso locutus non sum* [73] ; et rursum : *Sicut dixit mihi Pater, ita loquor* [74] ; et : *Sermo quem audistis non est meus, sed ejus qui misit me* [75] ; et alibi : *Quemadmodum mandavit mihi Pater, sic facio* [76] : non quod careat libero arbitrio ac voluntatis motu, neque quod ex datis signis veniam ac licentiam agendi exspectet, ideo talibus utitur verbis : sed ut declaret propriam voluntatem conjuncte atque inseparabiliter Patri adhærentem. Proinde quod dicitur mandatum, ne sermonem imperiosum per vocalia organa prolatum intelligamus, Filio velut subdito præscribentem quid facere debeat : sed juxta sensum Deo dignum, intelligamus voluntatis communicationem, veluti formæ cujuspiam in speculo imaginem, a Patre in Filium sine tempore demanantem. *Pater enim diligit Filium, et omnia ostendit illi* [77]. Itaque quæcunque habet Pater, Filii sunt ; non quod hæc illi paulatim accrescant, sed adsunt semel universa. Non enim inter homines qui artem perdidicit, ac diutina exercitatione firmum artis in animo fixumque habitum gerit, deinceps potest juxta scientiæ rationes, quas in mente tenet, per sese operari, Dei vero sapientia, architectus universæ creaturæ, semper perfectus, citra doctorem sapiens, Dei virtus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ et scientiæ occulti [78], eget speciali **18** mandato, quo ei modus ac mensura operationum præfiniatur. Scilicet tu quidem etiam pædagogeum aperies in vanitate cogitationum tuarum, et hunc ouidem facies

A τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, *δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ δι' ὃν τὰ πάντα.* Διὰ τοῦτό φησιν ὁ Κύριος· *Τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστιν·* ὡς ἐπ' αὐτὸν τῆς ἀρχῆς τῶν δημιουργημάτων ἀναγομένης· *Καὶ τὰ σὰ ἐμά·* ὡς ἐκεῖθεν αὐτῷ (9) τῆς αἰτίας τοῦ δημιουργεῖν καθηκούσης, οὐ βοηθείαις χρωμένῳ πρὸς τὴν ἐνέργειαν, οὐδὲ ταῖς κατὰ μέρος ἐπιτροπαῖς· τὴν ἑκάστου ἔργου διακονίαν πιστευομένῳ· λειτουργικὸν γὰρ τοῦτό γε, καὶ τῆς θείας ἀξίας παμπληθὲς ἀποδέον· ἀλλὰ γὰρ πλήρης (10) ὁ Λόγος τῶν πατρικῶν ἀγαθῶν, τοῦ Πατρὸς ἀπολάμψας, πάντα ποιεῖ κατὰ τὴν τοῦ γεννήσαντος ὁμοιότητα. Εἰ γὰρ κατὰ τὴν οὐσίαν ἀπαραλλάκτως ἔχει, ἀπαραλλάκτως ἕξει καὶ κατὰ τὴν δύναμιν. Ὧν δὲ ἡ δύναμις ἴση, ἴση που πάντως καὶ ἡ ἐνέργεια. Χριστὸς γὰρ Θεοῦ δύναμις, B καὶ Θεοῦ σοφία. Καὶ οὕτω πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ εἰς αὐτὸν ἕκτισται, οὐκ ὀργανικήν τινα οὐδὲ δουλικὴν ὑπηρεσίαν πληροῦντος, ἀλλὰ δημιουργικῶς τὸ πατρικὸν ἐπιτελοῦντος θέλημα.

20 Ὅταν οὖν λέγῃ· *Ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα·* καὶ πάλιν· *Καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ Πατὴρ, οὕτω λαλῶ·* καὶ, *Ὁ λόγος ὃν ἀκούετε, οὐκ ἔστιν ἐμὸς, ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με·* καὶ ἑτέρωθι· *Καθὼς* (11) *ἐνετείλατό μοι ὁ Πατὴρ, οὕτω ποιῶ·* οὐκ ἀπροαίρετος ὢν, οὐδὲ ἀνόμητος, οὐδὲ τὸ ἐκ τῶν συνθημάτων ἐνδόσιμον ἀναμένων, ταῖς τοιαύταις χρῆται φωναῖς· ἀλλὰ δηλῶν τὴν οἰκείαν γνώμην ἡνωμένως καὶ ἀδιαστάτως τοῦ Πατρὸς ἐχομένην. Ἆρα οὖν καὶ τὴν λεγομένην ἐντολὴν μὴ λόγον προστακτικὸν διὰ τῶν φωνητικῶν ὀργάνων ἐξαγγελλόμενον C ἐκδεχώμεθα (12), περὶ τῶν ποιητέων τῷ Υἱῷ, ὡς ὑπηκόῳ, νομοθετοῦντα· ἀλλὰ θεοπρεπῶς νοῶμεν θελήματος διάδοσιν οἷόν τινος μορφῆς ἔμφασιν (13) ἐν κατόπτρῳ, ἐκ Πατρὸς εἰς Υἱὸν ἀχρόνως διϊκνουμένην. *Ὁ γὰρ Πατὴρ ἀγαπᾷ τὸν Υἱὸν, καὶ πάντα δείκνυσιν αὐτῷ.* Ὥστε πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ ἐστιν, οὐ κατὰ μικρὸν προσγινόμενα, ἀλλ' ἀθρόως παρόντα. Οὐ γὰρ δήπου ἐν μὲν ἀνθρώποις ὁ τὴν τέχνην ἐκδιδαχθεὶς καὶ παγίαν αὐτῆς διὰ τῆς χρονίας μελέτης ἔχων τὴν ἕξιν ἐνιδρυμένην δύναται λοιπὸν κατὰ τοὺς ἐναποκειμένους αὐτῷ τῆς ἐπιστήμης λόγους καθ' ἑαυτὸν ἐνεργεῖν· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ σοφία, ὁ δημιουργὸς πάσης (14) κτίσεως, ὁ ἀεὶ τέλειος, ὁ ἀδιδάκτως σοφὸς, ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις, ἐν ᾧ D πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι, τῆς κατὰ μέρος ἐπιστασίας προσδεῖται, τὸν τρόπον αὐτῷ καὶ τὸ μέτρον τῶν ἐνεργειῶν ὁριζούσης. Ἦπου σύ γε καὶ παιδαγωγεῖον ἀνοίξεις ἐν τῇ ματαιότητί σου τῶν λογισμῶν, καὶ τὸν μὲν προ-

[69] Joan. XVII, 10. [70] I Cor. I, 24. [71] Joan. I, 3. [72] Coloss. I, 16. [73] Joan. XII, 49. [74] ibid. 50. [75] Joan. XIV, 24. [76] ibid. 31. [77] Joan. V, 20. [78] Coloss. II, 3

(9) Αὐτῷ. Sic plerique codices mss., melius multo quam in editione Paris. et secunda Basileensi αὐτοῦ.

(10) Ἀλλὰ γὰρ πλήρης. Quamvis codices mss. habeant ἀλλὰ πλῆρης γάρ, præferenda tamen videtur vulgata scriptura.

(11) Καθώς. Male in editis ante hanc vocem additur conjunctio καί quæ abest a mss. Aliquanto post duo codices κέχρηται φωναῖς.

(12) Ἐκδεχώμεθα. Unus codex ἐπιδεχώμεθα. Alius ἐπιδεχόμεθα. Duo alii ἐκδεχόμεθα.

(13) Ἔμφασιν. Tres codices ἔνδοσιν.

(14) Πάσης. Tres mss. ἀπάσης.

Digitized by Google

καθῆσθαι ποιήσεις ἐν διδασκάλου τάξει, τὸν δὲ παρεστάναι ἐν μαθητοῦ ἀπειρίᾳ· εἶτα ταῖς κατὰ μικρὸν προσθήκαις τῶν διδαγμάτων ἐκμανθάνοντα τὴν σοφίαν, καὶ προβιβαζόμενον εἰς τὸ τέλειον. Ἐκ δὲ τούτου, ἐὰν ἄρα εἰδῇς τὸ ἐν λογισμοῖς ἀκόλουθον διασώζειν, εὑρήσεις ἀεὶ μὲν τὸν Υἱὸν διδασκόμενον, οὐδέποτε δὲ φθάσαι πρὸς τὸ τέλειον (15) δυνάμενον, διὰ τὸ ἄπειρον μὲν εἶναι τοῦ Πατρὸς τὴν σοφίαν, ἀπείρου δὲ τέλος καταληφθῆναι μὴ δύνασθαι. Ὥστε ὁ μὴ διδοὺς πάντα ἔχειν ἐξ ἀρχῆς τὸν Υἱὸν οὐδέποτε δώσει πρὸς τὸ τέλειον ἥξειν. Ἀλλὰ γὰρ αἰσχύνομαι τὸ ταπεινὸν τῆς ἐννοίας, εἰς ἣν ἐκ τῆς τοῦ λόγου ἀκολουθίας ὑπήχθην (16). Ἐπὶ οὖν τὰ ὑψηλὰ τοῦ λόγου πάλιν ἐπανέλθωμεν.

A præsidentem loco doctoris, illum vero astantem cum discipuli imperitia : dein paulatim additis præceptionibus discentem sapientiam, et ad perfectionem procedentem. At ex hoc, si modo noveris consequentiam, quæ est in ratiocinationibus, observare, invenies Filium semper quidem discere, nec unquam ad perfectionem pervenire posse, eo quod infinita sit Patris sapientia, nec infinitæ rei finis possit apprehendi. Itaque qui non concesserit Filium ab initio habere omnia, nunquam concessurus est illum ad perfectionem perventurum. Sed pudet me istius humilis cogitationis, in quam e sermonis serie deductus sum. Igitur ad ea quæ sunt in oratione sublimia iterum revertamur.

21. Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ ἑώρακε τὸν Πατέρα· οὐ τὸν χαρακτῆρα, οὐδὲ τὴν μορφήν· καθαρὰ γὰρ συνθέσεως ἡ θεία φύσις· ἀλλὰ τὸ ἀγαθὸν τοῦ θελήματος, ὅπερ, σύνδρομον ὂν τῇ οὐσίᾳ, ὅμοιον καὶ ἴσον, μᾶλλον δὲ ταὐτὸν ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ θεωρεῖται. Τί οὖν τὸ, *Γενόμενος ὑπήκοος* (17); καὶ τὸ, *Ὑπὲρ ἡμῶν πάντων παρέδωκεν αὐτόν*; Ὅτι ἐκ τοῦ Πατρὸς τῷ Υἱῷ τὸ ὑπὲρ ἀνθρώπων ἐνεργῆσαι κατ' ἀγαθότητα (18). Σὺ δὲ κἀκείνων ἄκουε· ὅτι *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου*· καὶ ὅτι *Ἔτι ἁμαρτωλῶν ὄντων ἡμῶν, Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν ἀπέθανε*. Πρόσεχε δὲ ἀκριβῶς καὶ ταῖς φωναῖς τοῦ Κυρίου, ὅτι, ὅταν ἡμᾶς περὶ τοῦ Πατρὸς (19) ἐκπαιδεύσῃ, οὐδὲ ταῖς αὐθεντικαῖς καὶ δεσποτικαῖς κεχρῆσθαι φωναῖς, λέγων· *Θέλω, καθαρίσθητι*· καὶ, *Σιώπα, πεφίμωσο*· καὶ, *Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν*· καὶ τὸ, *Ἄλαλον καὶ κωφὸν δαιμόνιον, ἐγώ σοι ἐπιτάσσω*· καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἵνα διὰ τούτων μὲν τὸν Δεσπότην ἡμῶν καὶ ποιητὴν γνωρίσωμεν, δι' ἐκείνων δὲ τὸν Πατέρα τοῦ Δεσπότου ἡμῶν καὶ ποιητοῦ διδαχθῶμεν. Οὕτω πανταχόθεν ὁ λόγος ἀληθὴς ἐπιδείκνυται, ὅτι τὸ διὰ τοῦ Υἱοῦ δημιουργεῖν τὸν Πατέρα οὔτε ἀτελῆ τοῦ Πατρὸς τὴν δημιουργίαν συνίστησιν, οὔτε ἄτονον τοῦ Υἱοῦ παραδηλοῖ τὴν ἐνέργειαν· ἀλλὰ τὸ ἠνωμένον τοῦ θελήματος παριστᾷ (20). Ὥστε ἡ, *δι' οὗ*, φωνὴ ὁμολογίαν τῆς προκαταρκτικῆς αἰτίας ἔχει, οὐκ ἐπὶ κατηγορίᾳ τοῦ ποιητικοῦ αἰτίου παραλαμβάνεται.

21. *Qui vidit me, vidit Patrem* [79] : non figuram, B non formam : pura enim est a compositione divina natura ; sed bonitatem voluntatis, quæ cum essentia concurrens, similis et æqualis, imo potius eadem in Patre et Filio intelligitur. Quid igitur sibi vult illud, *Factus obediens* [80] ? item illud : *Pro nobis omnibus tradidit eum* [81] ? Significatur videlicet Filium a Patre hoc habuisse, ut pro sua bonitate operaretur pro hominibus. Tu vero et illa audito : *Christus nos redemit a maledicto legis* [82] ; item : *Cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est* [83]. Diligenter autem attende etiam verba Domini, quod postquam nos de Patre erudivit, authenticis et herilibus vocibus uti solet, dicens : *Volo, mundare* [84] ; et, *Tace, obmutesce* [85] ; et, *Ego autem dico vobis* [86] ; et illud, *Mutum et surdum dæmonium, ego tibi præcipio* [87] : et quæcunque alia id genus : ut ex his quidem Dominum et conditorem nostrum cognosceremus, per illa vero Patrem Domini et conditoris nostri disceremus. Ita doctrina undelibet vera monstratur, scilicet ex eo quod Pater per Filium creet, neque propterea Patris vim creandi imperfectam argui, neque Filii operationem ostendi infirmam ; sed voluntatis unitatem conjunctionemque declarari. Itaque hæc vox, *per quem*, confessionem habet causæ principalis ; non autem sumitur ad insectationem ac reprehensionem causæ efficientis.

[79] Joan. XIV, 9. [80] Philipp. II, 8. [81] Rom. VIII, 32. [82] Galat. III, 13. [83] Rom. V, 8, 9. [84] Matth. VIII, 3. [85] Marc. IV, 39. [86] Matth. V, 22 seqq. [87] Marc. IX, 24.

(15) *Πρὸς τὸ τέλειον*. Sic Regii primus et tertius cum Colbert., quæ scriptura paulo post confirmatur his verbis, πρὸς τὸ τέλειον ἥξειν. Editi πρὸς τὸ τέλος in primo loco.

(16) *Ὑπήχθην*. Sic codices mss. Editi vero ὑπηνέχθην. Nec multo post veteres quatuor libri ἀνέλθωμεν. Subinde editi ante hæc verba, ἑώρακε τὸν Πατέρα, addunt φησί, quod abest a codicibus mss. et prima Basileensi editione.

(17) *Ὑπήκοος*. Editi addunt μέχρι θανάτου, sed præter codicum mss. fidem. Ibidem editi et nonnulli codices παρέδωκεν ἑαυτόν. Sed cum sensus postulet, ut Filius a Patre traditus dicatur, sequi maluimus duos Regios codices, qui cum Colbertino habent αὐτόν. Præterea manifestum est caput D octavum Epistolæ ad Romanos citari, non quintum Epistolæ ad Ephesios, ubi non legitur *pro omnibus*.

(18) *Κατ' ἀγαθότητα*. Reg. secundus κατ' υἱότητα, *secundum filiationem*.

(19) *Περὶ τοῦ Πατρός*. Legendum contendit Combefisius, οὐ περὶ τοῦ Πατρός, sicque reddendum : *cum de Patre non erudiret. Sic meo periculo emendes*, inquit, *quidquid decoquat Erasmus, et antiquo errore repræsentent codices*. Sed doctissimi viri emendationem explodit codicum mss. auctoritas, ac ipsius etiam contextus clara et perspicua sententia, si sic interpretemur, *Postquam nos de Patre erudivit* ; non ut Erasmus, *cum nos de Patre erudiret*.

(20) *Παριστᾷ*. Duo codices παρίστησιν.

Digitized by Google

19 CAPUT IX.

Propriæ ac distinctæ de Spiritu notiones, doctrinæ Scripturarum congruentes.

22. Jam vero etiam de Spiritu communes nostræ notiones cujusmodi sint expendamus, tum eas quæ nobis de illo e Scripturis collectæ sunt, tum eas quas Patrum traditione non scripta accepimus. Primum igitur, quis, auditis Spiritus appellationibus, animo non erigitur, et ad supremam naturam cogitationem non attollit? Nam Spiritus Dei dictus est, et Spiritus veritatis, qui ex Patre procedit [88]: Spiritus rectus, Spiritus principalis [89]. Spiritus sanctus, propria est illius ac peculiaris appellatio: quod sane nomen omnium maxime rem incorpoream et ab omni materia puram et incompositam declarat. Quapropter et Dominus cum eam, quæ Deum in loco adorari existimabat, edoceret, rem incorpoream comprehendi non posse, *Spiritus*, inquit, *est Deus* [90]. Proinde fieri non potest, ut qui audit Spiritum, naturam loco circumscriptam, aut mutationibus et alterationibus obnoxiam, aut omnino creaturæ similem sibi animo fingat: sed ad id quod summum est cogitatione progrediens, intelligentem substantiam cogitet necesse est, virtute infinitam, magnitudine incircumscriptam, nec temporum nec sæculorum dimensionem recipientem, ea quæ habet bona large impartientem. Ad quem omnia convertuntur quæ egent sanctificatione: quem omnia appetunt juxta virtutem viventia, cujus afflatu velut irrigantur et adjuvantur, ut perveniant ad proprium suum naturalemque finem. Qui perficit cætera, ipse vero in nullo deficit: qui non vivit per instaurationem, sed vitam suppeditat; nec accessionibus augescit, sed statim plenus est: qui in seipso firmatur, et nusquam non adest. Origo sanctificationis, lux intelligibilis: universæ potentiæ rationali ad veritatis investigationem velut illustrationem quamdam ex sese præbens. Natura inaccessus, sed qui capi possit ob benignitatem; omnia quidem implens virtute, sed solis iis qui digni sunt communicabilis, quibus sese non eadem impertit mensura, sed juxta proportionem

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ἀφοριστικαὶ ἔννοιαι περὶ τοῦ Πνεύματος, τῇ τῶν Γραφῶν ἀκολουθοῦσαι διδασκαλίᾳ (21).

22. Ἤδη δὲ καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος τὰς κοινὰς ἡμῶν ἐννοίας ὁποῖαί τινές εἰσιν ἐξετάσωμεν, τάς τε ἐκ τῶν Γραφῶν περὶ αὐτοῦ συναχθείσας ἡμῖν, καὶ ἃς ἐκ τῆς ἀγράφου παραδόσεως τῶν Πατέρων διεδεξάμεθα. Πρῶτον μὲν οὖν, τίς, ἀκούσας τῶν προσηγοριῶν τοῦ Πνεύματος, οὐ διανίσταται τῇ ψυχῇ, καὶ πρὸς τὴν ἀνωτάτω φύσιν τὴν ἔννοιαν ὑπεραίρει; Πνεῦμα γὰρ Θεοῦ εἴρηται, καὶ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· Πνεῦμα εὐθὲς, Πνεῦμα ἡγεμονικόν (22). Πνεῦμα ἅγιον ἡ κυρία αὐτοῦ καὶ ἰδιάζουσα κλῆσις· ὅπερ δὴ μάλιστα παντὸς (25) τοῦ ἀσωμάτου, καὶ καθαρῶς ἀΰλου τε καὶ ἀμεροῦς ὄνομά ἐστι. Διὸ καὶ ὁ Κύριος, τὴν ἐν τόπῳ προσκυνεῖσθαι τὸν Θεὸν ἡγουμένην (24) διδάσκων, ὅτι ἀπερίληπτον τὸ ἀσώματον, *Πνεῦμα*, φησὶν, *ὁ Θεός*. Οὐ τοίνυν δυνατὸν, Πνεῦμα ἀκούσαντα, περιγεγραμμένην φύσιν ἐντυπῶσαι τῇ διανοίᾳ, ἢ τροπαῖς καὶ ἀλλοιώσεσιν ὑποκειμένην, ἢ ὅλως ὁμοίαν τῇ κτίσει· ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀνωτάτω ταῖς ἐννοίαις χωροῦντα, νοερὰν οὐσίαν ἐπάναγκες ἐννοεῖν, ἄπειρον κατὰ δύναμιν, μεγέθει ἀπεριόριστον, χρόνοις ἢ αἰῶσιν ἀμέτρητον, ἄφθονον ὧν ἔχει καλῶν. Πρὸς ὃ πάντα ἐπέστραπται τὰ ἁγιασμοῦ προσδεόμενα· οὗ πάντα ἐφίεται τὰ κατ' ἀρετὴν ζῶντα, οἷον ἐπαρδόμενα τῇ ἐπιπνοίᾳ καὶ βοηθούμενα πρὸς τὸ οἰκεῖον ἑαυτοῖς καὶ κατὰ φύσιν τέλος. Τελειωτικὸν τῶν ἄλλων, αὐτὸ δὲ οὐδαμοῦ ἐλλεῖπον· οὐκ ἐπισκευαστῶς (25) ζῶν, ἀλλὰ ζωῆς χορηγόν· οὐ προσθήκαις αὐξανόμενον, ἀλλὰ πλῆρες εὐθὺς (26), ἐν ἑαυτῷ ἱδρυμένον, καὶ πανταχοῦ ὄν. Ἁγιασμοῦ γένεσις, φῶς νοητὸν, πάσῃ δυνάμει λογικῇ πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας εὕρεσιν οἷόν τινα καταφάνειαν δι' ἑαυτοῦ παρεχόμενον. Ἀπρόσιτον τῇ φύσει· χωρητὸν δι' ἀγαθότητα· πάντα μὲν πληροῦν τῇ δυνάμει, μόνοις δὲ ὃν μεθεκτὸν τοῖς ἀξίοις, οὐχ ἑνὶ μέτρῳ μετεχόμενον, ἀλλὰ κατ' ἀναλογίαν τῆς πίστεως διαιροῦν τὴν ἐνέργειαν. Ἁπλοῦν τῇ οὐσίᾳ, ποικίλον ταῖς δυνάμεσιν· ὅλον ἑκάστῳ παρὸν, καὶ ὅλον ἁπανταχοῦ ὄν. Ἀπαθῶς μεριζόμενον, καὶ ὁλοσχερῶς μετεχόμενον (27)· κατὰ τὴν εἰκόνα τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖ-

[88] Joan. xv, 26. [89] Psal. l, 12, 13. [90] Joan. iv, 24.

(21) *Διδασκαλίᾳ*. Addunt editi, καὶ ὅτι δεσπότης τὸ Πνεῦμα, sed hæc absunt a quinque codicibus mss. Statim editi περὶ ἁγίου Πνεύματος. Sed vox ἁγίου non reperitur in mss.

(22) *Πνεῦμα ἡγεμονικόν*. Sic repetunt hanc vocem libri veteres.

(23) *Παντός*. Sic codices mss. et editio prima Basil. In aliis editionibus legitur πάντων.

(24) *Ἡγουμένην*. Male in editis additum fuerat ψυχήν, quæ vox nec in mss. codicibus legitur, et sententiæ nitorem perturbat. Similis locus infra occurrit de eadem muliere Samaritana cap. 26, n. 4, ubi pariter non legitur ψυχήν.

(25) *Ἐπισκευαστῶς*. Sic omnes codices mss. Editi ἐπισκευαστικῶς.

(26) *Πλῆρες εὐθύς*. Sic omnes codices mss. Male in editis πλῆρες, εὐθές.

(27) *Ὁλοσχερῶς μετεχόμενον*. Immerito vituperat interpretationem Erasmi Combefisius, ac vertendum esse pronuntiat: *qui integre, in totum plane participetur*. Nam Basilius, qui probat hoc loco immensitatem Spiritus sancti, num dicere potuit eum a rebus creatis *plene et in totum* percipi? At Spiritum ita dividi et communicari, ut totus et integer maneat, sententia est Basilio digna et sanctis Patribus notissima. Unum ex omnibus proferam Ambrosium, qui Basilium imitatur et illustrat: *Non enim totum effudit*, inquit lib. 1 *De Spiritu sancto*, cap. 8, *sed quod effudit, omnibus abundavit. Quod igitur nobis satis esse judicavit, effudit: et quod effusum est, non separatum est nec incisum: sed unitatem habet, quo aciem nostri cordis illuminet pro nostræ possibilitate virtutis. Denique tantum capimus, quantum profectus nostræ mentis acquirit. Inseparabilis est enim plenitudo gratiæ spiritalis, sed nobis pro nostræ participatur facultate*

Digitized by Google

νος, ης ἡ χάρις, τῷ ἀπολαύοντι ὡς μόνῳ παροῦσα, καὶ γῆν ἐπιλάμπει καὶ θάλασσαν, καὶ τῷ ἀέρι ἐγκέκραται. Οὕτω δὴ καὶ τὸ Πνεῦμα ἑκάστῳ τῶν δεκτικῶν, ὡς μόνῳ παρὸν, διαρκῆ τοῖς πᾶσι τὴν χάριν ὁλόκληρον ἐπαφίησιν· οὗ ἀπολαύει τὰ μετέχοντα, ὅσον αὐτὰ πέφυκεν (28), οὐχ ὅσον ἐκεῖνο δύναται.

A ûdei dispertitur vim suam. Simplex essentia, varius potentiis; qui singulis totus adest, et totus ubique est. Qui sic dividitur ut ipse nihil patiatur; cujus sic omnes participes sunt, ut ipse maneat integer, radii solaris in morem, cujus beneficium fruenti tanquam uni adest, et tamen terram ac mare illustrat, misceturque aeri. Sic et Spiritus sanctus, unicuique capacium **20** cum adsit quasi soli, sufficientem omnibus gratiam ac integram infundit : quo fruuntur quæcunque de illo participant, quantum ipsis fas est natura, non quantum ille potest.

23. Οἰκείωσις δὲ Πνεύματος πρὸς ψυχὴν οὐχ ὁ διὰ τόπου προσεγγισμὸς (πῶς γὰρ ἂν πλησιάσαις τῷ ἀσωμάτῳ σωματικῶς;), ἀλλ' ὁ χωρισμὸς τῶν παθῶν, ἅπερ, ἀπὸ τῆς πρὸς τὴν σάρκα φιλίας ὕστερον ἐπιγινόμενα τῇ ψυχῇ, τῆς ἀπὸ τοῦ Θεοῦ οἰκειότητος ἠλλοτρίωσε. Καθαρθέντα δὴ οὖν ἀπὸ τοῦ αἴσχους, ὃ ἀνεμάξατο διὰ τῆς κακίας, καὶ πρὸς τὸ ἐκ φύσεως κάλλος ἐπανελθόντα, καὶ οἷον εἰκόνι βασιλικῇ τὴν ἀρχαίαν μορφὴν διὰ καθαρότητος ἀποδόντα, οὕτως ἐστὶ μόνως προσεγγίσαι τῷ Παρακλήτῳ. Ὁ δ', ὥσπερ ἥλιος, κεκαθαρμένον ὄμμα παραλαβὼν, δείξει σοι ἐν ἑαυτῷ τὴν εἰκόνα τοῦ ἀοράτου. Ἐν δὲ τῷ μακαρίῳ τῆς εἰκόνος θεάματι τὸ ἄῤῥητον ὄψει τοῦ ἀρχετύπου κάλλος. Διὰ τούτου καρδιῶν ἀνάβασις (29), χειραγωγία τῶν ἀσθενούντων, τῶν προκοπτόντων τελείωσις. Τοῦτο, τοῖς ἀπὸ πάσης κηλίδος κεκαθαρμένοις ἐλλάμπον, τῇ πρὸς ἑαυτὸ κοινωνίᾳ πνευματικοὺς ἀποδείκνυσι. Καὶ ὥσπερ τὰ λαμπρὰ καὶ διαφανῆ τῶν σωμάτων, ἀκτῖνος αὐτοῖς ἐμπεσούσης (30), αὐτά τε γίνεται περιλαμπῆ, καὶ ἑτέραν αὐγὴν ἀφ' ἑαυτῶν ἀποστίλβει· οὕτως αἱ πνευματοφόροι ψυχαὶ, ἐλλαμφθεῖσαι παρὰ τοῦ Πνεύματος, αὐταί τε ἀποτελοῦνται πνευματικαὶ, καὶ εἰς ἑτέρους τὴν χάριν ἐξαποστέλλουσιν. Ἐντεῦθεν μελλόντων πρόγνωσις, μυστηρίων σύνεσις, κεκρυμμένων κατάληψις, χαρισμάτων διανομαὶ, τὸ οὐράνιον πολίτευμα, ἡ μετὰ ἀγγέλων χορεία, ἡ ἀτελεύτητος (31) εὐφροσύνη, ἡ ἐν Θεῷ διαμονὴ, ἡ πρὸς Θεὸν ὁμοίωσις, τὸ ἀκρότατον τῶν ὀρεκτῶν, θεὸν γενέσθαι. Αἱ μὲν οὖν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔννοιαι ἡμῶν, ἃς περὶ τοῦ μεγέθους αὐτοῦ καὶ τῆς ἀξίας καὶ τῶν ἐνεργημάτων ὑπ' αὐτῶν τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος φρονεῖν ἐδιδάχθημεν, ὡς ὀλίγα ἀπὸ πολλῶν παραθέσθαι, τοιαῦται. Ἤδη δὲ (32) πρὸς ἀντιλογικοὺς χωρητέον, πειρωμένους ἐλέγχειν τὰς ἀντιθέσεις, τὰς ἐκ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως ἡμῖν προβαλλομένας.

23. Spiritus autem cum anima conjunctio non fit loci propinquitate (nam quî fiat ut ad incorporeum corporaliter accedas?), sed a cupiditatibus recessu, quæ post accesserunt animæ propter amicitiam erga carnem, et a Dei consortio alienarunt. Itaque, si quis ab eo, quod vitii labe contraxerat, probro purgetur, atque ad nativam pulchritudinem reversus velut regiæ imagini formam veterem per puritatem reddat, hoc uno demum modo potest ad Paracletum appropinquare. Ille autem, veluti sol, purum nactus oculum, ostendet tibi in seipso imaginem illius qui videri non potest. In beata autem hujus imaginis contemplatione videbis ineffabilem archetypi pulchritudinem. Per hunc corda sustolluntur in altum, manu ducuntur infirmi, proficientes perficiuntur. Hic eis qui ab omni sorde purgati sunt illucescens, per communionem quam cum ipso habent, spirituales reddit. Et quemadmodum corpora nitida, pellucidaque, contacta radio, fiunt et ipsa supra modum splendida, et alium fulgorem ex sese profundunt, ita animæ quæ Spiritum ferunt, illustranturque a Spiritu, fiunt et ipsæ spirituales, et in alios gratiam emittunt. Hinc futurorum præscientia, mysteriorum intelligentia, occultorum comprehensio, donorum distributiones, cœlestis conversatio, cum angelis chorea : hinc gaudium nunquam finiendum, hinc in Deo perseverantia, hinc similitudo cum Deo, et quo nihil sublimius expeti potest, hinc est ut deus fias. Communes igitur nostræ notiones de sancto Spiritu, quas de magnitudine dignitateque illius, deque operationibus, ab ipsis Spiritus eloquiis sentire didicimus, ut e multis pauca afferamus, sic habent. Nunc autem ad contradicendi cupidos veniendum est conabimurque illorum objectiones refellere quas e falsi nominis scientia nobis proponunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας μὴ χρῆναι συντάσσειν Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ ἅγιον Πνεῦμα.

24. Οὐ χρὴ, φασὶ, Πατρὶ καὶ Υἱῷ συντετάχθαι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, διά τε τὸ τῆς φύσεως ἀλλότριον, καὶ

CAPUT X.

Adversus eos qui dicunt non oportere Patri et Filio adjungere Spiritum sanctum.

24. Non oportet, inquiunt, Patri et Filio adjungere Spiritum sanctum : partim eo quod sit alienæ

naturæ. Vide Basilii homiliam *De fide* pag. 133. Paulo post editi τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Mss. ut in contextu.

(28) *Πέφυκεν*. Mendose in editis additur δύνασθαι, quod a nostris codicibus mss. abest. Videtur Erasmus legisse οὐχ ὅσον αὐτὰ πέφυκεν, ἀλλ' ὅσον ἐκεῖνο δύναται. Sic enim reddit : *non quantum ipsa natura sua possunt capere, sed quantum potest ille.* Funestissimam vocat hanc interpretationem Combefisius; sed tamen hic Erasmi videtur esse sensus,

Spiritus sancti gratiam non ex hominum infirmitate, sed ex illius omnipotentia pendere.

(29) *Ἀνάβασις*. Sic quinque codices : alius cum editis ἀναβάσεις. Ibidem χειραγωγίαι in uno codice.

(30) *Ἐμπεσούσης*. Duo codices ἐπιπεσούσης.

(31) *Ἀτελεύτητος*. Duo Regii codices ἀτέλεστος. Ibidem antiqui tres libri ἡ ἔνθεος διανομή.

(32) *Ἤδη δέ*. Hic incipit caput decimum in quinque veteribus libris.

Digitized by Google

naturæ, partim quod dignitate sit inferior. Quibus æquum est ut apostolorum verbis respondeamus : *Deo oportet obedire magis quam hominibus* [91]. Nam si Dominus aperte in tradendo salutifero baptismate præcepit discipulis, ut baptizarent omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti [92], haud dedignatus cum illo consortium : contra isti dicunt, non oportere Spiritum Patri Filioque **21** conjungere; an non Dei præcepto palam adversantur? Etenim, si dicunt hujusmodi conjunctione non declarari ullam communionem aut consortium; dicant quidnam conveniat hoc existimare, et quam aliam efferant magis peculiarem consortii rationem? Et quidem si Dominus sibi et Patri non adjunxit Spiritum in baptismo, neque etiam nobis vitio vertant quod eos conjungimus. Nihil enim nos diversum neque sentimus, neque loquimur. Sin autem illic conjunctus est Patri et Filio Spiritus, nec quisquam est adeo impudens, ut aliud quidquam dicat, ne sic quidem nos in jus vocent, si Scripturas sequimur.

25. Sed belli adversum nos apparatus instructus est, omnisque cogitatio intenta est in nos, et linguæ maledicorum hic vehementius jaculantur quam ii, qui Christum occiderant, olim lapidibus impetierunt Stephanum. Verum ne consequantur, ut lateat nos quidem esse belli occasionem, sed quæ aguntur revera ad excelsum spectare. Itaque in nos quidem machinas et insidias instruunt, seque mutuo exhortantur ad ferendas suppetias, ut quisque peritia aut robore valet. Cæterum id quod oppugnantur, fides est, isque scopus communis est omnibus adversariis, et sanæ doctrinæ inimicis, ut soliditatem fidei in Christum concutiant, apostolicam traditionem solo æquatam abolendo. Eapropter, sicut solent qui bonæ fidei debitores sunt, probationes e Scriptura clamore exigunt, Patrum testimonium, quod scriptum non est, velut nullius momenti rejicientes. At de tuenda veritate nihil remittemus, neque ignavia a ferendis illi auxiliis desistemus. Etenim si Dominus nobis, ut necessarium ac salutare dogma, Spiritus cum Patre conjunctionem tradidit; his autem non ita videtur, sed dividere ac distrahere Spiritum et ad servilem naturam detrudere : an non verum est, apud illos blasphemiam ipsorum plus habere ponderis, quam Domini præ-

[91] Act. v, 29. [92] Matth. xxviii, 19.

τὸ τῆς ἀξίας καταδεές. Πρὸς οὓς δίκαιον τὴν τῶν ἀποστόλων φωνὴν ἀποκρίνασθαι (33), ὅτι *Πειθαρχεῖν Θεῷ δεῖ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις*. Εἰ γὰρ ὁ μὲν Κύριος σαφῶς ἐν τῇ παραδόσει τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος προσέταξε τοῖς μαθηταῖς βαπτίζειν πάντα τὰ ἔθνη εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, οὐκ ἀπαξιῶν τὴν πρὸς αὐτὸ κοινωνίαν, οὗτοι δὲ μὴ χρῆναι αὐτὸ Πατρὶ καὶ Υἱῷ συντάσσειν λέγουσι· πῶς οὐχὶ τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ προδήλως ἀνθίστανται; Εἰ μὲν γὰρ οὐκ εἶναί φασι τὴν τοιαύτην σύνταξιν κοινωνίας τινὸς καὶ συναφείας δηλωτικήν, εἰπάτωσαν, τί μὲν νομίζειν τοῦτο προσήκει; τίνα δὲ ἕτερον συναφείας τρόπον οἰκειότερον ἔχουσι; Καίτοιγε εἰ μὴ συνῆψεν ὁ Κύριος ἑαυτῷ καὶ τῷ Πατρὶ τὸ Πνεῦμα κατὰ τὸ βάπτισμα, μηδὲ ἡμῖν (34) τὴν συνάφειαν ἐγκαλείτωσαν. Οὐδὲν γὰρ ἡμεῖς ἀλλοιότερον οὔτε φρονοῦμεν, οὔτε φθεγγόμεθα. Εἰ δὲ συνῆπται ἐκεῖ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ οὐδεὶς οὕτως ἀναιδὴς ὥστε ἄλλο τι φῆσαι, μηδ' οὕτως ἡμῖν ἐγκαλείτωσαν, εἰ τοῖς γεγραμμένοις ἀκολουθοῦμεν.

25. Ἀλλ' ἡ μὲν παρασκευὴ τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου ἐξήρτυται (35), καὶ πᾶσα διάνοια πρὸς ἡμᾶς τέταται, καὶ γλῶσσαι βλασφήμων ὧδε τοξεύουσι σφοδρότερον βάλλουσαι ἢ τὸν Στέφανον τότε τοῖς λίθοις οἱ χριστοφόνοι· μὴ λανθανέτωσαν δὲ, ὅτι πρόσχημα μὲν ἡμᾶς ὁ πόλεμος ἔχει, ἡ δὲ ἀλήθεια τῶν γινομένων πρὸς τὸ ὕψος βλέπει. Ὥστε ἐφ' ἡμᾶς μὲν δῆθεν τὰς μηχανὰς καὶ τὰς ἐνέδρας διασκευάζονται, καὶ ἀλλήλοις ἐγκελεύονται ἐπιβοηθεῖν, ὡς ἕκαστος ἔχει ἐμπειρίας ἢ ῥώμης. Πίστις δέ ἐστι τὸ πολεμούμενον, καὶ κοινὸς σκοπὸς ἅπασι τοῖς ἐναντίοις καὶ ἐχθροῖς τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως κατασεῖσαι, ἐκ τοῦ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν ἐδαφισθεῖσαν ἀφανισθῆναι. Διὰ τοῦτο, ὡς τῶν χρεωφειλετῶν οἱ δῆθεν εὐγνώμονες (36), τὰς ἐκ τῶν ἐγγράφων ἀποδείξεις ἐπιβοῶνται, τὴν ἄγραφον τῶν Πατέρων μαρτυρίαν ὡς οὐδενὸς ἀξίαν ἀποπεμπόμενοι. Ἀλλ' οὐ γὰρ ὑφησόμεθα τῆς ἀληθείας, οὐδὲ δειλίᾳ τὴν συμμαχίαν προδώσομεν. Εἰ γὰρ ὁ μὲν Κύριος ὡς ἀναγκαῖον καὶ σωτήριον δόγμα τὴν μετὰ Πατρὸς σύνταξιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος παραδέδωκε, τοῖς δὲ οὐχ οὕτω δοκεῖ, ἀλλὰ διαιρεῖν καὶ διασπᾷν καὶ ἐπὶ τὴν φύσιν τὴν λειτουργικὴν μετοικίζειν (37)· πῶς οὐκ ἀληθὲς, ὅτι τὴν ἑαυτῶν βλασφημίαν κυριωτέραν ποιοῦνται τῆς τοῦ Δεσπότου νομοθεσίας; Φέρε

(33) Ἀποκρίνασθαι. Codices nonnulli ἀποκρίνεσθαι.

(34) *Μηδὲ ἡμῖν*. Hæc scriptura, quam Erasmus in interpretando sequitur, bilem movit Combefisio; ac legendum esse contendit, ut in quatuor mss. reperimus, τότε ἡμῖν, *Tunc nobis vitio vertant, quod eos conjungimus*. Sed prorsus immerito Erasmum vellicat, qui multo melius sententiæ seriem perspexit. Fert enim conditionem adversariis Basilius, eosque undique constrictos tenet, ut his verbis, *In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti*, vel Spiritum cum Patre et Filio conjungi negent, vel fateantur. Si conjungi negent, neque etiam se conjunctionis nomine incusari ab illis debere, cum nihil dicat neque sentiat ab hoc testimonio diversum, nec magis ex suis quam ex Christi verbis conjunctio sequatur. Si vero fateantur, immerito litem sibi ab illis impingi, quod Scripturam sequatur. Hanc esse Basilii sententiam perspiciet, quisquis leget attentius. Quamobrem retinenda fuit vulgata scriptura, quamvis altera in pluribus exstet codicibus.

(35) Ἐξήρτυται. Sic Colbertinus et duo codices a Combefisio citati. Reg. secundus ἔπηρται. Editi ἐξήρτηται.

(36) *Οἱ δῆθεν εὐγνώμονες*. Recte observavit Billius illud, *bonæ fidei debitores*, non sine ironia dictum fuisse.

(37) *Μετοικίζειν*. Nonnulli codices μεταχομίζειν.

Digitized by Google

δὴ οὖν, πᾶσαν φιλονεικίαν καταβαλόντες, οὕτω περὶ τῶν ἐν χερσὶ πρὸς ἀλλήλους διασκεψώμεθα.

26. Χριστιανοὶ πόθεν ἡμεῖς; Διὰ τῆς πίστεως, πᾶς τις ἂν εἴποι. Σωζόμεθα δὲ τίνα τρόπον; Ἀναγεννηθέντες δηλονότι διὰ τῆς ἐν τῷ βαπτίσματι χάριτος. Πόθεν γὰρ ἄλλοθεν; Εἶτα τὴν σωτηρίαν ταύτην διὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος βεβαιουμένην γνωρίσαντες, ὃν παρελάβομεν τύπον διδαχῆς προτησόμεθα; Ἢ μεγάλων ἂν εἴη στεναγμῶν ἄξιον, εἴπερ εὑρισκόμεθα νῦν μακρυνόμενοι μᾶλλον ἀπὸ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ἢ ὅτε ἐπιστεύσαμεν· εἴπερ ἃ (38) τότε προσεδεξάμεθα, νῦν ἀπαρνούμεθα. Ἴση ἐστὶν ἡ ζημία ἢ ἄμοιρόν τινα τοῦ βαπτίσματος ἀπελθεῖν, ἢ ἔν τι τῶν ἐκ τῆς παραδόσεως ἐλλεῖπον δέξασθαι. Τήν τε ὁμολογίαν, ἣν ἐπὶ τῆς πρώτης εἰσαγωγῆς κατεθέμεθα, ὅτε, ῥυσθέντες ἀπὸ τῶν εἰδώλων, προσήλθομεν Θεῷ ζῶντι, ὁ μὴ ἐπὶ παντὸς φυλάσσων καιροῦ, καὶ διὰ πάσης ἑαυτοῦ τῆς ζωῆς ὡς ἀσφαλοῦς φυλακτηρίου περιεχόμενος, ξένον ἑαυτὸν καθίστησι τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ Θεοῦ, τῷ ἰδίῳ χειρογράφῳ μαχόμενος, ὃ ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν πίστιν ὁμολογίας κατέθετο. Εἰ γὰρ ἀρχή μοι ζωῆς τὸ βάπτισμα, καὶ πρώτη ἡμερῶν ἐκείνη ἡ τῆς παλιγγενεσίας ἡμέρα, δῆλον, ὅτι καὶ φωνὴ τιμιωτάτη (39) πασῶν ἡ ἐν τῇ χάριτι τῆς υἱοθεσίας ἐκφωνηθεῖσα. Τὴν οὖν εἰσάγουσάν με εἰς τὸ φῶς, τὴν γνῶσιν (40) Θεοῦ μοι χαρίσαμένην παράδοσιν, δι' ἧς τέκνον ἀπεδείχθην Θεοῦ, ὁ τέως διὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐχθρὸς, ταύτην προδῶ, ταῖς τούτων πιθανολογίαις παρατραπείς; Ἀλλὰ καὶ ἐμαυτῷ συνεύχομαι μετὰ τῆς ὁμολογίας ταύτης ἀπελθεῖν πρὸς τὸν Κύριον, καὶ αὐτοῖς παραινῶ, ἄσυλον διατηρῆσαι τὴν πίστιν, εἰς ἡμέραν Χριστοῦ, καὶ ἀχώριστον ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ φυλάξαι τὸ Πνεῦμα (41), τὴν ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος διδασκαλίαν ἔν τε τῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως διατηροῦντας καὶ ἐν τῇ τῆς δόξης ἀποπληρώσει.

A

B

C

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὅτι παραβάται οἱ τὸ Πνεῦμα ἀρνούμενοι.

27. Τίνι οὐαί; τίνι θλῖψις; τίνι ἀπορία καὶ σκότος; τίνι αἰωνία κατάκρισις; Οὐ τοῖς παραβάταις; οὐ τοῖς τὴν πίστιν ἀρνησαμένοις; Τίς δὲ τῆς ἀρνήσεως ἔλεγχος; Οὐχ ὅτι τὰς οἰκείας ὁμολογίας ἠθέτησαν; Ὡμολόγησαν δὲ τί, ἢ πότε; Πιστεύειν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ὅτε, ἀποταξάμενοι τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, τὴν σωτήριον ἐκείνην ἀφῆκαν φωνήν. Τίς οὖν πρέπουσα τούτοις προσηγορία παρὰ τῶν τέκνων τοῦ φωτὸς ἐξευρέθη; Οὐχὶ παραβάται προσαγορεύονται, ὡς εἰς τὰς τῆς σωτηρίας (42) αὐ-

CAPUT XI.

Prævaricatores esse illos qui negant Spiritum.

27. Cui væ? cui afflictio? cui angustia ac tenebræ? cui sempiterna condemnatio? Nonne prævaricatoribus? nonne iis qui fidem abnegarunt? Sed unde probantur abnegasse? Nonne hinc, quod suas ipsi professiones irritas fecerunt? Quid autem professi sunt, aut quando? Professi sunt credere se in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, tum cum renuntiantes diabolo et angelis ejus salutiferam illam vocem ediderunt. Quod igitur istis dignum vocabulum excogitatum est a filiis lucis? Nonne

(38) *Εἴπερ ἃ.* Sic nostri codices, non ut editi εἰ γὰρ ἃ. Paulo post particulam ἤ addidimus ante has voces ἔν τι τῶν, quæ quidem voculæ variis modis leguntur. Habet enim editio Basileensis ἤ τι τὸ τῆς, nonnulli codices ἢ ἔν τῶν, alii ut in textu. Unde suspicio est aliquid esse corrupti. Legerem libenter ἢ ἔν τινι τῶν, etc., cui scripturæ gemella prorsus est interpretatio Erasmi.

(39) *Τιμιωτάτη.* Editi addunt μοί, sed hæc vocula abest a codicibus mss.

(40) *Εἰς τὸ φῶς, τὴν γνῶσιν.* Sic veteres libri. Male in editis φῶς καὶ γνῶσιν. Paulo post iidem editi præter codicum mss. fidem ὁ πρὸ ὀλίγου τέως.

(41) *Τὸ Πνεῦμα.* Editi addunt τὸ ἅγιον, sed repugnant codices mss. Ibidem corrupte in editione Parisiensi κρατῆσαι διδασκαλίαν. Veteres libri et editio Basileensis ut in contextu.

(42) *Τῆς σωτηρίας.* Sic mss. codices. Editi σωτηρίους. Reg. secundus ibidem habet ἑαυτῶν.

Digitized by Google

perfugæ ac prævaricatores appellantur, ut qui salutis suæ pacta violarint? Quo igitur nomine eum qui Deum abnegavit, quo eum qui Christum abnegavit, appellem? Quonam alio, quam prævaricatoris ac desertoris? At ei qui negavit Spiritum, quod me vis nomen imponere? Nonne hoc idem, quippe qui pactum cum Deo initum violarit? Ergo cum et fidei in Spiritum professio beatitudinem pietatis nobis conciliet, et abnegatio crimini abnegati Dei faciat obnoxios: an non horrendum est ipsum nunc rejicere, non ignem, non gladium, non crucem, non flagella, non rotam, non tormenta metuentes, sed solis sophismatibus seductionibusque istorum, qui Spiritui rebelles sunt, deceptos? Testificor omni homini Christum profitenti, et Deum neganti, quod Christus nihil illi proderit; aut Deum invocanti, Filium vero spernenti, quod inanis est fides illius. Item ei qui Spiritum rejicit, testificor quod fides ejus qua profitetur Patrem et Filium, inanis erit: **23** quam nec habere potest nisi simul adsit Spiritus. Non enim credit in Filium, qui non credit Spiritui; nec credit in Patrem, qui non credit Filio. *Nec enim potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto*[93]; et, *Deum nemo vidit unquam, sed unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, hic nobis enarravit*[94]. Insuper talis expers est veræ adorationis. Neque enim fieri potest, ut quis Filium adoret, nisi in Spiritu sancto, aut ut Patrem invocet, nisi in adoptionis Spiritu.

A τῶν συνθήκας παρασπονδήσαντες; Τί οὖν εἴπω τὸν ἀρνησίθεον; τί δὲ τὸν ἀρνησίχριστον; Τί ἄλλο γε ἢ παραβάτην; Τῷ δὲ τὸ Πνεῦμα ἀρνησαμένῳ τίνα με βούλει προσηγορίαν θέσθαι; Οὐ τὴν αὐτὴν ταύτην, ὡς τὰς πρὸς Θεὸν παραβάντι συνθήκας; Οὐκοῦν ὁπότε καὶ ἡ ὁμολογία τῆς εἰς αὐτὸ (43) πίστεως τὸν τῆς εὐσεβείας μακαρισμὸν προξενεῖ, καὶ ἡ ἄρνησις τῇ κατακρίσει τῆς ἀθεότητος ὑποβάλλει, πῶς οὐ φοβερὸν τοῦτο (44) νῦν ἀθετῆσαι, οὐ πῦρ, οὐ ξίφος, οὐ σταυρὸν, οὐ μάστιγας, οὐ τροχὸν, οὐ στρεβλωτήρια φοβηθέντας, ἀλλὰ σοφίσμασι μόνοις καὶ παραγωγαῖς τῶν πνευματομάχων παρακρουσθέντας; Μαρτύρομαι παντὶ ἀνθρώπῳ ὁμολογοῦντι Χριστὸν, καὶ τὸν Θεὸν ἀρνουμένῳ, ὅτι Χριστὸς αὐτὸν οὐδὲν ὠφελήσει· ἢ Θεὸν ἐπικαλουμένῳ, τὸν δὲ Υἱὸν (45) ἀθετοῦντι, ὅτι B ματαία ἐστὶν ἡ πίστις αὐτοῦ· καὶ τῷ τὸ Πνεῦμα παραιτουμένῳ, ὅτι ἡ εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν πίστις αὐτῷ εἰς κενὸν ἀποβήσεται, ἣν οὐδὲ ἔχειν δύναται, μὴ συμπαρόντος τοῦ Πνεύματος. Οὐ πιστεύει μὲν γὰρ εἰς Υἱὸν ὁ μὴ πιστεύων τῷ Πνεύματι· οὐ πιστεύει δὲ εἰς Πατέρα ὁ μὴ πιστεύσας (46) τῷ Υἱῷ. *Οὔτε γὰρ δύναται εἰπεῖν Κύριον Ἰησοῦν εἰ μὴ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ*· καὶ, *Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, ἀλλ' ὁ μονογενὴς Υἱὸς, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, οὗτος ἡμῖν* (47) *ἐξηγήσατο*. Ἀμοιρός ἐστι καὶ τῆς ἀληθινῆς προσκυνήσεως ὁ τοιοῦτος. Οὔτε γὰρ Υἱὸν προσκυνῆσαι δυνατὸν εἰ μὴ (48) ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, οὔτε ἐπικαλέσασθαι δυνατὸν τὸν Πατέρα εἰ μὴ ἐν τῷ τῆς υἱοθεσίας Πνεύματι.

CAPUT XII.

Adversus eos qui dicunt sufficere baptisma tantum in nomine Domini.

28. Neminem vero in fraudem inducat illud Apostoli, quod Patris et Spiritus sancti nomen in baptizatis commemoratione frequenter omittit: neque ideo putet indifferentem esse nominum invocationem. *Quicunque*, inquit, *in Christum baptizati estis, Christum induistis*[95]; et rursus, *Quicunque in Christo baptizati estis, in mortem illius baptizati estis*[96]. Nam Christi appellatio, totius est professio: declarat siquidem et Deum qui unxit, et Filium qui unctus est, et Spiritum sanctum qui est unctio: quemadmodum a Petro in Actis didicimus, *Jesum Nazarenum, quem unxit Deus Spiritu sancto*[97]. Item in Isaia, *Spiritus Domini super me, eo quod unxit*

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Πρὸς τοὺς λέγοντας ἐξαρκεῖν καὶ μόνον τὸ εἰς τὸν Κύριον βάπτισμα.

28. Καὶ μηδένα παρακρουέσθω τὸ τοῦ Ἀποστόλου, ὡς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς (49) καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπὶ τῆς τοῦ βαπτίσματος μνήμης πολλάκις παραλιμπάνοντος, μηδὲ διὰ τοῦτο ἀπαρατήρητον οἰέσθω τὴν ἐπίκλησιν εἶναι τῶν ὀνομάτων. *Ὅσοι*, φησὶν, *εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε*· καὶ πάλιν· *Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτίσθητε*. Ἡ γὰρ τοῦ Χριστοῦ προσηγορία τοῦ παντός ἐστιν ὁμολογία· δηλοῖ γὰρ τόν τε χρίσαντα Θεὸν, καὶ τὸν χρισθέντα Υἱὸν, καὶ τὸ χρίσμα τὸ Πνεῦμα, ὡς παρὰ Πέτρου ἐν D ταῖς Πράξεσι μεμαθήκαμεν, *Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ, ὃν ἔχρισεν* (50) *ὁ Θεὸς τῷ Πνεύματι τῷ*

[93] 1 Cor. XII, 3. [94] Joan. I, 18. [95] Gal. III, 27. [96] Rom. VI, 3. [97] Act. X, 38.

(43) *Εἰς αὐτό*. Editi ac unus tantum codex ms. *εἰς αὐτόν*.

(44) *Τοῦτο*. Editi ταύτην, repugnantibus omnibus codicibus mss. ac ipsa etiam prima Basileensi editione.

(45) *Τὸν δὲ Υἱόν*. Sic mss. codices. Editi καὶ τὸν Χριστόν. Nec multo post Reg. secundus et editio Paris. τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Alii editi et mss. ut in contextu.

(46) *Ὁ μὴ πιστεύσας*. Veteres aliquot libri ὁ μὴ πιστεύων. Ibidem codices omnes Κύριον Ἰησοῦν. Editi Κύριος Ἰησοῦς. Paulo post pro eo quod est in editis, ὁ μονογενὴς Υἱός, legendum videtur Θεός, ut in capite sexto hujus libri restituimus.

(47) *Οὗτος ἡμῖν*. Ita mss. codices. Editi αὐτὸς ἡμῖν.

(48) *Εἰ μή*. Hanc voculam εἰ bis in hac verborum complexione addidimus, ac δυνατόν post ἐπικαλέσασθαι, auctoribus antiquis codicibus.

(49) *Τοῦ Πατρός*. Tres codices addunt καὶ τοῦ Υἱοῦ, quæ voces in Colbertino deletæ.

(50) *Ὃν ἔχρισεν*. Editi ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς Πνεύματι ἁγίῳ Sed omnes codices mss. ut in contextu. Eosdem sequimur in hac voce, εἵνεκεν, pro eo quod erat in editis ἕνεκεν.

Digitized by Google

ἁγίῳ· καὶ ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ, *Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με*· καὶ ὁ Ψαλμῳδός (51) *Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου.* Φαίνεται μέντοι [Ἀπόστολός] ποτε καὶ μόνου τοῦ Πνεύματος ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος μνημονεύσας. *Πάντες* γὰρ, φησὶν, *ἐν ἑνὶ σώματι εἰς ἓν Πνεῦμα ἐβαπτίσθημεν.* Συμφωνεῖ δὲ τούτῳ καὶ τὸ, *Ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ*· καὶ τὸ, *Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.* Ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τέλειον ἂν τις εἴποι (52) βάπτισμα, ᾧ μόνον τὸ ὄνομα τοῦ Πνεύματος ἐπεκλήθη. Χρὴ γὰρ ἀπαράβατον μένειν ἀεὶ (53) τὴν ἐν τῇ ζωοποιῷ χάριτι δεδομένην παράδοσιν. Ὁ γὰρ λυτρωσάμενος ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν ἡμῶν ἔδωκε δύναμιν ἡμῖν ἀνακαινώσεως, ἄρρητον μὲν ἔχουσαν τὴν εἰτίαν καὶ ἐν μυστηρίῳ κατεχομένην, μεγάλην δὲ ταῖς ψυχαῖς τὴν σωτηρίαν φέρουσαν· ὥστε τὸ προσθεῖναί τι ἢ ἀφελεῖν ζωῆς ἐστι τῆς ἀϊδίου προδήλως ἔκπτωσις. Εἰ τοίνυν ἐν τῷ βαπτίσματι ὁ χωρισμὸς τοῦ Πνεύματος ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐπιχίνδυνος μὲν τῷ βαπτίζοντι, ἀνωφελὴς δὲ τῷ δεχομένῳ, πῶς ἡμῖν ἀσφαλὲς ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ διασπᾶν τὸ Πνεῦμα; Πίστις δὲ καὶ βάπτισμα δύο τρόποι τῆς σωτηρίας, συμφυεῖς ἀλλήλοις καὶ ἀδιαίρετοι. Πίστις μὲν γὰρ τελειοῦται διὰ βαπτίσματος, βάπτισμα δὲ θεμελιοῦται (54) διὰ τῆς πίστεως, καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὀνομάτων ἑκάτερα πληροῦται. Ὡς γὰρ πιστεύομεν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, οὕτω καὶ βαπτιζόμεθα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ προάγει μὲν ἡ ὁμολογία πρὸς τὴν σωτηρίαν εἰσάγουσα· ἐπακολουθεῖ δὲ τὸ βάπτισμα ἐπισφραγίζον ἡμῶν τὴν συγκατάθεσιν.

A *me*[98]; et Psalmicus ille cantor, *Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exsultationis præ consortibus tuis*[99]. Videtur tamen interdum Apostolus etiam solius Spiritus fecisse mentionem in baptismate. *Omnes* enim, inquit, *in uno corpore in unum Spiritum baptizati sumus*[1]. His et illud consonat, *Vos autem baptizabimini in Spiritu sancto*[2]; et, *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto*[3]. At non ideo quis dixerit perfectum esse baptisma, in quo solum Spiritus nomen invocatum est. Oportet enim inviolabilem semper manere traditionem, quæ in vivifica gratia data est. Nam vitam nostram de corruptione qui liberavit, potestatem nobis renovationis dedit: quæ potestas causam habet ineffabilem, et in mysterio reconditam, sed magnam animabus salutem B conferentem, ut quidquam addere aut detrahere plane sit ab æterna vita excidere. Proinde si in baptismo separare Spiritum a Patre et Filio, ut periculosum est baptizanti, ita baptismum accipienti inutile; quomodo nobis tutum fuerit a Patre et Filio distrahere Spiritum? Fides autem et baptisma duo sunt modi parandæ salutis, inter se cognati et inseparabiles. Nam fides perficitur per baptismum, baptismus vero fundatur per fidem, et utraque res per eadem nomina impletur. Sicut enim credimus in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, sic et baptizamur in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ac præcedit quidem professio ad salutem perducens; sequitur autem baptisma consignans assensum nostrum. C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Αἰτίας ἀπόδοσις διὰ τί οἱ ἄγγελοι Πατρὶ καὶ Υἱῷ παρὰ τῷ Παύλῳ συμπαρελήφθησαν.

29. Ἀλλὰ καὶ ἕτερα, φησὶ, συναριθμούμενα Πατρὶ καὶ Υἱῷ, οὐχὶ καὶ συνδοξάζεται πάντως. Ὡς ὁ Ἀπόστολος ἀγγέλους συμπαρελάβετο, εἰς τὴν διαμαρτυρίαν (55) τὴν ἐπὶ Τιμοθέου λέγων· *Διαμαρτύρομαί σοι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ Ἰησοῦ, καὶ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ ἀγγέλων*· οὓς οὔτε ἀλλοτριοῦμεν τῆς λοιπῆς κτίσεως, οὔτε Πατρὶ καὶ Υἱῷ συναριθμεῖν ἀνεχόμεθα. Ἐγὼ δὲ, εἰ καὶ μηδεμιᾶς ἀποκρίσεως ἄξιος ὁ λόγος, οὕτω πρόχειρον τὴν ἀτοπίαν ἔχων, ὅμως ἐκεῖνο λέγω, ὅτι μάρτυρα μὲν καὶ ὁμόδουλον ἄν τις τυχὸν παραστήσαιτο πρᾴῳ κριτῇ καὶ ἡμέρᾳ, καὶ μάλιστα δὴ ἐν τῇ πρὸς τοὺς κρινομένους ἐπιεικείᾳ τὸ ἀναντίῤῥητον τῆς τῶν κριμάτων δικαιοσύνης ἐπιδεικνύντι. Ἐλεύθερος δὲ εἶναι ἀπὸ δούλου, καὶ Υἱὸς κληθῆναι Θεοῦ, καὶ ζωοποιηθῆναι ἀπὸ θανάτου, παρ' οὐδενὸς ἑτέρου δύναται ἢ παρὰ τοῦ τὴν κατὰ φύσιν οἰκειότητα κεκτημένου, καὶ τῆς δουλικῆς D

CAPUT XIII.

Quare apud Paulum angeli simul cum Patre et Filio adjunguntur.

29. Atqui et alia sunt, inquiunt, quæ simul Patri et Filio annumerantur, nec tamen continuo simul cum illis glorificantur. Veluti cum Apostolus obtestans Timotheum, angelos simul adducit, dicens: *Obtestor te in conspectu Dei, et Christi Jesu, et electorum ejus angelorum*[4]: quos tamen non minime separamus a reliquis creaturis, neque sustinemus eos Patri et Filio annumerare. Ego vero, tametsi hic sermo nulla dignus est responsione, tam manifestam præferens absurditatem, tamen illud dico, quod conservum etiam testem forte aliquis adducat apud mansuetum ac placabilem judicem, quique maxime sua in eos qui judicentur lenitate minime dubiam et controversam judiciorum æquitatem demonstrat. Cæterum ut aliquis fiat liber e servo, atque vocetur Filius Dei, et a morte revocetur ad vitam, a nullo alio potest dari, nisi

[98] Isa LXI, 1. [99] Psal. XLIV, 8. [1] I Cor. XII, 13. [2] Act. I, 5. [3] Luc. III, 16. [4] I Tim. V, 21.

(51) *Ψαλμῳδός.* Codices nonnulli ὁ ψαλμός. Paulo post desunt in tribus codicibus hæc verba, *παρὰ μετόχους σου.*

(52) *Εἴποι.* Sic mss. codices. Editi εἴπῃ.

(53) *Ἀεί.* Ex tribus mss. codicibus hanc vocem addidimus.

(54) *Θεμελιοῦται.* Quatuor codices mss. τελειοῦται.

(55) *Διαμαρτυρίαν.* Sic libri veteres pro eo quod habent editi μαρτυρίαν.

Digitized by Google

ab eo qui naturalem habet societatem et a servili conditione est alienus. Quomodo enim sociabit Deo, qui ipse est alienus? quomodo liberos reddet, qui ipse est jugo servitutis obnoxius? Itaque non ob eadem fit Spiritus et angelorum mentio: sed Spiritus commemoratur tanquam auctor ac Dominus vitæ, angeli vero tanquam conservorum adjutores, fidelesque veritatis testes adhibentur. Siquidem mos est sanctis, Dei præcepta testibus adhibitis tradere; sicut etiam hic ipse ad Timotheum loquitur: *Quæ accepisti a me coram multis testibus, ea depone apud fideles homines*[a]. Et nunc angelos attestatur, sciens angelos pariter affuturos judici, cum venerit in gloria Patris, ut judicet orbem terrarum in justitia. *Quisquis enim*, inquit, *confessus fuerit me coram hominibus, et Filius hominis confitebitur eum coram angelis Dei: qui vero abnegaverit me coram hominibus, abnegabitur in conspectu angelorum Dei*[b]. Et Paulus alibi dicit, *In revelatione Domini Jesu de cœlo cum angelis*[c]. Hanc ob causam hic jam contestatur coram angelis, eximias sibi præparans probationes ad magnum illud tribunal.

30. Neque hic modo, verum etiam omnes omnino, quibus aliquod verbi ministerium commissum est, nullo tempore contestari cessant, imo et cœlum et terram inclamant, ut intra **25** quorum ambitum omnia nunc gerantur, quæque in examine rerum in hac vita gestarum sint simul cum judicandis futura. *Advocabit enim*, inquit, *cœlum sursum, et terram, ad dijudicandum populum suum*[d]. Unde Moyses traditurus eloquia populo, *Testor*, inquit, *vobis hodie et cœlum et terram*[e]. Et rursus cum canticum diceret: *Attende, cœlum, et loquar, et audiat terra verba ex ore meo*[f]. Item Isaias: *Audi, cœlum, et auribus percipe, terra*[g]. Jeremias autem etiam stupore quodam perculsum fuisse cœlum narrat ob audita impia populi facta: *Obstupuit cœlum super hoc, et exhorruit amplius vehementer, quoniam duo etiam mala fecit populus meus*[h]. Itaque et Apostolus sciens angelos hominibus præfectos, ceu pædagogos quospiam aut morum gubernatores, vocavit illos in testimonium. At Jesus Nave etiam lapidem testem sermonum statuit (jam vero et collis alicubi testis appellatus est a Jacob)[i]: *Erit enim*, inquit, *lapis in vobis hodie in testimonium in extremis diebus, cum mentiti fueritis Domino Deo*

ἀξιας ἀπηλλαγμένου. Πῶς γὰρ οἰκειώσει Θεῷ ὁ ἀλλότριος; πῶς δὲ ἐλευθερώσει, αὐτὸς ἔνοχος ὢν τῷ ζυγῷ τῆς δουλείας; Ὥστε οὐκ ἐφ' ὁμοίοις (56) Πνεύματός ἐστι καὶ ἀγγέλων ἡ μνήμη, ἀλλὰ τὸ μὲν Πνεῦμα, ὡς ζωῆς κύριον, οἱ δ' ἄγγελοι ὡς βοηθοὶ τῶν ὁμοδούλων, καὶ πιστοὶ μάρτυρες τῆς ἀληθείας παραλαμβάνονται. Ἔθος γὰρ τοῖς ἁγίοις, τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ ἐπὶ μαρτύρων διδόναι· ὡς καὶ αὐτὸς οὗτός φησι Τιμοθέῳ· Ἃ *παρέλαβες παρ' ἐμοῦ ἐπὶ πολλῶν μαρτύρων, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις*. Καὶ νῦν τοὺς ἀγγέλους ἐπιμαρτύρεται· οἶδε γὰρ, ὅτι συμπαρέσονται ἄγγελοι τῷ κριτῇ, ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ Πατρὸς κρῖναι τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ. Ὃς *γὰρ ἂν*, φησὶν, *ὁμολογήσῃ* (57) *ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ὁμολογήσει ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ* (58)· *ὁ δὲ ἀπαρνησάμενός με ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων ἀπαρνηθήσεται ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ*. Καὶ Παῦλος ἑτέρωθί φησιν· Ἐν *τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ ἀπ' οὐρανοῦ* (59) *μετ' ἀγγέλων*. Τούτου χάριν ἐντεῦθεν ἤδη διαμαρτύρεται ἐπὶ τῶν ἀγγέλων, εἰς τὸ μέγα κριτήριον εὐπρεπεῖς (60) ἑαυτῷ τὰς ἀποδείξεις παρασκευάζων.

30. Καὶ οὐχ οὗτος μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντες ἁπλῶς οἱ λόγου τινὰ διακονίαν πεπιστευμένοι, οὐδένα χρόνον διαμαρτυρόμενοι παύονται, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐπιβοῶνται· ὡς καὶ νῦν πάσης πράξεως εἴσω αὐτῶν τελουμένης, καὶ ἐν τῇ ἐξετάσει τῶν βεβιωμένων συνεσομένων τοῖς κρινομένοις. *Προσκαλέσεται γὰρ*, φησὶ, *τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ τὴν γῆν, τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ*. Ὅθεν Μωϋσῆς παρατίθεσθαι μέλλων τὰ λόγια τῷ λαῷ, *Διαμαρτύρομαι ὑμῖν*, φησὶ, *σήμερον τόν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν*· καὶ πάλιν τὴν ᾠδὴν λέγων· *Πρόσεχε, οὐρανέ, καὶ λαλήσω, καὶ ἀκουέτω γῆ ῥήματα ἐκ στόματός μου*· καὶ Ἡσαΐας· Ἄκουε, *οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ*. Ἱερεμίας δὲ καὶ ἔκστασίν τινα τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τῇ ἀκοῇ τῶν ἀνοσίων ἔργων τοῦ λαοῦ διηγεῖται. Ἐξέστη *ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἐφρίξεν ἐπὶ πλεῖον σφόδρα* (61), *ὅτι δύο καὶ πονηρὰ ἐποίησεν ὁ λαός μου*. Καὶ ὁ Ἀπόστολος τοίνυν, ὥσπερ παιδαγωγούς τινας ἢ παιδονόμους ἐπιτεταγμένους (62) τοῖς ἀνθρώποις τοὺς ἀγγέλους εἰδὼς, εἰς μαρτυρίαν ἐπεκαλέσατο. Ἰησοῦς δὲ ὁ τοῦ Ναυῆ καὶ λίθον μάρτυρα τῶν λόγων ἔστησεν (ἤδη δέ που καὶ βουνὸς μάρτυς παρὰ τοῦ Ἰακὼβ ὠνομάσθη)· Ἔσται *γὰρ*, φησὶν, *ὁ λίθος ἐν ὑμῖν* (63) *σήμερον εἰς μαρτύριον*

[a] II Tim. II, 2. [b] Luc. XII, 8, 9. [c] II Thess. I, 7. [d] Psal. XLIX, 4. [e] Deut. IV, 26. [f] Deut. XXXII, 1. [g] Isa. I, 2. [h] Jer. II, 12, 13. [i] Gen. XXXI, 47.

(56) *Οὐκ ἐφ' ὁμοίοις*. Reg. primus οὐκ ἐθ' ὅμοιος.

(57) *Ὁμολογήσῃ*. Ita plerique libri veteres. Editi ὁμολογήσει.

(58) *Ἀγγέλων τοῦ Θεοῦ*. Sic mss. codices: editi ἀγγέλων αὐτοῦ.

(59) *Ἀπ' οὐρανοῦ*. Sic omnes codices: editi ἀπ' οὐρανῶν. Ante has voces quinque codices mss. addunt Χριστοῦ.

(60) *Εὐπρεπεῖς*. Editi et Colb. εὐτρεπεῖς. Alii codices ut in contextu.

(61) *Σφόδρα*. Editi addunt τῇ γῇ, sed hæc in nullo cod. ms. leguntur.

(62) *Ἐπιτεταγμένους* Sic omnes nostri codices pro eo quod erat in editis ἐπιστάντας. Tres codices habent καὶ παιδονόμους.

(63) *Ἐν ὑμῖν*. Præpositio addita ex codicibus mss. Hæc autem Combefisius memoriter a Basilio,

Digitized by Google

ἐκ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, ἡτοιμα ἂν ψεύσησθε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν· τάχα μέν που πιστεύων τῇ δυνάμει τοῦ Θεοῦ καὶ τοὺς λίθους φωνὴν ἀφήσειν, εἰς ἔλεγχον τῶν παραβεβηκότων· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ τό γε ἑκάστου συνειδὸς τῇ ἐνεργείᾳ (64) τῆς ὑπομνήσεως πάντως κατατρωθήσεσθαι. Οὕτω μὲν οὖν τοὺς μάρτυρας, οἵτινές ποτ' ἂν (65) ὦσιν, ὥστε εἰς ὕστερον αὐτοὺς παραστήσασθαι, οἱ τὴν οἰκονομίαν τῶν ψυχῶν πεπιστευμένοι προετοιμάζονται. Τὸ δὲ Πνεῦμα οὐ διὰ τὴν ἐπὶ καιροῦ χρείαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐκ φύσεως κοινωνίαν συντέταχται τῷ Θεῷ, οὐχ ὑφ' ἡμῶν ἑλκυσθὲν, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Κυρίου *παραληφθέν.*

A *nostro* [13]: fortasse credens virtute divina et lapides vocem emissuros ad increpationem transgressorum; sin minus, certe illud fore, ut uniuscujusque conscientia admonitionis vehementia prorsus vulneretur. Ad hunc igitur modum, ii quibus commissa fuit animarum gubernatio, testes, quicunque tandem illi sint, præparant, ut in posterum producantur. Sed Spiritus non ad usum occasionis, sed ob naturæ communionem Deo conjunctus est, haud ille quidem a nobis pertractus, sed a Domino adjunctus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

CAPUT XIV.

Ἔνστασις, ὅτι καὶ εἰς Μωϋσῆν τινες ἐβαπτίσθησαν, καὶ ἐπίστευσαν εἰς αὐτὸν, καὶ πρὸς ταύτην ἀπάντησις, ἐν οἷς καὶ τὰ περὶ τύπων. B

Objectio, quod et in Moysen nonnulli baptizati sunt, et in illum crediderunt; et hujus solutio, ubi et de figuris.

31. Ἀλλ' οὐδὲ εἰ βαπτιζόμεθα, φησὶν, εἰς αὐτὸ, οὐδ' οὕτω δίκαιον μετὰ Θεοῦ τετάχθαι. Καὶ γὰρ καὶ εἰς τὸν Μωϋσῆν τινες ἐβαπτίσθησαν, ἐν τῇ νεφέλῃ καὶ ἐν τῇ θαλάσσῃ. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ πίστις ὁμολογεῖται (66) ἤδη καὶ εἰς ἀνθρώπους γεγενῆσθαι. *Ἐπίστευσε γὰρ ὁ λαὸς τῷ Θεῷ καὶ Μωϋσεῖ τῷ θεράποντι αὐτοῦ.* Τί οὖν, φησὶν, ἐκ τῆς πίστεως καὶ τοῦ βαπτίσματος τὸ ἅγιον Πνεῦμα τοσοῦτον ἀνυψοῖς καὶ μεγαλύνεις ὑπὲρ τὴν κτίσιν, ὁπότε τὰ αὐτὰ καὶ ἀνθρώποις ἤδη προσμεμαρτύρηται; Τί οὖν (67) ἐροῦμεν; Ὅτι εἰς μὲν τὸ Πνεῦμα ἡ πίστις ὡς εἰς τὸν Πατέρα καὶ εἰς τὸν Υἱόν· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ βάπτισμα· εἰ δὲ εἰς τὸν Μωϋσῆν, καὶ τὴν νεφέλην, ὡς εἰς σκιὰν καὶ τύπον. Οὐ δήπου δὲ, ἐπειδὴ μικροῖς C καὶ ἀνθρωπίνοις προδιαμορφοῦται (68) τὰ θεῖα, μικρά τίς ἐστι καὶ ἡ τῶν θείων φύσις, ἣν ἡ τῶν τύπων σκιαγραφία πολλάκις προαπεσήμηνεν. Ἔστι γὰρ ὁ τύπος προσδοκωμένων δήλωσις διὰ μιμήσεως, ἐνδεικτικῶς τὸ μέλλον προϋποφαίνων. Ὡς ὁ Ἀδὰμ τύπος (69) τοῦ μέλλοντος, καὶ ἡ πέτρα τυπικῶς ὁ Χριστός· καὶ τὸ τῆς πέτρας ὕδωρ τῆς ζωτικῆς τοῦ Λόγου δυνάμεως. *Εἴ τις γὰρ,* φησὶ, *διψᾷ, ἐρχέσθω πρὸς μὲ, καὶ πινέτω.* Καὶ τὸ μάννα τοῦ ζῶντος ἄρτου, τοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάντος· καὶ ὁ ἐπὶ σημείου κείμενος ὄφις τοῦ σωτηρίου πάθους τοῦ διὰ τοῦ σταυροῦ τελεσθέντος· διὸ καὶ οἱ ἀποβλέπον-

31. Verum, inquiunt, tametsi baptizamur in Spiritu, non inde par est ut Spiritus cum Deo numeretur, quando et in Moysen nonnulli baptizati sunt in nube et in mari [14]. Similiter autem et in confesso est jam fuisse etiam in homines fidem. *Credidit enim populus Deo et Moysi famulo ejus* [15]. Quid igitur, inquiunt, ex fide ac baptismo Spiritum sanctum usque adeo attollis ac magnificas supra creaturam, cum eadem jam Scripturarum testimoniis tribuantur etiam hominibus. Quid igitur dicemus? Nimirum illud, quod in Spiritum quidem fides est æque atque in Patrem et Filium; similiter etiam baptisma. Quod si et in Moysen et nubem, velut in umbram et figuram. Neque vero, quoniam divina rebus humilibus **26** et humanis præfigurantur, ideo et divinorum humilis est natura, quam figurarum adumbratio sæpe præsignificavit. Est enim figura rerum, quæ exspectantur, declaratio per imitationem, quod futurum est indicando præmonstrans. Velut Adam figura futuri [16], et petra figurate Christus [17]: et aqua promanans e petra [18], figura vivificæ potentiæ Verbi. *Si quis enim,* inquit, *sitit, veniat ad me, et bibat* [19]. Et manna typus vivi panis, qui de cœlo descendit [20]: et serpens super vexillo positus, salutiferæ passionis per crucem consummatæ, coque qui respi-

[13] Josue XXIV, 27. [14] I Cor. X, 2. [15] Exod. XIV, 31. [16] Rom. V, 14. [17] I Cor. X, 4. [18] Exod. XVII, 6. [19] Joan. VII, 37. [20] Deut. VIII, 3; Joan VI, 41.

non ut leguntur in Scripturis, referri opinatus est. Sed observare debuerat vir eruditus non Jacob, sed Josue dicta a Basilio citari. Ne cui similis error illudat, parenthesi inclusimus quæ de Jacob interjecta sunt. D

(64) *Ἐνεργείᾳ.* Nonnulli codices ἐναργείᾳ, quæ scriptura valde arridet Combefisio, vertendumque esse pronuntiat, *recordationis evidentia*, non, ut Erasmus, *ex recordationis.* Sed hic quoque errore labitur Combefisius, dum hæc ad Jacob refert. Non de Jacob loquitur Basilius, nec de recordatione illius fœderis cum Laban, sed de gravissima a Josue adhibita admonitione. Quare retinenda vox ἐνεργείᾳ. Quod enim lapides in testimonium vocantur, non eo spectat ut ostatio vel recordatio clarior fiat ac evidentior, sed ut admonitio acrior et vehementior.

(65) *Οἵτινές ποτ' ἄν*, etc. Multa hic mutamus freti mss. codicibus. Habebant enim editi ὁπότ' ἂν..., αὐτοῖς παραστήσεσθαι. .. ἐμπεπιστευμένοι. Legitur in editione Basil. οἵτινές ποτ' ἄν et αὐτούς.

(66) *Ὁμολογεῖται.* Ita libri veteres; editi ὡμολόγηται.

(67) *Τί οὖν.* Secunda vocula ex mss. addita. Paulo post ex duobus veteribus libris emendatum, quod minus commode in editis legebatur, ἡ δὲ εἰς τόν M., etc.

(68) *Προδιαμορφοῦται.* Quidam codices προδιαμορφοῦται. Paulo post editi προϋπεσήμηνεν, quod in codicibus mss. non reperitur; alii enim habent ut edidimus, alii ἀπεσήμαινεν.

(69) *Ἀδὰμ τύπος.* Editio Paris. Ἀδὰμ ἦν τύπος. Melius in mss. et edit. Basil.

Digitized by Google

ciebant ad illum, servabantur[21]. Similiter et quæ de eductis Israelitis scripta, ad significationem eorum qui baptismo salvi fiunt, narrata sunt[22]. Servata sunt enim Israelitarum primogenita, quemadmodum et baptizatorum corpora, cum gratia datur iis qui sanguine signati fuerunt. Sanguis enim pecudis, figura sanguinis Christi; primogenita vero typus hominis, qui primus conditus est; qui quoniam necessario in nobis est, dum successionis serie usque ad finem transmittitur, ideo in Adam omnes morimur[23], et regnavit mors usque ad legis consummationem, et Christi adventum. Conservata autem sunt a Deo primogenita, ne ea tangeret exstinctor, ut ostenderetur, nos jam non amplius mori in Adam, qui in Christo vivificati sumus. Cæterum mare et nebula, in præsenti quidem, inducebat ad fidem per admirationem; in futurum autem, tanquam typus gratiam venturam præsignabat. *Quis sapiens, et intelliget hæc*[24]? quomodo mare, per figuram baptisma, separans a Pharaone, quemadmodum et lavacrum hoc a diaboli tyrannide. Illud occidit hostem in sese, moritur et hic inimicitia, quæ nobis fuit cum Deo. Ab illo populus exiit illæsus; ascendimus et nos ab aquis tanquam ex mortuis vivi, servati per gratiam ejus qui vocavit nos. Nubes autem umbra doni Spiritus, qui libidinum flammam mortificando membra refrigerat.

A τες εἰς αὐτὸν διεσώζοντο. Οὕτω δὴ καὶ τὰ περὶ τῆς ἐξαγωγῆς (70) τοῦ Ἰσραὴλ εἰς ἔνδειξιν τῶν διὰ τοῦ βαπτίσματος σωζομένων ἱστόρηται. Διεσώθη γὰρ τῶν Ἰσραηλιτῶν τὰ πρωτότοκα, ὡς καὶ τῶν βαπτιζομένων τὰ σώματα, διδομένης (71) τῆς χάριτος τοῖς σημειωθεῖσιν ὑπὸ τοῦ αἵματος. Τὸ μὲν γὰρ αἷμα τοῦ προβάτου τύπος τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ· τὰ δὲ πρωτότοκα τύπος τοῦ πρωτοπλάστου· ὃς ἐπειδὴ ἀναγκαίως ἡμῖν ἐνυπάρχει τῇ ἀκολουθίᾳ τῆς διαδοχῆς μέχρι τέλους παραπεμπόμενος, διὰ τοῦτο ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκομεν, καὶ ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος (72) μέχρι τῆς τοῦ νόμου πληρώσεως, καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. Διετηρήθη δὲ (73) ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὰ πρωτότοκα, τοῦ μὴ θίγειν τὸν ὀλοθρεύοντα, εἰς ἔνδειξιν τοῦ μηκέτι ἡμᾶς ἀποθνήσκειν B ἐν τῷ Ἀδὰμ, τοὺς ζωοποιηθέντας ἐν τῷ Χριστῷ. Ἡ δὲ θάλασσα καὶ ἡ νεφέλη πρὸς μὲν τὸ παρὸν εἰς πίστιν ἐνῆγε διὰ τῆς καταπλήξεως· πρὸς δὲ τὸ μέλλον ὡς τύπος τὴν ἐσομένην χάριν προϋπεσήμαινε. *Τίς σοφὸς, καὶ συνήσει ταῦτα*; πῶς ἡ θάλασσα βάπτισμα τυπικῶς, χωρισμὸν ποιοῦσα τοῦ Φαρσὼ, ὡς καὶ τὸ λουτρὸν τοῦτο τῆς τυραννίδος τοῦ διαβόλου. Ἀπέκτεινεν ἐκείνη ἐν ἑαυτῇ τὸν ἐχθρόν· ἀποθνήσκει καὶ ὧδε ἡ ἔχθρα ἡμῶν ἡ εἰς Θεόν. Ἐξῆλθεν ἀπ' ἐκείνης ἀπαθὴς ὁ λαός· ἀναβαίνομεν καὶ ἡμεῖς ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντες ἀπὸ τοῦ ὕδατος, χάριτι σωθέντες τῇ τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς. Ἡ δὲ νεφέλη σκιὰ τῆς ἐκ τοῦ Πνεύματος δωρεᾶς, τοῦ τὴν φλόγα τῶν παθῶν διὰ τῆς νεκρώσεως τῶν μελῶν κα-

C ταψύχοντος.

32. Quid igitur? num quia typice in Moysen baptizati sunt, ideo exigua est gratia baptismatis? Sane hoc pacto nec aliud quidquam in nostris mysteriis fuerit magnum, si quod in singulis augustum est, per præcedentes figuras deprimamus. Ac ne Dei quidem erga homines charitas magnum quiddam et eximium, qui unigenitum Filium dedit pro peccatis nostris: quandoquidem et Abraham filio suo non pepercit[25]. Nec Domini passio gloriosa; siquidem aries loco Isaac victimæ figuram explevit[26]. Neque descensus ad inferos horribilis; quando quidem Jonas tribus diebus, ac totidem noctibus, mortis figuram prius explevit[27]. Idem ergo facit et de baptismate, qui veritatem cum umbra comparat, et cum figuris confert ea quæ figuris significantur, ac per Moysen et mare **27** totam simul evangelicam dispensationem elevare aggreditur. Nam quæ peccatorum remissio, quæ vitæ

32. Τί οὖν; ἐπειδὴ τυπικῶς εἰς Μωϋσῆν ἐβαπτίσθησαν, διὰ τοῦτο μικρὰ (74) ἡ τοῦ βαπτίσματος χάρις; Οὕτω μὲν οὖν οὐδ' ἂν ἄλλο τι μέγα εἴη τῶν ἡμετέρων, εἴπερ τὸ ἐν ἑκάστῳ σεμνὸν τοῖς τύποις προδιαβάλλοιμεν. Οὔτε γὰρ ἡ εἰς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ ἀγάπη μέγα τι καὶ ὑπερφυὲς, ὃς τὸν μονογενῆ Υἱὸν ἔδωκεν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν· ἐπειδὴ καὶ Ἀβραὰμ τοῦ ἰδίου υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο· οὐδὲ τὸ πάθος τοῦ Κυρίου ἔνδοξον· ἐπειδὴ πρόβατον ἀντὶ Ἰσαὰκ τὸν τύπον ἐπλήρου τῆς προσφορᾶς· οὔτε ἡ εἰς ᾅδου κάθοδος φοβερά· ἐπειδὴ Ἰωνᾶς ἐν τρισὶν ἡμέραις καὶ τοσαύταις νυξὶ τοῦ θανάτου τὸν τύπον προεξεπλήρου. Ταὐτὸν τοίνυν ποιεῖ καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος ὁ τῇ σκιᾷ συγκρίνων τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοῖς D τύποις παραβάλλων τὰ παρ' αὐτῶν σημαινόμενα, καὶ διὰ Μωϋσέως καὶ τῆς θαλάσσης πᾶσαν ὁμοῦ διασύρειν τὴν εὐαγγελικὴν οἰκονομίαν ἐπιχειρῶν. Ποία γὰρ ἄφεσις παραπτωμάτων (75); ποία ζωῆς

[21] Num. xxi, 9. [22] Exod. xii, 13. [23] 1 Cor. xv, 22. [24] Ose. xiv, 10. [25] Gen. xxii, 16. [26] ibid. 13. [27] Jon. ii 1.

(70) *Ἐξαγωγῆς*. Consentiunt in hac voce mss. codices. Editi διεξαγωγῆς. Displicet Combefisio Erasmi interpretatio, quia non statim de exitu Israelitarum loquitur Basilius; sed illa primogenitorum salus est velut initium exitus Israelitarum.

(71) *Διδομένης*. Reg. primus διαδιδομένης.

(72) *Ὁ θάνατος*. Editi addunt ἀπὸ Ἀδάμ, sed hæc desunt in mss.

(73) *Διετηρήθη δέ*. Pro his vocibus tres codices καὶ ἐσώζετο Paulo post codices mss. θίγειν, editi θήγειν.

(74) *Μικρά*. Tres codices μικρόν. Paulo post editi contra omnium codicum mss. fidem παραβάλλοιμεν, unde Erasmus, *si conferamus*.

(75) *Παραπτωμάτων*. Quidam codices ἁμαρτημάτων.

Digitized by Google

ἀνανέωσις ἐν θαλάσσῃ; ποιον χαρισμα πνευματικὸν διὰ Μωϋσέως; ποία νέκρωσις ἁμαρτίας ἐκεῖ; Οὐ συναπέθανον ἐκεῖνοι Χριστῷ· διόπερ οὐδὲ συνηγέρθησαν. Οὐκ ἐφόρσηαν τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, οὐ τὴν νέκρωσιν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τῷ σώματι περιήνεγκαν, οὐκ ἀπεδύσαντο τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον (76), οὐκ ἐνεδύσαντο τὸν νέον, τὸν ἀνακαινούμενον εἰς ἐπίγνωσιν, κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος αὐτόν. Τί οὖν (77) συγκρίνεις τὰ βαπτίσματα, ὧν ἡ προσηγορία μόνη κοινή, ἡ δὲ τῶν πραγμάτων διαφορὰ τοσαύτη, ὅση ἂν γένοιτο ὀνείρου πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ σκιᾶς καὶ εἰκόνων πρὸς τὰ κατ' οὐσίαν ὑφεστηκότα;

A renovatio in mari, quod donum spirituale per Moysen? quæ illic peccati interemptio? Non illi Christo commortui sunt, eoque nec cum illo resuscitati sunt [28]. Non portabant imaginem illius cœlestis [29], non mortificationem Jesu in corpore circumferebant [30], non exuerunt veterem hominem, non induerunt novum, qui renovatur in agnitionem secundum imaginem illius qui eum condidit [31]. Quid igitur confers baptismata, quorum sola communis appellatio; rerum autem tanta differentia, quanta somnii a veritate, ac umbræ et imaginum, ab his quæ revera subsistunt.

33. Ἀλλὰ καὶ ἡ εἰς τὸν Μωϋσέα πίστις οὐ τὴν εἰς τὸ Πνεῦμα πίστιν ὀλίγου τινὸς ἀξίαν δείκνυσιν· ἀλλὰ κατὰ τὸν τούτων λόγον, μᾶλλον τὴν εἰς τὸν Θεὸν τῶν ὅλων ὁμολογίαν κατασμικρύνει. *Ἐπίστευσε γάρ*, φησὶν, *ὁ λαὸς τῷ Θεῷ, καὶ Μωϋσεῖ τῷ θεράποντι αὐτοῦ.* Θεῷ τοίνυν συνέζευκται, οὐχὶ τῷ Πνεύματι· καὶ τύπος ἦν οὐχὶ τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ. Τὸν γὰρ μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων δι' ἑαυτοῦ τότε προαπετύπου (78) ἐν τῇ τοῦ νόμου διακονίᾳ. Οὐ γὰρ τοῦ Πνεύματος τύπος ἦν Μωϋσῆς, τὰ πρὸς τὸν Θεὸν τῷ λαῷ μεσιτεύων. Ἐδόθη γὰρ νόμος διαταγεὶς δι' ἀγγέλων, ἐν χειρὶ μεσίτου (δηλαδὴ τοῦ Μωϋσέως), κατὰ τὴν πρόκλησιν τοῦ λαοῦ λέγοντος· *Λάλησον σὺ*, φησὶ, *πρὸς ἡμᾶς, καὶ μὴ λαλείτω πρὸς ἡμᾶς ὁ Θεός.* Ὥστε ἡ εἰς αὐτὸν πίστις ἐπὶ τὸν Κύριον ἀναφέρεται, τὸν μεσίτην Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, τὸν εἰπόντα· *Εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσεῖ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί.* Ἆρα οὖν μικρὸν ἡ εἰς τὸν Κύριον πίστις, ἐπειδὴ διὰ Μωϋσέως προεσημάνθη; Οὕτως οὐδὲ εἴ τις εἰς Μωϋσῆν ἐβαπτίσθη, μικρὰ ἡ ἀπὸ τοῦ Πνεύματος ἐπὶ τὸ βάπτισμα χάρις. Καίτοιγε ἔχω λέγειν, ὅτι Μωϋσῆν καὶ τὸν νόμον τῇ Γραφῇ λέγειν σύνηθες· ὡς τὸ, *Ἔχουσι Μωϋσέα καὶ τοὺς προφήτας.* Τὸ οὖν νομικὸν βάπτισμα λέγων, Ἐβαπτίσθησαν, εἶπεν, εἰς τὸν Μωϋσῆν. Τί οὖν τὸ καύχημα τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, καὶ τὴν πλουσίαν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν δωρεὰν, τοῦ διὰ τῆς παλιγγενεσίας ἀνακαινίζοντος ἡμῶν, ὡς ἀετοῦ, τὴν νεότητα, εὐκαταφρόνητον (79) δεικνύουσιν οἱ ἀπὸ τῆς σκιᾶς καὶ τῶν τύπων τὴν ἀλήθειαν διαβάλλοντες; Ἤτου νηπίας φρενὸς παντελῶς τοῦτο, καὶ παιδός τινος ὡς ἀληθῶς γάλακτος δεομένου, ἀγνοεῖν τὸ μέγα τῆς σωτηρίας ἡμῶν μυστήριον, ὅτι κατὰ τὸν εἰσαγωγικὸν τῆς διδασκαλίας τρόπον, ἐν τῇ κατὰ τὴν εὐσέβειαν γυμνασίᾳ πρὸς τὴν τελείωσιν ἐναγόμενοι, τοῖς εὐληπτοτέροις πρῶτον καὶ συμμέτροις

33. Sed et ipsa fides in Moysen non fidem in Spiritum parvæ esse dignitatis ostendit; sed secundum istorum ratiocinationem, ea potius, quæ de Deo universorum profitemur, extenuat. *Credidit enim*, inquit, *populus Deo, et Moysi famulo ejus* [32]. Deo itaque copulatus est Moyses, non Spiritui; eratque typus, non Spiritus, sed Christi. Nam Dei et hominum mediatorem [33] per se ipsum tunc in ministerio legis præfigurabat. Neque enim Spiritus figura erat Moyses, inter Deum et populum intercedens. Data est enim lex disposita per angelos, in manu mediatoris [34] (videlicet Moysis), secundum provocationem populi dicentis: *Loquere tu nobis, et non loquatur nobis Deus* [35]. Itaque fides in Moysen ad Dominum refertur, mediatorem inter Deum et homines, qui dixit: *Si crederetis Moysi, crederetis utique mihi* [36]. An igitur parvi momenti fides in Dominum, quia per Moysen præsignata est? Sic si quis in Moysen baptizatus est, non idcirco exigua Spiritus gratia in baptismate. Quanquam alioqui possum dicere consuetudinem esse Scripturæ, Moysis nomine etiam significare legem, velut illud: *Habent Moysen et prophetas* [37]. Itaque de legali baptismate loquens, Baptizati sunt, inquit, in Moyse [38]. Cur igitur gloriationem nostræ spei, et dives illud Dei ac Servatoris nostri donum, qui per regenerationem renovat, velut aquilæ, juventutem nostram, contemptibile reddere conantur ii, qui ex umbra et figuris calumniantur veritatem? Profecto animi omnino infantilis est, puerique cui revera lacte est opus, ignorare magnum illud mysterium nostræ salutis: quod quemadmodum ad disciplinas discendas introduci solemus, ita in exercitatione pietatis, dum ad perfectionem inducimur, primum rebus quæ facilius percipiuntur, et quarum cognitio nobis congruit, ceu primis quibusdam

[28] Rom. VI, 8. [29] I Cor. XV, 49. [30] II Cor. IV, 10. [31] Coloss. III, 9, 10. [32] Exod. XIV, 31. [33] I Tim. II, 5. [34] Gal. III, 19. [35] Exod. XX, 19. [36] Joan. V, 46. [37] Luc. XVI, 29. [38] I Cor. X, 2.

(76) *Ἄνθρωπον.* Editi addunt σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, sed hæc desunt in veteribus libris. Iisdem auctoribus legimus κτίσαντος αὐτόν. Decst αὐτόν in editis.

(77) *Τί οὖν*, etc. Reg. tertius sic habet: Τί οὖν συγκρίνεις βάπτισμα ᾧ ἡ, etc. Paulo post legimus cum antiquis codicibus ὀνείρου et Μωϋσέα, editi ὀνείρων et Μωϋσῆν. Subinde codices duo Ἐπίστευσαν γὰρ, φησὶ, Θεῷ.

(78) *Προαπετύπου.* Sic plerique mss. Editi προανετύπου. Paulo post iidem editi cum uno codice ms. πρόσκλησιν, alii ut in contextu.

(79) *Εὐκαταφρόνητον.* Reg. secundus εὐκαταφρόνητα. Ibidem editi δείκνυτε, plerique codices ut in contextu. Haud procul ex tribus codicibus addimus τοῦτο post παντελῶς.

Digitized by Google

clementis Instituti sumus; Deo qui nostra gubernat, quasi oculos in tenebris enutritos, ad magnum veritatis lumen, paulatim assuefaciendo, subvehente. Dum enim infirmitati nostræ parcit, in profunda sapientiæ suæ opulentia, inque imperscrutabilibus intelligentiæ suæ judiciis placidam **28** hanc nobisque accommodam adhibuit institutionem, prius corporum umbras intueri, et in aquis solem cernere consuefaciens, ne protinus spectaculo puræ lucis offensi caligaremus. Ad consimilem enim rationem tum lex umbram habens futurorum [39], tum per prophetas facta olim delineatio, quæ est veritatis ænigma, exercitamenta oculorum cordis excogitata sunt: quod videlicet ab his futurus erat nobis transitus facilis ad reconditam in mysterio sapientiam. Itaque de figuris quidem hactenus. Neque enim licet huic loco diutius immorari. Alioqui quod obiter incidit, longe majus fieret argumento principali.

A ἡμῖν κατὰ τὴν γνῶσιν (80) ἐστοιχειώθημεν· τοῦ οἰκονομοῦντος τὰ ἡμέτερα, ὥσπερ ὀφθαλμοὺς ἐν σκότῳ τραφέντας, τῷ κατ' ὀλίγον ἐθισμῷ πρὸς τὸ μέγα φῶς τῆς ἀληθείας ἀνάγοντος. Φειδοῖ γὰρ τῆς ἀσθενείας ἡμῶν, ἐν τῷ βάθει τοῦ πλούτου τῆς σοφίας αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀνεξιχνιάστοις κρίμασι τῆς συνέσεως (81) τὴν προσηνῆ ταύτην καὶ εὐάρμοστον ἡμῖν ὑπέδειξεν ἀγωγήν, τὰς σκιὰς πρότερον ὁρᾶν τῶν σωμάτων, καὶ ἐν ὕδατι βλέπειν τὸν ἥλιον προεθίζων, ὡς μὴ εὐθὺς τῇ θέᾳ τοῦ ἀκράτου φωτὸς προσβαλόντας ἀμαυρωθῆναι. Κατὰ γὰρ τὸν ἴσον λόγον ὅ τε νόμος, σκιὰν ἔχων τῶν μελλόντων, καὶ ἡ διὰ τῶν προφητῶν προτύπωσις (82), αἴνιγμα οὖσα τῆς ἀληθείας, γυμναστήρια τῶν ὀφθαλμῶν τῆς καρδίας ἐπινενόηται· ὡς ἀπὸ τούτων ῥᾳδίας τῆς μετα- B βάσεως ἡμῖν πρὸς τὴν ἀποκεκρυμμένην ἐν μυστηρίῳ σοφίαν γενησομένης. Τὰ μὲν οὖν περὶ τύπων ἐπὶ τοσοῦτον. Καὶ γὰρ οὐδὲ δυνατὸν, ἐπὶ πλέον προσδιατρῖψαι (83) τῷ τόπῳ, ἢ οὕτω γ' ἂν τὸ ἐπεισόδιον πολλαπλάσιον εἴη τοῦ κεφαλαίου.

CAPUT XV.

Responsio ad id quod subinferunt, nos et in aquam baptizari: ubi et de baptismate.

34. Quid igitur ad hæc? Multis quippe solutionibus abundant. Etiam in aquam baptizamur, nec tamen aquam universæ creaturæ præferemus, neque ei Patris ac Filii honorem impertiemus. Atque illorum quidem verba talia sunt, qualia hominum ira commotorum, qui ob affusas rationi ex affectu tenebras, a nullo temperant, quod ad ulciscendum eum a quo offensi sunt faciat. Nos autem ne de his quidem gravabimur disserere. Aut enim ignorantes docebimus, aut maligne obsistentibus non concedemus. Sed paulo altius.

35. Dei ac Servatoris nostri circa hominem dispensatio revocatio est a lapsu, reditusque ad Dei familiaritatem ab alienatione quam induxit inobedientia. Hanc ob causam, adventus Christi in carne, evangelicæ conversationis formæ, afflictiones, crux, sepultura, resurrectio, ut homo qui salvus fit per imitationem Christi, veterem illam filiorum adoptionem recipiat. Itaque necessarium est ad vitæ perfectionem Christum imitari, non solum in exemplis, quæ in vita demonstravit, lenitatis, humilitatis ac patientiæ, verum etiam ipsius mortis, D sicut Paulus ait Christi imitator: *Conformatus morti*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ἀπάντησις πρὸς ἀνθυποφοράν, ὅτι καὶ εἰς ὕδωρ βαπτιζόμεθα· ἐν ᾧ καὶ τὰ περὶ βαπτίσματος.

34. Τί οὖν πρὸς τούτοις (84) ἔτι; Πολλῶν γὰρ διαλύσεων εὐποροῦσιν. Καὶ εἰς ὕδωρ βαπτιζόμεθα, καὶ οὐ δήπου τὸ ὕδωρ πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως προτιμήσομεν, ἢ καὶ αὐτῷ τῆς Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τιμῆς μεταδώσομεν. Οἱ μὲν οὖν ἐκείνων λόγοι τοιοῦτοι, ὁποῖοι ἂν γένοιντο ἀνθρώπων ὠργισμένων, καὶ διὰ τὴν ἐκ τοῦ πάθους τῶν λογισμῶν ἐπισκότησιν, μηδενὸς φειδομένων πρὸς τὴν τοῦ λελυπηκότος ἄμυναν. C Ἡμεῖς δὲ οὐδὲ τὸν περὶ τούτων κατοκνήσομεν λόγον. Ἢ γὰρ ἀγνοοῦντας διδάξομεν, ἢ κακουργοῦσιν οὐκ ἐπιτρέψομεν. Μικρὸν δὲ ἄνωθεν (85).

35. Ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν περὶ τὸν ἄνθρωπον οἰκονομία ἀνάκλησίς ἐστιν ἀπὸ τῆς ἐκπτώσεως, καὶ ἐπάνοδος εἰς οἰκείωσιν Θεοῦ ἀπὸ τῆς διὰ τὴν παρακοὴν γενομένης ἀλλοτριώσεως. Διὰ τοῦτο ἡ μετὰ σαρκὸς ἐπιδημία Χριστοῦ, αἱ τῶν εὐαγγελικῶν πολιτευμάτων ὑποτυπώσεις (86), τὰ πάθη, ὁ σταυρός, ἡ ταφή, ἡ ἀνάστασις· ὥστε τὸν σωζόμενον ἄνθρωπον διὰ μιμήσεως Χριστοῦ τὴν ἀρχαίαν ἐκείνην υἱοθεσίαν ἀπολαβεῖν. Ἀναγκαία τοίνυν ἐστὶ πρὸς τελείωσιν ζωῆς ἡ Χριστοῦ μίμησις οὐ μόνον ἐν τοῖς κατὰ τὸν βίον ὑποδείγμασιν ἀοργησίας καὶ ταπεινοφροσύνης καὶ μακροθυμίας, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ θανάτου,

[39] Hebr. x, 1.

(80) *Κατὰ τὴν γνῶσιν.* Nescio unde editi habeant κατὰ τὴν ἀκατάληπτον γνῶσιν, quod in nullo prorsus codice reperimus.

(81) *Τῆς συνέσεως.* Editio Paris. addit αὐτοῦ, quod abest a nostris codicibus et ab edit. Basil. Paulo post legimus cum veteribus libris ἐν ὕδατι pro eo quod erat in editis ἐν ὕδασι.

(82) *Προτύπωσις.* Sic quatuor codices mss. Alii cum editis τύπωσις. Paulo post editi τῆς καρδίας ἡμῶν. Mss. ut in textu.

(83) *Προσδιατρῖψαι.* Sic omnes codices; editi ἐνδιατρῖψαι. Quamvis autem ibidem plerique codices habeant τῷ τύπῳ, retinuimus τόπῳ, sic enim postulat sententiæ series.

(84) *Τί οὖν πρὸς τούτοις.* Hæc periodus in editis ad caput præcedens refertur; sed commodius visum est inde initium hujus capitis ut in nonnullis mss. ducere. Paulo post tres codices ἢ καὶ αὐτό.

(85) *Ἄνωθεν.* Editi addunt ἀναλαβόντες εἴπωμεν, sed hæc ab antiquis omnibus libris absunt, nec videntur necessaria. Ibidem quatuor codices ἡ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός.

(86) *Αἱ τῶν... ὑποτυπώσεις.* Sic prisci quinque libri: editi autem ἡ... ὑποτύπωσις. Reg. secundus ibidem ἡ μετὰ σαρκὸς οἰκονομία.

Digitized by Google

ὡς Παῦλός φησιν ὁ μιμητὴς τοῦ Χριστοῦ· *Συμμορφούμενος τῷ θανάτῳ αὐτοῦ, εἴ πως καταντήσω εἰς τὴν ἐκ νεκρῶν ἐξανάστασιν.* Πῶς οὖν γινόμεθα ἐν τῷ ὁμοιώματι τοῦ θανάτου αὐτοῦ; Συνταφέντες αὐτῷ διὰ τοῦ βαπτίσματος. Τίς οὖν ὁ τρόπος τῆς ταφῆς; καὶ τί τὸ ἐκ τῆς μιμήσεως χρήσιμον; Πρῶτον μὲν ἀναγκαῖον, τὴν ἀκολουθίαν τοῦ προτέρου βίου διακοπῆναι. Τοῦτο δὲ ἀδύνατον, μὴ ἄνωθεν γεννηθέντα, κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν. Ἡ γὰρ παλιγγενεσία, ὡς καὶ αὐτὸ δηλοῖ τὸ ὄνομα, δευτέρου βίου ἐστὶν ἀρχή. Ὥστε πρὶν ἄρξασθαι τοῦ δευτέρου, πέρας (87) χρὴ δοῦναι τῷ προλαβόντι. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν τὸν δίαυλον ἀνακαμπτόντων στάσις τις καὶ ἐπηρέμησις τὰς ἐναντίας κινήσεις διαλαμβάνει· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς τῶν βίων μεταβολῆς ἀναγκαῖον ἐφάνη θάνατον ἀμφοτέροις μεσιτεῦσαι τοῖς βίοις, περατοῦντα μὲν τὰ προάγοντα, ἀρχὴν δὲ διδόντα τοῖς ἑξῆς. Πῶς οὖν κατορθοῦμεν τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον (88); Μιμούμενοι τὴν ταφὴν τοῦ Χριστοῦ διὰ τοῦ βαπτίσματος. Οἱονεὶ γὰρ ἐνθάπτεται τῷ ὕδατι τῶν βαπτιζομένων τὰ σώματα. Ἀπόθεσιν οὖν τῶν ἔργων τῆς σαρκὸς συμβολικῶς ὑποφαίνει (89) τὸ βάπτισμα, κατὰ τὸν Ἀπόστολον λέγοντα, ὅτι *Περιετμήθητε περιτομῇ ἀχειροποιήτῳ, ἐν τῇ ἀπεκδύσει τοῦ σώματος τῆς σαρκὸς, ἐν τῇ περιτομῇ τοῦ Χριστοῦ, συνταφέντες αὐτῷ ἐν τῷ βαπτίσματι.* Καὶ οἱονεὶ καθάρσιόν ἐστι ψυχῆς τοῦ ἀπὸ τοῦ σαρκικοῦ φρονήματος αὐτῇ προσγενομένου ῥύπου, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι *Πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι.* Διὰ τοῦτο οὐχὶ Ἰουδαϊκῶς ἐφ' ἑκάστῳ μολύσματί ἀπολουόμεθα, ἀλλ' ἓν οἴδαμεν τὸ σωτήριον βάπτισμα· ἐπειδὴ εἷς ἐστιν ὁ ὑπὲρ τοῦ κόσμου θάνατος, καὶ μία ἡ ἐκ νεκρῶν ἐξανάστασις, ὧν τύπος ἐστὶ τὸ βάπτισμα. Τούτου χάριν ὁ τὴν ζωὴν ἡμῶν (90) οἰκονομῶν Κύριος τὴν τοῦ βαπτίσματος ἡμῖν ἔθετο διαθήκην, θανάτου τύπον καὶ ζωῆς περιέχουσαν· τὴν μὲν τοῦ θανάτου εἰκόνα τοῦ ὕδατος ἐκπληροῦντος, τὸν δὲ τῆς ζωῆς ἀῤῥαβῶνα παρεχομένου τοῦ Πνεύματος. Ὥστε σαφὲς ἡμῖν ἐντεῦθεν γέγονε τὸ ζητούμενον, διὰ τί τῷ Πνεύματι τὸ ὕδωρ συμπαρελήφθη. Ὅτι δύο σκοπῶν ἐν τῷ βαπτίσματι προκειμένων, καταργῆσαι μὲν τὸ σῶμα τῆς ἁμαρτίας, τοῦ μηκέτι αὐτὸ καρποφορεῖν τῷ θανάτῳ, ζῆν δὲ τῷ Πνεύματι, καὶ τὸν καρπὸν ἔχειν ἐν ἁγιασμῷ· τὸ μὲν ὕδωρ τοῦ θανάτου τὴν εἰκόνα παρέχει, ὥσπερ ἐν ταφῇ τὸ σῶμα παραδεχόμενον· τὸ δὲ Πνεῦμα τὴν ζωοποιὸν ἐνίησι δύναμιν, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἁμαρτίαν νεκρότητος εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς ζωὴν τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀνακαινίζον. Τοῦτο οὖν ἐστι τὸ ἄνωθεν γεννηθῆναι ἐξ ὕδατος καὶ Πνεύματος· ὡς τῆς μὲν νεκρώσεως ἐν τῷ ὕδατι τελουμένης, τῆς δὲ

A *ejus, si quo modo perveniam ad resurrectionem ex mortuis*[40]. Quomodo igitur fit, ut simus in similitudine mortis ejus[41]? Consepulti cum illo per baptisma[42]. Quis igitur est modus sepulturæ, aut quis ex imitatione fructus? Primum quidem necesse est vitæ prioris seriem interrumpi. Id autem nemo potest consequi, nisi natus denuo, juxta Domini vocem[43]: siquidem regeneratio, uti ipsum etiam nomen declarat, alterius vitæ initium est. Quare antequam alteram vitam incipias, oportet priori finem imponere. Quemadmodum enim in his qui stadii **29** finem assecuti sese reflectunt, statio quædam et requies inter contrarias motiones interponitur: sic et in mutatione vitæ videbatur necessarium, ut mors inter priorem et posteriorem vitam intercederet, quæ et præcedentia finiat, et initium B det sequentibus. Quomodo igitur assequimur descensum ad inferos? Christi sepulturam imitantes per baptismum. Eorum enim qui baptizantur corpora, quodammodo in aquis sepeliuntur. Proin depositionem operum carnis arcano modo significat baptismus, juxta Apostolum dicentem: *Circumcisi estis circumcisione non facta manu, in exspoliatione corporis carnis, in circumcisione Christi, sepulti cum illo in baptismo*[44]. Ac baptisma quodam modo repurgat animam a sordibus, quæ ei a carnali sensu accedunt, juxta id quod scriptum est: *Lavabis me, et super nivem dealbabor*[45]. Hanc ob causam non Judæorum more in quibuslibet inquinamentis abluimur, sed unum novimus salutiferum baptisma: C quandoquidem una est pro mundo mors, et una ex mortuis resurrectio, quarum figura est baptisma. Quapropter qui nostram vitam dispensat Dominus, baptismatis pactum nobis statuit, mortis ac vitæ typum habens: mortis quidem imaginem explente aqua, Spiritu vero vitæ arrham præbente. Hinc itaque nobis perspicuum est quod quærebatur, quamobrem aqua conjuncta fuerit Spiritui. Cum enim duo scopi propositi sint in baptismo, videlicet ut aboleatur corpus peccati, ne postea fructificet morti, tum ut vivatur Spiritu, et fructus habeatur in sanctificatione; aqua, mortis exhibet imaginem, corpus velut in sepulcro recipiens; Spiritus vero vim vivificam immittit, a morte pec- D cati renovans animas nostras in pristinam vitam. Hoc igitur est denuo nasci ex aqua et Spiritu[46]: quippe quia mors perficitur in aqua, vitam vero nostram operatur Spiritus. Tribus igitur demersionibus, ac totidem invocationibus, magnum baptismatis mysterium peragitur, ut et mortis figura exprimatur, et per traditionem divinæ scientiæ ani-

[40] Philipp. III, 10, 11. [41] Rom. VI, 5. [42] ibid. 4. [43] Joan. III, 3. [44] Coloss. II, 11. [45] Psal. L, 9. [46] Joan. III, 5.

(87) *Πρὶν ἄρξασθαι τοῦ δευτέρου, πέρας*, etc. Editi τῷ μέλλοντι ἄρξασθαι τοῦ δευτέρου βίου, πέρας, etc. Sed illud, τῷ μέλλοντι, in nullo codice reperitur, βίου autem in uno tantum. Emendavimus ope Regii primi, ex quo sumpsimus illud, πρίν, quod difficultatis nihil prorsus relinquit. Mox Reg. secundus Ὡς γὰρ τῶν ἐπὶ τὸν δίαυλον ἀνακαμπτόντων.

(88) *Τὴν εἰς ᾅδου κάθοδον.* Colbert. et Reg. tertius κατάβασιν.

(89) *Ὑποφαίνει.* Sic codices omnes. Editi ὑποσημαίνει.

(90) *Ἡμῶν.* Sic libri veteres. Editi ἡμῖν.

Digitized by Google

mus illustretur eorum qui baptizantur. Itaque si qua est gratia in aqua, non est ex ipsius aquæ natura, sed ex Spiritus præsentia. Non enim est baptismus depositio sordium corporis, sed conscientiæ bonæ interrogatio apud Deum [47]. Itaque ad eam vitam, quæ est ex resurrectione, præparans nos Dominus, totam evangelicam conversationem proponit; ut non irascamur, ut malorum tolerantes simus, et a voluptatum amore puri, ut a studio pecuniæ mores sint liberi, præscribens, ita ut quæ illud sæculum juxta naturam possidet, ea nos præcipientes ex animi inductione peragamus. Proinde si quis definiens dicat Evangelium esse vitæ, quæ est ex resurrectione, figuram, mihi nequaquam videatur a recto aberrare. Ad scopum igitur revertamur.

A ζωῆς ἡμῶν ἐνεργουμένης διὰ τοῦ Πνεύματος. Ἐν τρισὶν οὖν καταδύσεσι, καὶ ἰσαρίθμοις ταῖς ἐπικλήσεσι, τὸ μέγα μυστήριον τοῦ βαπτίσματος τελειοῦται, ἵνα καὶ ὁ τοῦ θανάτου τύπος ἐξεικονισθῇ, καὶ τῇ παραδόσει τῆς θεογνωσίας τὰς ψυχὰς φωτισθῶσιν οἱ βαπτιζόμενοι. Ὥστε εἴ τίς ἐστιν ἐν τῷ ὕδατι χάρις, οὐκ ἐκ τῆς φύσεώς ἐστι τοῦ ὕδατος, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος παρουσίας. Οὐ γάρ ἐστι τὸ βάπτισμα ῥύπου σαρκὸς ἀπόθεσις, ἀλλὰ συνειδήσεως ἀγαθῆς ἐπερώτημα εἰς Θεόν. Πρὸς οὖν τὸν ἐξ ἀναστάσεως βίον καταρτίζων ἡμᾶς ὁ Κύριος, τὴν εὐαγγελικὴν πᾶσαν ἐκτίθεται πολιτείαν, τὸ ἀόργητον, τὸ ἀνεξίκακον, τὸ φιληδονίας ἀῤῥύπωτον (91), τὸ ἀφιλάργυρον τοῦ τρόπου νομοθετῶν· ὥστε ἅπερ ὁ αἰὼν ἐκεῖνος κατὰ τὴν φύσιν κέκτηται, ταῦτα προλαβόν-
B τας ἡμᾶς ἐκ προαιρέσεως κατορθοῦν. Εἰ τοίνυν τις ὀργιζόμενος εἴποι τὸ Εὐαγγέλιον εἶναι τοῦ ἐξ ἀναστάσεως βίου προδιατύπωσιν, οὐκ ἄν μοι δοκῇ (92) τοῦ προσήκοντος ἁμαρτεῖν. Ἐπὶ οὖν τὸν σκοπὸν ἐπανέλθωμεν.

36. Per Spiritum sanctum datur in paradisum **30** restitutio, ad regnum cœlorum ascensus, in adoptionem filiorum reditus : datur fiducia Deum appellandi Patrem suum, consortem fieri gratiæ Christi, filium lucis appellari, æternæ gloriæ participem esse, et ut semel omnia dicam, esse in omni benedictionis plenitudine, tum in præsenti hoc sæculo, tum in futuro : repositorum nobis in promissis bonorum, quæ per fidem fruenda exspectamus, perinde quasi jam adsint, gratiam velut in speculo contemplantes. Nam si talis est arrhabo, quale est illud quod perfectum est? et
C si tantæ sunt primitiæ, quæ erit totius consummatio? Insuper et illinc cognoscitur quantum inter eam gratiam quæ a Spiritu proficiscitur, et baptismum, qui aqua constat, sit discriminis, quod Joannes quidem baptizavit in aqua ad pœnitentiam, Dominus autem noster Jesus Christus in Spiritu sancto. *Ego equidem*, inquit, *baptizo vos in aqua ad pœnitentiam : qui autem post me venit, potentior me est; cujus non sum dignus ut gestem calceamenta : ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, et igni* [48] ; ignis baptismum probationem quæ fiet in judicio, dicens, quemadmodum Apostolus ait : *Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit* [49]; et rursus : *Dies enim declarabit, quod in igne patefit* [50]. Jam vero sunt nonnulli, qui in certaminibus
D pro pietate, revera non imitatione mortem pro Christo perpessi, nihil symbolis quæ sunt in aqua opus habuerunt ad salutem, nimirum in proprio baptizati sanguine. Neque hæc ita loquor, quod aquæ baptisma spernam, sed ut istorum rationes

36. Διὰ Πνεύματος ἁγίου ἡ εἰς παράδεισον ἀποκατάστασις· ἡ εἰς βασιλείαν οὐρανῶν ἄνοδος· ἡ εἰς υἱοθεσίαν ἐπάνοδος· ἡ παῤῥησία τοῦ καλεῖν ἑαυτῶν (93) Πατέρα τὸν Θεόν, κοινωνὸν γενέσθαι τῆς χάριτος τοῦ Χριστοῦ, τέκνον φωτὸς χρηματίζειν, δόξης ἀϊδίου μετέχειν, καὶ ἁπαξαπλῶς ἐν παντὶ πληρώματι εὐλογίας γενέσθαι ἔν τε τῷ αἰῶνι τούτῳ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκειμένων ἡμῖν ἀγαθῶν, ὧν διὰ πίστεως ἀπεκδεχόμεθα τὴν ἀπόλαυσιν, ὡς ἤδη παρόντων, τὴν χάριν ἐνοπτριζόμενοι. Εἰ γὰρ ὁ ἀῤῥαβὼν τοιοῦτος, ἡλίκον τὸ τέλειον; καὶ εἰ ἡ ἀπαρχὴ τοσαύτη (94), τίς ἡ τοῦ ὅλου πλήρωσις; Ἔτι κἀκεῖθεν τῆς ἀπὸ τοῦ Πνεύματος χάριτος πρὸς τὸ ἐν ὕδατι βάπτισμα γνώριμον τὸ διάφορον· ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν, ὁ δὲ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ (95). *Ἐγὼ μὲν γὰρ ὑμᾶς*, φησὶ, *βαπτίζω ἐν ὕδατι εἰς μετάνοιαν· ὁ δὲ ὀπίσω μου ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μού ἐστιν· οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι· αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, καὶ πυρί·* τὸ τοῦ πυρὸς βάπτισμα τὴν ἐν τῇ κρίσει δοκιμασίαν λέγων, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Ἑκάστου τὸ ἔργον ὁποῖόν ἐστι, τὸ πῦρ αὐτὸ* (96) *δοκιμάσει·* καὶ πάλιν· *Ἡ γὰρ ἡμέρα δηλώσει, ὅτι ἐν πυρὶ ἀποκαλύπτεται.* Ἤδη δέ τινες ἐν τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσιν, ἀληθείᾳ καὶ οὐ μιμήσει τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον ὑποστάντες, οὐδὲν τῶν ἐκ τοῦ ὕδατος συμβόλων εἰς τὴν σωτηρίαν ἐπεδεήθησαν, ἐν τῷ ἰδίῳ αἵματι βαπτισθέντες. Καὶ οὐκ ἀθετῶν τὸ ἐν τῷ ὕδατι βάπτισμα, ταῦτα λέγω, ἀλλὰ τοὺς λογισμοὺς καθαιρῶν τῶν ἐπαιρομένων κατὰ τοῦ Πνεύματος, καὶ

[47] I Petr. III, 21. [48] Matth. III, 11. [49] I Cor. III, 13. [50] ibid.

(91) *Ἀῤῥύπωτον*. Duo codices mss. ἄῤῥυπον.

(92) *Δοκῇ*. Sic libri veteres, melius quam editi δοκεῖ.

(93) *Ἑαυτῶν*. Ita codices mss. Editi ἑαυτοῦ. Ibidem Reg. quartus. τῆς χαρᾶς τοῦ Χριστοῦ.

(94) *Τοσαύτη*. Sic quatuor codices : alii cum editis τοιαύτη. Ibidem editio Basileensis τίς ἡ τοῦ λόγου πλήρωσις, quæ verba sic reddidit Erasmus : *Quæ erit verbi consummatio?* Paulo post addimus εἰς μετάνοιαν ex tribus codicibus.

(95) *Τῷ ἁγίῳ*. Editi addunt καὶ τῷ πυρί. Sed hæc in nullo codice ms.

(96) *Αὐτό*. Legitur ea vox in cod. Colbert. et Reg. quinto, abest ab aliis.

Digitized by Google

μιγνύντων τὰ ἄμικτα, καὶ παρισαζόντων (97) τὰ ἀσυνείκαστα.

dejiciam, qui adversus Spiritus eriguntur; quique commiscent non miscenda, et similia faciunt, quæ comparationem respuunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

CAPUT XVI.

Ὅτι ἀχώριστον ἐπὶ πάσης ἐννοίας Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἔπί τε τῆς τῶν νοητῶν δημιουργίας, καὶ ἐπὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων οἰκονομίας, καὶ ἐπὶ τῆς προσδοκωμένης κρίσεως.

Quod in omni notione Spiritus sanctus inseparabilis est a Patre et Filio, sive in creatione intelligibilium creaturarum, sive in humanarum rerum dispensatione, sive in judicio quod exspectatur.

37. Ἐπὶ οὖν τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπανίωμεν, ὅπως ἐν πᾶσιν ἀχώριστόν ἐστι καὶ ἀδιάστατον παντελῶς Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἐν τῷ περὶ τοῦ χαρίσματος τῶν γλωσσῶν τόπῳ, Κορινθίοις ἐπιστέλλων ὁ Παῦλος (98)· *Ἐὰν πάντες, φησὶ, προφητεύητε, εἰσέλθῃ δέ τις* (99) *ἄπιστος ἢ ἰδιώτης, ἐλέγχεται ὑπὸ πάντων, ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων, τὰ κρυπτὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ φανερὰ γίνεται· καὶ οὕτω πεσὼν ἐπὶ πρόσωπον, προσκυνήσει τῷ Θεῷ, ἐξαγγέλλων, ὅτι ὁ Θεὸς ὄντως ἐν ὑμῖν ἐστιν.* Εἰ τοίνυν ἐκ τῆς προφητείας, τῆς κατὰ τὴν διαίρεσιν τῶν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος ἐνεργουμένης, ἐπιγινώσκεται ὁ Θεὸς ἐν τοῖς προφήταις εἶναι, βουλευσάσθωσαν οὗτοι ποίαν χώραν ἀποδώσουσι τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ· πότερον μετὰ Θεοῦ τάσσειν (1), ἢ πρὸς τὴν κτίσιν ἐξωθεῖν δικαιότερον. Καὶ τὸ πρὸς Σάπφειραν ὑπὸ Πέτρου· *Τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν πειράσαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; οὐκ ἐψεύσασθε ἀνθρώποις, ἀλλὰ Θεῷ·* δείκνυσιν, ὅτι τὰ αὐτὰ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ εἰς Θεόν ἐστι τὰ ἁμαρτήματα. Καὶ οὕτω δ' ἂν τὸ συναφὲς καὶ ἀδιαίρετον κατὰ πᾶσαν ἐνέργειαν ἀπὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τοῦ Πνεύματος διδαχθείης. Ἐνεργοῦντος (2) τοῦ Θεοῦ τὰς διαιρέσεις τῶν ἐνεργημάτων, καὶ τοῦ Κυρίου τὰς διαιρέσεις τῶν διακονιῶν, συμπάρεστι τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τὴν διανομὴν τῶν χαρισμάτων πρὸς τὴν ἀξίαν ἑκάστου αὐτεξουσίως οἰκονομοῦν. *Διαιρέσεις γὰρ, φησὶ, χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα. Καὶ διαιρέσεις διακονιῶν εἰσιν, ὁ δὲ αὐτὸς Κύριος. Καὶ διαιρέσεις ἐνεργημάτων εἰσὶν, ὁ δὲ αὐτὸς Θεὸς, ὁ ἐνεργῶν τὰ πάντα ἐν πᾶσι. Ταῦτα δὲ πάντα, φησὶν, ἐνεργεῖ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καθὼς βούλεται.* Οὐ μὴν ἐπειδὴ πρῶτον ἐνταῦθα τοῦ Πνεύματος ὁ Ἀπόστολος ἐπεμνήσθη, καὶ δεύτερον τοῦ Υἱοῦ, καὶ τρίτον τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, ἤδη χρὴ καθόλου νομίζειν ἀντεστραφθαι τὴν τάξιν. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἡμετέρας σχέσεως τὴν ἀρχὴν ἔλαβεν· ἐπειδὴ ὑποδεχόμενοι τὰ δῶρα, πρῶτον ἐντυγχάνομεν τῷ διανέμοντι· εἶτα ἐννοοῦμεν τὸν ἀποστείλαντα· εἶτα ἀνάγομεν τὴν ἐνθύμησιν ἐπὶ τὴν πηγὴν καὶ αἰτίαν τῶν ἀγαθῶν.

(56) *Ἐπὶ τῇ ἀναδείξει.* Non respicit Basilius ad ritum ostensionis Eucharistiæ, ut multi existimarunt, sed potius ad verba, Liturgiæ ipsi ascriptæ, cum petit sacerdos, ut veniat Spiritus sanctus ἁγιάσαι καὶ ἀναδεῖξαι τὸν μὲν ἄρτον τοῦτον αὐτὸ τὸ τίμιον σῶμα τοῦ Κυρίου. Hæc autem verba, ἐπὶ τῇ ἀναδείξει, sic reddit Erasmus, *cum ostenditur.* Vituperat eum Ducæus, sicque ipse vertit, *cum conficitur*, atque hanc interpretationem multis exemplis confirmat. Videtur tamen nihil prorsus vitii habitura hæc interpretatio, *Invocationis verba cum ostenditur panis Eucharistiæ*, id est cum panis non jam panis est, sed panis Eucharistiæ, sive corpus Christi ostenditur; et in liturgia, *Ut sanctificet et ostendat hunc quidem panem, ipsum pretiosum corpus Domini.* Nam 1° Cur eam vocem reformidemus, qua Latini uti non dubitant, ubi de Eucharistia loquuntur? quale est illud Cypriani in epistola 63 ad Cæcilium : *Vino Christi sanguis ostenditur.* Sic etiam Tertullianus, I *Marc.*, c. 14 : *Panem quo ipsum corpus suum repræsentat.* 2° Ut Græce, ἀναδεῖξαι, ἀποφαίνειν, ita etiam Latine, *ostendere*, corpus Christi præsens in Eucharistia significatione quodam modo exprimit. Hoc enim verbum non solum panem fieri corpus Domini significat, sed etiam fidem nostram excitat, ut illud corpus sub specie panis videndum, tegendum, adorandum ostendi credamus. Quemadmodum Irenæus, cum ait lib. IV, cap. 33 : *Accipiens panem suum corpus esse confitebatur, et temperamentum calicis suum sanguinem confirmavit*, non solum mutationem panis et vini in corpus et sanguinem Christi exprimit, sed ipsam etiam Christi asseverationem, quæ hanc nobis mutationem persuadet : sic qui corpus Christi in Eucharistia ostendi et repræsentari dicunt, non modo jejune et exiliter loqui non videntur, sed etiam acriores Christi præsentis adorandi stimulos subjicere. Poterat ergo retineri interpretatio Erasmi; sed quia viris eruditis displicuit, satius visum est quid sentirem in hac nota exponere. — Vide Addenda.

(57) *Τί δέ; αὐτήν.* Reg. secundus Τίς δὲ αὐτοῦ τοῦ ἐλαίου τὴν χρίσιν λόγος, etc. Duo mss. τὴν χρῆσιν, *olei usum.* Mox unus codex ἄλλα τε ὅσα.

(58) *Ἀπεριεργάστῳ.* Duo mss. ἀπεριέργῳ. Mox editi ἐκεῖνοι. Quatuor mss. ut in textu.

Digitized by Google

ταξαν, καλῶς ἐκεῖνο δεδιδαγμένοι, τῶν μυστηρίων τὸ σεμνὸν (59) σιωπῇ διασώζεσθαι; Ἃ γὰρ οὐδὲ ἐποπτεύειν ἔξεστι τοῖς ἀμυήτοις, τούτων πῶς ἂν ἦν εἰκὸς τὴν διδασκαλίαν ἐκθριαμβεύειν ἐν γράμμασιν; ἢ τίποτε βουλόμενος ὁ μέγας Μωϋσῆς, οὐ πᾶσι βάσιμα εἶναι τὰ τοῦ ἱεροῦ πάντα πεποίηκεν; ἀλλ' ἔξω μὲν ἁγίων ἔστησε περιβόλων τοὺς βεβήλους, τὰς δὲ πρώτας αὐλὰς τοῖς καθαρωτέροις ἀνεῖς, τοὺς Λευΐτας μόνους ἀξίους ἔκρινε τοῦ θείου θεραπευτάς· σφάγια δὲ, καὶ ὁλοκαυτώσεις, καὶ τὴν λοιπὴν ἱερουργίαν τοῖς ἱερεῦσιν ἀποκληρώσας, ἕνα τῶν πάντων ἔκκριτον (60) εἰς τὰ ἄδυτα παραδέχεται· καὶ οὐδὲ τοῦτον διὰ παντὸς, ἀλλὰ κατὰ μίαν μόνην τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμέραν, καὶ ταύτης ὥραν τακτὴν εἰσιτητὸν αὐτῷ καταστήσας, ὥστε διὰ τὸ ἀπεξενωμένον καὶ ἄηθες θαμβούμενον ἐποπτεύειν τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων· εὖ εἰδὼς ὑπὸ σοφίας τῷ μὲν πεπατημένῳ καὶ αὐτόθεν ληπτῷ πρόχειρον οὖσαν τὴν καταφρόνησιν, τῷ δὲ ἀνακεχωρηκότι καὶ σπανίῳ φυσικῶς πως παρεζευγμένον τὸ περισπούδαστον. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ οἱ τὰ περὶ τὰς Ἐκκλησίας (61) ἐξαρχῆς διαθεσμοθετήσαντες ἀπόστολοι καὶ Πατέρες ἐν τῷ κεκρυμμένῳ καὶ ἀφθέγκτῳ τὸ σεμνὸν τοῖς μυστηρίοις ἐφύλασσον. Οὐδὲ γὰρ ὅλως μυστήριον τὸ εἰς τὴν δημώδη καὶ εἰκαίαν ἀκοὴν ἔκφορον. Οὗτος ὁ λόγος τῆς τῶν ἀγράφων παραδόσεως, ὡς μὴ καταμεληθεῖσαν (62) τῶν δογμάτων τὴν γνῶσιν εὐκαταφρόνητον τοῖς πολλοῖς γενέσθαι διὰ συνήθειαν. Ἄλλο γὰρ δόγμα, καὶ ἄλλο κήρυγμα. Τὸ μὲν γὰρ σιωπᾶται (63), τὰ δὲ κηρύγματα (64) δημοσιεύεται. Σιωπῆς δὲ εἶδος καὶ ἡ ἀσάφεια, ᾗ κέχρηται ἡ Γραφὴ, δυσθεώρητον κατασκευάζουσα τῶν δογμάτων τὸν νοῦν πρὸς τὸ τῶν ἐντυγχανόντων λυσιτελές. Τούτου χάριν πάντες μὲν ὁρῶμεν κατ' ἀνατολὰς ἐπὶ τῶν προσευχῶν· ὀλίγοι δὲ ἴσμεν, ὅτι τὴν

A rentiam silentio conservari. Nam quæ nec intueri fas est non initiatis, qui conveniebat horum doctrinam scriptis vulgari? aut quid tandem sibi voluit magnus ille Moyses, qui non omnia quæ erant in templo passus sit omnibus esse pervia [96]? sed profanos extra sacros cancellos statuit; ac priora quidem atria purioribus permittens, Levitas solos dignos censuit numinis ministerio [96]: mactationes autem holocaustomatumque oblationes, et reliqua quæ ad rem sacram pertinent sacerdotibus assignavit [97]; atque unum ex omnibus selectum in adyta admisit [98], et ne hunc quidem semper, sed uno tantum die quotannis: quin et hujus diei certam horam qua fas esset ingredi, præstituit, quo propter novitatem et insolentiam, cum stu-
B pore intueretur Sancta sanctorum [99]: probe sciens pro sua sapientia, res usu tritas et ex se obvias, expositas esse contemptui: rebus vero quæ sepositæ sunt ac raræ quodammodo naturaliter conjunctam esse summam admirationem ac studium. Ad eumdem profecto modum, et qui initio certos Ecclesiæ ritus præscripserunt apostoli et Patres, in occulto silentioque mysteriis suam servavere dignitatem. Neque enim omnino mysterium est, quod ad populares ac vulgares aures effertur. Hæc est ratio, cur quædam citra scriptum tradita sint, ne dogmatum notitia neglecta, propter assuetudinem vulgo veniret in contemptum. Aliud utique est dogma, aliud prædicatio. Nam dogmata silentur, prædicationes vero publicantur. Est au-
C tem silentii species etiam obscuritas qua utitur Scriptura, **56** intellectu difficilem reddens dogmatum sententiam, idque ad legentium utilitatem. Hanc ob causam omnes spectamus ad Orientem,

Num. IV, 20. [96] Num. XVIII, 21, 22. [97] ibid. 7. [98] Exod. XXX, 10. [99] Levit. XVI, 2.

(59) *Τὸ σεμνόν*. Sic mss. sex. Editi τὰ σεμνά. Paulo post editi θριαμβεύειν. Scriptura quam in textu posuimus, visa est potior, ac trium codicum auctoritate nititur.

(60) *Ἔκκριτον*. Ita editi et duo mss. Alii ἔγκριτον. Habent duo codices ἕνα τὸν πάντων. Paulo post editi μίαν μόνον. Sed mss. ut in textu.

(61) *Περὶ τὰς Ἐκκλησίας*. Tres codices περὶ τῆς Ἐκκλησίας.

(62) *Καταμεληθεῖσαν*. Sic mss. tres, melius quam
D editi καταμελετηθεῖσαν.

(63) *Τὸ μὲν γὰρ σιωπᾶται*. Sic duo codices mss. quibus favent alii quatuor, in quibus legitur τὰ μὲν σιωπᾶται. Editi τὰ μὲν δόγματα σιωπᾶται. Mirum autem videri possit, cur dicat Basilius dogmata sileri; cum constet catholici dogmatis prædicationem in omnibus semper Ecclesiis viguisse. Sed observandum est, id quod postea pluribus probabitur, Basilium de Scripturis potissimum loqui, in quibus plura dogmata, traditione ad nos transmissa, aut sileri ait, aut obscuritate, quæ est *silentii species*, involvi. In ipsa etiam ecclesia catechumenis multa abscondi solebant; non statim admittebantur in ecclesiam, nec admissis statim tradebatur Symbolum, ut ait Origenes lib. III *contra Celsum*, pag. 142. Idem Origenes, cum Christiana doctrina vocaretur a Celso κρύφιον δόγμα, *clancularium doyma*, respondet prædicationem Christianorum toti orbi notiorem esse, quam placita philosophorum; sed tamen fatetur, ut apud philosophos, ita etiam apud Christianos nonnulla esse veluti interiora, quæ post exteriorem et propositam omnibus doctrinam tradantur, lib. I, pag. 7. In libro autem III, pag. 143, ait, quæ maxime præclara et divina sunt, palam et aperte prædicari, si adsint prudentes auditores; sin autem lacte indigeant, profundiora illis abscondi et sileri.

(64) *Τὰ δὲ κηρύγματα*. Videntur hoc nomine designari leges ecclesiasticæ, et canonum decreta, quæ promulgari in ecclesia mos erat, ut neminem laterent. Basilius in epist. alias 241, κήρυγμα vocat canonem a se in raptores editum. Eodem nomine designantur in epist. al. 72, quæ Eustathius adversus Evippium et alios Arianos in litteris ad omnem fraternitatem missis scripserat. Κήρυγμα dicitur jejunii Quadragesimæ per totum orbem promulgatio, Homil. II *De jejunio*, p. 11. Erant tamen κηρύγματα sive prædicationes nonnullæ, quarum cognitio non omnibus pateret. Preces liturgiæ, quibus non intererant catechumeni, vocantur prædicationes in epist. al. 241: *Meministi enim procul dubio*, inquit Basilius, *prædicationum ecclesiasticarum, fidelis cum sis Dei gratia, in quibus et pro fratribus peregre constitutis precamur*, etc. Dicebat initio hujus capitis ex dogmatibus et prædicationibus ecclesiasticis alia ex Scripturis, alia ex arcana apostolorum traditione ad nos pervenisse.

Digitized by Google

cum precamur, pauci tamen novimus, quod id facientes antiquam requirimus patriam, videlicet paradisum, quem plantavit Deus in Eden ad Orientem [1]. Erecti itidem perficimus deprecationes in una Sabbati, sed rationem non omnes novimus. Non enim solum quod veluti simul cum Christo resuscitati, quæ sursum sunt quærere debeamus, in die resurrectionis datæ nobis gratiæ stando precantes nosmetipsos commonefacimus, sed quod is dies videatur aliquo modo imago venturi sæculi. Eoque cum sit principium dierum, non primus a Moyse, sed unus appellatus est. *Facta est enim*, inquit, *vespera, et factum est mane, dies unus* [2] : tanquam qui sæpe recurrat. Igitur unus est idem et octavus, unum illum singularem ac verum octavum, cujus et Psalmista in quibusdam Psalmorum inscriptionibus meminit [3], per se significans, statum videlicet hoc tempus secuturum, diem non desiturum, vesperæ nescium, successoris expertem, ævum illud nunquam finiendum nec unquam senescens. Necessario igitur in hoc die Ecclesia suos alumnos docet, preces suas stando absolvere, ut assidua commonitione vitæ illius nunquam desituræ, non negligamus ad eam demigrationem parare viaticum. Quin et totum illud quinquaginta dierum tempus admonitio est resurrectionis, quam in altero sæculo exspectamus. Nam unus ille et primus dies septies multiplicatus, septem sacræ Pentecostes hebdomadas absolvit. A primo enim incipiens, in eumdem desinit, per similes, qui in medio intercedunt, dies quinquagies evolutus. Unde et æternitatem similitudine refert, dum velut in motu circulari, ab iisdem orsus signis in eadem desinit. Quo in die, corporis erecto habitu precari potius nos Ecclesiæ ritus docuerunt, nimirum per evidentem commonitionem quasi transferentes mentem nostram a præsentibus ad futura. Insuper et quoties genua flectimus, et rursus erigimur, ipso facto ostendimus, quod ob peccatum in terram delapsi sumus, et per humanitatem ejus qui creavit nos in cœlum revocati sumus.

67. Deficiet me dies, si Ecclesiæ mysteria ci-

[1] Gen. II, 8. [2] Gen. I, 5. [3] Psal. VI et XII.

ἀρχαίαν ἐπιζητοῦμεν πατρίδα, τὸν παράδεισον, ὃν ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς ἐν Ἐδὲμ κατ' ἀνατολάς. Ὀρθοὶ μὲν πληροῦμεν τὰς εὐχὰς ἐν τῇ μιᾷ τοῦ Σαββάτου· τὸν δὲ λόγον οὐ πάντες οἴδαμεν. Οὐ γὰρ μόνον ὡς συναναστάντες Χριστῷ, καὶ τὰ ἄνω ζητεῖν ὀφείλοντες, ἐν τῇ ἀναστασίμῳ ἡμέρᾳ τῆς δεδομένης ἡμῖν χάριτος διὰ τῆς κατὰ τὴν προσευχὴν στάσεως ἑαυτοὺς ὑπομιμνήσκομεν· ἀλλ' ὅτι δοκεῖ πως τοῦ προσδοκωμένου αἰῶνος εἶναι εἰκών. Διὸ καὶ ἀρχὴ οὖσα ἡμερῶν, οὐχὶ πρώτη παρὰ Μωϋσέως, ἀλλὰ μία ὠνόμασται. *Ἐγένετο γὰρ*, φησὶν, *ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία*· ὡς τῆς αὐτῆς ἀνακυκλουμένης πολλάκις. Καὶ μία τοίνυν ἡ αὐτὴ, καὶ ὀγδόη, τὴν μίαν ὄντως ἐκείνην καὶ ἀληθινὴν ὀγδόην, ἧς καὶ ὁ Ψαλμῳδὸς ἔν τισιν ἐπιγραφαῖς τῶν ψαλμῶν ἐπεμνησθη, δι' ἑαυτῆς ἐμφανίζουσα, τὴν μετὰ τὸν χρόνον τοῦτον κατάστασιν, τὴν ἄπαυστον ἡμέραν, τὴν ἀέσπερον, τὴν ἀδιάδοχον, τὸν ἄληκτον ἐκεῖνον καὶ ἀγήρω αἰῶνα. Ἀναγκαίως οὖν τὰς ἐν αὐτῇ προσευχὰς ἑστῶτας ἀποπληροῦν τοὺς ἑαυτῆς τροφίμους ἡ Ἐκκλησία παιδεύει, ἵνα τῇ συνεχεῖ ὑπομνήσει τῆς ἀτελευτήτου ζωῆς τῶν πρὸς τὴν μετάστασιν ἐκείνην ἐφοδίων μὴ ἀμελῶμεν. Καὶ πᾶσα δὲ ἡ πεντηκοστὴ τῆς ἐν τῷ αἰῶνι (65) προσδοκωμένης ἀναστάσεώς ἐστιν ὑπόμνημα. Ἡ γὰρ μία ἐκείνη καὶ πρώτη ἡμέρα, ἑπτάκις ἐπταπλασιασθεῖσα, τὰς ἑπτὰ τῆς ἱερᾶς πεντηκοστῆς ἑβδομάδας ἀποτελεῖ. Ἐκ πρώτης γὰρ ἀρχομένη, εἰς τὴν αὐτὴν καταλήγει, δι' ὁμοίων τῶν ἐν τῷ μέσῳ ἐξελιττομένη πεντηκοντάκις. Διὸ καὶ αἰῶνα (66) μιμεῖται τῇ ὁμοιότητι, ὥσπερ ἐν κυκλικῇ κινήσει ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀρχομένη σημείων, καὶ εἰς τὰ αὐτὰ καταλήγουσα. Ἐν ᾗ τὸ ὀρθιον σχῆμα τῆς προσευχῆς προτιμᾷν οἱ θεσμοὶ τῆς Ἐκκλησίας ἡμᾶς ἐξεπαίδευσαν, ἐκ τῆς ἐναργοῦς ὑπομνήσεως οἱονεὶ μετοικίζοντες ἡμῶν τὸν νοῦν ἀπὸ τῶν παρόντων ἐπὶ τὰ μέλλοντα. Καὶ καθ' ἑκάστην δὲ γονυκλισίαν καὶ διανάστασιν ἔργῳ δείκνυμεν, ὅτι διὰ (67) τῆς ἁμαρτίας εἰς γῆν κατερρύημεν, καὶ διὰ τῆς φιλανθρωπίας τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς εἰς οὐρανὸν ἀνεκλήθημεν.

67. Ἐπιλείψει με ἡ ἡμέρα, τὰ ἄγραφα (68) τῆς

(65) *Ἐν τῷ αἰῶνι*. Editio Paris. ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. Sed hoc additamentum nec necessarium videtur, nec in ullo ex nostris codicibus reperitur, nec in edit. Basil.

(66) *Αἰῶνα*. Reg. secundus *αἰῶνας*.

(67) *Ὅτι διά*. Tres mss. ὅτι καὶ διά.

(68) *Τὰ ἄγραφα*. Id est, in Scripturis sacris non præscripta. Non enim hoc loco statuit Basilius, quod ab eo eruditorum nonnulli, in his præstantissimus scriptor Eusebius Renaudot Liturg. Orient., dissert. 1, cap. 2, doceri existimant, Eucharistiæ et baptismi et aliorum sacramentorum preces et ritus ne in ecclesiis quidem ad sacerdotum usum scripta servari. Merito illud quidem ex hoc capite colligitur, summam olim adhibitam fuisse cautionem, ne quid de mysteriis non solum ad gentiles, sed etiam ad catechumenos permaneret; ac recte observat scriptor modo laudatus, mysteria initiandis viva voce exponi, initiatis breviter et obscuriuscule in concionibus indicari solita, cum hac ἀποσιωπήσεως formula, *Norunt initiati*. Perincommode enim fuissent vulgata, quæ catechumenis spectare non licebat; nec leve periculum erat, ne vilescerent mysteria, si violata arcani sanctitas fuisset. Sed tamen Basilius dum scripta negat hæc instituta, non de veterum scriptorum libris, non de Liturgiis scripto consignatis, sed de Scripturis sanctis loquitur. Liquet 1° Pneumatomachos, dum glorificandi modum ὡς ἄγραφον rejiciunt, hoc tantum nomine argutias suas prætexuisse, quod in Scripturis non legeretur *cum sancto Spiritu*. Hinc Basilius illis instituta non scripta opponit; in primis invocationis verba, quæ quidem negat ab ullo sanctorum fuisse scripta, quia nec apud Basilium ἄγραφα dicuntur, quæ non ex-

Digitized by Google

Ἐκκλησίας μυστήρια διηγούμενον. Ἐῶ τἄλλα· αὐ- A
τὴν δὲ τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως (69) εἰς Πατέρα
καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα ἐκ ποίων γραμμάτων
ἔχομεν; Εἰ μὲν γὰρ ἐκ τῆς τοῦ βαπτίσματος πα-
ραδόσεως, κατὰ τὸ τῆς εὐσεβείας ἀκόλουθον, ὡς βα-
πτιζόμεθα οὕτω καὶ πιστεύειν ὀφείλοντες, οὐσίαν τῷ
βαπτίσματι (70) τὴν ὁμολογίαν κατατιθέμεθα, συγ-
χωρησάτωσαν καὶ ἡμῖν ἐκ τῆς αὐτῆς ἀκολουθίας
ὁμοίαν τῇ πίστει τὴν δόξαν ἀποδιδόναι· εἰ δὲ τὸν
τρόπον τῆς δοξολογίας ὡς ἄγραφον παραιτοῦνται,
δότωσαν ἡμῖν τῆς τε κατὰ τὴν πίστιν ὁμολογίας καὶ
τῶν λοιπῶν, ὧν ἀπηριθμησάμεθα, ἐγγράφους τὰς
ἀποδείξεις. Εἶτα τοσούτων ὄντων ἀγράφων, καὶ το-
σαύτην ἐχόντων τὴν ἰσχὺν εἰς τὸ τῆς εὐσεβείας μυ-
στήριον, μίαν λέξιν ἡμῖν ἐκ πατέρων εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦ-
σαν οὐ συγχωρήσουσιν, ἣν ἡμεῖς ἐκ τῆς ἀνεπιτη- B
δεύτου συνηθείας ταῖς ἀδιαστρόφοις τῶν Ἐκκλησιῶν
ἐναπομείνασαν εὕρομεν, οὐ μικρὸν τὸν λόγον ἔχουσαν,
οὐδὲ βραχεῖαν συντέλειαν εἰς τὴν τοῦ μυστηρίου
δύναμιν εἰσφερομένην (71);

68. Εἴρηται μὲν οὖν τίς ἡ δύναμις ἑκατέρας τῆς
ἐκφωνήσεως. Εἰρήσεται δὲ καὶ πάλιν, ὅπη τε συμ-
φωνοῦσιν ἀλλήλαις, καὶ ὅπη διΐστανται· οὐκ ἀπο-
μαχόμεναι πρὸς ἐναντίωσιν, ἀλλ' ἴδιον ἑκατέρα τὸν
νοῦν εἰσφερομένη πρὸς τὴν εὐσέβειαν. Ἡ μὲν γάρ,
ἐν, τὰ πρὸς ἡμᾶς παρίστησι μᾶλλον· ἡ δὲ, σὺν,
τὴν πρὸς Θεὸν κοινωνίαν τοῦ Πνεύματος ἐξαγγέλλει.
Διόπερ ἀμφοτέραις κεχρήμεθα ταῖς φωναῖς· τῇ μὲν
τὸ ἀξίωμα τοῦ Πνεύματος παριστῶντες, τῇ δὲ τὴν
χάριν τὴν παρ' ἡμῖν διαγγέλλοντες (72). Οὕτω καὶ C
ἐν τῷ Πνεύματι τὴν δόξαν προσάγομεν τῷ Θεῷ, καὶ
σὺν τῷ Πνεύματι· οὐδὲν ἡμέτερον λέγοντες, ἀλλ'
ὥσπερ ἀπὸ κανόνος, τῆς τοῦ Κυρίου διδασκαλίας,
ἐπὶ τὰ προσεχῆ καὶ ἀλλήλων ἐχόμενα, καὶ ἀναγκαίαν
ἐν τοῖς μυστηρίοις (73) τὴν συνάφειαν ἔχοντα, τὴν
φωνὴν μεταφέροντες. Τὸ γὰρ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος
συναριθμηθὲν ἀναγκαίως ᾠήθημεν δεῖν καὶ ἐπὶ τῆς
πίστεως συναρμόσαι. Τὴν δὲ ὁμολογίαν τῆς πίστεως
οἷον ἀρχήν τινα καὶ μητέρα τῆς δοξολογίας ἐποιη-
σάμεθα. Ἀλλὰ τί χρὴ ποιεῖν; Νῦν γὰρ ἡμᾶς διδα-
σκέτωσαν, μὴ βαπτίζειν ὡς παρελάβομεν· ἢ μὴ
πιστεύειν, ὡς ἐβαπτίσθημεν· ἢ μὴ δοξάζειν, ὡς
πεπιστεύκαμεν. Δεικνύτω γάρ τις ἢ ὡς οὐκ ἀναγ-
καία καὶ ἄῤῥηκτος ἡ πρὸς ἄλληλα τούτων ἀκολουθία,
ἢ ὡς οὐχὶ ἡ ἐν τούτοις καινοτομία τοῦ παντός ἐστι D
κατάλυσις. Ἀλλ' οὐ παύονται ἄνω καὶ κάτω θρυλ-

tra scriptum tradita pergam recensere. Omitto
57 cætera : ipsam fidei professionem in Patrem
et Filium et Spiritum sanctum, e quibus habe-
mus scriptis? Etenim si quoniam ex baptismi
traditione, juxta pietatis consecutionem, ut bapti-
zamur, ita et credere debemus, similem baptismo
professionem exhibemus : concedant etiam nobis,
ut juxta eamdem consequentiam glorificationem
fidei consimilem persolvamns. Quod si glorificandi
modum veluti scripto non traditum rejiciunt, pro-
ferant nobis et professionis fidei et cæterorum
quæ commemoravimus probationem e Scripturis.
Adhæc cum tam multa sint quæ scripto prodita
non sunt, et tantum habent momenti ad pietatis
mysterium, unicam dictiunculam quæ a majo-
ribus ad nos devenit, non concedent, quam nos ex
inaffectata consuetudine in Ecclesiis, quæ per-
versæ et corruptæ non sunt, permanentem invenimus, haud mediocrem rationem habentem, neque mediocre adjumentum ad mysterii vim afferentem?

68. Dictum quidem est quæ sit vis utriusque pronuntiationis. Dicetur autem et rursum ubi concordent inter sese, et ubi differant : non quod inter se pugnent per contrarietatem, sed quod utraque peculiarem afferat intellectum ad pietatem. Nam præpositio *in*, ea quæ ad nos spectant magis declarat : at præpositio *cum*, exprimit communionem Spiritus cum Deo. Quapropter vocibus ambabus utimur, altera quidem dignitatem Spiritus exprimentes, altera gratiam quæ in nobis est enuntiantes. Sic et in Spiritu et cum Spiritu offerimus gloriam Deo : nihil ex nobis dicentes, sed ex tradita a Domino doctrina, velut e regula, ad ea quæ conjuncta sunt, sibique invicem cohærent, ac necessariam in mysteriis copulationem habent, dictionem transferentes. Nam eum qui in baptismate connumeratus est, necessario judicamus et in fide oportere copulari. Professionem autem fidei, velut initium quoddam ac matrem glorificationis fecimus. Sed quid faciendum est? Nunc enim doceant nos, ne baptizemus, quemadmodum accepimus, aut ne credamus, quemadmodum baptizati sumus, aut ne glorificemus, quemadmodum credimus. Demonstret enim aliquis, aut non esse necessariam et indivulsam horum inter se consequentiam, aut in hisce novitatem non esse totius

stant nominatim in Scripturis. In libro sive epistola De fide, Moralibus præfixa, cum quidam ab eo postulassent ὁμολογίαν ἔγγραφον, *confessionem ex Scripturis petitam*, p. 223, profitetur se non usurum verbis ἀγράφοις, id est, quæ in Scripturis non leguntur. Unde Consubstantiale in illa fidei confessione non reperitur. Ariani apud Athanasium lib. De decret. Nic. queruntur quod Nicæni Patres ἀγράφους λέξεις, *dictiones non scriptas* admisissent. 2° Nihil veri dixisset Basilius, si confessionem fidei in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et alia ejusmodi instituta, quæ vocat ἄγραφα, nullo prorsus scripto consignata esse contendisset. Horum enim non infrequens apud antiquos scriptores mentio. Quin etiam ipse Basilius glorificandi modum, quem inter ἄγραφα instituta numerandum fatetur, in scriptis veterum Patrum sæpe occurrere demonstrat cap. 29. Frustra ergo sententiæ suæ præsidium a Basilio petunt, qui preces Liturgiæ sero admodum contendunt litteris mandatas fuisse.

(69) *Τῆς πίστεως*. Editi addunt πιστεύειν, quod sua sponte incommodum, ac in tribus mss. deest.

(70) *Τῷ βαπτίσματι*. Male in editione Paris. ἐν τῷ βαπτίσματι, quod ope veterum librorum emendavimus. Paulo post tres mss. ἐκ τῆς αὐτῆς ταύτης.

(71) *Εἰσφερομένην*. Ita mss. sex. Editi φερομένην.

(72) *Διαγγέλλοντες*. Ita omnes nostri codices mss. Editi ἐξαγγέλλοντες.

(73) *Ἐν τοῖς μυστηρίοις*. Præpositio addita ex mss.

Digitized by Google

destructionem. At non desinunt isti sursum deorsum jactare, glorificationem cum sancto Spiritu carere testimonio, carere Scriptura, et alia hujusmodi. Dictum est quidem nihil referre ad sensum, sive dicas, Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto, sive dicas, Gloria Patri et Filio cum sancto Spiritu. Non igitur fas est cuiquam syllabam *et*, ex ore Domini profectam rejicere aut expungere : nec quidquam vetat alteram quæ idem pollet, recipere : quæ quomodo cum illa vel conveniat vel discrepet, superius demonstravimus. Confirmat autem sententiam nobis et Apostolus, **58** indifferenter utraque voce utens interdum ita loquens : *In nomine Domini Jesu Christi, et in Spiritu Dei nostri* [4] ; ac rursus, *Congregatis vobis et meo Spiritu cum virtute Domini Jesu* [5] ; nihil interesse ratus, sive conjunctione, sive præpositione ad nominum conjunctionem utaris.

A λοῦντες τὴν ἁμάρτυρον καὶ ἄγραφον, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τὴν σὺν τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ δοξολογίαν. Εἴρηται μὲν οὖν, ὅτι ταυτόν ἐστι πρὸς διάνοιαν εἰπεῖν, Δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι· καὶ Δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Οὔτε οὖν τὴν καὶ συλλαβὴν ἐξ αὐτῆς τοῦ Κυρίου φωνῆς προελθοῦσαν ἀθετῆσαί τινι ἢ διαγράφειν οἷόν τε, καὶ τὴν ἰσοδυναμοῦσαν αὐτῇ οὐδὲν τὸ κωλύον καταδεχθῆναι (74)· ἣν ὅπως ἔχει πρὸς ἐκείνην διαφορᾶς τε καὶ ὁμοιότητος, ἐν τοῖς κατόπιν ἐδείξαμεν. Βεβαιοῖ δὲ ἡμῖν τὸν λόγον καὶ ὁ Ἀπόστολος ἀδιαφόρως ἑκατέρᾳ τῇ φωνῇ κεχρημένος, νῦν μὲν λέγων, *Ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἐν τῷ Πνεύματι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν*· πάλιν δὲ, *Συναχθέντων ὑμῶν καὶ τοῦ ἐμοῦ Πνεύματος σὺν τῇ δυνάμει τοῦ Κυρίου* B *Ἰησοῦ*· οὐδὲν διαφέρειν ἡγούμενος τῷ συνδέσμῳ ἢ τῇ προσθέσει πρὸς τὴν τῶν ὀνομάτων συμπλοκὴν ἀποχρήσασθαι.

CAPUT XXVIII.

Quod quæ de hominibus dicit Scriptura tanquam una cum Christo regnantibus, ea de Spiritu dici non concedunt adversarii.

69. Videamus porro an defensionem aliquam patribus nostris super hujusmodi usu possimus excogitare. Nam qui nobis ita loquendi fuerunt auctores, magis quam nos hærent in crimine. Paulus igitur Colossensibus scribens : *Et vos*, inquit, *cum essetis mortui delictis ac præputio, vivificavit simul cum Christo* [6]. Num igitur toti populo et Ecclesiæ donavit Deus vitam quæ est C cum Christo, sancto autem Spiritui non est vita cum Christo? Quod si istud vel animo concipere impium est, annon pium fuerit, ut habet natura, ita etiam professionem conjunctim persolvere? Adhæc, annon extremi stuporis est, fateri sanctos esse cum Christo (siquidem Paulus peregrinans a corpore præsens est apud Dominum [7] ; et ubi emigravit, jam cum Christo est) : hos vero Spiritui, quantum quidem in ipsis est, neque hoc tribuere, ut æque saltem atque homines cum Christo sit? Quin et Paulus seipsum Dei cooperatorem appellat in administratione Evangelii : sed Spiritum sanctum, per quem in omni creatura quæ sub cœlo est, fructificat Evangelium, si cooperatorem appellemus, hic quoque impietatis nos reos D peragent? Et ut videtur, vita sperantium in Domino abscondita est cum Christo in Deo, cumque Christus apparuerit vita nostra, tum et ipsi cum eo apparebunt in gloria [8] : ipse autem Spiritus vitæ, qui liberavit nos a lege peccati [9], nequaquam est cum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Ὅτι ἃ περὶ τῶν ἀνθρώπων λέγει ἡ Γραφὴ ὡς συμβασιλευόντων Χριστῷ, ταῦτα περὶ τοῦ Πνεύματος οὐ συγχωροῦσιν οἱ ἀντιλέγοντες.

69. Ἴδωμεν δὲ καὶ εἴ τινα ἀπολογίαν τοῖς πατράσιν ἡμῶν τῆς χρήσεως ταύτης ἐπινοήσομεν. Οἱ γὰρ τὴν ἀρχὴν παρασχόντες τῷ λόγῳ μᾶλλον ἡμῶν ὑπόκεινται τοῖς ἐγκλήμασι. Παῦλος τοίνυν Κολοσσαεῦσι γράφων· *Καὶ ὑμᾶς*, φησὶ, *νεκροὺς ὄντας τοῖς παραπτώμασι καὶ τῇ ἀκροβυστίᾳ, συνεζωοποίησε τῷ Χριστῷ* (75). Ἆρα οὖν λαῷ μὲν ὅλῳ καὶ Ἐκκλησίᾳ ἐχαρίσατο ὁ Θεὸς τὴν σὺν Χριστῷ ζωὴν, τῷ δὲ ἁγίῳ Πνεύματι οὐχὶ σὺν Χριστῷ ἡ ζωή; Εἰ δὲ τοῦτο καὶ (76) διανοίᾳ λαβεῖν ἀσεβὲς, πῶς οὐχ ὅσιον, ὡς ἔχει φύσεως, οὕτω καὶ τὴν ὁμολογίαν συνημμένως ἀποδιδόναι; Εἶτα, πῶς οὐ τῆς ἐσχάτης ἀναλγησίας τοὺς μὲν ἁγίους ὁμολογεῖν σὺν Χριστῷ εἶναι (εἴπερ δὴ Παῦλος ἐκδημήσας ἀπὸ τοῦ σώματος (77) ἐνδημεῖ πρὸς τὸν Κύριον, καὶ ἀναλύσας σὺν Χριστῷ ἐστιν ἤδη), τῷ δὲ Πνεύματι τούτους μηδὲ τοῖς ἀνθρώποις ἐξίσου μετὰ Χριστοῦ εἶναι, τόγε εἰς αὐτοὺς ἧκον, μεταδιδόναι; Καὶ Παῦλος Θεοῦ μὲν συνεργὸν ἑαυτὸν ἐν τῇ οἰκονομίᾳ τοῦ Εὐαγγελίου καλεῖ· τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, δι' οὗ ἐν πάσῃ κτίσει τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καρποφορεῖται τὸ Εὐαγγέλιον, ἐὰν συνεργὸν εἴπωμεν, κἀνταῦθα (78) ἀσεβείας γραφὴν καθ' ἡμῶν ἀπενέγκαιντο; Καὶ ὡς ἔοικεν, ἡ μὲν ζωὴ τῶν ἠλπικότων ἐπὶ Κύριον κέκρυπται σὺν τῷ Χριστῷ ἐν τῷ Θεῷ· καὶ ὅταν ὁ Χριστὸς φανερωθῇ, ἡ ζωὴ ἡμῶν, τότε καὶ αὐτοὶ σὺν αὐτῷ φανερωθήσονται ἐν δόξῃ· αὐτὸ δὲ τὸ Πνεῦμα τῆς ζωῆς, τὸ ἐλευθερῶσαν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας, οὐδαμῶς ἐστι σὺν Χριστῷ, οὔτε

[4] I Cor. VI, 11. [5] I Cor. V, 4. [6] Coloss. II, 13. [7] II Cor. V, 8. [8] Coloss. III, 3, 4. [9] Rom. VIII, 2.

(74) *Καταδεχθῆναι*. Reg. secundus παραδεχθῆναι. Paulo post idem codex ἐν τοῖς κατόπιν ἐδιδάξαμεν.

(75) *Τῷ Χριστῷ*. Editi σὺν τῷ Χριστῷ, quæ præpositio deest in duobus melioris notæ codicibus.

(76) *Εἰ δὲ τοῦτο καὶ*. Sic iidem duo codices modo citati. Quatuor alii Εἰ δὲ καὶ τοῦτο. Editi Εἰ δὲ καὶ τοῦτο καί. Paulo post editi πῶς οὐχὶ καὶ τῆς ἐσχάτης. Veteres libri ut in textu.

(77) *Ἀπὸ τοῦ σώματος*. Ita mss. codices. Editi ἐκ τοῦ σώματος. Paulo post editi οἷον τόγε εἰς αὐτοὺς... καὶ ἐν πάσῃ τῇ. Codices mss. ut in textu et prima Basileensis editio.

(78) *Κἀνταῦθα*. Hanc vocem, quæ deerat in editis, addidimus ex mss. codicibus.

Digitized by Google

ἐν λανθανούσῃ καὶ κεκρυμμένῃ σὺν αὐτῷ ζωῇ, οὔτε ἐν τῇ φανερώσει τῆς δόξης, ἣν ἡμεῖς ἐπὶ τοῖς ἁγίοις ἐκφανήσεσθαι προσδοκῶμεν; Κληρονόμοι Θεοῦ, καὶ συγκληρονόμοι Χριστοῦ ἡμεῖς· τὸ δὲ Πνεῦμα ἀπόκληρον καὶ ἄμοιρον τῆς κοινωνίας τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ; Καὶ αὐτὸ μὲν τὸ Πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ· ἡμεῖς δὲ τῷ Πνεύματι οὐδὲ ἦν παρὰ τοῦ Κυρίου μεμαθήκαμεν τῆς πρὸς Θεὸν κοινωνίας τὴν μαρτυρίαν κατατιθέμεθα; Τὸ δὲ κεφάλαιον τῆς ἀνοίας, ἡμεῖς μὲν διὰ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως τῆς ἐν Πνεύματι συνεγερθήσεσθαι αὐτῷ καὶ συγκαθεδεῖσθαι (79) ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐλπίζομεν, ὅταν μετασχηματίσῃ τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν ἀπὸ τοῦ ψυχικοῦ πρὸς τὸ πνευματικόν· τῷ δὲ Πνεύματι οὐ συνεδρίας, οὐ δόξης, οὐκ ἄλλου τινὸς, ὧν ἔχομεν παρ' αὐτοῦ, μεταδίδομεν; ἀλλ' ὧν ἑαυτοὺς ἀξίους εἶναι, κατὰ τὴν ἀψευδῆ τοῦ ἐπαγγειλαμένου δωρεὰν, πεπιστεύκαμεν, τούτων οὐδενὸς τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ ὡς ὑπερβαίνοντος αὐτοῦ τὴν ἀξίαν παραχωροῦμεν; Καὶ σοὶ μὲν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐστὶ πάντοτε εἶναι σὺν τῷ Κυρίῳ, καὶ προσδοκᾷς, ἁρπαγεὶς ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν εἰς ἀέρα, πάντοτε συνέσεσθαι τῷ Κυρίῳ· τὸ δὲ Πνεῦμα νῦν ἀντιλέγεις (80) εἶναι σὺν τῷ Χριστῷ; ὅς γε τὸν συναριθμοῦντα αὐτὸ καὶ συντάσσοντα Πατρὶ καὶ Υἱῷ ἐξόριστον τίθεσαι, ὡς ἀφόρητα δυσσεβοῦντα.

70. Αἰσχύνομαι ἐπαγαγεῖν τὰ λειπόμενα, ὅτι σὺ μὲν συνδοξασθήσεσθαι Χριστῷ προσδοκᾷς (εἴπερ γὰρ συμπάσχομεν ἵνα καὶ συνδοξασθῶμεν)· τὸ δὲ Πνεῦμα τῆς ἁγιωσύνης οὐ συνδοξάζεις Χριστῷ, ὡς οὐδὲ σοὶ τῶν ἴσων τυγχάνειν ἄξιον (81). Καὶ σὺ μὲν ἐλπίζεις συμβασιλεύειν· τὸ δὲ Πνεῦμα τῆς χάριτος ἐνυβρίζεις, τὴν δούλου αὐτῷ καὶ ὑπηρέτου τάξιν ἀποκληρῶν. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα τοσοῦτον δείξω ὀφειλόμενον εἶναι εἰς δοξολογίαν τῷ Πνεύματι· ἀλλ' ἵνα τὴν ἀγνωμοσύνην ἐλέγξω τῶν μηδὲ τοσοῦτον διδόντων, ἀλλ' ὡς ἀσέβειαν φευγόντων τὴν τοῦ Πνεύματος πρὸς Υἱὸν καὶ Πατέρα κοινωνίαν τῆς δόξης. Τίς δύναται ταῦτα ἀστενακτὶ παρελθεῖν; Ἢ γὰρ οὐχὶ προδήλως (82), ὥστε κἂν παιδὶ γενέσθαι γνώριμον, τὴν ἀπειληθεῖσαν τῆς πίστεως ἔκλειψιν προοιμιάζονται τὰ παρόντα; Ἀμφίβολα γέγονε τὰ ἀναντίῤῥητα. Πιστεύομεν εἰς τὸ Πνεῦμα· καὶ ταῖς ἡμετέραις αὐτῶν ὁμολογίαις ζυγομαχοῦμεν. Βαπτιζόμεθα· καὶ πάλιν μαχόμεθα. Ὡς ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἐπικαλούμεθα· καὶ ὡς ὁμοδούλου καταφρονοῦμεν. Μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ παρελάβομεν· καὶ ὡς μέρος τῆς κτίσεως ἀτιμάζομεν. Οἱ δὲ, τί προσεύξονται μὴ εἰδότες, ἐάν τι καὶ φθέγξασθαι σεμνὸν περὶ τοῦ Πνεύματος (83) προαχθῶσιν, ὡς

A Christo, neque in vita latente et abscondita cum illo, neque in manifestatione gloriæ; quam nos in sanctis patefaciendam esse exspectamus? Hæredes Dei et cohæredes Christi nos sumus [10]: Spiritus vero exhæres est, et exsors communionis Dei et Christi ejus? Et ipse quidem Spiritus testimonium perhibet spiritui nostro, quod simus filii Dei [11]: nos vero Spiritui, ne ejus quidem societatis, quam illi cum Deo esse a Domino didicimus, testimonium præbemus? Porro quod est amentiæ caput, nos per fidem in Christum quæ est in Spiritu, resurrecturos cum illo et simul cum illo sessuros esse in supercœlestibus speramus, cum transformaverit corpus humilitatis nostræ ab animali ad spirituale; Spiritui vero non consessum, non gloriam, non aliud quid-
B quam eorum quæ ab ipso habemus, impertimus? sed quibus nos **59** ipsos esse dignos, ex ejus qui promisit non mendaci munere, credimus, horum nihil Spiritui sancto, quasi superent illius dignitatem concedimus? Et tibi quidem pro merito licet semper esse cum Domino : et exspectas, ut raptus in nubibus in occursum in aerem, semper sis cum Domino [12]: Spiritum autem nunc esse cum Christo negas? Qui scilicet eum, qui ipsum cum Patre ac Filio numerat ac locat, expellis et ejicis, velut qui impietatem non ferendam admiserit.

70. Pudet reliqua adjungere; quod tu quidem exspectas fore, ut cum Christo glorificeris : siquidem simul affligimur, ut simul quoque glorificemur [13]: Spiritum autem sanctificationis non glorificas simul
C cum Christo, quasi ne pari quidem tecum honore dignum. Et tu quidem speras te cum eo regnaturum, Spiritum vero gratiæ afficis contumelia, servi famulique locum illi assignans. Atque hæc dico, non ut duntaxat ostendam tantumdem honoris deberi Spiritui in glorificatione, sed ut illorum dementiam redarguam, qui ne hoc quidem illi concedunt, sed velut impietatem horrent, Spiritus cum Patre et Filio in gloria consortium. Quis potest hæc absque gemitu commemorare? Annon manifestum est, ita ut vel puer intelligat, ea quæ nunc fiunt proœmia esse defectionis fidei, quam minatus est Dominus? Quibus contradici fas non erat, ea facta sunt ambigua. Credimus in Spiritum, et nostris
D ipsorum professionibus repugnamus. Baptizamur, et rursum pugnamus. Ut vitæ auctorem invocamus, et ut conservum despicimus. Cum Patre et Filio Spiritum accepimus, et eum ut creaturæ partem contemptui habemus. Isti autem, quid orare de-

[10] Rom. VIII, 17. [11] ibid. 16. [12] I Thess. IV, 16. [13] Rom. VIII, 17.

(79) *Συγκαθεδεῖσθαι.* Sic veteres libri pro eo quod erat in editis συγκαθέζεσθαι.

(80) *Νῦν ἀντιλέγεις.* Vocula ex veteribus mss. et prima Basileensi editione addita. Paulo post editi ὥστε... τίθεσθαι. Quinque mss. ut in textu, quorum tamen in duobus legitur τίθεσθαι. Mox editi ἐπάγειν; mss. ut in textu.

(81) *Ἄξιον.* Male in editis ἀξιῶν contra veterum codicum fidem. Paulo post Regius secundus συμβασιλεύσειν.

(82) *Προδήλως.* Hæc scriptura in codicibus tantum reperta; sed quia paulo post quatuor alii habent προοιμιάζονται, et Reg. secundus προοιμιάζεται, non ut editi προοιμιάζεσθαι, idcirco satis fuit legere προδήλως, quam ut editi πρόδηλον.

(83) *Περὶ τοῦ Πνεύματος.* Sic mss. codices quatuor. Non male in editis παρὰ τοῦ Πνεύματος, *si quid etiam magnifice loqui a Spiritu impellantur.* Paulo post Reg. secundus τοῦ λόγου τῷ δοκεῖν ὑπεροπίπτον

Digitized by Google

beant nescientes [14], si eo adducuntur, ut aliquid etiam magnifice loquantur de Spiritu, perinde quasi dignitatem ipsius assequantur; quod in dictis modum excedit, reprimunt. Quos suam infirmitatem deplorare oportebat : quoniam idonei non sumus, qui pro beneficiis, quibus reipsa afficimur, verbis gratias agamus. Superat enim omnem intellectum ac sermonis naturam redarguit, cum ea ne minimam quidem dignitatis illius partem adæquet, juxta verba libri qui inscribitur Sapientia : *Exaltate enim*, inquit, *quantumcunque potueritis : superat enim et adhuc; et exaltantes eum multiplicate. Nolite laborare : non enim assequemini* [15]. Profecto terribiles vobis istiusmodi sermonum reddendæ rationes esse blasphemiam in Spiritum sanctum [16].

A ἐφικνούμενοι τῆς ἀξίας, κολάζουσι τοῦ λόγου τὸ ὑπερπῖπτον τὴν συμμετρίαν. Οὓς ἐχρῆν ὀδύρεσθαι τὴν ἀσθένειαν· ὅτι ὧν ἔργῳ πάσχομεν, λόγοις ἀντιπληροῦν τὴν χάριν οὐκ ἐξαρκοῦμεν. Ὑπερέχει γὰρ πάντα νοῦν, καὶ λόγου φύσιν ἐλέγχει, οὐδὲ πολλοστῷ μέρει τῆς ἀξίας παρισουμένην (84) κατὰ τὸν λόγον τῆς ἐπιγραφομένης Σοφίας· Ὑψώσατε γὰρ, φησὶ, *καθόσον ἂν δύνησθε· ὑπερέχει γὰρ καὶ ἔτι· καὶ ὑψοῦντες αὐτὸν πληθύνατε. Μὴ κοπιᾶτε· οὐ γὰρ μὴ ἐφίκησθε.* Ἡ που φοβεραὶ ὑμῖν αἱ ὑπὲρ τῶν τοιούτων λόγων εὐθῦναι τοῖς παρὰ τοῦ ἀψευδοῦς ἀκηκοόσι Θεοῦ ἀσυγχώρητον εἶναι τὴν εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημίαν.

CAPUT XXIX.

Enumeratio virorum in Ecclesia illustrium, qui in scriptis suis usi sunt hac voce, « cum. »

71. Sane contra id quod dicunt, glorificationem *cum Spiritu* carere testimonio, nec in Scripturis exstare, illud dicimus : si **60** nihil aliud est receptum absque Scripturis, ne hoc quidem recipiatur; sin plurima arcana citra scriptum recepta sunt nobis, cum aliis pluribus et hoc recipiemus. Arbitror autem apostolicum esse, etiam non scriptis traditionibus inhærere. *Laudo enim*, inquit, *vos, quod omnia mea meministis, et quemadmodum tradidi vobis, traditiones tenetis* [17]. Et illud, *Tenete traditiones quas accepistis sive per sermonem sive per epistolam* [18] : quarum una est et hæc de qua nunc agimus, quam qui ab initio præscripserunt, tradideruntque posteris, usu semper simul cum tempore progrediente, ipsam longa consuetudine in Ecclesiis irradicarunt. Ergo si velut in tribunali, probationibus e scripto destituti, multos vobis testes producamus, nonne sententiam absolventem a vobis consequemur? Ego quidem arbitror : *In ore siquidem duorum ac trium testium stabit omne verbum* [19]. Quod si etiam temporis diuturnitatem pro nobis facientem vobis evidenter ostendamus, annon videbimur vobis probabilia dicere, non posse litem istam jure nobis intendi? Veneranda enim sunt quodammodo vetusta dogmata, quæ ob antiquitatem, ceu canitiem quamdam, habent quiddam reverendum. Enumerabo itaque vobis hujus dictionis patronos vindicesque (simul enim æstimatur in eo, quod tacetur, etiam tempus); neque enim ex nobis primum initium sumpsit. Qui potuit? Nimirum nos revera hesterni sumus, quemadmodum dicit Job [20], sal-

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Ἀπαρίθμησις τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ διαφανῶν, ὅσοι ἐχρήσαντο ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἑαυτῶν τῇ φωνῇ « σύν. »

71. Πρός γε μὴν τὸ ἀμάρτυρον καὶ ἄγραφον εἶναι τὴν *σὺν τῷ Πνεύματι* δοξολογίαν ἐκεῖνο λέγομεν· ὅτι, εἰ μὲν μηδὲν ἕτερον ἄγραφον, μηδὲ τοῦτο παραδεχθήτω· εἰ δὲ τὰ πλεῖστα τῶν μυστικῶν ἀγράφως ἡμῖν ἐμπολιτεύεται, μετὰ πολλῶν τῶν ἑτέρων καὶ τοῦτο παραδεξόμεθα (85). Ἀποστολικὸν δὲ οἶμαι καὶ τὸ ταῖς ἀγράφοις παραδόσεσι παραμένειν. *Ἐπαινῶ γὰρ*, φησὶν, *ὑμᾶς, ὅτι πάντα μου μέμνησθε, καὶ καθὼς παρέδωκα ὑμῖν, τὰς παραδόσεις κατέχετε·* καὶ τὸ, *Κρατεῖτε τὰς παραδόσεις ἃς παρελάβετε εἴτε διὰ λόγου, εἴτε δι' ἐπιστολῆς·* ὧν μία (86) C ἐστὶ καὶ ἡ παροῦσα αὕτη, ἣν οἱ ἐξ ἀρχῆς διαταξάμενοι παραδιδόντες τοῖς ἐφεξῆς, συμπροϊούσης ἀεὶ τῷ χρόνῳ τῆς χρήσεως, διὰ μακρᾶς τῆς συνηθείας ταῖς Ἐκκλησίαις ἐγκατερρίζωσαν. Ἆρ' οὖν εἰ, ὡς ἐν δικαστηρίῳ τῆς διὰ τῶν ἐγγράφων ἀποδείξεως ἀποροῦντες, μαρτύρων ὑμῖν πλῆθος παραστησαίμεθα (87), οὐκ ἂν τῆς ἀφιείσης παρ' ὑμῶν ψήφου τύχοιμεν; Ἐγὼ μὲν οὕτως οἶμαι· *Ἐπὶ στόματος γὰρ δύο καὶ τριῶν μαρτύρων σταθήσεται πᾶν ῥῆμα.* Εἰ δὲ καὶ τὸν πολὺν χρόνον πρὸς ἡμῶν ὄντα ἐναργῶς ὑμῖν ἐπεδείκνυμεν, οὐκ ἂν ἐδόξαμεν ὑμῖν εἰκότα λέγειν, μὴ εἶναι καθ' ἡμῶν τὴν δίκην εἰσαγώγιμον ταύτην; Δυσωπητικά γάρ πως τὰ παλαιὰ τῶν δογμάτων, οἱονεὶ πολιᾷ τινι τῇ ἀρχαιότητι τὸ αἰδέσιμον ἔχοντα. Ἀπαριθμήσομαι οὖν ὑμῖν τοὺς προστάτας τοῦ λόγου (συμ- D παραμετρεῖται δὲ πάντως κατὰ τὸ σιωπώμενον καὶ ὁ χρόνος)· οὐ γὰρ ἐξ ἡμῶν ὥρμηται πρῶτον. Πόθεν (88); χθιζοί τινες ὄντως ἡμεῖς, κατὰ τὸν τοῦ Ἰὼβ λόγον, πρός γε τοσοῦτον χρόνον, τὸν τῆς συνηθείας ταύτης ἡλικιώτην. Ἐγὼ μὲν οὖν αὐτὸς, εἰ χρή

[14] Rom. VIII, 26. [15] Eccli. XLIII, 33, 34. [16] Luc. XII 10. [17] I Cor. XI, 2. [18] II Thess. II, 14. [19] Deut. XIX, 15. [20] Job VIII, 9.

(84) *Παρισουμένην*. Ita mss. quinque. Editi παρισουμένης.

(85) *Παραδεξόμεθα*. Ita Reg. secundus. Quod quidem, ut Basilii consuetudini loquendi magis appositum, secuti sumus, quamvis alii quatuor mss. habeant καταδεξόμεθα. Unus cum editis καταδεξώμεθα.

(86) *Ὧν μία*. Ita mss. quinque. Editi ὧν μάλιστα μία.

(87) *Παραστησαίμεθα*. Ita veteres libri quatuor. Editi παρεστησάμεθα. Non multo post mss. tres ἐπιδείκνυμεν.

(88) *Πόθεν*. Reg. secundus Πόθεν γάρ; ἐπεὶ χθιζοί.

Digitized by Google

με τοὐμὸν ἴδιον εἰπεῖν, ὥσπερ τινὰ κλῆρον πατρῷον A την φωνὴν ταύτην διαφυλάττω, παραλαβὼν παρὰ ἀνδρὸς μακρὸν ἐν τῇ λειτουργίᾳ τοῦ Θεοῦ διαζήσαντος χρόνον, δι' οὗ καὶ ἐβαπτίσθην, καὶ τῇ ὑπηρεσίᾳ τῆς Ἐκκλησίας προσήχθην (89). Ἀναζητῶν δὲ κατ' ἐμαυτὸν εἴ τις ἄρα τῶν παλαιῶν καὶ μακαρίων ἀνδρῶν ἐχρήσατο ταύταις ταῖς νῦν ἀντιλεγομέναις φωναῖς, πολλοὺς εὗρον καὶ τῇ ἀρχαιότητι τὸ ἀξιόπιστον ἔχοντας, καὶ τῇ τῆς γνώσεως ἀκριβείᾳ οὐ κατὰ τοὺς νῦν ὄντας· ὧν οἱ μὲν τῇ προθέσει, οἱ δὲ τῷ συνδέσμῳ κατὰ τὴν δοξολογίαν τὸν λόγον ἑνώσαντες, οὐδὲν διάφορον δρᾷν, ὥς γε πρὸς τὴν ὀρθὴν τῆς εὐσεβείας ἔννοιαν, ἐνομίσθησαν (90).

tem si tam longi temporis, quod huic consuetudini æquale est, habeatur ratio. Equidem ipse, si modo par sit me quod mihi proprium est dicere, vocem hanc tanquam paternam quamdam hæreditatem conservo, acceptam a viro multum temporis in servitio Dei versato, per quem et baptizatus sum, et Ecclesiæ ministerio admotus. Cæterum cum apud me reputo, an quis veterum ac beatorum virorum his, quibus nunc reclamatur vocibus, usus sit; multos reperio, et ob antiquitatem fide dignos, et accurata, non secundum hos homines, scientia ornatos; quorum alii præpositione, alii conjunctione in glorificatione sermonem copulantes, nihil diversum sane quod ad rectam attinet pietatis intelligentiam, existimati sunt facere.

72. Εἰρηναῖος ἐκεῖνος, καὶ Κλήμης ὁ Ῥωμαῖος, B καὶ Διονύσιος ὁ Ῥωμαῖος, καὶ ὁ Ἀλεξανδρεὺς Διονύσιος, ὃ καὶ παράδοξον ἀκοῦσαι, ἐν τῇ δευτέρᾳ πρὸς τὸν ὁμώνυμον ἑαυτοῦ ἐπιστολῇ *Περὶ ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας* (91) οὕτω τὸν λόγον ἀνέπαυσε. Γράψω δὲ ὑμῖν αὐτὰ τοῦ ἀνδρὸς τὰ ῥήματα. *Τούτοις*, φησὶ, *πᾶσιν ἀκολούθως καὶ ἡμεῖς, καὶ δὴ παρὰ τῶν πρὸ ἡμῶν πρεσβυτέρων τύπον καὶ κανόνα παρειληφότες, ὁμοφώνως αὐτοῖς προσευχαριστοῦντες· καὶ δὴ καὶ νῦν ὑμῖν ἐπιστέλλοντες καταπαύομεν* (92). *Τῷ δὲ Θεῷ Πατρὶ καὶ Υἱῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.* Καὶ ταῦτα οὐκ ἂν τις εἴποι μεταγεγράφθαι. Οὐ γὰρ ἂν οὕτω διετείνατο, τύπον καὶ κανόνα παρειληφέναι C λέγων, εἴπερ *ἐν τῷ Πνεύματι* (93) εἰρηκὼς ἦν· ταύτης γὰρ τῆς φωνῆς ἡ χρῆσις πολλή. Ἀλλ' ἐκεῖνο ἦν τὸ τῆς ἀπολογίας δεόμενον. Ὅς γε καὶ κατὰ μέσον που τῆς γραφῆς, οὕτως εἰρηκε πρὸς τοὺς Σαβελλιανούς· *Εἰ, τῷ τρεῖς εἶναι τὰς ὑποστάσεις, μεμερισμένας εἶναι λέγουσι, τρεῖς εἰσι, κἂν μὴ θέλωσιν· ἢ τὴν θείαν Τριάδα παντελῶς ἀνελέτωσαν·* καὶ πάλιν· *Θειοτάτη γὰρ διὰ τοῦτο μετὰ τὴν μονάδα καὶ ἡ Τριάς.* Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης ἀρχαϊκώτερον (94), *Ζῇ*, φησὶν, *ὁ Θεὸς, καὶ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.* Εἰρηναῖος δὲ (95), ὁ ἐγγὺς τῶν ἀποστόλων γενόμενος, πῶς ἐμνήσθη τοῦ Πνεύματος ἐν τῷ πρὸς τὰς αἱρέσεις λόγῳ, ἀκούσωμεν. *Τοὺς δὲ ἀχαλιναγωγήτους*, φησὶ, *καὶ καταφερομένους εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας, μηδεμίαν ἔχον-*

72. Irenæus ille, et Clemens Romanus, et Dionysius Romanus, et Alexandrinus Dionysius, id quod etiam auditu mirum est, in secunda ad sibi cognominem epistola *De accusatione ac defensione*, hunc in modum finivit sermonem. Transcribam autem vobis ipsa hominis verba. *His omnibus*, inquit, *congruenter et nos, forma etiam ac regula a presbyteris, qui ante nos vixerunt, accepta, concordibus vocibus cum illis gratias agentes, tandem nunc vobis scribere desinimus. Deo autem Patri et Filio Domino nostro Jesu Christo cum sancto Spiritu gloria et imperium in sæcula sæculorum, amen.* Nec quisquam **61** dicere possit hæc correcta fuisse ac immutata. Neque enim ita sermonem confirmasset, dicens videlicet accepisse se formam ac regulam, si *in Spiritu* dixisset: hujus enim vocis usus creber est. At illud erat, quod egebat defensione. Qui quidem et in medio scripti, sic loquitur adversus Sabellianos: *Si eo quod tres sunt hypostases, divisas esse dicunt, tres sunt etiamsi nolint: aut divinam Trinitatem prorsus e medio tollant.* Ac rursum, *Divinissima enim ob id etiam post unitatem Trinitas est.* Sed et Clemens simplicius, *Vivit*, inquit, *Deus et Dominus Jesus Christus et Spiritus sanctus.* Irenæus autem, qui vicinus fuit apostolorum temporibus, quomodo faciat mentionem Spiritus, disputans adversus hæreses, audiamus. *Eos vero*, inquit, *qui effrenes sunt, et feruntur ad suas concupiscentias, nullum habentes divini Spiritus desiderium, merito Apostolus carnales vocat* [11]. Et

[11] I Cor. III, 3.

(89) *Προσήχθην.* Ita mss. quatuor. Editi προ- D ηχθην.

(90) *Ἐνομίσθησαν.* Editio Basileensis ἐνομοθέτησαν, quæ lectio nullo prorsus reperitur in codice ms., sed tamen eam secuti sunt Erasmus et Cornarius. Paulo post editi *παράδοξον ἀκοῦσθαι.* Libri veteres ut in textu.

(91) *Ἀπολογίας.* Post hanc vocem addit Regius secundus γράφων. Ibidem Regii primus et secundus γράψω pro eo quod erat in editis γράφω.

(92) *Καταπαύομεν.* Ita quatuor mss. Editi καταπαύσομεν.

(93) *Ἐν τῷ Πνεύματι.* Editio Parisiensis ἐν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Sed repugnant mss. codices.

(94) *Ἀρχαϊκώτερον.* Sic mss. codices et editio prima Basileensis. Aliæ ἀρχαϊκώτερος.

(95) *Εἰρηναῖος δέ.* Editi addunt ἐκεῖνος, quod in veteribus libris non legitur. Mox Regii tertius et quartus καταφερομένους εἰς τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας, *in sua ipsorum dedecora.* Sed repugnant alii codices et vetus interpres Irenæi, qui sic reddit: *dejiciuntur in sua desideria.* Cum autem idem interpres ibidem habeat, *nullam habentes aspirationem divini Spiritus;* merito observarunt eruditi viri eum legisse ἐπίπνοιαν, non, ut apud Basilium, ἐπιθυμίαν. Ibidem duo codices σαρκίνους. Primum autem hoc testimonium legitur in libro quinto Irenæi cap. 8, n. 2; alterum, cap. 9 ejusdem libri, n. 3.

Digitized by Google

alibi dicit idem : *Ne expertes facti divini Spiritus, frustremur regno cœlorum, inclamat Apostolus*[21], *quod caro non possit hæreditatem capere regni cœlorum.* Quod si cui et Eusebius Palæstinus propter multiplicem experientiam idoneus videtur, cui habeamur fides; et ex illo voces easdem ostendimus in dubitationibus de priscorum multiplici conjugio. Loquitur enim hunc in modum, se ad dicendum excitans : *Sanctum prophetarum Deum lucis auctorem per Salvatorem nostrum Jesum Christum cum sancto Spiritu invocantes.*

A τας ἐπιθυμίαν θείου Πνεύματος, δικαίως ὁ Ἀπόστολος σαρκικοὺς καλεῖ. Καὶ ἐν ἄλλοις ὁ αὐτός φησιν· Ἵνα μὴ, ἀμοιροι θείου Πνεύματος γενόμενοι, ἀποτύχωμεν τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, ἐπεβόησεν ὁ Ἀπόστολος, μὴ δύνασθαι τὴν σάρκα βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομῆσαι. Εἰ δέ τῳ καὶ ὁ Παλαιστινὸς Εὐσέβιος ἀξιόπιστος διὰ πολυπειρίαν, κἀκείνου τὰς αὐτὰς φωνὰς ἐπιδείκνυμεν ἐν τοῖς ἐπαπορήμασι περὶ τῆς τῶν ἀρχαίων πολυγαμίας. Λέγει γὰρ οὕτω παρορμῶν ἑαυτὸν ἐπὶ τὸν λόγον· Τὸν τῶν προφητῶν ἅγιον Θεὸν φωταγωγὸν διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ σὺν ἁγίῳ Πνεύματι καλέσαντες (96).

73. Jam vero et Origenem in multis Psalmorum expositionibus deprehendimus, cum sancto Spiritu gloriam deferentem Deo, virum qui non omnino B sanas habet in omnibus de Spiritu opiniones; nihilominus et hic multis in locis reveritus consuetudinis robur, pias voces emisit de Spiritu : qui quidem in sexto, ni fallor, libro *Enarrationum in Evangelium Joannis*, etiam adorandum Spiritum evidenter pronuntiat, ita scribens ad verbum : *Quoniam aquæ lavacrum significat purgationem animæ ab omnibus malitiæ sordibus ablutæ, nihilo tamen minus et per seipsum ei qui seipsum præbet divinitati adorandæ Trinitatis, per virtutem invocationum, donorum principium ac fontem habet.* Ac rursus in commentariis, quibus exponit Epistolam ad Romanos, *Sacræ*, inquit, *virtutes capaces sunt Unigeniti et sancti Spiritus deitatis.* Ad hunc modum, opinor, traditionis vis sæpe compulit homi- C nes etiam suis ipsorum dogmatibus contradicere. At nec Africanum historicum talis glorificandi forma præteriit. Siquidem constat in quinto libro *de temporibus Epitomes*, et ipsum ad hunc loqui modum : *Nos enim qui et illorum* **62** *verborum modum didicimus, nec ignoramus, fidei gratiam, gratias agimus Patri, qui nobis suis creaturis præbuit universorum Salvatorem ac Dominum nostrum Jesum Christum, cui gloria, majestas cum sancto Spiritu in sæcula.* At de cæteris fortassis dubitari possit, aut credi possint immutata eam rationem habere, ut fraus ægre deprehendi possit, cum in unica syllaba positum sit discrimen. Verum quæ pluribus verbis dicta citavimus, ea nec insidias admittunt, et ab ipsis libris paratum habent testimonium. Porro D quod alioqui fortassis humilius foret, quam ut in medium adducatur, sed ei tamen qui de novitate accusatur, perutile propter temporis antiquitatem,

73. Ἤδη δὲ καὶ Ὠριγένην ἐν πολλαῖς τῶν εἰς τοὺς Ψαλμοὺς διαλέξεων εὕρομεν (97) σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὴν δόξαν ἀποδιδόντα, ἄνδρα οὐδὲ πάνυ τι ὑγιεῖς περὶ τοῦ Πνεύματος τὰς ὑπολήψεις ἐν πᾶσιν ἔχοντα· πλὴν ἀλλὰ πολλαχοῦ καὶ αὐτὸς, τῆς συνηθείας τὸ ἰσχυρὸν δυσωπούμενος, τὰς εὐσεβεῖς φωνὰς ἀφῆκε περὶ τοῦ Πνεύματος. Ὅς γε, κατὰ τὸ ἕκτον, οἶμαι, τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον Ἐξηγητικῶν, καὶ προσκυνητὸν αὐτὸ φανερῶς ἀπεφήνατο, οὑτωσὶ γράφων κατὰ λέξιν· Ὅτι τὸ τοῦ ὕδατος λουτρὸν σύμβολον τυγχάνει καθαρσίου ψυχῆς, πάντα ῥύπον τὸν ἀπὸ κακίας ἀποπλυνομένης (98)· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ καθ' ἑαυτὸ τῷ ἐμπαρέχοντι ἑαυτὸν τῇ θεότητι τῆς προσκυνητῆς Τριάδος διὰ τῆς δυνάμεως τῶν ἐπικλήσεων χαρισμάτων ἀρχὴν ἔχει καὶ πηγήν. Καὶ πάλιν ἐν τοῖς εἰς τὴν πρὸς Ῥωμαίους Ἐπιστολὴν ἐξηγητικοῖς, Αἱ ἱεραὶ, φησὶ, δυνάμεις χωρητικαὶ τοῦ Μονογενοῦς καὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος θεότητος. Οὕτως, οἶμαι, τὸ τῆς παραδόσεως ἰσχυρὸν ἐνῆγε πολλάκις τοὺς ἄνδρας καὶ τοῖς οἰκείοις αὐτῶν (99) δόγμασιν ἀντιλέγειν. Ἀλλ' οὐδὲ Ἀφρικανὸν τὸν ἱστοριογράφον τὸ τοιοῦτον εἶδος τῆς δοξολογίας παρέλαθε. Φαίνεται γὰρ ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς τῶν χρόνων Ἐπιτομῆς οὕτω καὶ αὐτὸς λέγων· Ἡμεῖς γὰρ οἱ κἀκείνων τὸν ῥημάτων (1) τὸ μέτρον ἐπιστάμενοι, καὶ τῆς πίστεως οὐκ ἀγνοοῦντες τὴν χάριν, εὐχαριστοῦμεν τῷ παρασχομένῳ τοῖς ἰδίοις ἡμῶν Πατρὶ (2) τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· ᾧ ἡ δόξα, μεγαλωσύνη σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα τυχὸν καὶ ἀπιστηθῆναι δύναται, ἢ καὶ μεταγραφέντα δυσφώρατον ἔχειν τὴν κακουργίαν, ἐν μιᾷ συλλαβῇ τῆς διαφορᾶς ὑπαρχούσης· ἃ δὲ διὰ μακροτέρας τῆς λέξεως παρεθέμεθα, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν διαφεύγει, καὶ τὴν μαρτυρίαν ἀπ' αὐτῶν τῶν συγγραμμάτων εὐαπόδεικτον ἔχει. Ὁ δὲ

[21] I Cor. xv, 50.

(96) *Καλέσαντες.* Reg. quartus παρακαλέσαντες.

(97) *Εὕρομεν.* Reg. quartus εὕραμεν, et δόξαν ἀποπληροῦντα. Paulo post editi ἐν ἅπασιν. Codices mss. ut in textu. Locus autem Origenis quem citat Basilius non in sexto, sed in octavo libro invenitur, sive memoria efluxerit Basilio, sive alia fuerit olim horum distributio librorum.

(98) *Ἀποπλυνομένης.* Ita mss. ac ipse etiam Origenis contextus. Editi ἀποπλυναμένης.

(99) *Αὐτῶν.* Ita codices nostri mss. Editi ἑαυτῶν.

(1) *Τῶν ῥημάτων.* Tres mss. τῶν ῥητῶν.

(2) *Ἡμῶν Πατρὶ.* Sic mss. quinque. Editi ἡμῶν πατράσι. *Qui præbuit nostris patribus omnium Seratorem*, etc. Ibidem hæ voces, καὶ Κύριον ἡμῶν, desunt in tribus mss. Mox editi καὶ ἡ μεγαλωσύνη. Codices mss. ut in textu. Paulo post Reg. secundus τὰ μὲν ἄλλα... δυσφορωτάτην ἔχειν.

Digitized by Google

ἄλλως μὲν ἴσως μικροπρεπὲς ἦν εἰς μέσον ἄγεσθαι, τῷ δὲ καινοτομίαν ἐγκαλουμένῳ ἀναγκαῖον εἰς μαρτυρίαν διὰ τοῦ χρόνου τὴν ἀρχαιότητα, τοῦτο δὴ καὶ προσθήσω. Ἔδοξε τοῖς πατράσιν ἡμῶν μὴ σιωπῇ τὴν χάριν τοῦ ἑσπερινοῦ φωτὸς (3) δέχεσθαι, ἀλλ' εὐθὺς φανέντος εὐχαριστεῖν. Καὶ ὅστις μὲν ὁ πατὴρ τῶν ῥημάτων ἐκείνων τῆς ἐπιλυχνίου εὐχαριστίας, εἰπεῖν οὐκ ἔχομεν· ὁ μέντοι λαὸς ἀρχαίαν ἀφῆσι τὴν φωνὴν, καὶ οὐδενὶ πώποτε ἀσεβεῖν ἐνομίσθησαν οἱ λέγοντες· *Αἰνοῦμεν Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα Θεοῦ.* Εἰ δέ τις καὶ τὸν ὕμνον Ἀθηνογένους ἔγνω, ὃν ὥσπερ τί ἀλεξητήριον (4) τοῖς συνοῦσιν αὐτῷ καταλέλοιπεν, ὁρμῶν ἤδη πρὸς τὴν διὰ πυρὸς τελείωσιν, οἶδε καὶ τὴν τῶν μαρτύρων γνώμην ὅπως εἶχον περὶ τοῦ Πνεύματος. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

A hoc quoque nunc adjicimus. Visum est patribus nostris, vespertini luminis gratiam haudquaquam silentio accipere, sed mox ut apparuit agere gratias. Quis autem fuerit auctor illorum verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, dicere non possumus. Populus tamen antiquam profert vocem, neque cuiquam unquam visi sunt impietatem committere, qui dicunt, *Laudamus Patrem et Filium et Spiritum sanctum Dei.* Quod si quis etiam novit Athenogenis hymnum, quem tanquam aliquod amuletum discipulis suis reliquit, festinans jam ad consummationem per ignem; is novit et martyrum sententiam de Spiritu. Et hæc quidem hactenus.

74. Γρηγόριον δὲ τὸν Μέγαν, καὶ τὰς ἐκείνου φωνὰς ποῦ θήσομεν; ἆρ' οὐχὶ μετὰ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν; ἄνδρα τῷ αὐτῷ Πνεύματι ἐκείνοις περιπατήσαντα (5), καὶ τοῖς τῶν ἁγίων ἴχνεσι διὰ παντὸς τοῦ βίου στοιχήσαντα, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὸ ἀκριβὲς διὰ πάσης αὐτοῦ τῆς ζωῆς κατορθώσαντα. Ἐγὼ μὲν τοῦτό φημι· Ἡ ἀδικήσομεν τὴν ἀλήθειαν, μὴ τοῖς ᾠκειωμένοις Θεῷ τὴν ψυχὴν ἐκείνην συναριθμοῦντες, οἷόν τινα λαμπτῆρα περιφανῆ μέγαν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ διαλάμψαντα· ὃς φοβερὸν μὲν εἶχεν ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος συνεργίας κατὰ δαιμόνων τὸ κράτος· τοσαύτην δὲ ἔλαβε τοῦ λόγου τὴν χάριν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὥστε, ἑπτακαίδεκα μόνους Χριστιανοὺς παραλαβών, ὅλον τὸν λαὸν τόν τε ἀστικὸν καὶ τὸν χωριτικὸν διὰ τῆς ἐπιγνώσεως προσήγαγε τῷ Θεῷ. Ἐκεῖνος καὶ ποταμῶν (6) ῥεῖθρα μετέστησεν, ἐπιτάξας αὐτοῖς ἐν τῷ ὀνόματι τῷ μεγάλῳ τοῦ Χριστοῦ· καὶ λίμνην ἐξήρανεν ὑπόθεσιν πολέμου φέρουσαν ἀδελφοῖς πλεονέκταις. Αἱ δὲ τῶν μελλόντων προαγορεύσεις τοιαῦται, ὡς μηδὲν τῶν ἄλλων ἀποδεῖν προφητῶν. Καὶ ὅλως μακρὸν ἂν εἴη τοῦ ἀνδρὸς διηγεῖσθαι τὰ θαύματα, ὃς τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἐν αὐτῷ χαρισμάτων, τῶν ἐνεργουμένων ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐν πάσῃ δυνάμει καὶ σημείοις καὶ τέρασι, δεύτερος Μωϋσῆς παρ' αὐτῶν τῶν ἐχθρῶν τῆς ἀληθείας ἀνηγορεύετο (7). Οὕτως αὐτῷ ἐν παντὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ

καρδίας ἡ ἀπομάθησις τῶν ἐκ πονηρᾶς συνηθείας
προκατασχόντων αὐτὴν διδαγμάτων. Οὔτε γὰρ ἐν
κηρῷ γράψαι δυνατὸν, μὴ προκαταλεάναντα (68)
τοὺς ἐναποκειμένους χαρακτῆρας· οὔτε ψυχῇ δό-
γματα θεῖα παραθέσθαι, μὴ τὰς ἐκ τοῦ ἔθους προ-
λήψεις αὐτῆς ἐξελόντα. Πρὸς δὴ τοῦτο μέγιστον
ὄφελος ἡμῖν ἡ ἐρημία παρέχεται, κατευνάζουσα C
ἡμῶν τὰ πάθη, καὶ σχολὴν διδοῦσα τῷ λόγῳ παντε-
λῶς αὐτὰ τῆς ψυχῆς ἐκτεμεῖν. Ὡς γὰρ τὰ θηρία
εὐκαταγώνιστά ἐστι καταψηχθέντα (69), οὕτως ἐπι-
θυμίαι καὶ ὀργαὶ καὶ φόβοι καὶ λῦπαι, τὰ ἰοβόλα
τῆς ψυχῆς κακὰ, κατευνασθέντα διὰ τῆς ἡσυχίας (70),
καὶ μὴ ἐξαγριαινόμενα τῷ συνεχεῖ ἐρεθισμῷ, εὐκατ-
αγωνιστότερα τῇ δυνάμει τοῦ λόγου γίνεται. Ἔστω
τοίνυν τὸ χωρίον τοιοῦτον, οἷονπέρ ἐστι καὶ τὸ
ἡμέτερον, ἐπιμιξίας ἀνθρώπων ἀπηλλαγμένον, ὡς
ὑπὸ μηδενὸς (71) τῶν ἔξωθεν τὸ συνεχὲς τῆς ἀσκή-
σεως διακόπτεσθαι. Ἄσκησις δὲ εὐσεβείας τὴν ψυχὴν
τρέφει τοῖς θείοις διανοήμασι. Τί οὖν μακαριώτερον
τοῦ τὴν ἀγγέλων χορείαν ἐν γῇ μιμεῖσθαι; εὐθὺς
μὲν (72) ἀρχομένης ἡμέρας εἰς εὐχὰς ὁρμῶντα,
ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς γεραίρειν τὸν κτίσαντα; εἶτα D

cta, veritatem clare conspicere non potest. Sed eum quidem qui nondum nuptiarum vinculis constrictus est, rapidæ cupiditates, ac impetus non facile superabiles, et amores perditissimi conturbant : conjugio autem illigatum alius curarum tumultus excipit; in orbitate desiderium prolis, susceptis liberis, de his educandis sollicitudo : uxoris custodia, domus cura, servorum gubernatio, accepta contractis in rebus damna, contentiones cum vicinis, forenses concertationes, negotiationis alea, agriculturæ labores. Unaquæque dies oritur suam ferens animi caliginem : quin et noctes diurnas curas excipientes, iisdem rerum speciebus mentem fallunt. Horum autem una vitatio est, secessus a toto mundo. Verum secessus a mundo, non est corpore extra ipsum esse, sed animam ab affectionum cum corpore consensione avellere, ac sine civitate esse, sine domo, sine propriis rebus, sine amicorum societate, sine possessionibus, sine rebus ad victum necessariis, sine negotiis, nullas res contrahentem, humanarum disciplinarum expertem, paratum ad suscipiendas corde informationes, quæ ex doctrina divina ducuntur. Est autem cordis præparatio, documentorum ex prava consuetudine **72** illud præoccupantium oblivio. Nam nec in cera scribere potest, qui jam insitas litteras non deleverit : nec animo divina dogmata mandare, qui anticipatas e consuetudine opiniones ex eo non sustulerit. Ad id autem plurimum affert adjumenti solitudo, quæ vitiosos animi nostri motus consopit, ac rationi otium dat eos ex animo penitus exscindendi. Quemadmodum enim belluæ, si demulceantur, facile vinci possunt; ita libidines, iræ, pavores, mœrores, venenata illa animæ mala, solitudine sopita, nec irritamento jugi efferata, vi rationis facilius superantur. Esto igitur locus aliquis hujusmodi, qualis hic noster, ita ab hominum commercio liber, ut religiosæ exercitationis continuatio a nullo extraneo intercidatur. Pietatis autem exercitatio animam divinis cogitationibus alit. Ecquid igitur beatius, quam in terra concentum angelorum imitari; statim quidem ac dies incipit ad preces surgentem, hymnis et canticis Creatorem venerari; exinde

(64) *Ἐνατενίσαι.* Ita mss. sex et editio Haganoensis. Editiones aliæ ἀτενίσαι.

(65) *Κατειλημμένον.* Nonnulli codices συγκατειλημμένον, alii συγκατειργμένον, unus a Combefisio citatus κατειργασμένον. Sic etiam nonnulli habent ὁμόζυγι, alii ὁμοζυγίᾳ.

(66) *Ἐν τῇ κτήσει*, etc. Sic mss. sex; nisi quod in duobus legitur μέριμναι, et παίδων ἐπιθυμίαι. Editi ἐν παῖδων κτήσει περὶ τροφῆς φροντίς.

(67) *Παραλαμβάνουσαι.* Hæc scriptura, quæ est codicum Coisl. primi, Vaticani et duorum quos citat Combefisius, visa est præferenda vulgatæ παραλαβοῦσαι. Mox legitur in codicibus Harl., Med. et duobus Regiis ὁ δρασμὸς ἀπὸ τοῦ κόσμου παντός. Vulgata lectio apposita ad marginem codicis Mediceæi manu recentiore.

(68) *Προκαταλεάναντα.* Ita septem mss. codices. Editi καταλεάναντα. Paulo post in codice Mediceo ἐρημία χαρίζεται. Sic etiam in ora Coisl. primi.

(69) *Καταψηχθέντα.* Tres codices a Combefisio citati καταψυχθέντα. Sic etiam Harlæanus secunda manu. Coisl. primus καταψησθέντα, sed pariter secunda manu.

(70) *Διὰ τῆς ἡσυχίας.* Codex Remigianus διὰ τῆς συνηθείας, et sic legit auctor interpretationis, quæ est in editionibus Græcis et Latinis.

(71) *Ὡς ὑπὸ μηδενός.* Sic mss. codices plerique. Editi ὡς μὴ ὑπὸ μηδενός.

(72) *Εὐθὺς μέν.* Sic mss. codices septem. Editi εὐθὺ μέν. Ibidem unus ex Regiis codicibus ἀγγέλων πολιτείαν. Mox ibidem editi καὶ ὕμνοις. Voculam καί perincommode positam sustulimus auctoritate trium mss.

Digitized by Google

sole jam clare dilucescente, ad opera conversum, comitante ubique oratione, hymnis etiam opera tanquam sole condire? Siquidem hilarem jucundamque animæ æquabilitatem hymnorum solatia conferunt. Quies igitur principium expurgationis animæ, nec lingua loquente res humanas, nec oculis nitidos corporum colores aut concinnitates circumspicientibus; nec auditu animæ vigorem dissolvente per acromata modorum ad voluptatem compositorum, aut per hominum facetorum ac ridiculorum verba : id quod maxime animi vim frangere solet. Mens enim, quæ ad externa non dissipatur, neque per sensus in mundum diffunditur, redit quidem ad se ipsa; per se autem ad Dei cogitationem ascendit; atque decore illo illustrata ipsius etiam naturæ obliviscitur, nec jam cibi cura distrahitur aut amictus sollicitudine; sed terrenis curis vacua, omne suum studium ad æterna bona adispiscenda transfert; quomodo colat temperantiam atque fortitudinem, quomodo justitiam, ac prudentiam, ac reliquas virtutes, quæ, sub hæc genera distributæ, singula decenter in vita peragenda viro probo suggerunt.

A ἡλίου καθαρῶς διαλάμψαντος, ἐπ' ἔργα τρεπόμενον, πανταχοῦ αὐτῷ (73) τῆς εὐχῆς συμπαρούσης, καὶ τοῖς ὕμνοις, ὥσπερ ἅλατι, παραρτύειν τὰς ἐργασίας; Τὸ γὰρ ἱλαρὸν καὶ ἄλυπον τῆς ψυχῆς κατάστημα αἱ τῶν ὕμνων παρηγορίαι χαρίζονται. Ἡσυχία οὖν ἀρχὴ καθάρσεως τῇ ψυχῇ, μήτε γλώττης λαλούσης τὰ τῶν ἀνθρώπων, μήτε ὀφθαλμῶν εὐχροίας σωμάτων καὶ συμμετρίας περισκοπούντων, μήτε ἀκοῆς τὸν τόνον τῆς ψυχῆς ἐκλυούσης ἐν ἀκροάμασι (74) μελῶν πρὸς ἡδονὴν πεποιημένων, μήτε ῥήμασιν εὐτραπέλων καὶ γελοιαστῶν ἀνθρώπων, ὃ μάλιστα λύειν τῆς ψυχῆς τὸν τόνον πέφυκε. Νοῦς μὲν γὰρ μὴ σκεδαννύμενος ἐπὶ τὰ ἔξω, μηδὲ ὑπὸ τῶν αἰσθητηρίων ἐπὶ τὸν κόσμον διαχεόμενος (75); ἐπάνεισι μὲν πρὸς ἑαυτόν· δι' ἑαυτοῦ δὲ πρὸς τὴν B περὶ Θεοῦ ἔννοιαν (76) ἀναβαίνει· κἀκείνῳ τῷ κάλλει περιλαμπόμενος, καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως λήθην λαμβάνει· μήτε πρὸς τροφῆς φροντίδα, μήτε πρὸς περιβολαίων μέριμναν τὴν ψυχὴν καθελκόμενος, ἀλλὰ σχολὴν ἀπὸ τῶν γηΐνων φροντίδων ἄγων, τὴν πᾶσαν ἑαυτοῦ (77) σπουδὴν ἐπὶ τὴν κτῆσιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν μετατίθησι· πῶς μὲν κατορθωθῇ αὐτῷ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ ἀνδρία· πῶς δὲ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ φρόνησις, καὶ αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ, ὅσαι ταῖς γενικαῖς ταύταις ὑποδιαιρούμεναι, καθηκόντως ἕκαστα (78) ἐπιτελεῖν τῶν κατὰ τὸν βίον ὑποδάλλουσι τῷ σπουδαίῳ.

3. Maxima autem via ad officii investigationem est et Scripturarum divinitus inspiratarum meditatio. In his enim et rerum agendarum præcepta reperiuntur, et beatorum hominum res gestæ litteris traditæ, veluti animata quædam vitæ secundum Deum institutæ simulacra, ad bonorum operum imitationem proponuntur. Ac proinde quacunque **73** in re quisque mendose sese ipse habere senserit; in illam imitationem assidue incumbens, tanquam ex communi quadam medicinæ officina, appositum suæ infirmitati medicamentum invenit. Ac castitatis quidem amator historiam Josephi assidua lectione evolvit, atque ab eo actiones temperantiæ plenas ediscit, non solum a voluptatibus continentem illum reperiens, sed etiam habitu in virtute firmum. Fortitudinem vero discit a Jobo, qui, rebus suis retro sublapsis, ac egens ex divite, orbus ex pulchræ prolis parente temporis momento factus, non solum idem permansit, infractos animi sensus ubique retinens; sed ne amicis quidem, qui ad consolandum venerant, insultantibus et dolores conjunctim intendentibus, ira commotus est.

3. Μεγίστη δὲ ὁδὸς πρὸς τὴν τοῦ καθήκοντος εὕρεσιν καὶ ἡ μελέτη τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν. Ἐν ταύταις γὰρ καὶ αἱ τῶν πράξεων ὑποθῆκαι εὑρίσκονται, καὶ οἱ βίοι τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ἀνάγραπτα C παραδεδομένοι, οἷον εἰκόνες τινὲς ἔμψυχοι τῆς κατὰ Θεὸν πολιτείας, τῷ μιμήματι τῶν ἀγαθῶν ἔργων πρόκεινται. Καὶ τοίνυν περὶ ὅπερ ἂν ἕκαστος (79) ἐνδεῶς ἔχοντος ἑαυτοῦ αἰσθάνηται, ἐκείνῳ προσδιατρίβων, οἷον ἀπό τινος κοινοῦ ἰατρείου, τὸ πρόσφορον εὑρίσκει τῷ ἀῤῥωστήματι φάρμακον. Καὶ ὁ μὲν ἐραστὴς τῆς σωφροσύνης τὴν περὶ τοῦ Ἰωσὴφ ἱστορίαν συνεχῶς ἀνελίσσει, καὶ παρ' αὐτοῦ τὰς σωφρονικὰς ἐκδιδάσκεται πράξεις, εὑρίσκων αὐτὸν οὐ μόνον ἐγκρατῶς πρὸς ἡδονὰς ἔχοντα, ἀλλὰ καὶ ἐκτικῶς πρὸς ἀρετὴν διακείμενον· ἀνδρίαν δὲ παιδεύεται παρὰ τοῦ (80) Ἰὼβ, ὃς οὐ μόνον, πρὸς τὰ ἐναντία τοῦ βίου μεταπεσόντος αὐτῷ, πένης ἐκ πλουσίου καὶ ἄπαις ἀπὸ καλλίπαιδος ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ γε- D νόμενος, διέμεινεν ὁ αὐτὸς, ἀταπείνωτον πανταχοῦ τὸ τῆς ψυχῆς φρόνημα διασώζων· ἀλλ' οὔτε τῶν φίλων τῶν εἰς παραμυθίαν ἡκόντων, ἐπεμβαινόντων αὐτῷ (81) καὶ συνεπιτεινόντων τὰ ἀλγεινὰ, παρωξύνθη. Πάλιν σκοπῶν (82) τις πῶς ἂν πρᾶος ἐν

(73) *Αὐτῷ.* Ita Harl., Med., Cois. primus, Vat., et alii plures. Editi αὐτοῦ.

(74) *Ἐν ἀκροάμασι.* Sic iidem mss. codices. Editi ἐν ἀκροάσει. Ibidem unus ex Regiis ἐν ῥήμασιν.

(75) *Διαχεόμενος.* Duo mss. διαφορούμενος.

(76) *Τὴν περὶ Θεοῦ ἔννοιαν.* Sic mss. octo. Editi τὴν τοῦ Θεοῦ ἔννοια. Mox editi περιλαμπόμενός τε καὶ ἑλλαμπόμενος. Emendavimus ope unius ex Combefisianis codicibus, et codicis Harlæani, qui prima manu habuit, ut edendum curavimus.

(77) *Ἑαυτοῦ.* Ita Harl., Coisl. primus et plures alii. Editi αὐτοῦ.

(78) *Ἕκαστα.* Duo mss. ἕκαστον.

(79) *Ἕκαστος.* Editio Parisiensis addit ἡμῶν, quod deest in vetustis editionibus et omnibus nostris mss.

(80) *Παρὰ τοῦ.* Editi παρὰ τῷ, repugnantibus mss. plerisque omnibus.

(81) *Αὐτῷ.* Vitiose in editis ἑαυτῷ contra omnium mss. fidem.

(82) *Σκοπῶν τις.* Deest vocula in codicibus Medicæo, Harl. et aliis nonnullis; non tamen in Coisliniano primo.

Digitized by Google

ταυτῳ καὶ μεγαλόθυμος γένοιτο, ὡστε τῷ μὲν θυμῷ κατὰ τῆς ἁμαρτίας κεχρῆσθαι, τῇ δὲ πραότητι πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, εὑρήσει (85) τὸν Δαβὶδ γενναῖον μὲν ἐν τοῖς κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθήμασι, πρᾶον δὲ καὶ ἀκίνητον ἐν ταῖς τῶν ἐχθρῶν ἀντιδόσεσι. Τοιοῦτος (84) καὶ Μωσῆς, μεγάλῳ μὲν τῷ θυμῷ κατὰ τῶν εἰς Θεὸν ἐξαμαρτανόντων διανιστάμενος, πραεῖᾳ δὲ τῇ ψυχῇ τὰς καθ' ἑαυτοῦ διαβολὰς ὑποφέρων. Καὶ πανταχοῦ, ὥσπερ οἱ ζωγράφοι, ὅταν ἀπὸ εἰκόνων εἰκόνας γράφωσι (85), πυκνὰ πρὸς τὸ παράδειγμα ἀποβλέποντες, τὸν ἐκεῖθεν χαρακτῆρα πρὸς τὸ ἑαυτῶν σπουδάζουσι μεταθεῖναι φιλοτέχνημα· οὕτω δεῖ καὶ τὸν ἐσπουδακότα ἑαυτὸν πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς ἀρετῆς ἀπεργάσασθαι (86) τέλειον, οἱονεὶ πρὸς ἀγάλματά τινα κινούμενα (87) καὶ ἔμπρακτα, τοὺς βίους τῶν ἁγίων ἀποβλέπειν, καὶ τὸ ἐκείνων ἀγαθὸν οἰκεῖον ποιεῖσθαι διὰ μιμήσεως.

4. Εὐχαὶ πάλιν τὰς ἀναγνώσεις διαδεχόμεναι νεαρωτέραν τὴν ψυχὴν καὶ ἀκμαιοτέραν τῷ πρὸς Θεὸν πόθῳ κεκινημένην παραλαμβάνουσιν. Εὐχὴ δὲ καλὴ ἡ ἐναργῆ ἐμποιοῦσα τοῦ Θεοῦ ἔννοιαν τῇ ψυχῇ (88). Καὶ τοῦτό ἐστι Θεοῦ ἐνοίκησις, τὸ διὰ τῆς μνήμης ἐνιδρυμένον ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεόν. Οὕτω γινόμεθα ναὸς Θεοῦ, ὅταν μὴ φροντίσι γηΐναις τὸ συνεχὲς τῆς μνήμης διακόπτηται, μηδὲ τοῖς ἀπροσδοκήτοις πάθεσιν ὁ νοῦς ἐκταράττηται, ἀλλὰ πάντα ἀποφυγὼν ὁ φιλόθεος ἐπὶ Θεὸν ἀναχωρῇ, ἐξελαύνων τὰ προσκαλούμενα (89) αὐτὸν εἰς ἀκρασίαν πάθη, καὶ τοῖς πρὸς ἀρετὴν ἄγουσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐνδιατρίβῃ.

5. Καὶ πρῶτόν γε πάντων σπουδάζειν προτήκει περὶ τὴν τοῦ λόγου χρῆσιν μὴ ἀμαθῶς ἔχειν, ἀλλ' ἐρωτᾶν μὲν ἀφιλονείκως, ἀποκρίνεσθαι δὲ καὶ ἀφιλοτίμως (90), μὴ διακόπτοντα τὸν προσδιαλεγόμενον, ὅταν τι χρήσιμον λέγῃ, μηδὲ ἐπιθυμοῦντα τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἐπιδεικτικῶς παρεμβάλλειν, μέτρα ὁρίζοντα λόγῳ καὶ ἀκοῇ· μανθάνειν δὲ ἀνεπαισχύντως, καὶ διδάσκειν ἀνεπιφθόνως· καὶ εἴ τι παρ' ἑτέρου δεδίδακται, μὴ ἐπικρύπτειν (91) ὥσπερ αἱ φαῦλαι τῶν γυναικῶν, αἱ τὰ νόθα ὑποβαλλόμεναι· ἀλλὰ κηρύσσειν εὐγνωμόνως τὸν πατέρα τοῦ λόγου. Τόνος δὲ φωνῆς ὁ μέσος προτιμητέος, ὡς μήτε διαφεύγειν τὴν ἀκοὴν ὑπὸ σμικρότητος, μήτε φορτικὸν εἶναι τῷ μεγέθει τῆς διατάσεως. Προεξετάσαντα ἐν ἑαυτῷ τὸ ρηθησόμενον, οὕτω δημοσιεύειν τὸν λόγον. Εὐπροσήγορον ἐν ταῖς ἐντεύξεσι, γλυκὺν

A Rursus quis reputans quomodo clemens simul et magnanimus esse possit, ita ut animo in peccatum, clementia erga homines utatur; inveniet Davidem generosum quidem in bellicis facinoribus, clementem vero et placidum in inimicis ulciscendis. Talis et Moses, ingenti quidem ille animo in eos insurgens, qui in Deum peccaverant, sed leniter inflictas sibi calumnias perferens. Ac omnino, ut pictores, cum imagines ex imaginibus pingunt, crebro ad exemplar respicientes, inde formam in suum opus transferre conantur: sic etiam qui sese omnibus virtutis partibus absolutum perficere studet, ad sanctorum vitas, velut ad simulacra quædam viva et actuosa, respicere debet, et quod illis inest boni B suum imitando facere.

4. Preces rursus lectionibus succedentes vegetiorem ac fortiorem animam amore in Deum concitatam excipiunt. Est autem oratio illa præclara, quæ perspicuam Dei notionem animæ imprimit: idque Dei inhabitatio est, insidentem intus Deum memoria complecti. Sic Dei efficimur templum; cum nec terrenis curis perpetuus memoriæ tenor interpellatur, nec improvisis commotionibus perturbatur intellectus; sed omnia fugiens Dei cultor ad Deum secedit, repellens provocantes ad libidinem affectiones, ac in studiis ad virtutem ducentibus immoratur.

C

5. Atque illud quidem imprimis studio esse debet, sermone non incite uti, sed interrogare sine litigandi studio, respondere sine ambitione; non interpellare disserentem, si quid dicat utile, neque cupidum esse proprii sermonis ostentationis causa interserendi; modum tenere loquendi et audiendi; discere etiam sine verecundia, docere liberaliter, nec occultare si 74 quid ab alio didiceris; velut improbæ mulieres facere solent, quæ spurios partus subjiciunt; sed grato animo parentem doctrinæ prædicare. Vocis vero sonus mediocris præferendus est, ut nec exilior auditum præterfugiat, nec nimia contentione importunus sit. Expendendum tecum prius quid dicturus sis, atque ita demum edendum et vulgandum. D Adeuntibus affabilem esse oportet, atque in col-

(85) *Εὑρήσει.* Ita mss. summo consensu. Editi εὑρίσκει.

(84) *Τοιοῦτος.* Editi addunt ἦν, quod deest in codicibus Harl., Med., Vat. et quatuor Regiis. Legitur tamen in Coisl. primo.

(85) *Εἰκόνας γράφωσι.* Ita Harl. et Coisl. primus cum tribus aliis. Editio Parisiensis εἰκόνα γράφουσι. Basilcensis prima et Haganoensis γράφωσι. Legitur in nonnullis mss. εἰκόνος εἰκόνα.

(86) *Ἀπεργάσασθαι.* Sic mss. summo consensu. Editi ἀπεργάσεσθαι.

(87) *Ἀγάλματά τινα κινούμενα.* Sic editiones antiquæ cum omnibus mss. Editio Parisiensis ἀγάλματα κοινούμενα.

(88) *Τῇ ψυχῇ.* Editi ἐν τῇ ψυχῇ. Præpositio in nostris octo mss. deest et in editione Hagan. Paulo post editi ἔχειν ἐνιδρυμένον ἐν αὐτῷ. Codices mss. summo consensu ut in textu.

(89) *Τὰ προσκαλούμενα*, etc. Secuti sumus hoc loco Coislinianum primum, Harl. et duos Regios. Habet etiam Medicæus τὰ προσκαλούμενα αὐτόν. Vaticanus et alii nonnulli τὰ προσκαλούμενα ἡμᾶς εἰς κακίαν. Editi τὰ προσκαλούμενα ἡμᾶς εἰς ἀκρασίας πάθη.

(90) *Ἀφιλοτίμως.* Sic veteres editiones et mss. Editio Paris. φιλοτίμως. Paulo post addidimus τι ex septem mss.

(91) *Μὴ ἐπικρύπτειν.* Coisl. primus et Med. cum duobus Regiis μὴ ἐπικρυπτόμενον.

Digitized by Google

loquiis suavem ; nec voluptatem facetis sermonibus aucupari ; sed benigna adhortatione lenitatem obtinere. Ubique asperitas, etiamsi objurgandum sit, rejicienda. Si enim prior te ipse per humilitatem abjeceris, hoc pacto ei, cui curatione opus est, acceptus eris. Plerumque vero utilis nobis et illa increpationis ratio a propheta adhibita, qui cum David peccasset, non a semetipso sententiam induxit condemnationis, sed accersita persona utens, ipsum proprii judicem peccati constituit ; ita ut cum in se ipse sententiam dixisset, nihil jam succenseret arguenti.

6. Consentaneus autem humili ac demisso sensui tristis oculus atque deorsum vergens, habitus neglectus, squalida coma, vestis sordida ; adeo ut quæ lugentes data opera faciunt, ea sua sponte nobis inesse videantur. Tunica cingulo ad corpus astricta sit : cinctus neque ilia exsuperet, id enim muliebre ; neque laxus ita ut tunica diffluat ; id enim molle. Incessus esto nec segnis, nec animum dissolutum arguat ; nec rursus vehemens ac superbus, ne stolidos animi impetus indicet. Unus vestimenti scopus, ut idoneum sit carnis ad hiemem et æstatem operimentum. Neque vero in colore floridum exquiratur, neque in opere tenue ac molle. Etenim in veste pigmentorum lautitias consectari, non absimile est venustatis studio, quo mulieres ducuntur, dum genas et crines alieno flore inficiunt. Sed et eo usque crassa tunica sit, ut socia opus non habeat, ad eum qui induitur calefaciendum. Calcearium autem pretio quidem vili, sed cui nihil desit ad usum explendum. Et ut semel omnia uno verbo complectar, ut in veste necessarium præcipue sectandum : ita in cibo panis explebit necessitatem, aqua sedabit sitim recte valenti ; quibus accedent quæcunque ex leguminibus pulmenta corpori vires ad necessarios usus conservare possunt. Edere autem decet non belluantium speciem præbentes, sed ubique modestiam et mansuetudinem atque in voluptatibus continentiam retinentes, ne tum quidem animam a Dei cogitatione habentes otiosam, sed ex ipsa alimentorum natura, et corporis ea suscipientis structura, divinarum laudum materiam ducentes, quod varia ciborum genera qualitati corporum accommodata, ab eo qui omnia moderatur, inventa sint. Preces ante cibum fiant, quæ donis **75** Dei dignæ sint, tum quæ nunc largitur, tum quæ in futurum recondidit. Preces etiam post cibum, quæ et gratiarum actionem pro acceptis

ἐν ταῖς ὁμιλίαις· οὐ διὰ τῆς εὐτραπελίας τὸ ἡδὺ θηρώμενον, ἀλλὰ διὰ τῆς εὐμενοῦς παρακλήσεως τὸ προσηνὲς ἔχοντα. Πανταχοῦ τὸ τραχὺ, κἂν ἐπιτιμῆσαι δέῃ (92), ἀπωθούμενον. Προκαταβαλὼν (93) γὰρ ἑαυτὸν διὰ ταπεινοφροσύνης, οὕτως εὐπαράδεκτος ἔσῃ τῷ δεομένῳ τῆς θεραπείας. Πολλάκις δὲ χρήσιμος ἡμῖν καὶ ὁ τοῦ προφήτου τρόπος τῆς ἐπιπλήξεως, ὃς τῷ Δαβὶδ ἁμαρτόντι οὐ παρ' ἑαυτοῦ ἐπήγαγε τὸν ὅρον τῆς καταδίκης, ἀλλ' ὑποβολῇ προσώπου χρησάμενος, αὐτὸν ἐκεῖνον (94) τοῦ ἰδίου δικαστὴν ἐκάθισεν ἁμαρτήματος· ὥστε αὐτὸν καθ' ἑαυτοῦ προεξενεγκόντα τὴν κρίσιν, μηδὲν ἔτι μέμψασθαι τὸν ἐλέγξαντα.

6. Ἕπεται δὲ τῷ ταπεινῷ καὶ καταβεβλημένῳ φρονήματι ὄμμα στυγνὸν καὶ εἰς γῆν συννενευκὸς (95), σχῆμα ἠμελημένον, κόμη αὐχμηρὰ, ἐσθὴς ῥυπῶσα· ὥστε ἃ ποιοῦσιν οἱ πενθοῦντες κατ' ἐπιτήδευσιν, ταῦτα ἐκ τοῦ αὐτομάτου ἡμῖν ἐπιφαίνεσθαι. Χιτὼν διὰ ζώνης προσεσταλμένος (96) τῷ σώματι· τὸ μέντοι ζῶσμα μήτε ἄνω τῶν λαγόνων, γυναικῶδες γάρ· μήτε χαῦνον, ὥστε διαῤῥεῖν τὸν χιτῶνα· βλακικὸν γάρ· καὶ τὸ βάδισμα μήτε νωθρὸν, ὡς ἐκλυσιν τῆς ψυχῆς κατηγορεῖν· μηδ' αὖ σφοδρὸν καὶ σεσοβημένον, ὡς ἐμπλήκτους αὐτῆς τὰς ὁρμὰς ὑποφαίνειν. Σκοπὸς ἐσθῆτος εἷς, κάλυμμα εἶναι σαρκὸς πρὸς χειμῶνα καὶ θέρος αὔταρκες. Μήτε δὲ ἐν χρώματι (97) τὸ ἀνθηρὸν διωκέσθω, μήτε ἐν τῇ κατασκευῇ τὸ λεπτὸν καὶ μαλακόν. Τὸ γὰρ τὰς ἐν ἐσθῆτι εὐχροίας περισκοπεῖν ἴσον ἐστὶ γυναικείῳ καλλωπισμῷ, ὃν ἐκεῖναι ἐπιτηδεύουσιν, ἀλλοτρίῳ ἄνθει παρειὰς καὶ τρίχας ἑαυτῶν καταβάπτουσαι. Ἀλλὰ μὴν καὶ παχύτητος οὕτως ἔχειν ὁ χιτὼν ὀφείλει, ὡς μὴ δεῖσθαι κοινωνοῦ πρὸς τὸ θάλπειν τὸν ἐνδυόμενον. Ὑπόδημα δὲ τὸ εὐτελὲς μὲν κατὰ τὴν ἀξίαν, ἀνενδεῶς δὲ τὴν χρείαν ἀποπληροῦν. Καὶ ἁπαξαπλῶς, ὡς ἐν τῷ ἐνδύματι ἡγεῖσθαι προσήκει τὸ χρειῶδες, οὕτω καὶ ἐν τροφῇ ἄρτος ἐκπληρώσει τὴν χρείαν, καὶ ὕδωρ θεραπεύσει τὴν δίψαν τῷ ὑγιαίνοντι, καὶ ὅσα ἐκ σπερμάτων παροψήματα πρὸς τὰς ἀναγκαίας χρείας τὴν ἰσχὺν τῷ σώματι δύναται διασώσασθαι. Ἐσθίειν δὲ μὴ λυσσώδη γαστριμαργίαν ἐμφαίνοντα (98), ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ εὐσταθὲς καὶ πρᾷον καὶ περὶ τὰς ἡδονὰς ἐγκρατὲς διασώζοντα· μηδὲ τότε τὸν νοῦν ἀργὸν ἐν τῇ περὶ Θεοῦ ἐννοίᾳ ἔχοντα, ἀλλ' αὐτὴν τῶν βρωμάτων τὴν φύσιν, καὶ τὴν τοῦ ὑποδεχομένου σώματος κατασκευὴν, ἀφορμὴν ποιεῖσθαι δοξολογίας· πῶς ποικίλα εἴδη τροφῶν τῇ ἰδιότητι τῶν σωμάτων ἁρμόζοντα παρὰ τοῦ πάντα οἰκονομοῦντος ἐπινενόηται. Εὐχαὶ πρὸ τῆς τροφῆς ἀξίως γινέσθωσαν τῶν τοῦ Θεοῦ παροχῶν, ὧν τε νῦν δίδωσι, καὶ ὧν πρὸς τὸ

(92) *Ἐπιτιμῆσαι δέῃ*. Ita Harl., Coisl. primus et Regii tres. Legitur δέοι in editis.

(93) *Προκαταβαλών*. Ita mss. septem. Editi προκαταλαβών.

(94) *Ἐκεῖνον*. Hanc vocem, quæ deest in editis, habent magno consensu codices mss. Ibidem editi κριτήν. Mss. ut in textu. Eadem de Nathan verba legimus in Commentario *in Isaiam* p. 479, n. 145. Paulo post editi μέμφεσθαι. Antiquissimi quique codices ut in textu.

(95) *Συννενευκός*. Quatuor mss. non tamen vetustissimi νενευκός.

(96) *Προσεσταλμένος* Unus ex codicibus Combefisianis περιεσταλμένος. Duo alii προεσταλμένος.

(97) *Ἐν χρώματι*. Unus ex Combefisianis codicibus ἐν χρώμασι.

(98) *Ἐμφαίνοντα*. Unus ex codicibus Combefisianis ὑποφαίνοντα. Duo alii ἐπιφαίνοντα.

Digitized by Google

μέλλον ἐταμιεύσατο. Εὐχαὶ μετὰ τροφὴν (99) εὐχαριστίαν τῶν δεδομένων ἔχουσαι καὶ αἴτησιν τῶν ἐπηγγελμένων. Ὥρα μία τροφῆς ἀποτεταγμένη, ἡ αὐτὴ κατὰ περίοδον ἀπαντῶσα· ὡς ἐκ τῶν εἴκοσι τεσσάρων ὡρῶν τοῦ ἡμερονυκτίου μίαν (1) εἶναι μόλις ταύτην τὴν προσαναλισκομένην τῷ σώματι· τὰς δὲ λοιπὰς ἐν τῇ κατὰ νοῦν ἐνεργείᾳ ἀπασχολεῖσθαι τὸν ἀσκητήν. Ὕπνοι δὲ κοῦφοι καὶ εὐαπάλλακτοι, φυσικῶς ἀκολουθοῦντες τῷ λεπτῷ (2) τῆς διαίτης· κατ' ἐπιτήδευσιν δὲ ταῖς περὶ τῶν μεγάλων μερίμναις διακοπτόμενοι. Τὸ γὰρ βαθεῖ κάρῳ κατακρατεῖσθαι, λυομένων αὐτοῦ (3) τῶν μελῶν, ὥστε σχολὴν ἀλόγοις (4) φαντασίαις παρέχειν, ἐν καθημερινῷ θανάτῳ ποιεῖ τοὺς οὕτω καθεύδοντας. Ἀλλ' ὅπερ τοῖς ἄλλοις ὁ ὄρθρος ἐστὶ, τοῦτο τοῖς ἀσκηταῖς τῆς εὐσεβείας τὸ μεσονύκτιον, μάλιστα σχολὴν τῇ ψυχῇ τῆς νυκτερινῆς ἡσυχίας χαριζομένης, οὔτε ὀφθαλμῶν οὔτε ὤτων βλαβερὰς ἀκοὰς ἢ θέας ἐπὶ καρδίαν παραπεμπόντων, ἀλλὰ μόνου (5) καθ' ἑαυτὸν τοῦ νοῦ τῷ Θεῷ συνόντος, καὶ διορθουμένου μὲν ἑαυτὸν τῇ μνήμῃ τῶν ἡμαρτημένων, ὅρους δὲ ἑαυτῷ τιθέντος πρὸς τὴν ἔκκλισιν τοῦ κακοῦ, καὶ τὴν παρὰ Θεοῦ συνεργίαν εἰς τὴν τελείωσιν τῶν σπουδαζομένων ἐπιζητοῦντος (6).

A bonis et promissorum petitionem habeant. Hora una capiendo cibo destinata, eademque per circuitum revertens; adeo ut ex viginti quatuor horis diei ac noctis, vix illa una ad curandum corpus insumatur: reliquas asceta in animi exercitatione transigat. Somni leves sint, ejusque modi, qui excuti facile possint, naturalem cum tenui victus ratione necessitudinem habentes: imo vero de industria magnarum rerum curis interrumpantur. Nam altiore correptum esse sopore, membris solutis, ita ut facilis pateat aditus imaginibus a ratione alienis, id quotidianæ morti addicit ita dormientes. Sed quod aliis diluculum, id pietatis cultoribus media nox: cum maxime nocturna quies otium animæ largiatur, neque oculis, neque auri-
B bus quidquam visu aut auditu exitiosum in cor immittentibus, sed mente sola per se cum Deo rationem habente, seque corrigente per peccatorum recordationem et regulas sibi ipsi præscribente ad vitia declinanda, ac Dei auxilium ad ea, quæ studio habet, perficienda implorante.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Γ'

EPISTOLA III*.

Laudat Basilius Candidiani in honorum perfunctione moderationem animi et litterarum studium: ejus præsidium implorat adversus violentiam agrestis cujusdam, qui ipsius ædes invaserat et expilaverat.

Κανδιδιανῷ.

1. Ὅτε εἰς χεῖρας ἔλαβον τὴν ἐπιστολήν σου, ἔπαθόν τι ἀκοῆς ἄξιον. Εὐλαβήθην αὐτὴν, ὡς τι δημόσιον προσαγγέλλουσαν, καὶ παρ' ὃν ἐξέλυον καιρὸν τὸν κηρὸν, ἐφοβούμην προσβλέπων (7), ὡς οὐδεὶς ἐν αἰτίαις ὢν Σπαρτιάτης Λακωνικὴν σκυτάλην. Ἐπεὶ δὲ ἔλυσα, καὶ ἕκαστα ἐπεξῆλθον, γελάσαι μοι ἐπῆλθε· τοῦτο μὲν ὑφ' ἡδονῆς, τοῦ μηδὲν ἀκοῦσαι νεώτερον, τοῦτο δὲ πρὸς τὰ Δημοσθένους τὰ σὰ κρίναντι. Ὅτι ὁ μὲν, ἐπειδὴ ὀλίγοις τισὶ χορευταῖς καὶ αὐληταῖς ἐχορήγει, οὐκέτι ἠξίου Δημοσθένης, ἀλλὰ χορηγὸς ὀνομάζεσθαι· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ χορηγῶν καὶ μή· χορηγῶν μέντοι (8) πλείοσι μυ-

Candidiano.

1. Cum in manus sumpsi epistolam tuam, contigit mihi quiddam auditu dignum. Reveritus sum illam quasi publicum quidpiam annuntiantem; dumque ceram resolverem, intuens extimui, quantum nullus Spartiata reus Laconicam scytalem. Sed postquam solvi ac singula perlegi, subiit mihi ridere, partim quidem præ gaudio, quod nihil au
C tigit direm novi; partim vero quod cum Demosthenis rebus tuas compararem. Nimirum posteaquam ille paucis quibusdam saltatoribus tibicinibusque suppeditasset, non amplius Demosthenes, sed choragus vocari voluit: tu vero idem ipse es, sive suppedites.

(99) *Μετὰ τροφήν.* Nonnulli codices mss. μετὰ τροφάς.

(1) *Μίαν.* Hanc vocem addidimus ex septem mss. Paulo post legitur ἐνεργείᾳ in Harl., Med., Coisl. primo et duobus aliis. Editi ἐργασίᾳ. Ibidem editi ἀποσχολεῖσθαι. Harl. et Vat., et alii nonnulli ἀπασχολεῖσθαι. Legitur in Coisl. primo et Med. ἀπασχολεῖν. In alio ἀποπληροῦν.

(2) *Τῷ λεπτῷ.* Ita Harl., Med. et plures alii. Editi τῷ συμμέτρῳ. Statim Remigianus μερίμναις διαβοσκόμενοι. Unde interpres *pascantur.*

(3) *Αὐτοῦ.* Deest in uno ex Regiis, nec incommode expungeretur. Legitur αὐτῷ in nonnullis mss.

(4) *Ἀλόγοις.* Ita Harl., Med., Coisl. primus et Reg. secundus. Editi ἀτόποις.

(5) *Μόνου.* Editi μόνον, et paulo post ἑαυτοῦ, repugnantibus vetustissimis quibusque codicibus.

(6) In codice Cæsareo num. LXXVI insignito (*a*) est ea epistola aliquanto auctior desinitque hoc modo...: ἐπιρρητοῦντος. Ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν, ὦ φίλη κεφαλὴ, ἀδελφικῆς ἀγάπης διηγήματα. Αὐτὸς δὲ ἡμᾶς ταῖς ὁσίαις σου εὐχαῖς ἀμείβεσθαι καταξίωσον, ὅπως ῥυσθείημεν ἐκ τοῦ ἐνεστῶτος αἰῶνος πονηροῦ καὶ ἀπὸ τῶν ἀτόπων ἀνθρώπων, καὶ ἀπαλλα-

(7) *Προσβλέπων.* Coisl. uterque et Reg. secundus, προβλέπων. Paulo post editi τὰ τοῦ Δημοσθένους, sed deest alter articulus in veteribus libris. Ibidem in tribus codicibus recentioribus legitur κρίνοντι.

(8) *Μέντοι.* Sic codices mss. Editi μὲν τοῖς. Ibidem tres vetustissimi codices Harl., Coisl. primus et Medicæus cum Vaticano et Regio primo habent πλείονα μυριάσι.

* Alias CLXXIII. Scripta in secessu.

(*a*) Lambecius, *Commentar. de bibliotheca Vindobonensi* ed. Kollar. tom. III, p. 372.

Digitized by Google

sive non (suppeditas autem pluribus militum denis millibus, quam quot ille hominibus necessaria subministrabat), qui quidem nobis non pro dignitate scribis, sed consueto more, nec quidquam remittis de litterarum studio ; sed, ut ait Plato, in ipsa tempestate ac æstu negotiorum, veluti sub murum quemdam validum abscedens, nullo prorsus tumultu mente turbaris : imo nec alios, quantum in te est, perturbari sinis. Ac res quidem tuæ tales, magnæ profecto et admirandæ his qui perspicere possunt ; **76** rursus autem minime admirandæ, si quis eas cum toto vitæ instituto comparet. Jam vero nostras audi, quæ et mirabiles sunt, et merito nobis acciderunt.

2. Agrestis quidam ex iis qui nobiscum Annesis commorantur, mortuo famulo meo, non se negotii quidquam cum illo habuisse dixit, non ad me accessit, non conquestus est, non rogavit ut a volente acciperet, non minatus est se vim facturum, nisi acciperet ; sed subito cum nonnullis ipsi temeritate similibus domum nostram invasit, mulieresque quæ eam custodiebant verberibus contudit, ac effractis foribus exportavit omnia, partim sibi ipse rapiens, partim ad diripiendum cuilibet proponens. Itaque, ne extremus nos infirmitatis terminus simus, videamurque omnibus ad injurias idonei ; quod studium omnibus nostris in rebus ostendisti, hoc idem nunc ut impendas exorari te sine. Hac enim una re tranquillitas nobis servetur, si strenuo tuo præsidio instructi simus. Erimus autem multa hac contenti, si a pagi præposito comprehensus, brevi tempore in carcere includatur. Etenim non ob ea solum quæ perpessi sumus, indignamur : sed in posterum etiam securitate indigemus.

A ριάσι στρατιωτῶν, ἢ ὅσοις ἀνδράσιν ἐκεῖνος παρέσχε τὰ ἐπιτήδεια· ὃς γε οὐθ' ἡμῖν ἀπὸ τοῦ σχήματος ἐπιστέλλεις, ἀλλὰ τὸν εἰωθότα τρόπον· καὶ τῆς περὶ λόγους σπουδῆς οὐδὲν ὑφίεσαι· ἀλλὰ τὸ τοῦ Πλάτωνος, ἐν χειμῶνι καὶ ζάλῃ (9) πραγμάτων, οἷον ὑπὸ τείχει τινὶ καρτερῷ ἀποστὰς, οὐδενὸς θορύβου τὴν ψυχὴν ἀναπίμπλασαι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἑτέρους ἐᾷς, τό γε σαυτοῦ μέρος. Καὶ τὰ μὲν σὰ τοιαῦτα, μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τοῖς συνορᾶν δυναμένοις, καὶ πάλιν οὐ θαυμαστὰ τῷ πρὸς τὴν ὅλην (10) προαίρεσιν τοῦ βίου κρίνοντι. Ἄκουε δὴ καὶ τὰ ἡμέτερα, παράδοξά τε ὄντα, καὶ ἀκολούθως ἡμῖν ἁπαντῶντα.

B 2. Ἀνήρ τις ἄγροικος τῶν συνοικούντων ἡμῖν ἐν Ἀννήσοις, (11), οἰκέτου μου τελευτήσαντος, οὐ συμβόλαιόν τι (12) πρὸς αὐτὸν εἰπὼν ἐσχηκέναι, οὐ προσελθών μοι, οὐκ ἐπαιτιασάμενος, οὐ παρ' ἐκόντος ἀξιώσας λαβεῖν, οὐκ ἀπειλήσας εἰ μὴ λάβοι βιάσασθαι, ἀθρόον μετά τινων ὁμοίων αὐτῷ τὴν ἀπόνοιαν ἐπιθέμενος ἡμῶν τῇ οἰκίᾳ, τά τε γύναια τὰ φυλάττοντα συνέτριψε τύπτων, καὶ καταῤῥήξας τὰς θύρας, ἐξεφόρησεν ἅπαντα, τὰ μὲν αὐτὸς λαβὼν, τὰ δὲ εἰς διαρπαγὴν τοῖς βουλομένοις προθείς. Ἵν' οὖν μὴ ὁ ἔσχατος ὅρος ἡμεῖς τῆς ἀσθενείας ὦμεν, καὶ παντὶ δόξωμεν ἐπιτήδειοι πρὸς ἐπιχείρησιν, ἣν ἐν πᾶσι τοῖς πράγμασιν ἡμῶν σπουδὴν ἐπιδέδειξαι, καὶ νῦν εἰσενέγκασθαι παρακλήθητι. Μόνως γὰρ ἂν ἡμῖν οὕτω τὸ ἄπραγμον σώζοιτο, εἰ τῷ σῷ δραστηρίῳ (13) C συντεταγμένοι εἴημεν. Γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν ἀρκοῦντα δίκη, εἰ, διὰ τοῦ παγάρχου (14) συλληφθεὶς, ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ βραχὺν κατακλεισθείη χρόνον. Καὶ γὰρ οὐχ ὑπὲρ ὧν πεπόνθαμεν ἀγανακτοῦμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς πρὸς τὸ λοιπὸν ἀσφαλείας δεόμεθα.

EPISTOLA IV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Δ'.

Olympio, qui dona miserat, perurbane gratias agit Basilius, inousans quod contubernalem suam pauperiem expulerit.

Olympio.

Ecquid agis, o præclare, qui amicam nobis pauperiatem et philosophiæ nutricem solitudine expellis? Arbitror enim fore, ut ipsa tibi judicium intenderet unde vi, si qua ei loquendi facultas

Ὀλυμπίῳ.

Οἷα ποιεῖς, ὦ θαυμάσιε, τὴν φίλην ἡμῖν πενίαν, καὶ φιλοσοφίας τροφὸν, τῆς ἐσχατιᾶς ἀπελαύνων; Οἶμαι γὰρ ἄν σε καὶ ἐξούλης γραφὴν ὑπ' αὐτῆς φεύγειν (15), εἴ τις αὐτῇ προσγένοιτο λόγος· ὅτι

D

* Alias CLXIX. Scripta in secessu.

(9) *Καὶ ζάλῃ.* Vat. et Reg. primus καὶ χαλάζῃ. Ibidem Vat., Coisl. secundus et Reg. uterque ὑπὸ τείχός τι καρτερόν. Paulo post iidem codices οὕτω μεγάλα, excepto tamen Vaticano.

(10) *Ὅλην.* Hanc vocem addidimus ex Coisl. utroque, Med. et utroque Regio.

(11) *Ἐν Ἀννήσοις.* Codex perantiquus Coisl. ἐν Ἀνήσοις· alius ex eadem bibliotheca et unus ex Regiis ἐν Ἀννίσοις.

(12) *Οὐ συμβόλαιόν τι.* Deest negatio in editis et in pluribus mss. codicibus. Legitur in duobus aliis et secunda manu in Harlæano ; ac prorsus necessaria videtur ad orationis seriem ; quippe cum agrestis ille ante facinus ediderit, quam ullam consilii sui significationem dedisset. Ibidem deest εἰπών in tribus vetustissimis codicibus.

(13) *Δραστηρίῳ.* Sic Harlæanus cum Regio utroque et Coisl. secundo. Editi δικαστηρίῳ. Sed hæc posterior scriptura minus probabilis ; non enim judicium a Candidiano petit Basilius, sed patrocinium apud præpositum pagi. Confirmatur nostra interpretatio ex his verbis Gregorii Naz. Orat. 25, p. 441 : Οἶδα τίνι ἀπεταξάμην καὶ τίνι συνεταξάμην. *Scio cui renuntiavi et cui me adjunxi.* Vide Addenda.

(14) *Παγάρχου.* Sic septem mss. codices. Editi admodum mendose πυράρχου. Hi autem pagorum præpositi suas administrandæ militaris annonæ partes sustinebant, ut patet ex cod. Theod. lib. VII, tit. 4, leg. 1, et lib. XII, tit. 6, leg. 8. Unde non mirum si Basilius ad Candidianum, cujus magna apud pagi præpositum erat auctoritas, confugit.

(15) *Φεύγειν.* Miror Combefisium censuisse legendum οὐ φεύγειν, cum notum sit et pervulgatum φεύγειν γραφὴν idem sonare ac accusari. Paulo post in quatuor mss. ὅτι Τούτῳ μέν.

Digitized by Google

Τούτῳ συνοικεῖν εἱλόμην ἐγὼ, νῦν μὲν τὸν Ζήνωνα ἐπαινοῦντι, ὃς, ναυαγίῳ πάντα ἀποβαλὼν, οὐδὲν ἀγεννὲς ἐφθέγξατο· ἀλλ', Εὖγε, εἶπεν, ὦ τύχη, συνελαύνεις (16) ἡμᾶς εἰς τὸ τριβώνιον· νῦν δὲ τὸν Κλεάνθην, μισθῷ ὕδωρ τοῦ φρέατος ἀπαντλοῦντα, ὅθεν αὐτός τε διέζη, καὶ τοῖς διδασκάλοις μισθοὺς ὑπετέλει. Τὸν δὲ Διογένην οὐδὲ ἐπαύσατό ποτε θαυμάζων, τοῖς παρὰ τῆς φύσεως μόνοις ἀρκεῖσθαι φιλοτιμούμενον· ὡς καὶ τὸ κισσύβιον ἀπορῥῖψαι (17), ἐπειδήπερ παρὰ παιδὸς ἐδιδάχθη κοίλαις ταῖς χερσὶν ἐπικύπτων πίνειν. Ταῦτα ἄν σοι καὶ τὰ τοιαῦτα ἡ σύνοικος ἡμῶν (18) πενία μέμψαιτο, ταῖς μεγαλοδωρεαῖς ἐξοικισθεῖσα νῦν. Προσθείη δὲ καὶ ἀπειλήν τινα· ὅτι, Εἴ σε ἐνταῦθα πάλιν λάβοιμι, Σικελικὴν ἢ Ἰταλιῶτιν τρυφὴν ἀποδείξω τὰ πρότερα· οὕτω σε ἀκριβῶς τοῖς παρ' ἐμαυτῆς ἀμυνοῦμαι. Καὶ ταῦτα μὲν δὴ τοιαῦτα. Ἤσθην δὲ ἀκούσας ἤρχθαί σε τῆς θεραπείας ἤδη· καὶ εὔχομαί σε (19) δυνασθαι αὐτῆς. Πρέποι δ' ἂν τῇ ἱερᾷ σου ψυχῇ ἄλυπος ὑπηρεσία σώματος.

A accederet : Volui ego cum hoc homine una degere, nunc quidem Zenonem laudante, qui amissis naufragio omnibus nihil non virile locutus est, sed, Euge, dixit, o fortuna, redigis nos ad detritum pallium : nunc vero Cleanthem mercede aquam ex puteo haurientem, unde et ipse victitabat, et magistris æra persolvebat. Quin et Diogenem nunquam intermisit admirari, id sibi laudi habentem, ut solis naturæ rebus contentus esset; adeo ut poculum etiam projecerit, postquam a puero didicit cavis manibus inclinans bibere. His te et talibus contubernalis nostra incusaret, nunc magnificis donis expulsa. Adjiceret autem et aliquid minarum : Si hic te iterum deprehendero, Siculas aut Italicas delicias priora exstitisse ostendam : B ita te accurate copiis meis ulciscar. Sed de his hactenus. Gavisus autem sum, cum audivi te jam remedia aggressum esse ; teque his juvari precor. Sacræ 77 autem tuæ animæ convenerit sollicitudinum et molestiarum expers corporis curatio.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ε'.

EPISTOLA V*.

Consolatur Nectarium Basilius unici filii morte affiictum.

Νεκταρίῳ παραμυθητική (20).

Οὕπω εἶχον τρίτην ἢ τετάρτην ἡμέραν πληγεὶς ἐπὶ τῇ ἀκοῇ τοῦ ἀφορήτου πάθους, καὶ ἔτι ἀμφίβολος ὢν, διὰ τὸ μηδὲ σαφῶς δυνηθῆναι ἡμῖν τῶν ἀνιαρῶν τὸν μηνυτὴν τὸ συμβὰν διηγήσασθαι, καὶ τῷ (21) ἀπεύχεσθαι ἀληθῆ εἶναι, δυσπαραδέκτως ἔχων πρὸς τὰ θρυλλούμενα, ἐδεξάμην γράμμα τοῦ ἐπισκόπου ἀκριβῶς σημαῖνον τὴν ἀπευκτὴν ἀγγελίαν. Ἐφ' ᾧ ὅσον μὲν ἐστέναξα, καὶ ὅσον ἀφῆκα δάκρυον, τί χρὴ καὶ λέγειν; Καὶ γὰρ τίς οὕτω λίθινος τὴν καρδίαν, ἢ ἔξω παντελῶς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὥστε ἀπαθῶς ἐνεγκεῖν τὸ συμβὰν, ἢ μετρίῳ πάθει (22) τὴν ψυχὴν καταληφθῆναι; Οἴκου λαμπροῦ διαδοχὴ, ἔρεισμα γένους, πατρίδος ἐλπὶς, γονέων εὐσεβῶν βλάστημα ὑπὸ μυρίαις εὐχαῖς ἐντραφὲν, ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας ὄν, ἐκ μέσου (23) τῶν πατρικῶν χειρῶν ἀναρπασθὲν οἴχεται. Ταῦτα ποίαν ἀδάμαντος φύσιν οὐχ ἱκανὰ ἐκλῦσαι, καὶ εἰς συμπάθειαν ἀγαγεῖν; Ὥστε οὐδὲν μέγα, εἰ καὶ ἡμῶν διὰ βάθους ἥψατο τὸ κακὸν, ὁλοκλήρως ἐξ ἀρχῆς προσπεφυκότων ὑμῖν, καὶ τάς τε εὐφροσύνας ὑμῶν καὶ τὰς λύπας ἰδίας ἑαυτῶν ποιουμένων. Καίτοιγε ἐδόκει, τόν γε μέχρι τοῦ παρόντος χρόνον (24), ὀλίγα εἶναι τὰ λυποῦντα ὑμᾶς, ἐν τοῖς

1. Nondum tertium aut quartum diem traduxeram intolerabilis casus auditione perculsus ; et cum adhuc ambigerem, quia ne clare quidem potuerat nobis molestæ rei nuntius id quod acciderat enarrare ; cumque rumorem vix reciperem C quia falsum esse optabam ; accepi litteras episcopi, quibus accurate infausta res significabatur. In quo quidem quantum ingemuerim, quantumque effuderim lacrymarum, quid attinet vel dicere? Quis enim adeo corde lapideo, aut omnino humanæ naturæ expers, ut in ejusmodi eventu nihil patiatur, aut modicum dolorem animo accipiat? Domus splendidæ successio, fulcimentum generis, patriæ spes, parentum piorum germen cum innumeris votis educatum, in ipso ætatis flore ex mediis patris manibus ereptum abit. Hæc quam adamantis naturam non valeant dissolvere, et ad commiserationem adducere? Quare nihil est magni, si et nos penitus hoc infortunium perculit, qui D vobis prorsus sumus ab initio addicti ; et gaudia vestra et molestias nostra facimus. Atque hactenus quidem pauca esse videbantur quæ vobis molestiam afferrent, imo pleraque ex sententia

Ad Nectarium consolatoria.

(16) *Συνελαύνεις.* Ante hanc vocem legitur ὅτι in duobus mss.

(17) *Ἀπορῥῖψαι.* Editio Parisiensis addit ποτέ, quæ vox deest in aliis editionibus et omnibus mss. Paulo post ἐπικύπτων legitur in tribus antiquissimis codicibus, Harl., Med. et Coisl. Editi ἐγκύπτων.

(18) *Ἡμῶν.* Sic Anglicanus codex cum Harl. et Med. Editi ἡμῖν. Πενία elegantius deest in Anglicano, nec invitus hanc vocem delerem.

(19) *Εὔχομαί σε.* Sic septem antiqui codices. Editi εὔχομαί σοι.

(20) *Παραμυθητική.* Sic Coisl. antiquior et editi. Addit Harl. ἐπὶ τῷ υἱῷ. Quatuor alii codices sic habent : Πρὸς Νεκτάριον τὸν υἱὸν ἀποβαλόντα, *Ad Nectarium qui filium amiserat.*

(21) *Καὶ τῷ.* Sic duo mss. et Harl. secunda manu.

(22) *Μετρίῳ πάθει.* Nonnulli codices μετριοπαθῆ... καταλειφθῆναι.

(23) *Ὅν, ἐκ μέσου.* Editi ὧν, κἀκ μέσου. Codices omnes mss. ut in textu, nisi quod in quatuor legitur ὧν.

(24) *Τόν γε μέχρι τοῦ παρόντος χρόνον.* Ita Coisl. primus, Harl. et unus ex Regiis. Codex Vat. habet ἐδόκει μέχρι τοῦ, etc. Quidam alii τὰ μέχρι τοῦ, etc. Editi τό γε... χρόνου.

* Alias CLXXXVIII. Scripta in secessu.

Digitized by Google

vobis fluere, sed subito dæmonis invidia evanuit tota illa domus felicitas et animarum hilaritas ; ac hominibus tristis historia facti sumus. Igitur si ob ea quæ acciderunt lugere, et lacrymas effundere volumus, tempus vitæ nobis non sufficiet ; nec si homines omnes nobiscum gemant, infortunio planctum adæquare poterunt : imo etiamsi fluviorum aquæ lacrymæ fiant, nequibunt casus illius lamenta explere.

A πλείστοις δὲ κατὰ ῥοῦν ὑμῖν τὰ πράγματα φέρεσθαι· ἀλλ' ἀθρόως βασκανίᾳ δαίμονος πᾶσα ἐκείνη τοῦ οἴκου (25) ἡ εὐθηνία καὶ τῶν ψυχῶν ἡ φαιδρότης ἠφάνισται, καὶ ἐγενόμεθα τῷ βίῳ διήγημα σκυθρωπόν. Ἐὰν μὲν οὖν ποτνιᾶσθαι ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι καὶ δακρύειν βουλώμεθα, οὐκ ἐξαρκέσει ἡμῖν ὁ χρόνος τοῦ βίου· πάντες δὲ ἄνθρωποι, μεθ' ἡμῶν στένοντες, παρισῶσαι τῷ πάθει τὸν ὀδυρμὸν οὐ δυνήσονται· ἀλλὰ κἂν τὰ τῶν ποταμῶν ῥεύματα (26) δάκρυον γένηται, ἐκπληρῶσαι τῶν συμβάντων τὸν θρῆνον οὐκ ἐξαρκέσει.

2. Sed si velimus Dei donum, quod cordibus nostris indidit, nunc promere, rationem dico sobriam, quæ et in rebus secundis modum novit animabus nostris præstituere, et in tristioribus casibus res humanas in memoriam revocare, nosque B admonere eorum, quæ et vidimus et audivimus, vitam videlicet infortuniis hujusmodi esse refertam, ac multa calamitatum humanarum esse exempla, et præter hæc omnia mandatum Dei esse, ut qui in Christum credunt, non lugeant mortuorum causa, ob spem resurrectionis ; ac patientiæ magnæ magnas esse apud certaminum judicem coronas gloriæ repositas : si igitur rationi permiserimus ut hæc nobis occinat, licebit fortasse modicum aliquod mali lenimen **78** invenire. Quare adhortor te, ut strenuum athletam, ut contra plagæ magnitudinem obtendaris, nec succumbas ponderi doloris, neque absorbearis animo : persuasum habens, etsi rationes eorum quæ a Deo dispensantur, nos latent; at profecto quod a sapiente nosque amante dispen- C satur, accipiendum, etiamsi molestum sit. Novit enim ipse, quomodo unicuique dividat quod utile est, et quam ob causam inæquales vitæ terminos nobis præstituat. Est enim causa aliqua hominibus indeprehensa, ob quam alii quidem citius hinc abripiuntur, alii vero diutius in hac calamitosa vita ad ærumnas perferendas relinquuntur. Itaque in omnibus adorare illius in nos amorem debemus, nec ægre ferre : memores magnæ illius et celeberrimæ vocis, quam magnus ille athleta Job emisit, cum in uno convivio liberos decem exiguo temporis momento oppressos vidit : *Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino visum, ita et factum est*[31]. Admirabilem illam vocem nostram faciamus : par merces a justo judice paria præclare facta D designantibus. Non sumus filio orbati : sed restituimus ei qui mutuo dederat : neque exstincta est illius vita, sed in melius transmutata : nec humus dilectum nostrum obtexit, sed cœlum suscepit. Paulisper exspectemus, et una cum eo quem desideramus, erimus. Neque longum est tempus se-

2. Ἐὰν μέντοι θελήσωμεν τὸ τοῦ Θεοῦ δῶρον ὃ ἐναπέθετο ταῖς καρδίαις (27) ἡμῶν προενεγκεῖν νῦν· τὸν λογισμὸν λέγω τὸν σώφρονα, ὃς καὶ ἐν ταῖς εὐημερίαις μέτρα οἶδε ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ὁρίζειν, καὶ ἐν ταῖς κατηφεστέραις περιστάσεσιν εἰς ὑπόμνησιν ἄγειν τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ ὑποβάλλειν ἡμῖν, ἃ τε εἴδομεν, ἃ τε ἠκούσαμεν, ὅτι γέμει ὁ βίος τῶν τοιούτων παθῶν, καὶ πολλὰ τῶν ἀνθρωπίνων συμφορῶν ἐστι τὰ ὑποδείγματα· καὶ ἐπὶ πᾶσιν, ὅτι πρόσταγμα Θεοῦ ἐστι τὸ μὴ λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τοὺς εἰς Χριστὸν πεπιστευκότας διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀναστάσεως· καὶ ὅτι τῆς μεγάλης ὑπομονῆς μεγάλοι παρὰ τῷ ἀθλοθέτῃ στέφανοι δόξης ἀπόκεινται· ἐὰν ἐπιτρέψωμεν τῷ λογισμῷ ταῦτα ἡμῖν κατεπᾴδειν, τάχα ἂν εὕροιμέν τινα μετρίαν τοῦ κακοῦ λύσιν. Διὸ παρακαλῶ σε, ὡς γενναῖον ἀγωνιστὴν, στῆναι πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πληγῆς, καὶ μὴ ὑποπεσεῖν τῷ βάρει τῆς λύπης, μηδὲ καταποθῆναι τὴν ψυχήν· ἐκεῖνο πεπεισμένον, ὅτι, κἂν οἱ λόγοι τῶν παρὰ Θεοῦ οἰκονομουμένων διαφεύγωσιν ἡμᾶς, ἀλλὰ πάντως γε τὸ παρὰ τοῦ σοφοῦ καὶ ἀγαπῶντος ἡμᾶς οἰκονομηθὲν ἀπόδεκτόν ἐστι, κἂν ἐπίπονον ᾖ. Αὐτὸς γὰρ οἶδε πῶς ἑκάστῳ διατίθησι τὸ συμφέρον, καὶ διὰ τί ἄνισα τίθησιν (28) ἡμῖν τοῦ βίου τὰ πέρατα. Ἔστι γάρ τις αἰτία ἀνθρώποις ἀκατάληπτος, δι' ἣν οἱ μὲν θᾶττον ἐντεῦθεν ἀπάγονται, οἱ δὲ ἐπὶ πλεῖον προσταλαιπωρεῖν τῷ ὀδυνηρῷ τούτῳ βίῳ καταλιμπάνονται. Ὥστε ἐπὶ πᾶσι προσκυνεῖν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν ὀφείλομεν, καὶ μὴ δυσχεραίνειν· μεμνημένοι τῆς μεγάλης ἐκείνης καὶ ἀοιδίμου φωνῆς, ἣν ὁ μέγας ἀθλητὴς Ἰὼβ ἀνεφθέγξατο, ἐπὶ μιᾶς τραπέζης ἰδὼν δέκα παῖδας ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ συντριβέντας· *Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτω καὶ ἐγένετο.* Ἡμέτερον ποιησώμεθα τὸ θαῦμα τοῦτο· ἴσος ὁ μισθὸς παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ τοῖς τὰ ἴσα ἐπιδεικνυμένοις ἀνδραγαθήματα. Οὐκ ἀπεστερήθημεν τοῦ παιδὸς, ἀλλ' ἀπεδώκαμεν τῷ χρήσαντι· οὐδὲ ἠφανίσθη αὐτοῦ ἡ ζωὴ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ βέλτιον διημείφθη· οὐ γῆ κατέκρυψε τὸν ἀγαπητὸν ἡμῶν, ἀλλ' οὐρανὸς ὑπεδέξατο. Μικρὸν ἀναμείνωμεν, καὶ

[31] Job I, 21.

(25) *Ἐκείνη τοῦ οἴκου.* Sic tres antiquissimi codices pro eo quod erat in editis τοῦ οἴκου ἐκείνου. In iisdem codicibus legitur καὶ τῶν ψυχῶν, quod in editis deerat.

(26) *Τὰ... ῥεύματα.* Sex codices habent τὸ... ῥεῦμα. Sed cum vulgata lectio exstet in tribus aliis vetustissimis, nihil mutandum censuimus.

(27) *Ταῖς καρδίαις.* Editi addunt ἐν, quod deest in mss.

(28) *Τίθησιν.* Deest hoc verbum in tribus codicibus, nec necessarium est.

Digitized by Google

συνεσόμεθα τῷ ποθουμένῳ. Οὐδὲ πολὺς ὁ χρόνος τῆς διαστάσεως (29), πάντων ὥσπερ ἐν ὁδῷ τῷ βίῳ τούτῳ πρὸς τὸ αὐτὸ καταγώγιον ἐπειγομένων· ἐν ᾧ ὁ μὲν προκατέλυσεν, ὁ δὲ ἐπῆλθεν, ὁ δὲ ἐπείγεται, πάντας δὲ ἓν ὑποδέξεται τέλος. Εἰ γὰρ καὶ θᾶττον τὴν ὁδὸν προκατέλυσεν, ἀλλὰ πάντες τὴν αὐτὴν (30) πορευσόμεθα· καὶ πάντας τὸ αὐτὸ ἀναμένει κατάλυμα. Μόνον γένοιτο ἡμᾶς δι' ἀρετῆς τῇ καθαρότητι ἐκείνου ὁμοιωθῆναι· ἵνα διὰ τὸ ἄδολον τοῦ ἤθους τῆς αὐτῆς τοῖς ἐν Χριστῷ νηπίοις ἀναπαύσεως ἐπιτύχωμεν (31).

A junctionis, cum omnes in hac vita tanquam in via ad idem diversorium contendant : in quod hic jam advenit, ille supervenit, alter festinat : finis autem unus omnes excipiet. Etsi enim citius viam confecit, eamdem omnes ingrediemur, omnesque idem manet diversorium. Tantum nobis contingat illius puritati per virtutem assimilari, ut moribus doli expertibus eamdem, ac qui in Christo infantes sunt, requiem consequamur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ϛ'.

EPISTOLA VI'.

Basilius Nectarii uxorem similiter consolatur.

Πρὸς τὴν ὁμόζυγον (32) *Νεκταρίου παραμυθητική.*

Nectarii conjugi consolatoria.

B

1. Ἔμελλον ἀποσιωπᾷν πρὸς τὴν κοσμιότητά σου, λογιζόμενος, ὅτι, ὥσπερ ὀφθαλμῷ φλεγμαίνοντι καὶ τὸ ἁπαλώτατον τῶν παρηγορημάτων ἀνίαν (33) ἐμποιεῖ, οὕτω καὶ ψυχῇ ὑπὸ θλίψεως βαρείας κεκακωμένῃ, κἂν πολλὴν παράκλησιν φέρῃ ὁ λόγος, ὀχληρός πως εἶναι δοκεῖ, ἐν τῇ περιωδυνίᾳ προσφερόμενος. Ἐπεὶ δέ με (34) εἰσῆλθεν, ὅτι πρὸς Χριστιανήν μοι ὁ λόγος ἔσται, πάλαι πεπαιδευμένην τὰ θεῖα, καὶ ἐμπαράσκευον οὖσαν πρὸς τὰ ἀνθρώπινα, οὐκ ἐνόμισα δίκαιον εἶναι παραλιπεῖν τὸ ἐπιβάλλον μοι. Οἶδα ποταπὰ τῶν μητέρων τὰ σπλάγχνα· καὶ ὅταν ἰδίως τὸ σὸν περὶ πάντας χρηστὸν καὶ ἥμερον ἐνθυμηθῶ, λογίζομαι πόσην εἰκὸς ἐπὶ τοῖς παροῦσιν εἶναι τὴν ἀλγηδόνα. Παῖδα ἐζημιώθης, ὃν περιόντα C μὲν ἐμακάρισαν πᾶσαι μητέρες, καὶ ηὔξαντο τοὺς ἑαυτῶν τοιούτους εἶναι· ἀποθανόντα δὲ ἐστέναξαν, ὡς ἑκάστη τὸν ἑαυτῆς γῇ κατακρύψασα. Ἐκείνου ὁ θάνατος πληγὴ ἐγένετο πατρίδων δύο (35), τῆς τε ἡμετέρας καὶ τῆς Κιλίκων. Ἐκείνῳ τὸ μέγα καὶ περιφανὲς γένος συγκατέπεσεν, ὥσπερ ἐρείσματος ὑφαιρεθέντος κατασεισθέν. Ὦ συνάντημα πονηροῦ δαίμονος, πόσον ἴσχυσε κακὸν ἐξεργάσασθαι! Ὦ γῆ, τοιοῦτον ἀναγκασθεῖσα ὑποδέξασθαι πάθος! Ἔφριξε τάχα καὶ ὁ ἥλιος, εἴ τις αἴσθησις αὐτῷ, τὸ σκυθρωπὸν ἐκεῖνο θέαμα. Καὶ τί ἂν τις τοσοῦτον εἴποι, ὅσον ἡ ἀμηχανία τῆς ψυχῆς ὑποβάλλει;

1. Nolebam alloqui dignitatem tuam, considerans, ut oculo inflammato lenimentum vel tenerrimum dolorem affert, ita animæ gravi mœrore afflictæ, etiamsi multum solatii ferat oratio, molestam tamen quodammodo videri, in ipso doloris articulo adhibitam. At ubi mihi in mentem venit, sermonem mihi cum Christiana futurum, jampridem in rebus divinis instituta, nec ad humanos casus imparata; non existimavi æquum esse ut officio meo deessem. Novi qualia sint matrum viscera; cumque peculiariter considero tuam in omnes benignitatem atque mansuetudinem, conjicio quantum probabile sit in præsentibus malis dolorem esse. Filium amisisti **79**, quem viventem matres omnes prædicabant beatum, talesque suos esse optabant : mortuum vere perinde luxerunt, ac si suum quæque humo contexisset. Illius mors plaga exstitit provinciarum duarum, et nostræ, et Cilicum. Cum illo magnum et illustre genus concidit, veluti fulcro sublato concussum. O incursum mali dæmonis, quantum potuit mali patrare! O terra talem coacta suscipere casum! Horruit forte ipse sol, si quis in eo sensus, triste illud spectaculum. Et quis tantum dicere poterit, quantum inops consilii animus suggerit?

2. Ἀλλ' οὐ γὰρ ἀπρονόητα τὰ ἡμέτερα, ὡς μεμαθήκαμεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι οὐδὲ στρουθίον πίπτει D ἄνευ θελήματος τοῦ Πατρὸς ἡμῶν. Ὥστε, εἴ τι γέγονε, θελήματι γέγονε τοῦ Κτίσαντος ἡμᾶς. Τῷ δὲ βουλήματι τοῦ Θεοῦ τίς ἀνθέστηκε; Καταδεξώμεθα (36) τὸ συμβάν· δυσανασχετοῦντες γὰρ οὔτε τὸ

2. Verum nostra non fiunt citra providentiam, quemadmodum in Evangelio didicimus, ne passerem quidem cadere sine voluntate Patris nostri [a]. Quare si quid contigit, voluntate contigit Conditoris nostri. Quis autem Dei voluntati resistit? Suscipiamus quod accidit; moleste enim ferentes, neque id quod factum

[a] Matth. x, 29.

(29) *Οὐδὲ πολὺς... ὑποδέξεται τέλος.* Deest tota hæc verborum complexio in Vat. et Coisl. recentiore, et in duobus Regiis. Huic autem et sequenti epistolæ multa insunt indicia hominis a rhetorum exercitationibus recentis. Nonnulla etiam, quæ Basilius apte ad religionem Christianam accommodat, in Plutarchi libro *De consolatione* leguntur. Is enim docet vitam mutuo datam esse hominibus, nec mirum videri debere, si reddenda sit : hanc vitam esse veluti viam, qua omnes ad idem diversorium tendimus : non lugendos esse, quos brevi sequemur.

(30) *Τὴν αὐτήν.* Editi addunt αὐτῷ, quod deest in septem veteribus libris.

(31) *Ἐπιτύχωμεν.* Ita tres vetustissimi codices. Editi τύχωμεν.

(32) *Ὁμόζυγον.* Sic Harl., Vat. et quinque alii. Coislinianus primus et editi ὁμόζυγα.

(33) *Ἀνίαν.* Sic Harl., Coisl. primus et quinque alii, melius quam in editis ἀνιᾶν.

(34) *Ἐπεί δέ με.* Sic codices antiqui septem, duo alii Ἐπεὶ δέ μοι. Editi ἐπειδή μοι. Statim Bigot. καὶ εὐπαράσκευον.

(35) *Δύο.* Sic mss. septem. Editi δυοῖν.

(36) *Καταδεξώμεθα.* Editi addunt γοῦν, sed hæc vocula deest in septem mss. codicibus.

[1] Alias CLXXXIX. Scripta eodem tempore.

Digitized by Google

est reparamus, ac præterea nosmetipsos perdimus. Ne culpemus justum Dei judicium. Nimium imperiti sumus, quam ut arcana illius judicia exploremus. Tunc Dominus amoris in se tui periculum facit. Tibi nunc tempus est, ut per patientiam partem martyrum consequare. Machabæorum mater septem filiorum mortem conspexit, nec ingemuit, nec ignobiles lacrymas effudit ; sed gratias agens Deo, quod videret eos igne et ferro et acerbissimis verberibus e vinculis carnis exsolvi. Deo quidem probata fuit, celebris vero habita est apud homines [32]. Afflictio magna, fateor et ego : sed et magna a Domino præmia patientibus reposita. Mater cum effecta es, puerumque vidisti, ac gratias egisti Deo; plane sciebas mortalem a te, cum mortalis sis, genitum esse. Quid igitur mirum, si mortuus est mortalis? Sed dolet nobis, quod præter tempus. Incertum, utrum hoc non fuerit tempestivum : nos siquidem eligere quæ animabus utilia sunt, et præfinire terminos humanæ vitæ non novimus. Circumspice totum terrarum orbem, in quo habitas; et cogita omnia mortalia esse quæ videntur, omnia corruptioni obnoxia. Respice ad cœlum; et illud ipsum aliquando dissolvetur; ad solem, ne ille quidem permanebit. Stellæ omnes, animalia terrestria et aquatilia, terræ ornatus, terra ipsa, omnia corruptioni obnoxia, omnia paulo post non amplius futura. Horum cogitatio sit casus solatium. Cave calamitatem seipsa metiaris, ita enim tibi videbitur intolerabilis sed eam cum omnibus rebus humanis comparans, inde reperies illius solatium. His autem omnibus illud validissimum addendum habeo : parce marito; alter alteri solamen estote; ne facias ei graviorem calamitatem, dolore te ipsa conficiens. Omnino autem arbitror sermonem solatio imparem esse : sed precibus in re præsenti opus esse censeo. Precor itaque ipsum Dominum, ut sua non enarrabili potentia **80** tangens cor tuum, cogitationibus bonis animum tuum illustret, ut in teipsa consolationis habeas argumenta.

Amica et charitatis plena expostulatio cum Athanasio Ancyrano, qui Basilium nec per litteras admonitum, nec per communem aliquem amicum, palam et aperte insectabatur et minabatur, ac omnibus Cæsarea venientibus dicebat noxas quasdam ab eo scribi et componi.

Ἀθανασίῳ (7) ἐπισκόπῳ Ἀγκύρας. D

Athanasio episcopo Ancyræ.

1. Ἀπήγγειλάν μοί τινες τῶν ἐκ τῆς Ἀγκύρας πρὸς ἡμᾶς ἀφικομένων, πολλοὶ δὲ οὗτοι καὶ οὐδὲ (8)

1. Nuntiarunt mihi quidam ex his qui Ancyra ad nos veniunt, multi autem sunt hi, ac ne nume-

[7] Exod. XXIII, 1. [8] I Cor. I, 27. [9] II Cor. VI, 3.

(3) *Συνετῶς*. Sic Harl., Coisl. uterque et uterque Regius. Editi συνετῶν.

(4) *Εἴ τι ἐν*. Sic Harl., Med., Coisl. uterque et Reg. primus. Editi εἴ τι ὡς ἐν. Paulo post sex codices δι' αὐτῶν. Editi διὰ τούτων.

(5) *Μέν τι*. Sic mss. sex. Editi μέντοι.

(6) *Ταμιευσόμεθα*. Sic ope Coisl. 1 et Reg. 2 emendavimus quod erat in editis ταμιευόμεθα.

(7) *Ἀθανασίῳ*. Addunt duo codices Coisl. secundus et Reg. 222, a Combefisio citatus : ὥστε φανερῶσαι αὐτῷ πόθεν ἐκινήθη πρὸς τὴν κατ' αὐτοῦ λύπην. *Ut sibi significet unde commotus fuerit, ut ægritudinem adversum se susciperet.* Initio cod. Vat. Ἀνήγγελον.

(8) *Καὶ οὐδέ*. Editi καὶ οὓς οὐδέ. Sed hæc vocula deest in tribus optimis codicibus Harl., Coisl., Med.

* Alias LIII, scripta ante an. 369.

Digitized by Google

rare quidem facile sit; uno autem ore omnes referentes, te charum caput (quomodo verbis utar lenissimis?) non suavissime nostri meminisse, neque pro tuis moribus. Me vero nihil rerum humanarum, probe scias, percellit, nec cujusquam ex omnibus inexspectata immutatio; cum dudum naturæ imbecillitatem et in contraria mutabilitatem perspexerim. Unde neque, si quid rerum nostrarum retro sublapsum est, et ex pristino honore convicia atque injuriæ nobis nunc fiunt, id magni facio. Sed illud mihi revera præter opinionem et instar monstri visum est, eum te esse qui ita erga nos affectus sis, ut irascaris nobis ac succenseas, imo etiam jam minas aliquas intentes, ut referunt qui audivere. **104** Ac minas quidem omnino (verum enim dicetur) irrisi. Equidem essem omnino puer, si ejusmodi formidarem terricula. Hoc vero mihi et terribile et multa dignum sollicitudine visum est, quod integritas tua, quam inter paucos tum rectæ fidei firmamentum, tum veteris ac veræ dilectionis semen in solatium Ecclesiis servari credimus, usque adeo præsentis rerum status particeps sit, ut quorumlibet hominum calumniæ plus apud te valeant, quam longa nostri experientia, et ad rerum absurdarum suspicionem sine argumentis abducaris. Quanquam, quid dico suspicionem? Qui enim indignatus est ac minatus, ut de te referunt, non suspicantis, sed jam clare et explorate persuasi videtur quodam modo iracundiam declarasse.

2. Sed, ut dixi, in hoc tempus causam rejicimus. Nam quanti laboris erat, o admirande, in brevi epistola, quibus de rebus velles, velut solum cum solo colloqui: aut si litteris res ejusmodi non crederes, nos ad te accersere? Quod si hæc omnino renuntiare oportebat, ac dilationi spatium non dabat difficilis ad coercendum iracundia; at certe unum aliquem ex familiaribus, et ad tegenda arcana idoneis licebat sermonis ad nos perferendi ministrum adhibere. Nunc vero quis est ex iis, qui ad vos qualiumcunque negotiorum causa proficiscuntur, cujus aures hoc sermone non circumsonuerint, noxas quasdam a nobis scribi

ἀριθμῆσαι ῥᾴδιον, σύμφωνα δὲ πάντες φθεγγόμενοι. σὲ τὴν φίλην κεφαλὴν (πῶς ἂν εὐφήμως εἴποιμι;) οὐχ ὡς ἥδιστα μεμνῆσθαι ἡμῶν, οὐδὲ κατὰ τὸν σεαυτοῦ τρόπον. Ἐμὲ δὲ οὐδὲν ἐκπλήσσει τῶν ἀνθρωπίνων, εὖ ἴσθι, οὐδὲ ἀπροσδόκητός ἐστιν οὐδενὸς ὧν πάντων μεταβολή, πάλαι τὸ τῆς φύσεως ἀσθενὲς καὶ τὸ εὐπερίτρεπτον πρὸς τὰ ἐναντία καταμαθόντα (9). Ὅθεν οὔτ' εἴ τι τῶν ἡμετέρων μεταπέπτωκε, καὶ ἐκ τῆς πρότερον τιμῆς λοιδορίαι καὶ ὕβρεις περὶ ἡμᾶς νῦν γίνονται (10), μέγα τοῦτο ποιοῦμαι. Ἀλλ' ἐκεῖνό μοι (11) παράδοξον ὡς ἀληθῶς καὶ ὑπερφυὲς ἐφάνη, τὸ σὲ εἶναι τὸν οὕτω πρὸς ἡμᾶς ἔχοντα, ὥστε ὀργίζεσθαι ἡμῖν καὶ χαλεπαίνειν, ἤδη δέ τι καὶ ἀπειλεῖν, ὡς ὁ τῶν ἀκουσάντων λόγος. Τῶν μὲν οὖν ἀπειλῶν καὶ πάνυ (εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς) κατεγέλασα· ἢ κομιδῇ γ' ἂν παῖς εἴην, τὰ τοιαῦτα μορμολύκεια δεδοικώς· ἐκεῖνο δέ μοι καὶ φοβερὸν καὶ πολλῆς φροντίδος ἄξιον ἔδοξε, τὸ τὴν σὴν ἀκρίβειαν, ἣν ἐν ὀλίγοις ἔρεισμά τε ὀρθότητος, καὶ τῆς ἀρχαίας καὶ ἀληθινῆς ἀγάπης σπέρμα εἰς παραμυθίαν ταῖς Ἐκκλησίαις σώζεσθαι πεπιστεύκαμεν (12), ἐπὶ τοσοῦτον (13) τῆς παρούσης καταστάσεως μετασχεῖν, ὥστε τὰς παρὰ τῶν τυχόντων βλασφημίας κυριωτέρας ποιήσασθαι τῆς μακρᾶς ἡμῶν πείρας, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἀτόπων ὑπόνοιαν χωρὶς ἀποδείξεων ὑπαχθῆναι. Καίτοι τί λέγω ὑπόνοιαν; Ὁ γὰρ ἀγανακτήσας καὶ διαπειληθείς, ὥς φασιν, οὐχ ὑπονοοῦντος, ἀλλὰ τοῦ ἤδη σαφῶς καὶ ἀναντιῤῥήτως πεισθέντος δοκεῖ πως ὀργὴν ἐνδεδεῖχθαι.

2. Ἀλλ', ὅπερ ἔφην, ἐπὶ τὸν καιρὸν τοῦτον ἀναφέρομεν τὴν αἰτίαν. Ἐπεὶ πόσου πόνου ἦν, ὦ θαυμάσιε, ἐν ἐπιστολῇ βραχείᾳ, περὶ ὧν ἐβούλου, οἱονεὶ μόνον μόνῳ διαλεχθῆναι· ἢ, εἰ μὴ ἐπίστευες γραφῇ (14) τὰ τοιαῦτα, πρὸς ἑαυτὸν μεταπέμψασθαι; Εἰ δὲ πάντως ἐξειπεῖν ἔδει, καὶ ἀναβολῇ καιρὸν οὐκ ἐδίδου τὰ δυσκάθεκτον τῆς ὀργῆς· ἀλλ' ἑνί γέ τινι τῶν ἐπιτηδείων, καὶ στέγειν ἀπόῤῥητα πεφυκότων, ἐξῆν δή που τῶν πρὸς ἡμᾶς λόγων χρήσασθαι διακόνῳ. Νυνὶ δὲ τίνος οὐχὶ περιτεθρύλληται τὰ ὦτα τῶν κατ' ὁποιανδήποτε χρείαν ὑμῖν ἐπιφοιτώντων, ὡς ἡμῶν ἅτας τινὰς γραφόντων καὶ συγγραφόντων (15); Τούτῳ γάρ σέ φασι κεχρῆσθαι τῷ ῥήματι

Med., quanquam addita est secunda manu in Harl. Ibidem συμφώνως in editis. Harl., Coisl. uterque et uterque Reg. ut in textu.

(9) *Καταμαθόντα.* Sic edit. Hagan. et prima Basileensis cum Harl., Coisl. primo et tribus aliis. Refertur videlicet hoc participium ad ἐμέ, quod paulo ante præcessit. Edit. Paris. et Basileensis, anni 1551, καταμαθόντι.

(10) *Γίνονται.* Coisl. primus ἐγγίνονται.

(11) *Ἐκεῖνό μοι.* Addunt quatuor mss. τὴν πρώτην, nempe Harl., Vat., Coisl. primus et Reg. secundus.

(12) *Πεπίστευκαμεν.* Tres mss. πεπιστεύκειμεν, nempe Harl., Coisl. secundus et Reg. secundus.

(13) *Ἐπὶ τοσοῦτον.* Coisl. primus et Med. ἐπὶ τοσούτῳ. Paulo post idem Coisl. χωρὶς ἀποδείξεως. Ibidem Med. Καὶ τί λέγω.

(14) *Γραφῇ... ἐξειπεῖν ἔδει.* Ita septem mss., nisi quod in tribus recentioribus legitur πρὸς σεαυτόν. Editi γράμμασι πράγματα, πρὸς ἑαυτὸν μεταπέμψασθαι. Εἰ δὲ πάντως καὶ τοῦτο οὐκ ἔδει.

(15) *Καὶ συγγραφόντων.* Ita Harl., Vat., Coisl. secundus et alius a Combefisio citatus. Deleta sunt hæc verba in Coisliniano primo. Editi ἢ συγγραφόντων. Vertendum putat Combefisius, *ac conscribamus*, id est, *ac si aliis socii et adjutores simus.* Fateor mihi non probari hanc interpretationem. Illud enim συγγραφόντων nihil aliud hoc loco designat, nisi libros et pertractationes, et additum videtur ad explanationem præcedentis vocis γραφόντων, quæ cum accipi posset de litteris ad amicos scriptis, aliam adhibebat Athanasius, ut Basilium pateret non incogitantem et imprudentem noxas scribere ut interdum fit in epistolis, sed data opera libros in hoc genere componere. Hinc Basilio hæc audienti subiit vereri, quod ne opus hæreticum nomini suo affictum fuisset. Confirmat hanc interpretationem illud Basilii de Eustathio dictum in epist.

Digitized by Google

οἱ ἐπὶ λέξεως τὰ σὰ διηγούμενοι. Ἐμὲ δὲ, ἐπὶ πολλὰ τὴν διάνοιαν ἀγαγόντα τὴν ἐμαυτοῦ, οὐδέν τι μᾶλλον τῆς ἀμηχανίας ἀφίησιν. Ὥστε με καὶ τοιοῦτόν τι εἰσῆλθε· μή τις τῶν αἱρετικῶν κακούργως τοῖς ἑαυτοῦ συγγράμμασι τὸ ἐμὸν ὄνομα παραγράψας, ἐλύπησέ σου τὴν ὀρθότητα, καὶ ἐκείνην ἀφεῖναι τὴν φωνὴν προηγάγετο. Οὐ γὰρ δὴ τοῖς γεγραμμένοις ὑφ' ἡμῶν πρὸς τοὺς ἀνόμοιον κατ' οὐσίαν τολμήσαντας εἰπεῖν τὸν Υἱὸν καὶ Θεὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ, ἢ πρὸς τοὺς κτίσμα καὶ ποίημα εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημήσαντας, ταύτην ἂν ἐπενεγκεῖν τὴν λοιδορίαν ἠνέσχου, ὁ τοὺς μεγάλους ἆθλους ἐκείνους καὶ περιδοήτους ὑπὲρ τῆς ὀρθοδοξίας διενεγκών. Λύσαις (16) δ' ἂν ἡμῖν τὴν ἀμηχανίαν αὐτὸς, εἰ ἐθελήσειας τὰ κινήσαντά σε πρὸς τὴν καθ' ἡμῶν λύπην φανερῶς ἐξαγγεῖλαι.

et componi? Nam isto te vocabulo usum esse aiunt, qui totidem verbis tua referunt. Me autem multa animo et cogitatione versantem, nihil quidquam de consilii inopia eximit. Quare et aliquid tale mihi in mentem venit, num quis hæreticus dolose suis ipsius scriptis nomen meum ascribens, rectitudini tuæ molestiam crearit, atque ad vocem istam emittendam adegerit. Non enim iis quæ a nobis scripta sunt adversus eos qui Filium et Deum Deo et Patri secundum essentiam dissimilem dicere ausi sunt, aut adversus eos qui Spiritum sanctum creaturam et opificium esse blasphemo ore docuerunt, contumeliam hanc facere voluisses, qui magna illa ac celebria certamina pro recta fide pertulisti. Liberabis autem nos ab hac sollicitudine, si modo volueris quæ te ad hanc in nos offensionem commoverint, aperte significare.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΣ'.

105 EPISTOLA XXVI.

Cæsarium Basilius, in eo terræ motu qui Nicæam evertit, mirabiliter servatum hortatur, ut gratias re et opere Deo persolvat, ac eamdem semper mentem retineat quam in ipso periculi articulo habuerat.

Καισαρίῳ τῷ ἀδελφῷ Γρηγορίου (17).

Cæsario Gregorii fratri.

Χάρις τῷ Θεῷ, τῷ τὰ ἑαυτοῦ θαυμάσια καὶ ἐν σοὶ (18) ἐπιδειξαμένῳ, καὶ ἐκ τοσούτου θανάτου διασώσαντί σε τῇ τε πατρίδι καὶ ἡμῖν τοῖς προσήκουσι. Λείπεται δὴ οὖν μὴ ἀχαρίστους ἡμᾶς ὀφθῆναι, μηδ' ἀναξίους τῆς τοσαύτης εὐεργεσίας, ἀλλὰ κατὰ δύναμιν τὴν ἡμετέραν διαγγέλλειν τοῦ Θεοῦ τὰ παράδοξα· καὶ, ἧς ἔργῳ πεπειράμεθα φιλανθρωπίας, ταύτην ἀνυμνεῖν· καὶ μὴ λόγῳ μόνον ἀποδιδόναι τὴν χάριν, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ τοιοῦτον γενέσθαι, οἷον καὶ νῦν εἶναι πειθόμεθα, τεκμαιρόμενοι τοῖς περὶ σὲ θαύμασι. Καὶ ἔτι μειζόνως τῷ Θεῷ δουλεύειν παρακαλοῦμεν, προσθήκαις ἀεὶ τὸν φόβον συναύξοντα, καὶ εἰς τὸ τέλειον προκόπτοντα (19), ἵνα φρόνιμοι οἰκονόμοι τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀποδειχθῶμεν, εἰς ἣν ἡμᾶς ἡ ἀγαθότης τοῦ Θεοῦ ἐταμιεύσατο. Εἰ γὰρ καὶ πᾶσιν ἡμῖν πρόσταγμά ἐστι παραστῆσαι ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ, ὡσεὶ ἐκ νεκρῶν ζῶντας, πῶς οὐχὶ μᾶλλον τοῖς ὑψωθεῖσιν ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου; Τοῦτο δ' ἂν μάλιστα, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, κατορθωθείη, εἰ βουληθείημεν ἀεὶ τὴν αὐτὴν ἔχειν διάνοιαν, ἣν εἴχομεν ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῶν κινδύνων. Πάντως γάρ που εἰσῆει (20) ἡμᾶς τοῦ βίου τὸ μάταιον, καὶ ὡς οὐδὲν πιστὸν τῶν ἀνθρωπίνων, οὕτε πάγιον, οὕτω ῥᾳδίως (21) ἐχόντων τὰς μεταπτώσεις. Καί πού τις μεταμέλεια μὲν ἔκ τε τῶν εἰκότων ἐνεγίνετο ἡμῖν ἐπὶ τοῖς φθάσασιν· ὑπόσχεσις δὲ περὶ τῶν ἐφεξῆς, εἰ περισωθείημεν, Θεῷ δουλεύειν, καὶ

Gratia Deo, qui mirabilia sua et in te ostendit, teque ex tali morte servavit patriæ ac nobis amicis. Reliquum jam est, ut ingrati non videamur, nec indigni beneficio tanto, sed pro viribus enarremus Dei miracula, et quam re experti sumus benignitatem, eam celebremus; nec verbis tantum persolvamus gratias, sed et opere tales simus, qualem et nunc esse te persuasum habemus, facta ex mirabilibus in te editis conjectura. Atque ut adhuc magis Deo servias hortamur, accessionibus semper timorem augens, et ad perfectionem progrediens, ut prudentes dispensatores vitæ nostræ deprehendamur, ad quam nos benignitas Dei reservavit. Nam si omnibus nobis præceptum est, ut exhibeamus nos Deo tanquam ex mortuis viventes [10], quomodo non id magis præceptum iis, qui ex portis mortis erecti sunt? Id autem maxime, ut mihi quidem persuadeo, præstiterimus, si velimus eamdem semper retinere mentem, quam tempore periculorum habebamus. Omnino enim venerat nobis in mentem vitæ vanitas, ac nihil fidum esse in rebus humanis, nihil stabile, ut quæ tam facile mutentur. Subierat etiam nos, ut verisimile est, quædam præteritorum pœnitentia, et de futuris promissio, Deo, si servaremur, inserviendi, ac nobis ipsis diligentia omni invigilandi. Si quam enim nobis cogitationem mortis periculum imminens injiciat,

[10] Rom. VI, 13.

130 : γράψας καθ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ συγγράψας, etc. *Scripsit contra nos vel potius composuit longos sermones convicio omni et calumnia refertos.* Eodem sensu usurpatur illud verbum in epistolis 131, 223, 224, 251.

(16) *Λύσαις.* Sic quinque mss. Editi λύσεις. Paulo post editi καθ' ὑμῶν. Plerique mss. καθ' ἡμῶν.

(17) *Τῷ ἀδελφῷ Γρηγορίου.* Desunt hæc in quinque mss. Leguntur in tribus vetustissimis.

(18) *Καὶ ἐν σοί.* Præpositio addita ex codicibus Harl., Coisl. primo, Med. et nonnullis aliis. Ibidem quinque codices ἐπιδεικνυμένῳ. Sed tres antiquissimi ut in editis.

(19) *Προκόπτοντα.* Sic mss. sex. Editi προκόπτοντας.

(20) *Εἰσῆει.* Sic etiam sex libri veteres. Editi εἴσει.

(21) *Ῥᾳδίως.* Codex Bigotianus a Combefisio laudatus habet ῥᾳδίας, et paulo post idem ὑποσχέσεις.

* Alias CCCLXII, scripta an. 368.

Digitized by Google

hæc te arbitror, ut his quam simillima cogitasse. Quare necessarii cujusdam debiti solutione obstricti sumus. Hæc simul lætus ob Dei munus, simul et de futuris sollicitus, perfectioni tuæ subjicere ausus sum. Tuum autem est verba nostra æquo et leni animo accipere, quemadmodum et coram in colloquiis solebas.

ἑαυτῶν ἐπιμέλεσθαι (22) κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν. Εἰ γάρ τινα ἡμῖν ἔννοιαν ὁ τοῦ θανάτου κίνδυνος ἐπικείμενος ἐνεδίδου, οἶμαί σε ἢ ταῦτα, ἢ ἐγγύτατα τούτων ἀναλογίζεσθαι τηνικαῦτα. Ὥστε ἀναγκαίου ὀφλήματος ἐκτίσει ὑπεύθυνοι καθεστήκαμεν. Ταῦτα ὁμοῦ μὲν περιχαρὴς ὢν τῇ τοῦ Θεοῦ δωρεᾷ, ὁμοῦ δὲ καὶ φροντίδα ἔχων περὶ τῶν μελλόντων (23), ἀπεθάρσησα ὑπομνῆσαι τὴν τελειότητά σου. Σὸν δέ ἐστιν εὐμενῶς καὶ ἡμέρως προσέσθαι ἡμῶν τοὺς λόγους, ὡς καὶ ἐν ταῖς κατ' ὀφθαλμοὺς ὁμιλίαις σοι ἦν σύνηθες (24).

EPISTOLA XXVII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΖ'.

Basilius ex morbo sanatus hieme impeditur quominus invisat Eusebium. Properaturum se pollicetur, si per anni tempus et per famem liceat.

Eusebio, episcopo Samosatorum.

Ubi Dei gratia ac præsidio tuarum precum paululum emergere ex morbo visus sum, ac recollegi meas vires, tunc hiems supervenit, domi nos includens, nec loco sinens moveri. Etsi enim solito longe mitior occurrit, mihi tamen satis vehemens fuit ut impediret, quominus non modo eo vigente iter ingredi, sed nec paululum quidem ex cubiculo **106** prospicere possem. Sed neque hoc parvi duco, quod dignus habear, qui cum tua pietate per litteras colloquar, jamque in antecessum spe responsionum acquiescam. Quod si et tempestas sinat, et vitæ nobis adhuc supersit tempus, nec impervium nobis iter fames efficiat; cito sane precum tuarum subsidio voti compotes esse, teque domi invenientes, in multo otio magnis tuæ sapientiæ thesauris exsatiari possimus.

Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

Ὅτε τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι καὶ τῇ βοηθείᾳ τῶν σῶν προσευχῶν μικρὸν ἀναφέρειν ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας ἔδοξα, καὶ ἀνελεξάμην ἐμαυτοῦ τὰς δυνάμεις, τότε ὁ χειμὼν ἐπεγένετο, οἷκοι καθείργων ἡμᾶς, καὶ κατὰ χώραν μένειν συναναγκάζων. Εἰ γὰρ καὶ πολλῷ κουφότερος τῆς συνηθείας ἀπήντησεν· ἀλλ' οὖν ἐμοιγε ἱκανὸς εἰς ἐμπόδιον, οὐχ ὅπως ὁδοιπορεῖν δι' αὐτοῦ (25), ἀλλ' οὐδὲ μικρὸν προκύπτειν τοῦ δωματίου δύνασθαι. Ἔστι δέ μοι οὐδὲ τοῦτο μικρόν, τὸ καταξιοῦσθαι διὰ γραμμάτων ὁμιλεῖν τῇ θεοσεβείᾳ σου, καὶ τῇ ἐλπίδι τῶν ἀντιδόσεων ἤδη προαναπαύεσθαι. Εἰ δὲ καὶ ὁ καιρὸς ἐνδοίη, καὶ τῆς ζωῆς ἡμῖν ἔτι λείποιτο (26) χρόνος, καὶ μὴ ἄπορον ἡμῖν τὴν ὁδὸν ὁ λιμὸς ἀπεργάσαιτο· ταχὺ ἂν (27) τύχοιμεν τῆς ἐπιθυμίας διὰ τῶν σῶν προτευχῶν· καὶ ἐπὶ τῆς ἑστίας σε καταλαβόντες, κατὰ πᾶσαν σχολὴν τῶν μεγάλων θησαυρῶν τῆς ἐν σοὶ σοφίας ἐμφορηθείημεν.

EPISTOLA XXVIII**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΗ'.

Consolatur Neocæsarienses morte episcopi sui afflictos, et hortatur ut tranquillum statum, quem curis defuncti acceptum referre debent, nimium lugendo non amittant, sed diligenter caveant a lupis, et pro se quisque conentur pastorem eligere similem iis qui a Gregorii tempore usque ad hunc beatum ecclesiam rexerunt.

Ecclesiæ Neocæsariensi consolatoria.

1. Postulabant quidem quæ acciderunt nostram ipsorum præsentiam, tum ut honorem beato viro vobiscum, qui ei conjunctissimi estis, una persolverem, tum ut mœroris, quem casus attulit, ex ipso rerum tristium spectaculo particeps forem, tum etiam ut de necessariis consiliis vobiscum communicarem. Sed quia corpoream conjunctionem multa interpellant, reliquum erat ut per litteras vobiscum partirer præsentia. Miras igitur viri dotes, propter

Τῇ Ἐκκλησίᾳ Νεοκαισαρείας παραμυθητική.

1. Ἀπῆτει μὲν τὰ συμβάντα τὴν ἡμῶν αὐτῶν παρουσίαν, τοῦ τε τὴν (28-29) τιμὴν τῷ μακαρίῳ τοῖς οἰκειοτάτοις ὑμῖν συνεκπληρῶσαι, καὶ τοῦ τῆς ἐπὶ τῷ πάθει κατηφείας ἀπ' αὐτῆς (30) τῆς θέας τῶν σκυθρωποτέρων συμμετασχεῖν, καὶ ὥστε τῶν ἀναγκαίων βουλευμάτων ὑμῖν κοινωνῆσαι· ἐπεὶ δὲ τὴν σωματικὴν συνάφειαν πολλὰ τὰ διακωλύοντα, λειπόμενον ἦν διὰ τοῦ γράμματος κοινωνεῖν ὑμῖν τῶν παρόντων. Τὰ μὲν οὖν τοῦ ἀνδρὸς θαύματα, ἐφ' οἷς καὶ μάλιστα

* Alias VI, scripta anno 368.

** Alias LXII, scripta anno 368.

(22) *Ἐπιμέλεσθαι.* Harl. et Coisl. primus ἐπιμελήσεσθαι. Editio Paris. secunda ἐπιμελεῖσθαι.

(23) *Περὶ τῶν μελλόντων.* Duo codices ὑπὲρ τῶν μελλόντων.

(24) *Ἦν σύνηθες.* Vocula deest in quinque mss. codicibus, non tamen in tribus antiquissimis.

(25) *Δι' αὐτοῦ.* Hanc vetustissimi codicis Harl. scripturam, quam tamen recentior manus corrupit addendo ἐμ, substituere non dubitavi subabsurdæ editorum lectioni δι' ἐμαυτοῦ, *per meipsum iter ingredi.*

(26) *Ἔτι λείποιτο.* Sic antiquissimi quinque codices. Editi μὴ ἐπιλείποιτο.

(27) *Ταχὺ ἄν.* Sic antiquissimi codices Harl., Med., Coisl. cum uno ex Regiis. Editi τάχα ἄν.

(28-29) *Τοῦ τε τήν.* Harl. et Med. τῷ τε τήν, et paulo post καὶ τῷ.

(30) *Ἀπ' αὐτῆς.* Ita Vat. et quatuor alii. Editi et tres vetustissimi codices ἐπ' αὐτῆς. Sed minus recte. Nam locus gemellus in epist. 86 habet ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐναργείας τῶν ὁρωμένων. *Ex rerum conspectarum evidentia.* In hac scriptura consentiunt omnes mss. codices.

Digitized by Google

τὴν ζημίαν ἡμῖν (31) ἀφόρητον ὑπάρχειν λογίζεσθαι, οὔτ' ἂν ἐπιστολῆς μέτρον ὑποδέξαιτο, καὶ ἄλλως ἄωρον ἀνδραγαθημάτων πλήθει τὸν λόγον προσάγειν, οὕτω συμπεπτωκυίας τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἐπὶ τῇ λύπῃ. Τί γὰρ τῶν ἐκείνου τοιοῦτον, οἷον ἢ τῆς μνήμης ἡμῶν ἐκπεσεῖν, ἢ σιωπᾶσθαι ἄξιον νομισθῆναι (32); Πάντα μὲν γὰρ ἀθρόως εἰσάπαξ εἰπεῖν ἀμήχανον· τὸ δὲ ἐκ μέρους λέγειν δέδοικα μὴ προδοσίαν ἔχῃ τῆς ἀληθείας. Οἴχεται ἀνὴρ διαφανέστατα δὴ τῶν καθ' ἑαυτὸν πᾶσιν ὁμοῦ τοῖς ἀνθρωπίνοις ὑπερενεγκὼν ἀγαθοῖς, ἔρεισμα πατρίδος, Ἐκκλησιῶν κόσμος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, οἰκείοις ἀσφάλεια, δυσμαχώτατος τοῖς ὑπεναντίοις, φύλαξ πατρῴων θεσμῶν, νεωτεροποιίας ἐχθρός· ἐν ἑαυτῷ δεικνὺς τὸ παλαιὸν τῆς Ἐκκλησίας σχῆμα, οἷον ἀπό τινος ἱεροπρεποῦς εἰκόνος, τῆς ἀρχαίας καταστάσεως, τὸ εἶδος τῆς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας διαμορφῶν, ὥστε τοὺς αὐτῷ συγγενομένους τοῖς πρὸ διακοσίων ἐτῶν καὶ ἐπέκεινα φωστῆρων τρόπον ἐκλάμψασι συγγεγονέναι δοκεῖν. Οὕτως οὐδὲν οἰκοθεν οὐδὲ νεωτέρας (33) φρενὸς εὗρημα προέφερεν ὁ ἀνήρ· ἀλλὰ, κατὰ τὴν Μωϋσέως εὐλογίαν, ἤδει προκομίζειν ἐκ τῶν ἀδύτων τῆς καρδίας αὐτοῦ ἀγαθῶν θησαυρῶν, παλαιὰ παλαιῶν, καὶ παλαιὰ ἀπὸ προσώπου νέων. Ταύτῃ τοι καὶ τῆς πρωτιμήσεως οὐ κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐν τοῖς συλλόγοις τῶν ὁμοτίμων ἠξιοῦτο, ἀλλ' ὑπὲρ πάντας ἦν τῷ τῆς σοφίας ἀρχαίῳ, ἐκ κοινῆς συγχωρήσεως τὸ πρωτεῖον καρπούμενος. Ὅσον δὲ τῆς τοιαύτης ἀγωγῆς τὸ κέρδος, οὐδεὶς ἂν ἐπιζητήσειε, πρὸς ὑμᾶς ἀποβλέπων. Μόνοι γὰρ, ὧν ἴσμεν, ἢ κομιδῇ γε ἐν ὀλίγοις (34), ἐν χειμῶνι τοσούτῳ καὶ λαίλαπι πραγμάτων ἀκύμαντον τῇ ἐκείνου κυβερνήσει τὴν ζωὴν διηγάγετε. Οὐ γὰρ ἥψατο ὑμῶν αἱρετικῶν πνευμάτων ζάλη, καταποντισμοὺς ἐκάγουσα καὶ ναυάγια ταῖς εὐπεριτρέπτοις ψυχαῖς. Μήτε δὲ ἅψαιτό ποτε, ὦ Δέσποτα τῶν ἁπάντων, ὃς τῷ σῷ θεράποντι Γρηγορίῳ, τῷ ἐξ ἀρχῆς πηξαμένῳ (35) τὴν χρηπῖδα τῆς Ἐκκλησίας, τῆς ἐπὶ μήκιστον ἀταραξίας τὴν χάριν ἔδωκας. Ἣν μὴ προδῶτε ὑμεῖς ἐν τῷ παρόντι καιρῷ· μηδὲ θρήνων ἀμετρίᾳ, καὶ τῷ ἐκδότους ἑαυτοὺς τοῖς λυπηροῖς ποιῆσαι, τοὺς τῶν ἀναγκαίων καιροὺς τοῖς ἐφεδρεύουσι πρόησθε. Ἀλλ' εἰ δεῖ πάντως θρηνεῖν (ὥσπερ οὖν οὔ φημι (36), ἵνα μὴ ὁμοιωθῶμεν ἐν τούτῳ (37) τοῖς μὴ ἔχουσιν ἐλπίδα), ὑμεῖς

A quas etiam maxime damnum nobis intolerandum accidisse arbitramur, nec epistolæ mensura capiat, et alioquin intempestivum de præclare factorum multitudine sermonem instituere, cum adeo conciderit animus noster ob mœrorem. Quodnam enim illius factum tale est, quod aut e nostra memoria excidat, aut silentio jure ac merito prætermittatur? Fieri enim non potest, ut semel omnia dicantur acervatim : ex parte autem dicere, vereor ne proditionem habeat veritatis. Interiit vir omnium æqualium in omnibus simul humanis bonis præstantissimus, columen patriæ, Ecclesiarum decus, columna et fulcimentum veritatis, firmamentum fidei in Christum, suorum tutela, adversariis inexpugnabilis, legum paternarum custos, novitatis inimicus, ostendens in seipso priscam Ecclesiæ speciem, ad veterem statum, veluti ad sacram quamdam imaginem, Ecclesiæ sibi commissæ formam effingens, ita ut qui cum eo vixerunt, una cum iis qui ante ducentos annos et amplius luminarium instar resplenduerant, vixisse sibi videantur. Adeo nihil de suo, nec ullum recentioris mentis inventum vir ille promebat : sed, secundum Moysis benedictionem, proferre noverat ex cordis sui arcanis, bonis scilicet thesauris, vetera veterum, et vetera ante faciem novorum [11]. **107** Hinc et primo loco non secundum ætatem in conventibus episcoporum dignus habebatur, sed supra omnes erat sapientiæ antiquitate, primas communi concessu obtinens. Quanta autem talis institutionis utilitas, nemo requisierit, modo in vos oculos convertat. Nam soli quos noverimus, aut certe cum paucis admodum, in tanta rerum tempestate ac procella tranquillam illius gubernatione vitam egistis. Non enim vos attigit hæreticorum ventorum æstus, submersiones importans et naufragia animabus facile mutabilibus. Neque vero attingat unquam, o universorum Domine, qui famulo tuo Gregorio, a quo basis Ecclesiæ ab initio compacta, tranquillitatis longissimæ munus dedisti. Quam vos hoc tempore amittere nolite, neque immodicis lacrymis, ac totos vos mœrori dedendo, rerum necessariarum opportunitatem insidiantibus prodatis. Quod si omnino lugendum est (ita sane non sentio, ne in hoc iis qui

[11] Levit. xxvi, 10.

(31) *Ἡμῖν*. Edit. Basil. secunda et Paris. ὑμῖν. Aliæ et sex mss. ἡμῖν. Ibidem tres vetustissimi codices et duo Regii habent λογίζεσθαι pro eo quod erat in editis λογιζόμεθα. Illud, ἐφ' οἷς, idem valet ac ὥστε. Simile exemplum habes supra in epist. ad Maximum et infra in ep. 68 ad Athanas. Quod cum librarii non intelligerent, alii ὑπάρχει λογίζεσθαι (sic enim in nonnullis mss. legitur), alii ὑπάρχειν λογιζόμεθα posuerunt. [Quod præstat.]

(32) *Νομισθῆναι*. Addunt editi ἢ συγκομισθῆναι, sed hæc desunt in septem mss. Paulo post editi εἰπεῖν ἀδύνατον et μὴ προδιδῶ τι τῆς ἀληθείας. Codices octo mss. ut in textu.

(33) *Οὐδὲ νεωτέρας*. Οὐδέν in Vat. et Combef. Paulo post legimus cum septem mss. ἀπὸ προσώπου, editi ἀπὸ προσώπων.

(34) *Ἐν ὀλίγοις*. Ita Harl., Coisl. primus, Vat. et duo Regii. Editi σὺν ὀλίγοις.

(35) *Ηξαμένῳ*. Editi ante hanc vocem addunt καλῶς, quod in octo mss. desideratur. Statim pro eo quod erat in editis τῆς ἐπιμόνου ἀταραξίας, lectionem octo codicum mss. apposuimus.

(36) *Οὔ φημι*. Deest negatio in tribus mss., sed necessaria videtur ad sententiæ seriem, ac miror eam a Combefisio expungi. Nam perabsurde dixisset Basilius lugendum esse, ne similes simus his qui spem non habent. Paulo post addimus δέ post ὑμεῖς ex codicibus Harl., Med., Coisl. utroque et uno Regio.

(37) *Ἐν τούτῳ*. Sic codices mss. octo. Iidem paulo post habent προστησάμενοι. Editi ἐν τούτοις et περιστησάμενοι. Editiones Hagan. et duæ Basileenses habent προστησάμενοι.

Digitized by Google

spem non habent, similes simus), vos, si videtur, A postquam veluti lugubris quidam chorus proprium vobis ducem præfeceritis, concinnius cum ipso casum deflete.

2. Atque is quidem, etsi ad extremam senectutem non pervenit, at certe quod ad tempus, quo vobis præfuit, attinet, satis vitæ habuit. Corporis autem tantum particeps fuit, quantum necesse erat, ut animi constantiam in illius doloribus perferendis ostenderet. Forte autem vestrum aliquis existimet, tempus commiserationis esse incrementum et amoris accessionem, non autem satietatis occasionem his qui experti sunt, ita ut quanto longiori tempore estis beneficium experti, tanto amplius orbitatem sentiatis; cæterum corporis justi vel umbram apud pios quovis honore dignam esse. Atque optandum quidem ut multi ex vobis sic animo affecti B sint (neque enim ego ipse dixerim virum esse negligendum) : sed hoc consilii do, ut dolorem humaniter perferatis. Etenim quæcunque dicere possint qui damnum deplorant, neque a meipso ignorantur. Silet quidem lingua fluviorum in morem aures alluens : cordis autem profundum, a nemine hactenus comprehensum, somniis debilius, quantum sane ad homines attinet, avolavit. Quis illo ad futurum prævidendum acutior? Quis in tam stabili ac firma animi indole idoneus fuit, qui fulgure citius res aggrederetur? O civitas multis quidem jam malis præoccupata : sed tamen nullo prorsus in partibus ad vitam necessariis sic læsa! C Nunc defloruit tibi ornatus pulcherrimus, conticuit Ecclesia, conventus tristes sunt, consessus sacer coryphæum desiderat, sermones mystici **108** explanatorem exspectant, pueri patrem, senes æqualem, optimates principem, populus patronum, pauperes nutritorem; omnes nominibus maxime propriis ipsum vocantes, in propria calamitate luctum sibi quisque proprium atque convenientem edunt. Sed quo mihi sermo præ lacrymarum voluptate rapitur? Non evigilabimus? non semetipsos colligemus? non respiciemus ad communem Dominum, qui postquam unumquemque sanctorum ætati suæ sivit inservire, congruis temporibus ad se rursus revocavit? Nunc in tempore illius verborum recordamini, qui cum concionaretur apud vos,

δὲ, εἰ δοκεῖ, οἷόν τις χορὸς πενθήρης τὸν κεφαλαῖον ἑαυτῶν προστησάμενοι, ἐμμελέστερον μετ' ἐκείνου τὸ συμβὰν ἀποκλαύσατε.

2. Καίτοιγε εἰ καὶ μὴ ἐπ' ἐσχάτου γήρως ἥλαυνεν ὁ ἀνὴρ, ἀλλ' οὖν τοῦ γε χρόνου ἕνεκεν τῆς ὑμετέρας ἐπιστασίας, οὐκ ἐνδεῶς εἶχε τοῦ βίου. Τοῦ τε σώματος τοσοῦτον μετεῖχεν, ὅσον τῆς ψυχῆς τὸ καρτερὸν ἐπὶ ταῖς ἀλγηδόσιν αὐτοῦ δεικνύναι. Τυχὸν δὲ ἄν τις ὑμῶν ὑπολάβοι, ὅτι καὶ ὁ χρόνος αὔξησις συμπαθείας, καὶ προσθήκη φίλτρου, οὐχὶ ἀφορμὴ κόρου τοῖς πειραθεῖσιν ἐγγίνεται (38), ὥστε, ὅσῳ ἐν πλείονι χρόνῳ τῆς εὐεργεσίας πεπείρασθε, τοσούτῳ μᾶλλον τῆς ἀπολείψεως ἐπαισθάνεσθαι (39)· σώματος δὲ δικαίου καὶ σκιὰ τοῦ παντὸς ἀξία τοῖς εὐλαβέσι. Καὶ εἴη γε πολλοὺς ὑμῶν (40) ἐπὶ ταύτης εἶναι τῆς διανοίας (οὐδὲ γὰρ αὐτὸς ἀμελῶς ἔχειν τοῦ ἀνδρός φημι χρῆναι)· ἀλλ' ἀνθρωπίνως συμβουλεύω τὸ λυπηρὸν διαφέρειν. Ἐπεὶ ὅσα γέ ἐστιν εἰπεῖν ἀποκλαιομένους τὴν ζημίαν, οὐδὲ ἐμὲ αὐτὸν διαφεύγει. Σιωπᾷ (41) μὲν γλῶττα, ποταμοῖς ἴσα τὰς ἀκοὰς ἐπικλύζουσα· καρδίας δὲ βάθος, οὐδενὶ τέως (42) καταληπτὸν, ὀνείρων ἀσθενέστερον, ὅσα γε πρὸς ἀνθρώπους, διιπτάμενον οἴχεται. Τίς ὀξύτερον (43) ἐκείνου προϊδέσθαι τὸ μέλλον; τίς ἐν οὕτω σταθερῷ καὶ παγίῳ τῆς ψυχῆς ἦθει ἀστραπῆς τάχιον τοῖς πράγμασιν ἐπελθεῖν ἱκανός; Ὦ πόλις πολλοῖς μὲν ἤδη προειλημμένη πάθεσιν, ὑπ' οὐδενός γε μὴν οὕτως εἰς αὐτὰ τὰ καίρια τοῦ βίου ζημιωθεῖσα! Νῦν ἀπήνθηκέ σοι κόσμος ὁ κάλλιστος· Ἐκκλησία δὲ μέμυκε, καὶ σκυθρωπάζουσι πανηγύρεις, καὶ τὸ ἱερὸν συνέδριον τὸν κορυφαῖον ἐπιποθεῖ, λόγοι δὲ μυστικοὶ τὸν ἐξηγητὴν ἀναμένουσιν, οἱ παῖδες τὸν πατέρα, οἱ πρεσβῦται τὸν ἡλικιώτην, οἱ ἐν τέλει τὸν ἔξαρχον, ὁ δῆμος τὸν προστάτην, οἱ βίου δεόμενοι τὸν τροφέα· πάντες αὐτὸν ἐκ τῶν οἰκειοτάτων ὀνομάτων ἀνακαλούμενοι, ἐπὶ οἰκείῳ πάθει οἰκεῖον αὐτῷ καὶ προσήκοντα ἕκαστος τὸν θρῆνον αἴρουσιν (44). Ἀλλὰ ποῦ μοι ὁ λόγος ὑφ' ἡδονῆς τῶν δακρύων ἐκφέρεται; Οὐκ ἀνανήψομεν; οὐχ ἡμῶν αὐτῶν γενησόμεθα; οὐκ ἀποβλέψομεν πρὸς τὸν κοινὸν Δεσπότην, ὃς, ἕκαστον τῶν ἁγίων τῇ ἰδίᾳ γενεᾷ ἐπιτρέψας ὑπηρετήσασθαι, τοῖς καθήκουσι χρόνοις πρὸς ἑαυτὸν πάλιν ἀνεκαλέσατο; Νῦν ἐν καιρῷ τῶν ἐκείνου φωνῶν ὑπομνήσθητε· ὃς ἐκκλησιάζων ὑμῖν ἀεὶ διεστέλλετο, *Βλέπετε*, λέγων, *τοὺς κύνας*, *βλέπετε τοὺς*

(38) *Ἐγγίνεται*. Ita Harl. et Coisl. primus. Editi γίνεται.

(39) *Ἐπαισθάνεσθαι*. Ita Harl. et Med. Editi ἐπαισθάνεσθε.

(40) *Ὑμῶν*. Sic mss. sex. Editi ἡμῶν.

(41) *Σιωπᾷ*. Editi addunt μὲν γάρ. Sed postrema vocula abest ab omnibus mss.

(42) *Τέως*. Hæc vocula addita ex octo mss. Ibidem tres vetustissimi ὅσα γε.

(43) *Τίς ὀξύτερον*. Ita tres vetustissimi codices cum aliis quatuor. Subauditur ἱκανός, quod paulo post sequitur; cui quidem cum minus attenderent librarii, credo eos scripsisse, ut est in editis, τίς ὀξύτερος. Quod autem paulo post ait Neocæsaream multis jam malis præoccupatam fuisse, non videtur id referri posse ad famem de qua Basilius in præcedenti epistola. Hoc enim malo contactas D non fuisse Ponti civitates conjicimus ex Gregorio Naz., qui famem eo graviorem fuisse dicit, quod non possint Cappadoces, ut maritimæ civitates, et ea quibus abundant exportare, et quibus indigent invehere. Respicit ergo Basilius ad illam potissimum calamitatem qua Neocæsaream Gregorius Nyssenus sua ætate afflictam fuisse testatur, cum ingenti terræ motu ædificia omnia tum publica tum privata ruinas traxerunt, ac solum templum, quod a Gregorio ædificatum fuerat, illæsum et intactum permansit, *Vit. S. Greg.* tom. III, p. 554. Eumdem eventum referunt in *Chronicis* Hieronymus et Theophanes ad annum 344.

(44) *Αἴρουσιν*. Quatuor mss. recentiores ἔρουσι. Sic etiam secunda manu Harl., sed initio habuerat αἴρουσι.

Digitized by Google

κακοὺς ἐργάτας. Πολλοὶ οἱ κύνες. Τί λέγω κύνες; Λύκοι μὲν οὖν βαρεῖς, ἐν ἐπιφανείᾳ προβάτων τὸ δολερὸν ὑποκρύπτοντες, πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης τὸ Χριστοῦ ποίμνιον διασπῶσιν. Οὓς φυλακτέον ὑμῖν, ἐγρηγορικοῦ τινος ποιμένος ἐπιστασίᾳ. Ὃν ὑμέτερον μὲν αἰτῆσαι, φιλονεικίας πάσης καὶ φιλοπρωτίας τὰς ψυχὰς καθαρεύοντας, τοῦ Κυρίου δὲ ἀναδεῖξαι· ὃς ἀπὸ τοῦ μεγάλου προστάτου τῆς Ἐκκλησίας ὑμῶν Γρηγορίου μέχρι τοῦ μακαρίου τούτου, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ (45) προστιθεὶς καὶ συναρμόζων ἀεί, οἷον ἔκ τινος ἁρμοῦ (46) λίθων πολυτελῶν, θαυμαστὸν οἷον κάλλος τῆς Ἐκκλησίας ὑμῶν ἐχαρίσατο. Ὥστε οὐδὲ τῶν ἐφεξῆς ἀπελπιστέον. Οἶδε γὰρ Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ· καὶ ἀγάγοι ἂν εἰς τὸ μέσον τοὺς παρ' ἡμῶν τυχὸν οὐ προσδοκωμένους.

3. Πάλαι με θέλοντα τῶν λόγων παύσασθαι ἡ ὀδύνη τῆς καρδίας οὐκ ἐπιτρέπει· ἀλλ' ἐπισκήπτω ὑμῖν πρὸς τῶν Πατέρων, πρὸς τῆς ὀρθῆς πίστεως, πρὸς τοῦ μακαρίου τούτου, διαναστῆναι τὴν ψυχήν, οἰκεῖον ἕκαστον ἑαυτοῦ τὸ σπουδαζόμενον κρίναντα, καὶ τῆς ἐφ' ἑκάτερα τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως πρῶτον αὐτὸν ἀπολαύσειν ἡγούμενον, μηδὲ, τὸ τοῖς πολλοῖς συμβαῖνον, πρὸς τὸν πλησίον τὴν τῶν κοινῶν ἐπιμέλειαν ἀπωθεῖσθαι· εἶτα, ἑκάστου τῇ αὐτοῦ διανοίᾳ τῶν πραγμάτων ὀλιγωροῦντος, λαθεῖν ἅπαντας ἴδιον ἑαυτοῖς κακὸν διὰ τῆς ἀμελείας ἐπισπασαμένους. Ταῦτα εἴτε ὡς γειτόνων συμπάθεια, εἴτε ὡς ὁμοδοξούντων κοινωνία (47), εἴτε καὶ, ὅπερ ἀληθέστερόν ἐστι, τῷ τῆς ἀγάπης πειθομένων νόμῳ, καὶ τὸν ἐκ τοῦ σιωπῆσαι κίνδυνον ἐκκλινόντων, μετὰ πάσης εὐνοίας δέξασθε· πεπεισμένοι, ὅτι, καύχημα ἡμῶν ἐστε, καθάπερ καὶ ἡμεῖς ὑμῶν εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Κυρίου, καὶ ὅτι ἐκ τοῦ δοθησομένου ποιμένος ὑμῖν ἢ ἐπὶ πλέον τῷ συνδέσμῳ τῆς ἀγάπης ἑνωθησόμεθα, ἢ πρὸς παντελῆ διάστασιν· ὃ μὴ γένοιτο, μηδὲ ἔσται τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, οὐδ' ἂν αὐτὸς εἴποιμι νῦν βλάσφημον οὐδέν. Τοῦτο δὲ εἰδέναι ὑμᾶς βουλόμεθα, ὅτι, εἰ καὶ πρὸς τὴν εἰρήνην τῶν Ἐκκλησιῶν συντρέχοντα ἡμῖν οὐκ ἔσχομεν (48) τὸν μακάριον διά τινας, ὡς αὐτὸς ἡμῖν διεβεβαιοῦτο, προλήψεις, ἀλλ' οὖν γε τῆς πρὸς αὐτὸν ὁμοδοξίας, καὶ τοῦ ἀεὶ κοινωνὸν ἐπικαλεῖσθαι τῶν πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς ἀγώνων, ὑπὸ μάρτυρι τῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις τοῖς πεπειραμένοις ἡμῶν οὐδένα καιρὸν ἀπελείφθημεν.

A semper admonebat, *Cavete canes*, inquiens, *cavete operarios malos* [12]. Canes non pauci. Quid dico canes? Imo vero lupi graves, qui sub ovium specie dolum contegentes, ubique terrarum gregem Christi divellunt: qui vobis vitandi sunt vigilantis alicujus pastoris præsidio. Hunc vestrum quidem est petere, animis ab omni contentione atque ambitione repurgatis: Domini vero, ostendere, qui a magno illo Ecclesiæ vestræ duce Gregorio usque ad hunc beatum, alterum in alterius locum sufficiens, semperque adaptans, velut ex quadam pretiosorum lapidum commissura, mirum ornamentum Ecclesiæ vestræ largitus est. Quare nec de successuris desperandum est. Novit enim suos Dominus, et proferre in medium potest, quos fortasse non ex-
B spectamus.

3. Dudum me volentem sermoni finem imponere, dolor cordis non sinit: sed obtestor vos per Patres, per rectam fidem, per hunc beatum, erigatis animum, proprium sibi quisque id quod agitur ducentes, et rerum in utramque partem exitus participes se in primis fore existimantes, ita ut rerum communium curam, ut plerique solent, in proximum non rejiciatis, ac postea unoquoque in animo suo res negligente, omnes sibi ipsi per incuriam proprium malum imprudentes accersant. Hæc autem sive ut vicinorum commiserationem, sive ut idem sentientium communionem, sive etiam, quod verius est, ut charitatis legi obse-
C quentium, et periculum silentii declinantium, omni cum benevolentia excipite; persuasum illud habentes vos esse nostram gloriationem quemadmodum et nos vestra erimus in Domini die: nosque prout pastor vobis dabitur, vel arctius charitatis vinculo vobiscum esse conjungendos, vel prorsus disjungendos, quod quidem absit, neque Dei gratia fiet, neque sane ipse nunc contumeliosi quidquam dixerim. Hoc autem scire vos volumus, etsi beatum illum ad Ecclesiarum pacem concurrentem non habuimus propter quasdam, ut ipse nobis affirmavit, anticipatas opiniones; sed tamen idem cum ipso sentiendi, eumque semper certaminum adversus hæreticos participem advocandi, nos,
D Deo teste et hominibus qui nostri periculum fecerunt, nullum tempus intermisisse.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΚΘ'.

109 EPISTOLA XXIX*.

Basilius Ancyranis significat acceptum ex morte eorum episcopi Athanasii dolorem, cujus summa de ecclesiis merita prædicat. Hortatur ut caveant, ne rursus in electione episcopi dissensiones nascantur.

Τῇ Ἐκκλησίᾳ Ἀγκύρας παραμυθητική (49).

Ecclesiæ Ancyræ consolatoria.

Πολὺν ἡμῖν χρόνον σιωπὴν ἐνεποίησεν ἡ ἐκπλη-

Diuturnum nobis silentium imposuit animi stu-

[12] Philipp. III, 2.

(45) *Ἐπ' ἄλλῳ*. Sic octo codices mss. Editi ἐπ' ἄλλον.

(46) *Ἁρμοῦ*. Sic sex mss. Editi ὅρμου. Paulo post editio Parisiensis παρ' ὑμῶν. Aliæ editiones et mss. codices septem παρ' ἡμῶν.

(47) *Συμπάθεια... κοινωνία*. Sic vetusti codices, melius quam in editis συμπαθείᾳ .. κοινωνίᾳ. Sed postulat sensus ut legatur συμπάθειαν... κοινωνίαν. Editio Haganoensis consentit cum mss. codicibus.

(48) *Οὐκ ἔσχομεν*. Ita mss. septem. Editi οὐκ εἴχομεν.

(49) *Παραμυθητική*. Hæc vox addita ex sex mss.

* Alias LXVII, scripta anno 368 exeunte.

Digitized by Google

por ex gravissimo tristis eventus nuntio. Postquam vero paululum quodam modo ex taciturnitate nos recollegimus, quam velut ii, quorum aures vehementi tonitru perculsæ sunt, passi sumus; necessario nunc de eo quod accidit, ingemuimus, et inter luctus epistolam hanc ad vos misimus, non consolandi gratia, (quis enim sermo inveniatur tantæ medicus calamitatis?) sed cordis nostri dolorem, quantum possimus, vobis hac voce significantes. Opus nunc mihi essent Jeremiæ lamentationes, et si quis sane alius ex beatis hominibus calamitatem maximam modo commovendis animis idoneo lamentatus est. Cecidit vir, vere columna et firmamentum Ecclesiæ, vel potius ipse quidem ad beatam vitam sublatus a nobis abiit : non leve autem periculum est, ne multi subtracto hoc fundamento corruant, et quæ in nonnullis putrida sunt, manifesta fiant. Clausum est os, et justa dicendi libertate, et gratiæ verbis ad fratrum ædificationem scatens. Abierunt mentis consilia, quæ vere in Deo commovebatur. O quoties mihi (accusabo enim me ipse) indignari subiit in virum, quod totus in eo desiderio ut discederet, essetque cum Christo, permanere in carne propter nos non prætulerit [13]. Cuinam deinceps Ecclesiarum curam deferemus? quem adjungemus molestiarum socium? quem lætitiæ participem? O gravem tristemque solitudinem! Quomodo plane similes facti sumus solitario pellicano [14]? Sed tamen juncta inter se Ecclesiæ membra, velut ab anima quadam, ab ipsius regimine in unam consensionem et accuratam communionem compacta, et servantur constanter per pacis vinculum ad spiritualem coagmentationem, et servabuntur semper, Deo id largiente, ut firma ac immota maneant beatæ illius animæ opera, quæcunque Ecclesiis Dei exantlavit. Verum certamen non parvum incumbit, ne rursus lites ac discordiæ in præsulis electione nascentes, omnem simul laborem ex qualibet dissensione subvertant.

[13] Philipp. I, 23. [14] Psal. CI, 7.

ξις τῆς βαρυτάτης ἀγγελίας τοῦ συμβάντος κακοῦ. Ἐπεὶ δὲ μικρόν πως τῆς ἀφασίας ἀνηνέγκαμεν, ἣν ὡς οἱ (50) βροντῇ μεγάλῃ τὰς ἀκοὰς καταπλαγέντες, πεπόνθαμεν· ἀναγκαίως νῦν ἐπεστενάξαμεν τῷ συμβάντι, καὶ μεταξὺ ὀδυρόμενοι τὴν ἐπιστολὴν ὑμῖν ἐξεπέμψαμεν· οὐ παρακλήσεως ἕνεκεν, (τίς γὰρ ἂν καὶ λόγος εὑρεθείη τοσαύτης συμφορᾶς ἰατρός;) ἀλλὰ τὴν ὀδύνην τῆς καρδίας ἡμῶν, καθ' ὅσον δυνατὸν, ἐκ τῆς φωνῆς, ταύτης ὑμῖν διασημαίνοντες. Νῦν ἐδεόμην τῶν Ἱερεμίου θρήνων, καὶ εἴ δή τις ἄλλος τῶν μακαρίων ἀνδρῶν συμφορᾶς μέγεθος (51) ἐμπαθῶς ἀπωδύρατο. Πέπτωκεν ἀνὴρ, στῦλος τῷ ὄντι καὶ ἑδραίωμα τῆς Ἐκκλησίας· μᾶλλον δὲ αὐτὸς μὲν (52) πρὸς τὴν μακαρίαν ζωὴν ἀρθεὶς ἀφ' ἡμῶν οἴχεται· κίνδυνος δὲ οὐ μικρὸς, μὴ πολλοὶ τῷ ἐρείσματι τούτῳ ὑπεξαιρεθέντι συγκαταπέσωσι, καὶ τὰ σαθρά τινων φανερὰ γένηται. Κέκλεισται στόμα παῤῥησίας τε δικαίας (ὃ καὶ λόγους χάριτος ἐπ' οἰκοδομῇ τῆς ἀδελφότητος βρύον. Οἴχεται δὲ φρενὸς βουλεύματα, τῆς ὄντως ἐν Θεῷ (54) κινουμένης. Ὦ ποσάκις μοι (κατηγορήσω γὰρ ἐμαυτοῦ) ἐπῆλθεν ἀγανακτῆσαι κατὰ τοῦ ἀνδρός· ὅτι, ὅλως γενόμενος τῆς ἐπιθυμίας τοῦ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι, τὸ ἐπιμεῖναι ἐν τῇ σαρκὶ οὐ προετίμησε δι' ἡμᾶς. Ἱερὸς τίνα λοιπὸν τὰς φροντίδας τῶν Ἐκκλησιῶν (55) ὑπερθώμεθα; τίνα κοινωνὸν τῶν λυπηρῶν λάβωμεν; τίνα μεριστὴν τῆς εὐφροσύνης (56); Ὦ τῆς δεινῆς ὄντως καὶ σκυθρωπῆς ἐρημίας! Πῶς ἀκριβῶς ὡμοιώθημεν πελεκᾶνι ἐρημικῷ; Ἀλλὰ μὴν τά γε συναφθέντα μέλη τῆς Ἐκκλησίας, οἷον ὑπὸ ψυχῆς τινος, τῆς ἐκείνου προστασίας, εἰς μίαν συμπάθειαν καὶ ἀκριβῆ κοινωνίαν συναρμοσθέντα, καὶ φυλάσσεται διὰ τοῦ συνδέσμου τῆς εἰρήνης πρὸς τὴν πνευματικὴν ἁρμολογίαν παγίως, καὶ φυλαχθήσεται εἰς ἀεὶ, τοῦτο τοῦ Θεοῦ χαριζομένου, ἑδραῖα μένειν καὶ ἀμετακίνητα τῆς μακαρίας ἐκείνης ψυχῆς τὰ ἔργα, ὅσα ἐνήθλησε ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ. Πλὴν ἀλλ' ὁ ἀγὼν (57) οὐ μικρὸς, μή τινες πάλιν ἔριδες καὶ διχοστασίαι, ἐπὶ τὴν ἐκλογὴν τοῦ προστατοῦντος ἀναφυεῖσαι, πάντα ὁμοῦ τὸν κόπον ἐκ τῆς τυχούσης ἔριδος ἀνατρέψωσιν.

(50) *Ὡς οἱ.* Sic omnes antiqui codices. Editi ὡσεί. Ibidem ἐκπλαγέντες in tribus mss. Νῦν paulo post deest in tribus, nec necessaria est hæc vocula. Paulo post Basilius in his verbis, Τίς γὰρ ἂν καὶ λόγος... ἰατρός, videtur respicere ad versum antiqui poetæ, quem citat Plutarchus initio libri *De consolatione*, ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι, *Animæ ægrotantis sunt medici sermones.*

(51) *Συμφορᾶς μέγεθος.* Vaticanus codex cum Regio secundo et Coisl. secundo συμφορὰς μεγίστας. Statim in duobus mss. ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας, *firmamentum veritatis.*

(52) *Αὐτὸς μέν.* Vocula addita ex Med. et Coisl. primo.

(53) *Παῤῥησίας τε δικαίας*, etc. In his et sequentibus vocibus secuti sumus quinque veteres libros, nempe Reg. utrumque, Coisl. utrumque et Vaticanum. Plures autem quam sex non habuimus. Deest enim hæc epistola in codice Harl. Editi παῤῥησίας τε λόγοις χάριτος ἐπ' οἰκοδομήν. Habet etiam Mediceus cod. ἐπ' οἰκοδομῇ.

(54) *Ἐν Θεῷ.* Deest præpositio in duobus vetustissimis codicibus Coisl. et Med. Non multo post Mediceus τῆς ἐπιθυμίας τοῦ ἀναχωρῆσαι, quo ex verbo confirmatur interpretatio quam secuti sumus.

(55) *Τῶν Ἐκκλησιῶν.* Duo codices Regii et Coisl. secundus τῶν ἐκκλησιαστικῶν.

(56) *Εὐφροσύνης.* Sic uterque Reg et uterque Coisl. Male in editis σωφροσύνης.

(57) *Ἀλλ' ὁ ἀγών.* Sic quinque codices. Editi ἄλλος ἀγών. Ibidem πάλιν additum ex quatuor mss. Legitur paulo post in Vaticano, Regio secundo et Coisl. secundo ἐπὶ τὴν ἐκλογὴν τοῦ μεταστάντος, *lites et discordiæ quæ in defuncti electione exortæ fuerant.* Sed utravis lectio probetur, illud semper ex his verbis, *ne rursus lites*, etc., concludere licet, electionem Athanasii interpellatam dissensionibus fuisse.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Λ'.

110 EPISTOLA XXX*.

Præter morbos, hiemem et negotia, aliæ causæ Basilium promouere ad Eusebium proficisci. Matrem amisit, unde morbus recruduit. Ecclesiis non melius est quam ipsius corpori. Narrat electos fuisse Ancyræ et Neocæsareæ episcopos. Precibus Eusebii acceptum refert, quod inimicorum insidias effugerit.

Εὐσεβίῳ ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων. A *Eusebio, episcopo Samosatorum.*

Εἰ πάσας ἐφεξῆς γράφοιμι τὰς αἰτίας ὑφ' ὧν μέχρι τοῦ παρόντος κατεσχέθην, καὶ πάνυ ὡρμημένος πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν, ἱστορίας ἂν μῆκος ἀπέραντον ἐκπληρώσαιμι. Νόσους μὲν ἐπαλλήλους καὶ χειμῶνος ἐπάχθειαν (58), καὶ πραγμάτων συνοχὴν παρίημι λέγειν, γνώριμα ὄντα καὶ ἤδη προδεδηλωμένα (59) τῇ τελειότητί σου. Νῦν δὲ καὶ ἣν μόνην εἶχον τοῦ βίου παραμυθίαν τὴν μητέρα, καὶ ταύτην ἁφῃρέθην ὑπὸ τῶν ἁμαρτιῶν μου (60). Καὶ μὴ καταγελάσῃς μου ὡς ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας ὀρφανίαν ἀποδυρομένου· ἀλλὰ σύγγνωθί μοι ψυχῆς χωρισμὸν ἀνεκτῶς μὴ φέροντι, ἧς οὐδὲν ἀντάξιον ἐν τοῖς λειπομένοις ὁρῶ. Πάλιν οὖν μοι ὑπέστρεψε τὰ ἀῤῥωστήματα, καὶ πάλιν ἐπὶ κλίνης κατάκειμαι ἐπὶ μικρᾶς B παντελῶς τῆς δυνάμεως σαλεύων, καὶ μόνον (61) οὐχ ἑφ' ἑκάστης ὥρας τὸ ἀναγκαῖον πέρας τῆς ζωῆς ἐκδεχόμενος. Αἱ δὲ Ἐκκλησίαι σχεδόντι παραπλησίως τῷ σώματί μου διάκεινται, ἀγαθῆς μὲν ἐλπίδος οὐδεμιᾶς ὑποφαινομένης, ἀεὶ δὲ πρὸς τὸ χεῖρον τῶν πραγμάτων ὑποῤῥεόντων. (62) Τέως δὲ ἡ Νεοκαισάρεια καὶ ἡ Ἄγκυρα ἔδοξαν ἔχειν διαδόχους τῶν ἀπελθόντων, καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἡσυχάζουσιν. Ἀλλ' οὐδὲ ἡμῖν οἱ ἐπιβουλεύοντες ποιῆσαί τι τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς πικρίας ἄξιον μέχρι τοῦ παρόντος συνεχωρήθησαν. Καὶ τούτου τὴν αἰτίαν ταῖς σαῖς ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν πρεσβείαις προδήλως ἡμεῖς ἀνατίθεμεν. Ὥστε μὴ ἀποκάμῃς προσευχόμενος ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ δυσωπῶν τὸν Θεόν (63). Τοὺς καταξιωθέντας ἐξυπηρετεῖσθαι τῇ ὁσιότητί σου πάμπολλα πρόσειπε.

Si omnes ordine scriberem causas, quibus in hunc usque diem detentus sum, quanquam ad tuam pietatem proficisci omnino cupiebam, historiæ seriem infinitam pertexerem. Morbos quidem alios aliis succedentes, hiemis molestiam, negotiorum continuitatem omitto dicere, cum nota sint, et jam prius indicata præstantiæ tuæ. Nunc autem, quod unicum habebam vitæ solatium, matrem etiam ob mea peccata amisi. Nec me derideas, qui id ætatis lugeam orbitatem, sed ignosce mihi, separationem animæ patienter non ferenti, cui nihil comparandum in reliquis rebus video. Rursus igitur mihi reversi sunt morbi, rursusque in lecto decumbo, exiguis prorsus viribus fluctuans, et tantum non singulis horis necessarium vitæ finem exspectans. Ecclesiæ autem non alio fere modo ac corpus meum affectæ sunt, bona quidem spe nulla affulgente, rebus vero semper in deterius sublabentibus. Interim Neocæsarea et Ancyra visæ sunt habere successores eorum qui obierunt, et huc usque conquiescunt. Sed nec iis, qui nobis insidiantur, ut aliquid iracundia sua et acerbitate dignum facerent, hactenus concessum est; nosque ejus rei causam tuis pro Ecclesiis precibus palam tribuimus. Quare pro Ecclesiis precando et Deum exorando ne dejasseris. Iis qui digni fuere, qui tuæ sanctitati ministrent, dic salutem plurimam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΛΑ'

EPISTOLA XXXI**.

Fames nondum sedata Basilium detinet, quominus comitetur Hypatium consanguineum suum. Hunc sanare concessum non fuerat his qui domi curationum habebant. Quamobrem eum commendat Eusebio, ut vel fratres religiosissimos accersat, qui ei medeantur, vel ipsum ad illos cum litteris mittat.

Εὐσεβίῳ (64) *ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.* C *Eusebio, episcopo Samosatorum.*

Οὔπω ἡμᾶς ὁ λιμὸς ἀνῆκε· διόπερ ἀναγκαία ἡμῖν ἐστιν ἡ ἐπὶ τῆς πόλεως διαγωγὴ, ἢ οἰκονομίας (65)

Nondum nos fames reliquit; quapropter in civitate remanere necesse habemus, vel dispensatio-

(58) *Ἐπάχθειαν.* Sic antiqui sex codices. Editi ἀπέχθειαν.

(59) *Προδεδηλωμένα.* Hæc indicaverat in epist. 27 : nempe præter hiemem et morbum, ipsam etiam famem, quæ plurimum ei dabat negotii in sublevandis pauperibus.

(60) *Ἁμαρτιῶν μου.* Deest illud pronomen in quatuor mss.

(61) *Μόνον οὐκ.* Tres codices μόνον οὐχί.

(62) Vide Addenda.

(63) *Τὸν Θεόν.* Post has voces editi addunt καί, quod deest in sex mss.

(64) *Εὐσεβίῳ.* Quamvis codices sex habeant Εὐσεβωνᾷ, duo autem, nempe Vaticanus et alius insignis Ecclesiæ Parisiensis, πρὸς Εὐσεβωνᾶν ἐπίσκοπον, non tamen mutandum duxi quod in editis legebatur. In codice Medicæo, qui est vetustissimus, recentior manus apposuit illud Εὐσεβωνᾷ. Ex aliorum tamen codicum auctoritate conjici non immerito posset, Eusebium Samosatensem Eusebonam apud Syros suos dictum fuisse. At non dubium quin ad illum scripta fuerit hæc epistola; siquidem Basilius, ut in prioribus, excusat famem, cur ad eum non veniat. In pluribus codicibus mss. conjuncta est epistola cum aliis ad Eusebium scriptis : eam autem proxime in omnibus codicibus sequitur epistola 146, quæ inscripta est τῷ αὐτῷ, nempe eidem Eusebonæ, quamvis ad Antiochum Eusebii fratris aut sororis filium scripta sit.

(65) *Οἰκονομίας.* Id est, ut pauperes adjuvem, vel saltem commiserationem illis impendam. Sæpe D apud Basilium οἰκονομία dicitur id quod pauperibus distribuitur. Vituperat in Comment. *in Isa.*, p. 418, præsules qui male partam pecuniam accipiunt vel ad suos usus, ἢ ἐπὶ λόγῳ τῆς τῶν πτωχευόντων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ οἰκονομίας, *vel per causam distribuendi pauperibus Ecclesiæ.* In epistola 92 Orientales inter mala Ecclesiæ illud etiam deplorant, quod ambitiosi præsules οἰκονομίας πτωχῶν, *pecunias pauperibus destinatas* in suos usus convertant

* Alias VII, scripta anno 369.

** Alias CCLXVII, scripta anno 369.

Digitized by Google

nis causa, vel commiserationis in afflictatos. Unde ne nunc quidem potui comitem me viæ præbere colendissimo fratri Hypatio, quem non tantum honoris III causa fratrem appellare possum, sed propter naturalem quæ inter nos intercedit necessitudinem : consanguinei enim sumus. Quali ille morbo laboret, neque tuam præstantiam fugit. Dolemus autem, quod in eo spes omnis abscissa sit levamenti, quandoquidem iis qui sanationis dona habent, nihil in illo eorum quæ solent, operari concessum est. Quocirca rursus precum tuarum auxilium implorat. Tu autem exorari te sine, ut opem solitam non deneges, tum ob tuam erga ægrotantes commiserationem, tum nostra causa, qui pro eo precamur : et si fieri potest, fratres religiosissimos ad temetipsum accersas, ut in tuis ipsius oculis ei medela afferatur; sin hoc fieri nequit, illum cum litteris dimittere et fratribus ultra commorantibus commendare digneris.

ἕνεκεν, ἢ συμπαθείας τῶν θλιβομένων. Ὅθεν οὐδὲ νῦν ἠδυνήθην κοινωνῆσαι τῆς ὁδοῦ τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἀδελφῷ Ὑπατίῳ (66), ὃν οὐκ αὐτὸ δὴ τοῦτο εὐφημίας ἕνεκεν ἀδελφὸν ἔχω προσαγορεύειν, ἀλλὰ διὰ τὴν προσοῦσαν ἡμῖν ἐκ φύσεως οἰκειότητα· αἵματος γὰρ ἐσμεν τοῦ αὐτοῦ. Ὡς ὁποῖα μὲν κάμνει, οὐδὲ τὴν σὴν ἔλαθε τιμιότητα· λυπεῖ δὲ ἡμᾶς, ὅτι πᾶσα παραμυθίας ἐλπὶς ἐπ' αὐτῷ περικέκοπται, τῶν ἐχόντων τὰ τῆς ἰατέως χαρίσματα οὐδὲν ἐπ' αὐτοῦ τῶν συνήθων ἐνεργῆσαι συγχωρηθέντων. Διὸ πάλιν τῶν σῶν προσευχῶν τὴν βοήθειαν ἐπικαλεῖται. Σὺ δὲ τὰ συνήθη προστῆναι, καὶ διὰ τὴν σεαυτοῦ περὶ τοὺς κάμνοντας εὐσπλαγχνίαν, καὶ δι' ἡμᾶς τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ πρεσβεύοντας, παρακλήθητι· καὶ, εἰ μὲν οἷόν τε, πρὸς ἑαυτὸν μεταστεῖλαι (67) τοὺς εὐλαβεστάτους τῶν ἀδελφῶν, ὥστε ὑπὸ ταῖς σαῖς ὄψεσι προσαχθῆναι αὐτῷ τὴν ἐπιμέλειαν· εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, μετὰ γραμμάτων αὐτὸν προπέμψαι, καὶ συστῆσαι τοῖς ἔμπροσθεν καταξίωσον.

EPISTOLA XXXII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΛΒ'.

Cum Cæsarius moriens sua omnia pauperibus legasset, ejus pater et frater quidquid reliquum fuit de ipsius bonis, quæ expilata fuerant, id statim in pauperibus sublevandis et debitoribus absolvendis insumpserunt; sed postea sycophantiæ multi prodierunt, qui pecuniam a se Cæsarium accepisse dicerent. Unde Gregorium molestissimis negotiis implicatum Basilius Sophronio commendat.

Sophronio magistro.

Σωφρονίῳ μαγίστρῳ (68).

1. Particeps est temporis et Deo dilectissimus frater noster Gregorius episcopus. Dolet enim cum omnibus et ipse injuriis continuis, velut inexspectatis quibusdam plagis perculsus. Nam homines Deum non timentes, fortasse etiam et magnitudine malorum coacti, calumnias illi inferunt eo nomine, quod Cæsarius pecunias ab ipsis acceperit. Nec damnum molestum est; dudum enim didicit pecunias contemnere; sed quia cum exiguam omnino partem acceperint illius bonorum, eo quod res ipsius penes servos essent ac homines servis nihilo indole meliores, qui, liberrime pretiosissima quæque partiti, paucissima omnino eis reservarunt; hæc illi existimantes nulli obnoxia esse creditori, mox in egenos insumpsere, tum ob suam ipsorum propensionem, tum ob defuncti vocem. Fertur enim dixisse moriens : *Mea omnia volo esse pauperum.* Itaque ut dati a Cæsario mandati ministri, statim hæc dispensarunt utiliter. Et nunc

1. Ἀπολαύει τοῦ καιροῦ καὶ ὁ θεοφιλέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν Γρηγόριος ὁ ἐπίσκοπος. Ὀδυνᾶται γὰρ μετὰ πάντων καὶ αὐτὸς ἐπηρείαις ἀλλεπαλλήλοις (69), ὥσπερ τισὶ πληγαῖς ἀπροσδοκήτοις τυπτόμενος. Ἄνθρωποι γὰρ μὴ φοβούμενοι τὸν Θεὸν, τάχα που καὶ ὑπὸ τοῦ μεγέθους τῶν κακῶν βιαζόμενοι, ἐπηρεάζουσιν αὐτῷ, ὡς χρήματα Καισαρίου παρ' αὐτῶν εἰληφότος. Καὶ οὐ τὸ τῆς ζημίας βαρύ· πάλαι γὰρ ἔμαθε χρημάτων ὑπερορᾶν· ἀλλ' ὅτι, μικρὰ παντελῶς δεξάμενοι τῶν ἐκείνου, διὰ τὸ ἐπὶ οἰκέταις αὐτοῦ γενέσθαι τὸν βίον καὶ ἀνθρώποις οὐδὲν οἰκετῶν αἱρετωτέροις τὸν τρόπον, οἱ κατὰ πολλὴν ἄδειαν τὰ πλείστου ἄξια διανειμάμενοι, ἐλάχιστα παντελῶς ἀπέσωσαν τούτοις· ἃ νομίζοντες (70) μηδενὶ ὑποκεῖσθαι, εὐθὺς ἀνάλωσαν εἰς τοὺς δεομένους, καὶ διὰ τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν, καὶ διὰ τὴν φωνὴν τοῦ κατοιχομένου. Λέγεται γὰρ τοῦτο εἰπεῖν ἀποθνήσκων, ὅτι *Τὰ ἐμὰ πάντα βούλομαι γενέσθαι τῶν πτωχῶν.* Ὡς οὖν διάκονοι τῆς ἐντολῆς τοῦ Καισαρίου (71),

* Alias LXXXIV, scripta anno 369.

convertant. Hinc in Regulis fusioribus, Interrog. 9, et in epistola proxime sequenti οἰκονομεῖν bona pauperibus.

(66) *Ὑπατίῳ.* Sic citati a Combefisio codices et Harl. et alii plures. Editi Ὑπαθίῳ. Paulo post editi διὰ τὴν ὑποῦσαν. Antiquissimi codices Harl., Med., Coisl. et alii nonnulli ut in textu.

(67) *Μεταστεῖλαι.* In hac voce et alia quæ paulo post occurrit, nempe προπέμψαι, non consentiunt codices mss., aliis accentum in penultima, aliis in antepenultima, ut in imperativo par est fieri, habentibus. Sed imperativo uti minus familiare Basilii, cum præsertim Eusebium alloqueretur, quem in parentis loco reverebatur.

τοῦ τόπου σου· ἀναχωρῶν γὰρ ἐκ τοῦ τόπου σου, ἴσως ἀναχωρήσεις (93) ἐκ τοῦ τρόπου σου. Μὴ ἔσο ὀχλοχαρὴς, μὴ φιλόχωρος, μὴ φιλοπολίτης, ἀλλὰ φιλέρημος, ἐφ' ἑαυτῷ μένων ἀεὶ ἀμετεωρίστως, τὴν εὐχὴν καὶ τὴν ψαλμῳδίαν ἔργον ἡγούμενος. Μηδὲ τῶν ἀναγνωσμάτων κατολιγωρήσῃς, μάλιστα τῆς Νέας Διαθήκης (94), διὰ τὸ ἐκ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης πολλάκις βλάβην ἐγγίνεσθαι· καὶ οὐχ ὅτι ἐγράφη βλαβερὰ, ἀλλ' ὅτι ἡ τῶν βλαπτομένων διάνοια ἀσθενής. Πᾶς γὰρ ἄρτος τρόφιμος, ἀλλὰ τοῖς ἀσθενοῦσιν ἐπιβλαβής. Οὕτως οὖν πᾶσα Γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος, καὶ οὐδὲν κοινὸν δι' αὐτῆς· εἰ μὴ τῷ λογιζομένῳ κοινὸν εἶναι, ἐκείνῳ (95) κοινόν. Πάντα δὲ δοκίμαζε· τὸ καλὸν κάτεχε· ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπέχου. *Πάντα γὰρ ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει.* Ἔσο οὖν τοῖς συντυγχάνουσί σοι ἐν πᾶσιν ἀπρόσκοπος, προσχαρὴς, φιλάδελφος, ἡδὺς, ταπεινόφρων, μὴ ἐκπίπτων τοῦ σκοποῦ τῆς φιλοξενίας διὰ βρωμάτων πολυτελείας (96), ἀρκούμενος δὲ τοῖς παροῦσι, τῆς καθημερινῆς χρείας τοῦ μονήρους βίου μηδὲν πλέον ἀπό τινος λάβῃς· καὶ μάλιστα φύγε τὸν χρυσὸν ὡς ψυχῆς ἐπίβουλον καὶ ἁμαρτίας πατέρα, ὑπουργὸν δὲ τοῦ διαβόλου. Μὴ προφάσει τῆς εἰς τοὺς πένητας διακονίας σεαυτὸν ὑπόδικον φιλοχρηματίας καταστήσῃς. Εἰ δέ τις πτωχῶν ἕνεκα κομίσει σοι χρήματα, γνῶς δέ (97) τινας εἶναι λειπομένους· αὐτῷ ἐκείνῳ, ᾧ ὑπάρχει τὰ χρήματα, ἀποκομίσαι τοῖς ὑστερουμένοις (98) ἀδελφοῖς συμβούλευσον, μήποτε μολύνῃ σου τὴν συνείδησιν ἡ τῶν χρημάτων ὑποδοχή.

usus a loco tuo recedas : recedens enim a loco tuo, fortasse a moribus tuis recedes. Non amator sis turbæ, non ruris, non civitatum, sed solitudinis : apud temetipsum manens semper citra ullam mentis aberrationem ; precationem et psalmodiam opus tuum esse existimans. Neque etiam lectiones negligas, Testamenti Novi maxime, propterea quod sæpe ex Veteri Testamento oritur detrimentum : non quod scriptæ sint res noxiæ, sed quod eorum qui lædunturi, mens infirma. Omnis enim panis ad alendum idoneus ; sed nocet infirmis. Sic igitur omnis Scriptura divinitus inspirata est atque utilis [37], nec in ea quidquam inquinatum est ; nisi quod quis inquinatum esse putat, id ipsi inquinatum est. **128** Omnia autem proba : quod bonum est, tene : ab omni specie mala abstine [38]. *Omnia* enim *licent*, *sed non omnia expediunt* [39]. Itaque his quibuscum versaris nulla in re sis offendiculo, sis lætus, fratrum amans, blandus, humilis, non excidens hospitalitatis proposito per eduliorum lautitiam, sed præsentibus contentus, nihil a quoquam ultra quotidianum solitariæ vitæ usum accipias : ac præsertim fuge aurum velut animæ insidiatorem, et peccati patrem, ac diaboli ministrum. Te ipse avaritiæ obnoxium ne constitueris, obtentu ministerii erga pauperes. Si quis autem egenorum gratia afferat tibi pecunias, et aliquos noveris indigere ; ei ipsi, cui sunt pecuniæ, consilium da, ut fratribus indigentibus distribuat, ne forte conscientiam tuam coinquinent acceptæ pecuniæ.

4. Τὰς ἡδονὰς φεῦγε· τὴν ἐγκράτειαν δίωκε· καὶ τὸ μὲν σῶμα τοῖς πόνοις ἄσκει· τὴν δὲ ψυχὴν τοῖς πειρασμοῖς ἔθιζε (99). Τὴν σώματος καὶ ψυχῆς ἀνάλυσιν ἀπαλλαγὴν παντὸς κακοῦ τιθέμενος, ἐκδέχου τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν, ἧς πάντες οἱ ἅγιοι μέτοχοι γεγόνασι. Σὺ δὲ (1), ἀδιαλείπτως ζυγοστατῶν, ἀντιπαρατίθεσο τῇ διαβολικῇ ἐννοίᾳ τὸν εὐσεβῆ λογισμὸν, ὥσπερ ἐπὶ τρυτάνης τῇ ῥοπῇ τῆς πλάστιγγος τούτῳ παραχωρῶν· καὶ μάλιστα ὅταν ἐπαναστᾶσα ἡ πονηρὰ ἔννοια λέγῃ· Τί σοι τὸ ὄφελος τῆς ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ διαγωγῆς ; τί σοι τὸ κέρδος τῆς ἀναχωρήσεως τῆς ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων συνηθείας ; Ἢ οὐκ ἴγνως τοὺς παρὰ τοῦ Θεοῦ τεταγμένους ἐπισκόπους τῶν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν τοῖς ἀνδράσι (2) συνήθως συνδιαζῶντας, καὶ τὰς πνευματικὰς ἀδιαλείπτως ἐπιτελοῦντας πανηγύρεις, ἐν αἷς μάλιστά που τοῖς παραγενομένοις γίνεται ὄφελος ; Ἐκεῖ γὰρ

4. Voluptates fuge : prosequere continentiam ; ac corpus quidem laboribus exerce : animam vero assuefacito tentationibus. Pro certo tenens corporis et animæ dissolutionem mali cujuscunque esse liberationem, bonorum æternorum exspecta fruitionem, cujus omnes sancti effecti sunt participes. Tu vero indesinenter expendens ac librans, diabolico suggestui oppone piam cogitationem, ei velut in trutina momento lancis præponderanti cedens. Et præsertim cum prava insurgens cogitatio dixerit : Quæ utilitas degendi in hoc loco ? quod lucrum secessus ab hominum societate ? An ignoras constitutos a Deo episcopos Ecclesiarum Dei cum hominibus ex more vivere, et spirituales indesinenter celebrare conventus, quos qui obeunt plurimum percipiunt utilitatis ? Illic enim Proverbiorum aperiuntur

[37] II Tim. III. 16. [38] I Thess. v, 21. [39] I Cor. VI, 12.

(93) *Ἀναχωρήσεις*. Sic unus ex Regiis, melius quam editi ἀναχωρήσῃς. Paulo post editi ἐφ' ἑαυτὸν μένων ἀεὶ ἀμετεώριστος. Mss. ut in textu.

(94) *Μάλιστα τῆς Νέας*. Reg. secundus μάθε τὰ τῆς Νέας.

(95) *Ἐκείνῳ*. Sic unius codicis ope emendatur quod erat in editis ἐκεῖνο.

(96) *Πολυτελείας*. Sic Reg. secundus. Editi πολυτέλειαν.

(97) *Γνῷς δέ*. Sic Reg. secundus, alius γνοίης δέ. Mox editi ὑπάρχῃ. Mss. ut in textu.

(98) *Ὑστερουμένοις*. Sic Reg. secundus pro eo quod est in editis στερουμένοις. Mox duo mss. μολύνῃ, editi μολύνει.

(99) *Ἔθιζε*. Duo codices a Combefisio citati χαρτέρει.

(1) *Σὺ δέ*. Editi pro his vocibus habent σεαυτόν, et paulo post τοῦτο παραχωρῶν. Vulnus sanatum ope Reg. secundi, in quo etiam legitur ἀντιπαρατίθει.

(2) *Τοῖς ἀνδράσι*, etc. Editi τοὺς ἄνδρας συνήθως συνοδιάζοντας. Emendavimus ope Regii secundi.

Digitized by Google

ænigmata, explicantur apostolica documenta, exponuntur evangelicæ sententiæ, theologia auditur; illic congressus fratrum spiritualium, magnam occurrentibus ex vultus aspectu utilitatem præbentium. Tu autem te ipse a tantis bonis effecisti alienum, atque hic desides belluarum in morem efferatus. Vides enim hic solitudinem magnam, inhumanitatem non modicam, penuriam doctrinæ, disjunctionem a fratribus, ac spiritum erga Dei mandatum valde inertem ac socordem. Cum igitur talibus ac tantis te speciosis rationibus prava insurgens cogitatio frangere voluerit; oppone ei per piam ratiocinationem ipsius rei experientiam, dicens: Quandoquidem tu mihi dicis bona esse quæ in mundo sunt, propterea ego illuc transmigravi, indignum meipsum judicans mundi bonis. Sunt enim mundi bonis mala admista, ac longe exsuperant mala. Nam cum aliquando accessissem ad spirituales conventus, in unum fratrem vix tandem incidi, qui Deum timere videbatur; sed is tenebatur **129** sub diabolo; atque ex ipso audivi lepidos sermones, et conflictas ad obvios quosque decipiendos fabulas. Multos post ipsum offendi fures, raptores, tyrannos. Vidi ebriorum speciem indecoram; vidi sanguinem oppressorum; vidi quoque mulierum pulchritudinem, qua pudicitia mea torquebatur. Ac fornicationis quidem opus effugi; sed virginitatem meam cordis cogitatione inquinavi. Et multos quidem sermones animæ utiles audivi; sed tamen nullum apud magistrum reperi dignam sermonibus virtutem. Post hoc rursus audivi innumerabiles tragœdias, quæ effeminatis modis animum subibant. Rursus audivi citharam suaviter resonantem, plausum saltantium, scurrarum vocem, stoliditatem multam, facetias, turbæ immensæ clamorem. Vidi lacrymas spoliatorum, dolores eorum qui abducebantur a tyrannide, ejulatum eorum qui torquebantur. Et vidi, et ecce non erat conventus spiritualis, sed mare ventis agitatum ac turbatum, omnes simul fluctibus suis tentans obruere. Dic mihi, o cogitatio mala, et temporariæ voluptatis ac vanæ gloriæ dæmon, quid mihi est lucri, si hæc et spectem et

A ἀποκαλύψεις παροιμιακῶν αἰνιγμάτων, λύσεις ἀποστολικῶν διδαγμάτων, εὐαγγελικῶν νοημάτων (3) ἔκθεσις, θεολογίας ἀκρόασις, ἀδελφῶν πνευματικῶν συντυχίαι (4), μεγάλην τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐκ τῆς θέας τοῦ προσώπου τὴν ὠφέλειαν παρεχόντων. Σὺ δὲ, τοσούτων ἀγαθῶν ἀλλότριον σεαυτὸν καταστήσας, κάθησαι ἐνθάδε ἐξηγριωμένος ἴσως τοῖς θηρσίν. Ὁρᾷς γὰρ ἐνταῦθα ἐρημίαν πολλὴν, ἀπανθρωπίαν οὐκ ὀλίγην, ἀπορίαν διδασκαλίας, ἀδελφῶν ἀλλοτρίωσιν, καὶ τὸ πνεῦμα περὶ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ ἀργίαν ἔχον πολλήν. Ὅταν οὖν τοιαύταις καὶ τοσαύταις εὐλογοφανέσι προφάσεσιν ἐπαναστᾶσα ἡ πονηρὰ ἔννοια καταῤῥῆξαί σε θέλῃ (5), ἀντιπαράθες αὐτῇ διὰ τοῦ εὐσεβοῦς λογισμοῦ τὴν πεῖραν τοῦ πράγματος, λέγων· Ἐπειδὴ σὺ λέγεις μοι καλὰ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ
B εἶναι, διὰ τοῦτο ἐγὼ ἐνταῦθα μετῴκησα, ἀνάξιον ἐμαυτὸν κρίνας τῶν τοῦ κόσμου καλῶν. Παραμέμικται γὰρ τοῖς τοῦ κόσμου καλοῖς τὰ κακὰ, καὶ μᾶλλον ὑπεραίρει τὰ κακά. Παραγενόμενος (6) γάρ ποτε ἐν ταῖς πνευματικαῖς πανηγύρεσιν, ἑνὶ μὲν ἀδελφῷ μόλις ποτὲ περιέτυχον, τὸ μὲν δοκεῖν (7) φοβουμένῳ τὸν Κύριον, κρατουμένῳ δὲ ὑπὸ τοῦ διαβόλου, καὶ ἤκουσα παρ' αὐτοῦ λόγους κομψοὺς, καὶ μύθους πεπλασμένους εἰς ἀπάτην τῶν ἐντυγχανόντων. Πολλοῖς δὲ μετ' αὐτὸν (8) συνέτυχον κλέπταις, ἁρπαξι, τυράννοις. Εἶδον μεθυόντων σχῆμα ἄσχημον, τὰ αἵματα (9) τῶν καταπονουμένων. Εἶδον δὲ καὶ κάλλος γυναικῶν, βασανίζον μου τὴν σωφροσύνην. Καὶ τὸ μὲν τῆς πορνείας ἔργον διέφυγον· τὴν δὲ ἐμαυτοῦ
C παρθενίαν ἐμόλυνα κατὰ διάνοιαν καρδίας. Καὶ πολλῶν μὲν ἀκήκοα λόγων ψυχωφελῶν· πλὴν παρ' οὐδενὶ τῶν διδασκάλων εὗρον ἀξίαν τῶν λόγων τὴν ἀρετήν. Μετὰ δὲ τοῦτο πάλιν μυρίων ἤκουσα τραγῳδημάτων, μέλεσι τεθρυμμένοις ἐνδεδυμένων (10). Πάλιν ἀκήκοα κιθάρας ἡδὺ ἠχούσης, τῶν κρότων (11) τῶν ἀλλομένων, τῆς φωνῆς τῶν γελοιαστῶν, μωρίας πολλῆς καὶ εὐτραπελίας, ἤχλου ἀμυθήτου βοήν. Εἶδον τὰ δάκρυα τῶν συληθέντων, τὰς ὀδύνας τῶν ἀπαγομένων (12) ὑπὸ τῆς τυραννίδος, τὴν οἰμωγὴν τῶν βασανιζομένων. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν πανήγυρις πνευματικὴ, ἀλλὰ θάλασσα ἀνεμιζομένη καὶ ταραττομένη, πάντας ὁμοῦ τοῖς αὐτῆς (13) κύμασι καλύψαι σπουδάζουσα. Λέγε μοι, ὦ κακὴ ἔννοια, καὶ ὁ τῆς προσκαίρου ἡδυπαθείας τε καὶ κενοδοξίας δαίμων, τί μοι

(3) *Νοημάτων*. Reg. secundus διαταγμάτων. Mazarinæus cod. παραγγελμάτων.

(4) *Συντυχίαι*. Reg. secundus Συντυχία μεγάλην τοῖς συντυγχάνουσιν ἐκ τῆς προσούσης αὐτοῖς τοῦ Πνεύματος χάριτος τὴν ὠφέλειαν παρέχουσα: *Fratrum spiritualium congressus magnam congredientibus ex insita illis Spiritus gratia utilitatem ferens.*

(5) *Σε θέλῃ*. Pronomen additum ex Regio secundo.

(6) *Παραγενόμενος*. Sic duo mss. Editi παραγινόμενος.

(7) *Τὸ μὲν δοκεῖν*. Sic Reg. secundus. Editi τῷ μὲν δοκεῖν. Paulo post cod. Maz. πεπλεγμένους.

(8) *Μετ' αὐτόν*. Duo mss. μετ' αὐτοῦ, *cum eo*.

(9) *Τὰ αἵματα*. Auctor hujus epistolæ, quem in Palæstina vixisse non obscure perspicitur, videtur horribili vitiorum pictura hanc potissimum gentem notare. Illius narrationem confirmat Gregorius Nys-

D senus, qui in epistola de iis qui adeunt Hierosolyma, tom. III, p. 653, testatur nullum esse impuritatis genus, quod non in locis Hierosolymitanis perpetretur: adulteria, furta, idololatrias et cædes commemorat, ac nullibi tantum furoris esse ad fundendum sanguinem, non ex rumore aliquo, sed ex oculorum suorum testimonio asseverat.

(10) *Ἐνδεδυμένων*. Post hanc vocem legitur in Reg. secundo ἁπάτην, sed videtur obrepsisse pro πάλιν quod deest in hoc codice.

(11) *Τῶν κρότων*. Ita Reg. secundus. Editi τὸν κρότον. Ibidem duo codices τῶν ὀχουμένων. Paulo post legendum βοῆς, ut hoc nomen cum cæteris præcedentibus consonet.

(12) *Ἀπαγομένων*. Ita duo Regii codices. Editi ἐπαγομένων.

(13) *Τοῖς αὐτῆς*. Ita unus codex: alius τοῖς ἑαυτῆς. Editi τοῖς αὐτοῖς.

Digitized by Google

τὸ ὄφελος τῆς τούτων θεωρίας τε καὶ ἀκροάσεως, μηδενὶ τῶν ἀδικουμένων βοηθῆσαι ἰσχύοντι, μήτε δὲ τοῖς ἀδυνάτοις ἐπαμῦναι, μήτε τοὺς (14) σφαλλομένους διορθώσασθαι συγχωρουμένῳ· τάχα δὲ μέλλοντι (15) καὶ ἐμαυτὸν προσαπολλύειν; Ὥσπερ γὰρ ὀλίγον ὕδωρ καθαρὸν ὑπὸ πολλῆς ζάλης ἀνέμου καὶ κονιορτοῦ ἀφανίζεται, οὕτως ἃ νομίζομεν καλὰ ἐν τῷ βίῳ ποιεῖν (16), ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν κακῶν καλύπτεται. Αἱ μὲν γὰρ τραγῳδίαι ὥσπερ σκόλοπες τοῖς κατὰ τὸν βίον δι' εὐθυμίας καὶ χαρᾶς ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐμπήσσονται, ἵνα τῆς ψαλμῳδίας ἐπισκοτίσῃ τὸ καθαρόν· αἱ δὲ οἰμωγαὶ καὶ ὁ ὀδυρμὸς τῶν ἀδικουμένων ἀνθρώπων παρὰ τῶν ὁμοφύλων ἐπάγονται, ἵνα δειχθῇ τῶν πενήτων ἡ ὑπομονή.

A audiam, cum nulli eorum quibus injuria fit, opem ferre queam : neque liceat mihi imbecilles defendere, aut errantes corrigere ; imo etiam insuper me ipse forte perditurus sim? Quemadmodum enim paululum aquæ puræ magna venti procella ac pulvere dissipatur ; sic quæ nobis videmur præclare in sæculo facere, malorum multitudine obruuntur. Nam tragœdiæ, velut pali, in cordibus eorum qui in sæculo sunt, per lætitiam ac gaudium infiguntur, ut psalmodiæ puritati tenebras offundant. Porro ejulatus gemitusque hominum injuriam a tribulibus patientium proferuntur, ut pauperum ostendatur patientia.

5. Τίς οὖν ὠφέλεια ἐμοί, ἢ δηλονότι τῆς ψυχῆς ἡ βλάβη; Διὰ τοῦτο οὖν ἐγὼ μεταναστεύω ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον. Ὡς στρουθίον γὰρ ἐρρύσθην ἐκ τῆς παγίδος τῶν θηρευόντων. Καὶ γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ ἐρήμῳ διάγω, ὦ κακὴ ἔννοια, ἐν ᾗ ὁ Κύριος διέτριβεν. Ἐνταῦθα ἡ δρῦς ἡ Μαμβρή (17)· ἐνταῦθα ἡ οὐρανοφόρος κλίμαξ, καὶ αἱ τῶν ἀγγέλων παρεμβολαὶ, αἱ τῷ Ἰακὼβ ὀφθεῖσαι· ἐνταῦθα ἡ ἔρημος, ἐν ᾗ ὁ λαὸς ἁγνισθεὶς ἐνομοθετήθη, καὶ οὕτως εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσελθὼν (18) εἶδε Θεόν. Ἐνταῦθα τὸ ὄρος τὸ Καρμήλιον, ἐν ᾧ Ἠλίας, αὐλιζόμενος τῷ Θεῷ ἀρέστησεν. Ἐνταῦθα τὸ πεδίον ἐν ᾧ ἀναχωρήσας Ἔσδρας, πάσας τὰς θεοπνεύστους βίβλους προστάγματι Θεοῦ ἐξηρεύξατο. Ἐνταῦθα ἡ ἔρημος, ἐν ᾗ ὁ μακάριος Ἰωάννης, ἀκριδοφαγῶν, μετάνοιαν τοῖς ἀνθρώποις ἐκήρυξεν. Ἐνταῦθα τὸ ὄρος τῶν Ἐλαιῶν, εἰς ὃ ὁ Χριστὸς ἀνερχόμενος προσηύχετο, ἡμᾶς διδάσκων προσεύχεσθαι. Ἐνταῦθα ὁ Χριστὸς ὁ τῆς ἐρήμου φίλος. Φησὶ γάρ· *Ὅπου εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν* (19). Ἐνταῦθα ἡ στενὴ καὶ τεθλιμμένη ὁδὸς, ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν. Ἐνταῦθα διδάσκαλοι καὶ προφῆται, οἱ ἐν ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι, καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς. Ἐνταῦθα ἀπόστολοι καὶ εὐαγγελισταὶ, καὶ ὁ τῶν μοναχῶν ἐρημοπολίτης βίος. Ταῦτα τοίνυν ἑκουσίως καταδέδεγμαι, ἵνα λάβω ἅπερ τοῖς μάρτυσι τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν ἁγίοις ἐπήγγελται· ἵνα ἀψευδῶς λέγω· *Διὰ τοὺς λόγους τῶν χειλέων σου ἐγὼ ἐφύλαξα ὁδοὺς σκληράς.* Ἔγνων γὰρ τὸν μὲν θεοφιλῆ Ἀβραὰμ τῇ τοῦ Θεοῦ φωνῇ πειθόμενον, καὶ εἰς τὴν ἔρημον μετοικοῦντα· καὶ Ἰσαὰκ καταδυναστευόμενον· καὶ Ἰακὼβ τὸν πατριάρχην ξενιτεύοντα· Ἰωσὴφ τὸν σώφρονα διαπιπρασκόμενον, τοὺς τῆς ἐγκρατείας εὑρετὰς τρεῖς παῖδας πυρομαχοῦντας, Δανιὴλ δεύτερον εἰς λάκκον λεόντων παραβαλλόμενον, τὸν παῤῥη-

5. Quæ igitur mihi alia utilitas, nisi certe animæ damnum? Itaque eam ob causam ego velut passer transmigro in montes. Sum enim sicut passer ex laqueo venantium liberatus [60]. Etenim in hac solitudine dego, o mala cogitatio, in qua Dominus versatus est. Hic quercus Mambre : hic scala ferens ad cœlum, et angelorum castra a Jacob conspecta ; hic solitudo, in qua populus purificatus legem accepit, et ita demum in terram promissionis ingressus Deum vidit. Hic mons Carmelus, in quo Elias commorans placuit Deo ; hic campus, in quem cum Esdras secessisset, omnes libros divinitus inspiratos, Deo jubente, eructavit. Hic solitudo, in qua beatus Joannes, locustas edens, hominibus **130** pœnitentiam prædicavit. Hic mons Olivarum, in quem cum Christus ascendisset oravit, orare nos docens. Hic Christus solitudinis amator. Ait enim : *Ubi duo sunt aut tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum* [61]. Hic angusta et arcta via, quæ ducit ad vitam. Hic doctores et prophetæ, in solitudinibus errantes, ac montibus, speluncisque et foraminibus terræ [62]. Hic apostoli et evangelistæ, et monachorum semota ab urbibus vita. Hæc itaque ultro suscepi, ut consequar quæ Christi martyribus et omnibus aliis sanctis promissa sunt ; ut vere ac citra mendacium dicam : *Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras* [63]. Novi enim charum Deo Abraham qui voci Dei obsecutus est, et in solitudinem migravit ; et Isaac potentia oppressum, et Jacob patriarcham peregrinantem ; pudicum Joseph divenditum ; pueros tres abstinentiæ inventores, qui adversus ignem pugnarunt ; Danielem semel et iterum in fossam leonum conjectum ; Jeremiam libere loquentem, cœni lacui addictum ; Isaiam arcanorum specta-

[60] Psal. CXXIII, 7. [61] Matth. XVIII, 20. [62] Hebr. XI, 38. [63] Psal. XVI, 4.

(14) *Μήτε τούς*, etc. Reg. secundus μήτε δὲ τῶν ἀδικούντων τῆν ὁρμὴν ἀνακόψαι δυναμένῳ, μήτε δὲ τοὺς σφαλλομένους, etc. *Cum nec iniquorum impetum repellere valeam.*

(15) *Μέλλοντι... προσαπολλύειν.* Sic duorum codicum ope emendatur quod erat in editis μᾶλλόν τι... προσαπολλύντι.

(16) *Ποιεῖν.* Post hanc vocem addunt Reg. secundus et Maz. ἐνώπιον ἀνθρώπων. *Coram hominibus.*

(17) *Μαμβρή.* Ita mss. Editi Μαβρή.

(18) *Εἰσελθών.* Hoc verbum additum ex Reg. secundo.

(19) *Ἐν μέσῳ αὐτῶν.* Reg. secundus μετ' αὐτῶν.

Digitized by Google

torem, serra sectum : abductum in captivitatem Israelem ; Joannem adulterii objurgatorem, capite truncatum ; martyres Christi de medio sublatos. Et quid pluribus moror ? ubi et ipse Salvator pro nobis crucifixus est, ut morte sua vivificaret nos, et unumquemque nostrum ad patientiam incitaret ac traheret. Ad hunc festino, et ad Patrem, et ad Spiritum sanctum. Legitimus inveniri conor, indignum memet judicans mundi bonis. Cæterum neque ego propter mundum, sed mundus propter me. Hæc igitur apud temetipsum reputans, eaque diligenter, ut tibi dictum est, exsequens, decerta pro veritate usque ad mortem. Etenim Christus ad mortem usque factus est obediens. Sed et Apostolus dicit : *Videte ne quando sit in ullo vestrum cor pravum, ut desciscat a Deo vivente : sed exhortemini vos invicem, et ædificate singuli singulos, quandiu dicitur dies hodiernus* [**]. Nam dies hodiernus significat totum vitæ nostræ tempus. Sic igitur vivens, frater, te ipse servabis, nosque exhilarabis, et Deum glorificabis in sæcula sæculorum. Amen.

σιαστὴν (20) Ἱερεμίαν εἰς λάκκον βορβόρου καταδικαζόμενον· Ἡσαΐαν τὸν τῶν ἀποκρύφων θεατὴν πριζόμενον· τὸν Ἰσραὴλ αἰχμαλωτιζόμενον· Ἰωάννην τὸν τῆς μοιχείας ἔλεγχον ἀποτεμνόμενον· ἀναιρουμένους τοὺς Χριστοῦ μάρτυρας. Καὶ ἵνα τί μακρολογῶ ; ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ ἐσταυρώθη ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα τῷ ἑαυτοῦ θανάτῳ ἡμᾶς ζωοποιήσῃ, καὶ πάντας ἡμᾶς πρὸς τὴν ὑπομονὴν ἀλείψῃ καὶ ἑλκύσῃ. Πρὸς τοῦτον ἐπείγομαι, καὶ πρὸς τὸν Πατέρα. καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον (21). Γνήσιος εὑρεθῆναι ἀγωνίζομαι, ἀνάξιον ἐμαυτὸν κρίνας τῶν τοῦ κόσμου καλῶν. Πλὴν ἀλλ' οὐδὲ ἐγὼ διὰ τὸν κόσμον, ἀλλ' ὁ κόσμος δι' ἐμέ. Ταῦτα οὖν ἐν ἑαυτῷ ἐπιλογιζόμενος, καὶ τελῶν αὐτὰ σπουδαίως, κατὰ τὸ εἰρημένον σοι, ἀγώνισαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἕως θανάτου. Καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς ὑπήκοος γέγονε μέχρι θανάτου. Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀπόστολός φησι· *Βλέπετε μήποτε ἔσται ἐν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ, εἰς τὸ ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ* (22) *ζῶντος· ἀλλὰ ἀλλήλους παρακαλεῖτε, καὶ εἷς τὸν ἕνα οἰκοδομεῖτε, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον λέγεται.* Τὸ γὰρ σήμερον σημαίνει ὅλον τὸν χρόνον τῆς ζωῆς ἡμῶν. Οὕτως οὖν πολιτευόμενος, ἀδελφὲ, καὶ σεαυτὸν σώσεις, καὶ ἡμᾶς εὐφρανεῖς, καὶ τὸν Θεὸν δοξάσεις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

EPISTOLA XLIII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΓ'.

Basilius, seu quivis alius epistolæ auctor, evangelica præcepta solitariis breviter exponit.

Admonitio ad juniores.

Disce tu qui solitariam vitam degis, quique fidelis homo ac pietatis cultor es, et edocere evangelicum vivendi genus, corporis in servitutem redactionem, spiritum humilem, mentis puritatem, iræ exstinctionem. Coactus, insuper adde propter Dominum ; damno affectus, ne litiges ; odio habitus, dilige ; persecutione appetitus, sustineto ; male audiens, obsecra. Sis peccato mortuus ; sis una cum Deo crucifixus ; curam omnem transfer in Dominum, **131** ut reperiaris ubi angelorum sunt myriades, primogenitorum conventus, apostolorum throni, prophetarum præcellentes sedes, sceptra patriarcharum, martyrum coronæ, justorum præconia. Inter hos justos ut tu ipse annumereris, concupisce, in Christo Jesu Domino nostro. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

Νουθεσία πρὸς τοὺς νέους.

Μάθε σὺ ὁ μονάζων καὶ πιστὸς ἄνθρωπος, καὶ τῆς εὐσεβείας ἐργάτης, καὶ διδάχθητι εὐαγγελικὴν πολιτείαν, σώματος δουλαγωγίαν, φρόνημα ταπεινὸν, ἔννοιας καθαρότητα, ὀργῆς ἀφανισμόν. Ἀγγαρευόμενος, προστίθει διὰ τὸν Κύριον· ἀποστερούμενος, μὴ δικάζου· μισούμενος, ἀγάπα· διωκόμενος, ἀνέχου· βλασφημούμενος, παρακάλει. Νεκρώθητι τῇ ἁμαρτίᾳ, σταυρώθητι τῷ Θεῷ· ὅλην τὴν μέριμναν μετάθες ἐπὶ τὸν Κύριον, ἵνα εὑρεθῇς ὅπου ἀγγέλων μυριάδες, πρωτοτόκων πανηγύρεις, ἀποστόλων θρόνοι, προφητῶν προεδρίαι, σκῆπτρα πατριαρχῶν, μαρτύρων στέφανοι, δικαίων ἔπαινοι. Ἐκείνοις σεαυτὸν τοῖς δικαίοις ἐπιθύμησον συναριθμηθῆναι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

EPISTOLA XLIV**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΔ'.

Lapso monacho auctor epistolæ primum peccati magnitudinem, deinde misericordiam divinam ante oculos ponit, et ut ad se veniat, benigne hortatur.

Ad monachum lapsum.

1. Salutem non dicimus, quia non est salus im-

Πρὸς μοναχὸν ἐκπεσόντα (23).

1. Χαίρειν οὐ λέγομεν, ὅτι οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς

[**] Hebr. III, 12, 13.

* Alias II.
** Alias III.

(20). *Παῤῥησιαστήν.* Quæ ab hac voce usque ad Ἡσαΐαν leguntur, addita sunt ex duobus mss. a Combefisio citatis.

(21) *Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.* Ita Reg. secundus. Editi τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ex eodem codice legimus γνήσιος, editi γνησίως. Idem habet ἀγωνιζόμενος. Mox Πλὴν ἀλλ' ex duobus mss. Prima vox deest in editis.

(22) *Ἀπὸ Θεοῦ.* Sic duo mss. Deest præpositio in editis.

(23) *Πρὸς μοναχὸν ἐκπεσόντα.* Addit Regius cod. 1908, sed manu recentiore, Ἀλέξιον, *Ad monachum lapsum Alexium.* Cod. Colbert. 457 : πρὸς διάκονον ἐκπεσόντα, *Ad diaconum lapsum.*

Digitized by Google

ἀσεβέσιν (24). Ἔτι γὰρ ἀπιστία με περιέχει, καὶ οὐκ ἐπέρχεταί μου εἰς τὴν καρδίαν τὸ τηλικοῦτον ἀτόπημα καὶ τὸ ἐπιχείρημα τὸ μέγα ὃ ἔπραξας, εἴ γε κατὰ τὸ φαινόμενον ἤδη πᾶσιν οὕτως ἔχει. Θαυμάζω γὰρ πῶς ἡ τοσαύτη σοφία κατεπόθη, πῶς ἡ τοσαύτη ἀκρίβεια διελύθη· πόθεν ἡ τοσαύτη τύφλωσις περιεχύθη· πῶς, μηδὲν τὸ σύνολον ἐννοήσας, τοιαύτην καὶ τοσαύτην ἀπώλειαν ψυχῶν εἰργάσω. Εἰ γὰρ ἀληθὲς τοῦτο, παραδέδωκας (25) καὶ τὴν σαυτοῦ ψυχὴν τῷ βυθῷ, καὶ πάντων τῶν ἀκουόντων τὴν ἀσέβειαν ταύτην τὸν τόνον παρέλυσας. Τὴν πίστιν ἠθέτησας· τοῦ ἀγῶνος τοῦ καλοῦ ἠστόχησας. Διὸ ἀλγῶ ἐπὶ σοί. Ποῖος γὰρ ἱερεὺς ἀκούων (26) οὐ θρηνήσει; ποῖος ἐκκλησιαστικὸς οὐ κόπτεται; ποῖος λαϊκὸς οὐ σκυθρωπάζει; ποῖος ἀσκητὴς οὐ πενθεῖ; Τάχα καὶ ὁ ἥλιος ἐσκότασεν ἐπὶ τῷ σῷ πτώματι, καὶ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν (27) ἐσαλεύθησαν ἐπὶ τῇ σῇ ἀπωλείᾳ. Ἐδάκρυσαν καὶ οἱ ἀναίσθητοι λίθοι ἐπὶ τῇ σῇ μανίᾳ· ἔκλαυσαν δὲ καὶ οἱ ἐχθροὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀνομίας σου. Ὦ πολλῆς πωρώσεως (28)! ὦ δεινῆς ὠμότητος! Οὐ Θεὸν ἐφοβήθης· οὐκ ἀνθρώπους ᾐδέσθης· οὐ φίλους ἐνετράπης· ἀλλ' ὁμοῦ πάντα ἐναυάγησας· ὁμοῦ πάντα ἐσυλήθης. Διὸ πάλιν ἀλγῶ ἐπὶ σοί, ἄθλιε. Ὁ τῆς βασιλείας πᾶσι τὸν τόνον ἀπαγγέλλων, τῆς βασιλείας ἐξέπεσες. Ὁ τῆς διδασκαλίας τὸν φόβον πᾶσιν ἐμποιῶν, οὐκ ἔσχες φόβον Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν σου. Ὁ ἀγωσύνην κηρύσσων, ἐναγὴς εὑρίσκῃ. Ὁ ἐπὶ ἀκτημοσύνῃ σεμνυνόμενος (29), συλοχρημάτων ἐφευρίσκῃ. Ὁ τὴν τοῦ Θεοῦ κόλασιν ἐπιδεικνύμενος διὰ τῆς ὑφηγήσεως, αὐτὸς κόλασιν σεαυτῷ προεξένησας. Πῶς σε θρηνήσω; πῶς ἀλγήσω ἐπὶ σοί; Πῶς ἐξέπεσεν ὁ ἑωσφόρος ὁ πρωΐ (30) ἀνατέλλων, καὶ συνετρίβη ἐπὶ τῆς γῆς; Παντὸς ἀκούοντος ἠχήσει τὰ ἀμφότερα ὦτα. Πῶς ὁ Ναζιραῖος, ὁ ἐκλάμπων ὑπὲρ χρυσίον, ἐσκότασεν ὑπὲρ ἀσβόλην; υἱὸς Σιὼν ὁ τίμιος, πῶς ἐγένετο σκεῦος ἄχρηστον; Οὗ ἡ μνήμη τῶν θείων Γραφῶν ὑπὸ πάντων ἐλαλεῖτο, σήμερον ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτοῦ μετ' ἦχου. Ὁ ὀξύνους ὀξέως ἀπώλετο. Ὁ πολύνους πυλύπλοκον ἁμαρτίαν εἰργάσατο. Οἱ γὰρ ὠφελημένοι ὑπὸ τῆς σῆς διδασκαλίας ἐβλάβησαν ὑπὸ τῆς σῆς ἀπωλείας. Οἱ τὰς ἀκοὰς παρατιθέντες ἐπὶ τῇ σῇ ὁμιλίᾳ ἔφραξαν τὰ ὦτα ἐπὶ τῇ σῇ ἀπωλείᾳ. Ἐγὼ δὲ, θρηνῶν καὶ σκυθρωπάζων (31), καὶ παρειμένος πάντοθεν, καὶ σποδὸν ὡσεὶ ἄρτον ἐσθίων, καὶ σάκκον ἐπὶ τῇ πληγῇ μου ἐπιῤῥίψας, τοιαῦτά σοι ἐγκώμια διεξέρχομαι· μᾶλλον δὲ ἐπιταφίους λόγους συντάσσων, ἀπαράκλητος καὶ ἀθεράπευτος διατελῶ· ὅτι παράκλησις κέκρυπται ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ οὐκ

A piis. Adhuc enim incredulus sum, nec in pectus meum intrat tantum nefas ac magnum facinus, quod admisisti: si quidem res, uti jam omnibus manifesta est, ita sese habet. Admiror enim quomodo sapientia tanta absorpta sit, quomodo tam accurata vivendi ratio dissoluta; unde circumfusa fuerit cæcitas tanta; quomodo nihil prorsus considerans, talem ac tantam animarum perniciem induxeris. Id enim si verum est, tradidisti et tuam ipsius animam barathro, et omnium, qui impietatem hanc audiunt, robur exsolvisti. Irritam fecisti fidem; aberrasti a certamine bono. Quapropter doleo tua causa. Quis enim sacerdos, ubi audierit, tua causa non lamentabitur? quis ecclesiasticus non plangit? quis laicus tristitia B non afficitur? quis monachus non mœret? Forte etiam sol ob tuum lapsum obscuratus est, et virtutes cœlorum commotæ sunt ob exitium tuum. Quin et lapides sensus expertes insaniam tuam defleverunt: ploravere quoque inimici ob iniquitatis tuæ magnitudinem. O magnam cæcitatem! O miram crudelitatem! Deum non timuisti; homines reveritus non es; non te amici moverunt; sed simul omnium naufragium fecisti: simul spoliatus es omnibus. Quocirca iterum causa tua, miser, doleo. Qui regni violentiam atque difficultatem omnibus annuntiabas, regno excidisti. Qui doctrinæ metum omnibus incutiebas, Dei non habuisti timorem ob oculos tuos. Qui sanctimoniam prædicabas, scelestus deprehenderis. Qui de paupertate gloriabare, pecuniarum inventus es raptor. Qui imminens a Deo supplicium disserendo ostendebas, tibi ipse accersivisti supplicium. Quomodo te lugebo? quomodo tua causa dolebo? quomodo excidit lucifer qui mane oriebatur, et contritus est in terra? Cuilibet audienti auris utraque tinniet. Quomodo Nazaræus auro splendidior, fuligine factus est obscurior? venerandus filius Sion, quomodo factus est vas inutile? Cujus in sacris Scripturis legendis prædicabatur memoria ab omnibus, ejus hodie memoria cum sonitu periit. Qui erat ingenio acri et veloci, velociter interiit; præditus prudentia multiplici, multiplex peccatum perpetravit. Quibus enim profuit doctrina tua, ii ex tuo exitio damnum accepere. Qui aures colloquiis tuis adhibuerunt, **132** obturavere pernicie tua audita. Ego vero lamentans tristemque vultum præ me ferens, et undelibet exsolutus, et cinerem velut panem comedens, sacco in plagam meam injecto, tibi ejusmodi præconia recenseo, imo potius orationem

(24) *Τοῖς ἀσεβέσιν.* Editi ἐν τοῖς. Sed hæc præpositio deest in Coisl. secundo et in pluribus a Combefisio citatis.

(25) *Παραδέδωκας.* Duo mss. παρέδωκας.

(26) *Ἀκούων.* Editi addunt ἐπὶ σοί, sed hæc desunt in Reg. secundo et Coisl. et aliis a Combefisio citatis, ac melius videntur deesse.

(27) *Τῶν οὐρανῶν.* Sic Reg. Coisl. et Maz. Editi τοῦ οὐρανοῦ.

(28) *Πωρώσεως.* Sic editio Basileensis et tres nostri codices et alii a Combefisio citati. Editio Parisiensis πηρώσεως.

(29) *Σεμνυνόμενος.* Sic mss. Editi σεμνόμενος.

(30) *Πρωΐ.* Sic duo mss. Editi πρώην. Paulo post ex iisdem mss. legimus ἀσβόλην pro ἄσβολον quod erat in editis.

(31) *Σκυθρωπάζων.* Post hanc vocem addunt duo codices *καὶ παριστάμενος σκυθρωπός.* Observat etiam Combefisius codices suos habere παριστάμενος

Digitized by Google

funebrem componens, consolationem nullam, nullamque medelam admitto; quippe abscondita est ab oculis meis consolatio, nec est fomentum apponere, neque oleum, neque ligamenta. Est enim plaga mea doloris plena. Unde sanabor?

Ἔστι μάλαγμα ἐπιθεῖναι, οὔτε ἔλαιον, οὔτε καταδέσμους. Ἔστι γὰρ ἡ πληγή μου ὀδυνηρά. Πόθεν ἰαθήσομαι;

2. Si qua igitur adhuc spes tibi superest salutis; si qua exigua Dei recordatio, si quod desiderium futurorum bonorum, si quis metus supplicio-rum, quæ servata sunt non pœnitentibus, resipisce velociter : attolle oculos tuos in cœlum, intellige, desiste a tua nequitia, excute circumfusam tibi ebrietatem, insurge in eum qui te prostravit. Fortiter conare e terra resurgere. Recordare boni pastoris, qui persequens eruet te. Etiamsi supersint crura duo, aut auriculæ summitas, resili ab eo qui te vulneravit. Memor esto miserationum Dei, qui curat oleo et vino. Ne desperes salutem. Revoca in memoriam quæ scripta sunt, nempe lapsum resurgere, aversum converti [45], percussum curari, a bestiis captum liberari, confitentem non rejici. Non enim vult Deus mortem peccatoris, quemadmodum vult converti ipsum, et vivere [46]. Ne contempseris, velut in malorum profundum collapsus [47]. Tempus patientiæ est, tempus lenitatis, tempus curationis, tempus emendationis. Lapsus es? exsurge. Peccasti? desine. Ne stes in via peccatorum [48], sed resili. Nam cum conversus ingemueris, tunc servabere. Est enim ex laboribus sanitas, et salus ex sudoribus. Vide igitur ne forte, dum servare vis quæ cum nonnullis pactus es, inita cum Deo pacta, quæ coram multis testibus professus es, transgrediare. Ne igitur ob humanas quasdam ratiocinationes cuncteris ad me venire. Ego enim receptum mortuum meum lugebo, ego curabo, ego amare flebo super contritione filiæ generis mei. Excipient te omnes, omnes se tibi laborum socios adjungent. Ne despondeas animum : memor sis dierum antiquorum. Est salus : est emendatio. Confide, ne desperes. Non est lex citra misericordiam morte condemnans, sed gratia differens pœnam, exspectans emendationem. Nondum occlusæ sunt fores; audit sponsus : non dominatur peccatum. Redintegra denuo luctam : ne moreris, sed tui ipsius et omnium nostrum miserere in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium nunc et semper in sæcula sæculorum. Amen.

2. Εἴ τις οὖν ἔτι ἐλπὶς ὑπολείπεταί σοι σωτηρίας, εἴ τις βραχεῖα μνήμη περὶ τὸν Θεὸν, εἴ τις πόθος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, εἴ τις φόβος τῶν τεθησαυρισμένων κολάσεων τοῖς ἀμετανοήτοις· ἀνάνηψον ταχέως· ἔπαρον (32) τοὺς ὀφθαλμούς σου εἰς τὸν οὐρανὸν, ἐλθὲ εἰς συναίσθησιν, παῦσαι ἀπὸ τῆς πονηρίας σου, ἀπόσεισαι τὴν περιχυθεῖσάν σοι μέθην, ἐπανάστα τῷ καταβαλόντι σε. Ἴσχυσον ἐκ γῆς ἐπαναστῆναι. Μνήσθητι τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος, ὅτι καταδιώκων ἐξελεῖταί σε. Κἂν ᾖ δύο σκέλη, ἢ λοβὸς ὠτίου, ἀποπήδησον ἀπὸ τοῦ τραυματίσαντός σε. Μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν (33) τοῦ Θεοῦ, ὅτι θεραπεύει ἐλαίῳ καὶ οἴνῳ. Μὴ ἀπελπίσῃς τὴν σωτηρίαν. Ἀνάλαβε τὴν μνήμην τῶν γεγραμμένων, ὅτι ὁ πίπτων ἀνίσταται, καὶ ὁ ἀποστρέφων ἐπιστρέφει· ὁ πεπληγὼς θεραπεύεται, ὁ θηριάλωτος περιγίνεται, ὁ ἐξομολογούμενος οὐκ ἀποβάλλεται. Οὐ θέλει γὰρ ὁ Κύριος τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. Μὴ ὡς εἰς βάθος (34) κακῶν ἐμπεσὼν καταφρονήσῃς. Καιρὸς ἀνοχῆς ἐστι, καιρὸς μακροθυμίας, καιρὸς ἰάσεως, καιρὸς διορθώσεως. Ὠλίσθησας; ἐξεγείρου. Ἥμαρτες; ἡσύχασον. Μὴ στῇς ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν, ἀλλὰ ἀποπήδησον. Ὅταν γὰρ ἐπιστραφεὶς στενάξῃς, τότε σωθήσῃ. Ἔστι γὰρ ἐκ πόνων ὑγεία, καὶ ἐξ ἱδρώτων σωτηρία. Ὅρα οὖν μήποτε, συνθήκας βουλόμενός τινων φυλάττειν, παραβῇς τὰς πρὸς τὸν Θεὸν συνθήκας, ἃς ὡμολόγησας ἐπὶ πολλῶν μαρτύρων. Μὴ οὖν διά τινας λογισμοὺς ἀνθρωπίνους ὀκνήσῃς ἐλθεῖν πρὸς μέ. Ἐγὼ γὰρ ἀναλαβὼν τὸν νεκρόν μου θρηνήσω, ἐγὼ θεραπεύσω, ἐγὼ πικρῶς κλαύσομαι ἐπὶ τὸ σύντριμμα τῆς θυγατρὸς τοῦ γένους μου. Πάντες σε δέχονται, πάντες σοι συμπονήσουσι. Μὴ ἀναπέσῃς (35)· μνήσθητι ἡμερῶν ἀρχαίων. Ἔστι σωτηρία, ἔστι διόρθωσις. Θάρσει, μὴ ἀπελπίσῃς. Οὐκ ἔστι νόμος καταδικάζων τὸν χωρὶς οἰκτιρμῶν θάνατον, ἀλλὰ χάρις ὑπερτιθεμένη τὴν κόλασιν, ἐκδεχομένη τὴν διόρθωσιν. Οὔπω ἐκλείσθησαν αἱ θύραι· ἀκούει ὁ νυμφίος· οὐ κυριεύει ἁμαρτία. Ἀναπάλαισον πάλιν· μὴ κατοκνήσῃς, καὶ σεαυτὸν οἰκτείρησον, καὶ πάντας ἡμᾶς (36) ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[45] Jerem. VIII, 4. [46] Ezech. XVIII, 32. [47] Prov. XVIII, 3. [48] Psal. I, 1.

(32) *Ἔπαρον*. Sic tres mss. Editi ἔπαιρον. Paulo post editi καταβάλλοντι. Mss. ut in textu.

(33) *Τῶν οἰκτιρμῶν*. Sic tres mss. Editi τοὺς οἰκτιρμούς.

(34) *Μὴ ὡς εἰς βάθος*. Ὡς additum ex tribus mss. nostris præter Combefisianos.

(35) *Μὴ ἀναπέσῃς*. Sic quinque codices mss. Editi μὴ ἀπεισθῇς.

(36) *Πάντας ἡμᾶς*. Quæ sequuntur addita ex Regio secundo et Coisl. secundo.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΕ'. EPISTOLA XLV'. 133

Cum quidam relictis magnis opibus monasticam vitam amplexus esset, ac postea ex summo pietatis fervore in adulterium et alia scelera incidisset, auctor epistolæ, qui cum eo Hierosolymis commoratus fuerat, peccati et scandali magnitudinem ei exponit, simulque spe misericordiæ divinæ, et exemplo Judæorum ac Gentilium, qui tunc ad Dei cultum compellebantur, ad certamen revocat.

Πρὸς μονάζοντα ἐκπεσόντα. A

1. Διττός μοι φόβος ἐνέσκηψε τοῖς τῆς διανοίας κόλποις ἐκ τῆς περὶ σὲ ὑποθέσεως. Ἢ γάρ τις ἀσυμπαθὴς τρόπος προκαταρξάμενος εἰς μισανθρωπίας (37) ἔγκλημά με ῥίπτει· ἢ αὖθις συμπαθεῖν ἐθέλοντα, καὶ πρὸς τὰ πάθη καταμαλακίζεσθαι, κακῶς μετατίθησι (38). Διόπερ καὶ διαχαράττειν μέλλων τουτί μου τὸ γράμμα, τὴν μὲν χεῖρα ναρκῶσαν τοῖς λογισμοῖς ἐνεύρωσα, τὸ δὲ πρόσωπον, ἠπορημένον ἐκ τῆς ἐπὶ σοὶ κατηφείας, ἀλλοιῶσαι οὐκ ἴσχυσα, τοσαύτης μοι ἐπὶ σοὶ κεχυμένης (39) αἰσχύνης, ὡς καὶ τὴν τοῦ στόματος σύμπτυξιν παραχρῆμα πίπτειν, τῶν χειλέων μου εἰς κλαυθμὸν ἐκτρεπομένων. Οἴμοι, τί γράψω, ἢ τί λογίσομαι ἐν τριόδῳ ἀπειλημμένος; Ἐὰν ἔλθω εἰς μνήμην τῆς προτέρας σου ματαίας B ἀναστροφῆς, ὅτε σε (40) περιέῤῥει πλοῦτος, καὶ τὸ χαμερπὲς δοξάριον, φρίττω· ἡνίκα εἵπετό σοι κολάκων πλῆθος, καὶ τρυφῆς ἀπόλαυσις πρόσκαιρος μετὰ προφανοῦς κινδύνου καὶ ἀδίκων πόρων· καὶ πῆ μὲν ἀρχοντικοὶ φόβοι διεῤῥίπιζόν σου τὴν τῆς σωτηρίας ὑπόνοιαν, πῆ δὲ δημοσίων θόρυβοι διεσάλευόν σου τὴν ἑστίαν, ἥ τε συνοχὴ τῶν κακῶν ἀπεσφαίριζέ (41) σου τὸν νοῦν πρὸς τὸν δυνάμενόν σοι βοηθεῖν· ἡνίκα κατὰ μικρὸν ἐμελέτας περιβλέπεσθαι τὸν Σωτῆρα, φέροντα μὲν πρὸς ὠφέλειαν τοὺς φόβους, ῥυόμενον δέ σε, καὶ σκέποντα, παίζοντα κατ' αὐτοῦ ἐν ταῖς ἀδείαις· ἡνίκα ἐγυμνάζου πρὸς μεταβολὴν σεμνοῦ τρόπου, σκυβαλίζων μέν σου τὴν πολυκίνδυνον περιουσίαν, οἴκου τε θεραπείαν καὶ συνοίκου ὁμιλίαν ἀπαρνούμενος. Ὅλος δὲ (42) μετάρσιος, ὥσπερ ξένος C καὶ ἀλήτης, ἀγροὺς καὶ πόλεις ἐξαμείβων, κατέδραμες ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, ἔνθα σοι καὶ αὐτὸς συνδιατρίβων ἐμακάριζον τῶν ἀθλητικῶν πόνων, ὅτε ἑβδοματικοῖς κύκλοις νῆστις διατελῶν Θεῷ προσεφιλοσόφεις, ὁμοῦ καὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων συντυχίας λόγῳ τροπῆς ὑποφεύγων, ἡσυχίαν δὲ καὶ μονοτροπίαν ἑαυτῷ ἐφαρμόσας, τοὺς πολιτικοὺς θορύβους ἐξέκλινας (43). Σάκκῳ δὲ τραχεῖ τὸ σῶμά σου διαντύττων, καὶ ζώνῃ σκληρᾷ τὴν ὀσφύν σου περισφίγγων, καρτερικῶς τὰ ὀστᾶ σου διέθλιβες. Λαγόνας δὲ ταῖς ἐνδείαις κοιλαίνων μέχρι τῶν νωτιαίων μερῶν ὑπεχαύνωσας· καὶ φασκίας μὲν ἀπαλῆς τὴν χρῆσιν ἀπηρνήσω, ἔνδοθεν δὲ τὰς λαπάρας, σικύας (44) δίκην ὀφελκύσας, τοῖς νεφριτικοῖς χωρίοις προσκολλᾶσθαι ἐδιάζου· ὅλην δὲ τὴν τῆς σαρκὸς πιμελὴν ἐκ- D

Ad monachum lapsum.

1. Duplex timor subiit mentis meæ sinus tua causa. Aut enim præoccupans me immisericors quidam animi motus in crimen inhumanitatis conjicit: aut rursus misereri volentem, etiam ut ad vitia remollescam, male convertit. Quare et hanc meam epistolam exaraturus, manum quidem torpescentem ratiocinationibus corroboravi, sed vultum, ex concepta propter te tristitia anxium, mutare non potui: tanto mihi, tua causa, incusso pudore, ut oris etiam flexus, labiis meis in luctum conversis, statim concideret. Hei mihi, quid scribam, aut quid cogitem in trivio constitutus? Si mihi prioris tuæ vanæ vivendi rationis veniat in mentem, cum circumfluerent te divitiæ, ac humi repens gloriola, horreo: cum adulatorum te sequeretur multitudo, fruererisque brevi ac temporaria voluptate, non sine manifesto periculo et iniquo quæstu: et partim quidem magistratuum timor te de salute cogitantem exagitaret: partim vero publicorum negotiorum tumultus tuam interturbarent domum, atque malorum frequentia mentem tuam ad eum, qui opitulari tibi poterat, retorqueret: cum paulatim Servatorem circumspicere meditareris, timores quidem tibi ad tuam utilitatem inferentem, liberantem vero ac protegentem te, qui ei dum in tuto esses, illuseras: cum te ad innovandos acquirendosque honestos mores exercereres, periculosissimam tuam opulentiam nihili faciens, reique familiaris curam et uxoris consuetudinem refugiens. Quin etiam totus sublimis, velut peregrinus et erro, agris et civitatibus peragratis, petisti Jerosolyma, ubi et ipse tecum commoratus ob athleticos te labores beatum prædicabam, cum per septenarios circulos jejunus perseverans Deo philosophareris, simulque congressus humanos veluti in fugam conversus devitares, atque tranquillo ac solitario vivendi genere tibi parato, civiles tumultus declinares. Præterea corpus tuum cilicio aspero lancinans, et zona dura astringens lumbos tuos, patienter ossa tua atterebas. Quin et ilia inedia concavans, ea usque ad dorsi partes laxa effecisti, atque fasciæ mollis rejecto usu, abdomen intrinsecus cucurbitæ in morem contractum, renibus adhærescere cogebas. Ad hæc, evacuato carnis

(37) *Μισανθρωπίας.* Coisl. primus μισαδελφίας, *odii fratrum.*

(38) *Μετατίθησι.* Quatuor mss. codices, non tamen antiquissimi, habent διατίθησι. Miror Combefisium legi velle διατίθημι.

(39) *Ἐπὶ σοὶ κεχυμένης.* Duo codices pro his vocibus habent ἐπικεχυμένης. Colbert. et primus Coislinianus ἐπικειμένης.

(40) *Ὅτε σε.* Codices non pauci ὅτε σοι, unus ὅτε σου. Paulo post editi κολάκων πλήθη. Sex mss. ut in textu.

(41) *Ἀπεσφαίριζε.* Sic Harl., Coisl. primus, Medic. et plures alii. Editi ἀπεσφαίρισε. Paulo post in tribus codicibus recentioribus deest σοι ante τὸν Σωτῆρα.

(42) *Ὅλος δέ.* Sic Harl., Coisl. primus et plures alii. Editi ὅλως δέ.

(43) *Ἐξέκλινας.* Ita sex mss. non ut in editis ἐξέκλινες.

(44) *Σικύας.* Editi σικύου contra omnium mss. codicum fidem.

* Alias IV.

Digitized by Google

toto adipe, exsiccasti strenue meatus sub ventre sitos, et ipso ventre inedia coarctato, faciebas ut costatæ partes, tecti quasi quædam eminentia, umbram inducerent **134** partibus umbilici, atque contracto toto organo, nocturnis horis confitens Deo, lacrymarum rivis barbæ pilos madefactos complanabas. Quid autem opus est recensere me singula? Memineris quot sanctorum ora exceperis osculo, quot sacra corpora amplexus sis, quot viri manus tuas velut intaminatas foverint; quot servi Dei, velut venerantes, confugerint ad genua tua complectentes.

2. At horum quis tandem finis? Adulterii fama nuntiati crimen, sagitta velocius pervolans, aures nostras sauciat, acutiore stimulo viscera nostra compungens. Quæ tam artificiosa præstigiatoris versutia in tam perniciosum casum te conjecit? Quænam diaboli sinuosa retia te constringentia, virtutis nervos immobiles reddiderunt? Quo abiere laborum tuorum narrationes? Sed fortasse æquum non est his fidem adhibere? Et quomodo non ex manifestis ea etiam credemus quæ hactenus abscondita fuerunt? siquidem animas quæ ad Deum confugiebant, juramentis horrendis obstrinxisti, cum tamen nominatim quidquid his voculis, *est* et *non*, amplius est, diabolo attribuatur [49]. Itaque simul quoque exitiosi perjurii fuisti sponsor, atque instituti ascetici charactere in contemptum adducto, ad apostolos usque ipsumque Dominum dedecus ac infamiam transmisisti. Dedecorasti castitatis gloriationem; labe aspersisti continentiæ votum, captivorum facti sumus tragœdia, a Judæis et gentilibus res nostræ in scenam et actus deducuntur. Discidisti monachorum studia; diligentiores cautioresque in metum formidinemque conjecisti, adhuc diaboli potestatem admirantes; negligentiores vero ad sequendum incontinentiæ exemplum traduxisti. Dissolvisti, quantum in te fuit, gloriationem Christi, qui dixit: *Confidite, ego vici mundum* [50], ejusque principem. Creatorem dedecoris miscuisti patriæ. Vere implevisti Proverbium, *Velut cervus sagitta ictus in jecore* [51]. Sed quid jam? Non cecidit fortitudinis turris, o frater: non obsorduerunt correctionis ac convectionis remedia: non occlusa est civitas perfugii. Ne in profundo malorum permaneas, nec te tradas homicidæ. Novit Dominus elisos erigere. Ne procul fugias, sed ad nos recurre. Resume iterum labores juveniles, secundis recte factis humi repentem sordidamque voluptatem delens. Respice

A κενώσας, τοὺς τῶν ὑπογαστρίων ὀχετοὺς γενναίως ἐξήρανας, γαστέρα τε αὐτὴν ταῖς ἀσιτίαις συμπτύξας, τὰ πλευριτικὰ μέρη, ὥσπερ τινὰ στέγης ἔξοχὴν, τοῖς τοῦ ὀμφαλοῦ μέλεσιν (45) ἐπεσκίαζες, καὶ συνεσταλμένῳ ὅλῳ τῷ ὀργάνῳ, κατὰ τὰς νυκτερινὰς ὥρας ἀνθομολογούμενος τῷ Θεῷ, τοῖς τῶν δακρύων ὀχετοῖς τὴν γενειάδα ἔμβροχον καθωμάλιζες. Καὶ τί με δεῖ καταλέγειν ἕκαστα; Μνήσθητι ὅσα ἁγίων στόματα φιλήματι κατησπάσω, ὅσα ἱερὰ σώματα περιεπτύξω, ὅσοι σου τὰς χεῖρας ὡς ἀχράντους περιέθαλπον· ὅσοι δοῦλοι Θεοῦ, ὥσπερ λατρεῖς, ὑπέδραμον τοῖς γόνασί σου περιπλεκόμενοι.

2. Καὶ τούτων τὸ τέλος τί; Μοιχικῆς φήμης διαβολὴ, βέλους ὀξύτερον διιπταμένη, τιτρώσκει ἡμῶν τὰς ἀκοὰς, ἀκμαιοτέρῳ κέντρῳ τὰ σπλάγχνα ἡμῶν B διανύττουσα. Τίς ἡ τοῦ γόητος (46) τοσαύτη ἐντεχνος ποικιλία εἰς τοσοῦτόν (47) σε περιήγαγεν ὀλέθριον σκέλισμα; Ποῖα πολύπλοκα τοῦ διαβόλου δίκτυα, περισφίγξαντά σε, τὰς τῆς ἀρετῆς ἐνεργείας ἀκινήτους ἀπήλεγξε; Ποῦ μοι τὰ διηγήματα τῶν σῶν πόνων οἴχεται; Ἆρα γὰρ ἀπιστῆσαι ἄξιον; Καὶ πῶς οὐχὶ ἐκ τῶν ἐναργῶν καὶ τὰ τέως ἀφανῆ εἰς πίστιν δεξόμεθα; εἰ τὰς τῷ Θεῷ προσφυγούσας (48) ψυχὰς φρικτοῖς ὅρκοις κατέκλεισας, ὁπότε παρατετηρημένως τοῦ *ναὶ* καὶ τοῦ *οὔ* τὸ περιττὸν τῷ διαβόλῳ προσενέμηται. Ὁμοῦ τοίνυν καὶ παρορκίας ὀλεθρίου γέγονας ἔγγυος, καὶ φαυλίσας τῆς ἀσκήσεως τὸν χαρακτῆρα, μέχρι τῶν ἀποστόλων καὶ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου ἀνέπεμψας τὸ αἶσχος. Κατῄσχυνας τὸ τῆς C ἁγνείας καύχημα, ἐμωμήσω τῆς σωφροσύνης τὸ ἐπάγγελμα· ἐγενόμεθα αἰχμαλώτων τραγῳδία· Ἰουδαίοις καὶ Ἕλλησι δραματουργεῖται τὰ ἡμέτερα. Διέτεμες φρόνημα μοναχῶν, τοὺς ἀκριβεστέρους εἰς φόβον καὶ δειλίαν ἤγαγες, θαυμάζοντας ἔτι τοῦ διαβόλου τὴν δύναμιν· τοὺς ἀδιαφόρους εἰς ἀκολασίας ζῆλον μετέθηκας. Ἔλυσας, ὅσον ἐπὶ σοὶ, τὸ τοῦ Χριστοῦ καύχημα, *θαῤῥεῖτε*, λέγοντος, *ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον*, καὶ τὸν τούτου (49) ἄρχοντα. Ἐκέρασας τῇ πατρίδι κρατῆρα δυσφημίας· ὄντως εἰς ἔργον ἤγαγες τὸ τῆς Παροιμίας (50)· *Ὡς ἔλαφος τοξευθεὶς εἰς τὸ ἦπαρ*. Ἀλλὰ τί νῦν; Οὐ πέπτωκεν ὁ τῆς ἰσχύος πύργος, ἀδελφέ· οὐκ ἐμωμήθη τὰ τῆς ἐπιστροφῆς φάρμακα· οὐκ ἀπεκλείσθη τοῦ καταφευκτηρίου ἡ πόλις. Μὴ τῷ βάθει τῶν κακῶν ἐνα- D τομείνῃς· μὴ χρήσῃς (51) σεαυτὸν τῷ ἀνθρωποκτόνῳ. Οἶδεν ἀνορθοῦν κατερραγμένους ὁ Κύριος. Φεῦγε μὴ μακρὰν, ἀλλὰ πρὸς ἡμᾶς ἀνάδραμε. Ἀνάλαβε πάλιν νεανικοὺς πόνους, δευτέροις κατορθώμασι διαλύων τὴν χαμαίζηλον καὶ γλοιώδη (52) ἡδονήν. Ἀνάνευσον εἰς τὴν τοῦ τέλους ἡμέραν, οὕτω προσεγγίσασαν τῇ

[49] Matth. v, 37. [50] Joan. xvi, 33. [51] Prov. vii, 22, 23.

(45) *Μέλεσιν*. Coisl. primus μέρεσιν.

(46) *Τοῦ γόητος*. Suspectæ mihi sunt hæ voces, quæ desunt in duobus vetustissimis codicibus Harl. et Coisl. primo.

(47) *Εἰς τοσοῦτον*. Reg. secundus εἰς τοῦτο. Paulo post cod. Clarom. ὑποσκέλισμα.

(48) *Προσφυγούσας*. Duo mss. προσφευγούσας.

(49) *Καὶ τὸν τούτου*. Editi καὶ τὸν τοῦ κόσμου τούτου. Omnes nostri codices ut in textu.

(50) *Τὸ τῆς παροιμίας*. Sic emendavimus, ope codicis Harl. et aliorum duorum, quod erat in editis τὰς παροιμίας.

(51) *Μὴ χρήσῃς*. Sic Harl., Coisl. primus et tres alii. Editi μὴ χρήζῃς.

(52) *Γλοιώδη*. Sic cod. Clarom. et Paris., quorum scriptura videtur præferenda et editis in quibus legitur γλυκώδη, et aliis mss. partim γλυώδη habentibus, partim γελοιώδη.

Digitized by Google

ζωῇ ἡμῶν, καὶ γνῶθι πῶς λοιπὸν Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων παῖδες συνελαύνονται πρὸς θεοσέβειαν, καὶ μὴ ἁπαξαπλῶς ἀπαρνήσῃ τὸν τοῦ κόσμου Σωτῆρα· μή σε ἡ φρικωδεστάτη ἐκείνη καταλάβῃ ἀπόφασις, ὅτι, *Οὐκ οἶδα ὑμᾶς, τίνες ἐστέ.*

ad finis diem, ita vitæ nostræ vicinum ac propinquum, et nosce quomodo jam Judæorum et Gentilium filii a Dei cultum compelluntur, nec omnino abneges mundi Servatorem : ne te maxime horribilis illa comprehendat sententia : *Non novi vos, quinam sitis* [55].

(53) ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΖ'.

EPISTOLA XLVI 135.

Virginem lapsam vehementer arguit auctor epistolæ, eamque virginitatis voto, quod negabat, vere obstrictam fuisse aemonstrat; ac dolorem suum significat, quod, Christo sponso derelicto, impium corruptorem elegerit. Postremo mortis, judicii et æterni supplicii metu, ac spe misericordiæ divinæ ad pœnitentiam adducere conatur.

Πρὸς παρθένον ἐκπεσοῦσαν.

Ad virginem lapsam.

1. Νῦν καιρὸς ἐκβοῆσαι τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο, καὶ εἰπεῖν· *Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων, καὶ κλαύσομαι τοὺς τετραυματισμένους* (54) *θυγατρὸς λαοῦ μου;* Εἰ γὰρ καὶ τούτους βαθεῖα περιέχει σιγή, καὶ κεῖνται ἅπαξ κεκαρωμένοι τῷ δεινῷ, καὶ τῷ καιρίῳ τῆς πληγῆς ἀφῃρημένοι καὶ αὐτὴν ἤδη τοῦ πάθους τὴν αἴσθησιν· ἀλλ' οὐχ ἡμᾶς γε παριέναι ἀδακρυτὶ τοσοῦτον πτῶμα χρή. Εἰ γὰρ Ἱερεμίας τοὺς ἐν πολέμῳ τὰ σώματα πεπληγότας μυρίων θρήνων ἀξίους ἔκρινε· τί ἄν τις εἴποι πρὸς τηλικαύτην ψυχῶν συμφοράν; *Οἱ τραυματίαι σου,* φησὶν, *οὐ τραυματίαι ῥομφαίας, καὶ οἱ νεκροὶ σου οὐ νεκροὶ πολέμου.* Ἀλλὰ τὸ κέντρον τοῦ ὄντως θανάτου, τὴν χαλεπὴν ἁμαρτίαν ὀδύρομαι, καὶ τὰ πεπυρωμένα τοῦ πονηροῦ βέλη, ψυχὰς ὁμοῦ μετὰ σωμάτων βαρβαρικῶς καταφλέξαντα. Ἡ μέγαλα (55) ἂν στενάξειαν οἱ τοῦ Θεοῦ νόμοι, τηλικοῦτον ἄγος ἐπὶ γῆς ἐπιβλέποντες, οἵγε ἀπαγορεύοντες ἀεὶ καὶ βοῶντες, πάλαι μέν· *Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου·* διὰ δὲ τῶν ἁγίων Εὐαγγελίων, ὅτι *Πᾶς ὁ ἐμβλέπων* (56) *γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.* Νῦν δὲ ἐφορῶσιν αὐτὴν ἀδεῶς μοιχευομένην τοῦ Δεσπότου (57) τὴν νύμφην, ἧς ἡ κεφαλὴ ὁ Χριστός. Στενάξειε δ' ἂν καὶ αὐτὰ τῶν ἁγίων τὰ πνεύματα (58)· Φινεὲς μὲν ὁ ζηλωτὴς, ὅτι μὴ καὶ νῦν ἔξεστιν αὐτῷ, τὸν πειρομάστην μετὰ χεῖρας λαβόντι, σωματικῶς ἐκδικῆσαι τὸ μύσος· ὁ δὲ Βαπτιστὴς Ἰωάννης, ὅτι μὴ δύναται, καταλιπὼν τὰς ἄνω διατριβὰς, καθάπερ τότε τὴν ἔρημον, ἐπὶ τὸν ἔλεγχον τῆς παρανομίας δραμεῖν, καὶ εἰ παθεῖν τι δέοι, τὴν κεφαλὴν ἀποθέσθαι μᾶλλον ἢ τὴν παῤῥησίαν. Τάχα δὲ (59) μᾶλλον εἴπερ καὶ ἡμῖν, κατὰ τὸν μακάριον Ἄβελ, καὶ αὐτὸς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖ, καὶ νῦν βοᾷ καὶ κέκραγε μεῖζον ὁ Ἰωάννης ἢ περὶ τῆς Ἡρωδιάδος τότε, *Οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν αὐτήν.* Καὶ γὰρ, εἰ τὸ σῶμα Ἰωάννου,

1. Nunc tempus exclamandi propheticum illud, ac dicendi : *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum, et deplorabo vulneratos filiæ populi mei* [56] ? Quamvis enim illos altum silentium teneat, jaceantque semel malo obruti, ac lethale vulnus ipsum etiam mali sensum abstulerit; nos tamen sine lacrymis tantum casum prætermittere non oportet. Etenim, si quorum corpora in bello percussa erant, eos Jeremias innumeris lacrymis dignos judicavit : quidnam quis dixerit in tanta animarum calamitate? *Vulnerati tui,* inquit, *non sunt vulnerati gladii, et mortui tui non sunt mortui belli* [57]. Sed veræ mortis aculeum defleo, peccatum grave, et ignita maligni jacula, quæ animas una cum corporibus crudeliter combussere. Certe scelere tanto in terra conspecto valde ingemuerint Dei leges, quæ interdicunt semper, ac clamant, olim quidem, *Non concupisces uxorem proximi tui* [58] : per sacra vero Evangelia : *Quisquis viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo* [59]. Nunc autem vident adulterium impudenter committere ipsam Domini sponsam, cujus caput Christus. Profecto et ipsi ingemiscant sanctorum spiritus : Phinees quidem zelotes, quod non etiam nunc ei liceat, hasta in manu sumpta, corporaliter scelus ulcisci : Joannes vero Baptista, quod non possit, relictis supernis sedibus, ut olim solitudine, ad redarguendam iniquitatem accurrere; ac si quid pati oporteat, caput potius amittere quam loquendi libertatem. Quin potius, siquidem et nobis beati Abelis exemplo, licet mortuus, adhuc loquitur, etiam nunc clamat et vociferatur altius Joannes, quam olim de Herodiade : *Non licet tibi habere eam* [60]. Etsi enim Joannis corpus, prout naturæ necessarium est, divinam sententiam excepit, siletque lingua; *Tamen verbum Dei non est alliga-*

[55] Luc. XIII, 27. [56] Jerem. IX, 1. [57] Isa. XXII, 2. [58] Deut. V, 21. [59] Matth. V, 28. [60] Matth. XIV, 4.

(53) Ruffini translationem antiquam Latinam hujus epistolæ habes t III. p. 740 seqq.

(54) *Τοὺς τετραυματισμένους.* Sic mss. octo. Editi τὸ σύντριμμα. Habent tamen ut editi, duo vetustissimi codices Med. et Coisl. primus. Sed quæ sequuntur scripturam aliorum codicum confirmant. Paulo post Coisl. primus τηλικοῦτον πτῶμα, alius τοιοῦτον, tres alii τοιοῦτο. Mox idem Coisl. primus τὸ σῶμα πεπληγότας.

(55) *Ἡ μεγάλα.* Sic uterque Coisl., Regii tres et uterque Bigot. Editi ἢ μέγα. Mox tres codices ἐπὶ γῆς βλέποντες.

(56) *Ὁ ἐμβλέπων.* Hic variant codices mss. Habent alii ὁ βλέπων, alii ὁ ἐμβλέψας, plerique πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτήν.

(57) *Τοῦ Δεσπότου.* Ita septem mss. melius, quam editi τὴν ποτε τοῦ ἐπουρανίου δεσπότου νύμφην.

(58) *Τὰ πνεύματα.* Duo codices τὰ τάγματα. Sic etiam Paris. in margine.

(59) *Τάχα δέ.* Desunt hæc in plerisque codicibus mss., in quibus legitur μᾶλλον δέ. Coisl. primus et Med. consentiunt cum editis. Paulo post nonnulli codices αὐτήν. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα.

[a] Alias V.

Digitized by Google

am [58]. Qui enim, nuptiis coi servi violatis, loquendi libertatem ad mortem usque perduxit, quonam esset animo futurus, si tantam contumeliam sancto Domini thalamo illatam conspiceret?

Χάρις τῷ Κυρίῳ (21), τῷ δόντι ἡμῖν ἀρχαίας ἀγάπης καρπὸν ἰδεῖν ἐν τῇ σῇ καθαρότητι· ὃς γε τοσοῦτον διεστὼς τῷ σώματι, συνῆψας ἡμῖν σεαυτὸν διὰ γράμματος, καὶ τῷ πνευματικῷ σου καὶ ἁγίῳ πόθῳ περιπτυξάμενος ἡμᾶς, ἀμύθητόν τι (22) φίλτρον ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν ἐνεποίησας. Ἔργῳ γὰρ ἐμάθομεν τῆς παροιμίας τὴν δύναμιν, ὅτι Ὥσπερ ψυχῇ διψώσῃ ψυχρὸν ὕδωρ, οὕτως ἀγγελία ἀγαθὴ ἐκ τῆς (23) μακρόθεν. Δεινὸς γάρ ἐστι παρ' ἡμῖν λιμὸς ἀγάπης, ἀδελφὲ τιμιώτατε. Καὶ ἡ αἰτία πρόδηλος, ὅτι διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν ἐψύγη (24) τῶν πολλῶν ἡ ἀγάπη. Διὰ τοῦτο καὶ πολλοῦ ἄξιον ἡμῖν ἐφάνη τὸ γράμμα, καὶ ἀμειβόμεθά σε διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς τοῦ εὐλαβεστάτου συνδιακόνου ἡμῶν καὶ ἀδελφοῦ Σαβίνου· δι' οὗ καὶ γνωρίζομέν σοι ἑαυτοὺς, καὶ παρακαλοῦμέν σε ἐπαγρυπνεῖν ταῖς ὑπὲρ ἡμῶν προσευχαῖς· ἵνα δῷ ποτε ὁ ἅγιος Θεὸς καὶ τοῖς ἐνταῦθα πράγμασι γαλήνην καὶ ἡσυχίαν, καὶ ἐπιτιμήσῃ τῷ ἀνέμῳ τούτῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ· ὥστε παύσασθαι ἡμᾶς τοῦ σάλου καὶ τῆς ἀνατροπῆς, ἐν ᾗ νῦν καθεστήκαμεν, ἀεὶ καταποντισθήσεσθαι (25) παντελῶς ἀναμένοντες. Ἀλλὰ τοῦτο μεγάλως ἐν τοῖς παροῦσιν ὁ Κύριος ἡμῖν ἐχαρίσατο, τὸ ὑμᾶς ἀκούειν ἐν ἀκριβεῖ συμφωνίᾳ καὶ ἑνότητι εἶναι πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἀκωλύτως παρ' ὑμῖν τὸ κήρυγμα τῆς εὐσεβείας περιαγγέλλεσθαι· ὁτεδήποτε γὰρ (εἴπερ μὴ συγκέκλεισται λοιπὸν ὁ χρόνος τοῦ κόσμου τούτου, ἀλλ' ἔτι ἡμέραι τῆς ἀνθρωπίνης ζωῆς ὑπολείπονται) ἀνάγκη παρ' ὑμῶν ἀνανεωθῆναι τὴν πίστιν τῇ Ἀνατολῇ· καὶ ὧν ἐλάβετε παρ' αὐτῆς ἀγαθῶν, τούτων ἐν καιρῷ παρασχέσθαι αὐτῇ τὴν ἀντίδοσιν. Τὸ γὰρ ὑγιαῖνον ἐνταῦθα μέρος, καὶ τὴν τῶν πατέρων εὐσέβειαν ἐκδικοῦν, ἱκανῶς κέκμηκε, πολλαῖς καὶ ποικίλαις μηχανημάτων προσβολαῖς ἐν τῇ ἑαυτοῦ μεθοδείᾳ τοῦ διαβόλου αὐτὸ κατασείσαντος. Ἀλλ' εὐχαῖς ὑμετέραις τῶν ἁγαπώντων τὸν Κύριον, σβεσθείη μὲν ἡ πονηρὰ καὶ λασπλάνος αἵρεσις τῆς Ἀρείου κακοδοξίας· ἀναλάμψειε δὲ ἡ ἀγαθὴ τῶν Πατέρων ἡμῶν διδασκαλία, τῶν συνελθόντων κατὰ τὴν Νίκαιαν, ὥστε σύμφωνον τῷ σωτηρίῳ βαπτίσματι τὴν δοξολογίαν ἀποπληροῦσθαι τῇ μακαρίᾳ Τριάδι.

[a] Prov. xxv, 25.

* Alias CCCXXIV. Scripta anno 372. Quam dulce Basilio cum episcopis longe remotis charitate conjungi.

(19) *Τὸ δὲ καθέκαστον.* Hæc et quæ sequuntur desunt in pluribus mss., non tamen in tribus vetustissimis.

(20) *Ἰλλυριῶν.* Harl. et Reg. secundus ac Coisl. secundus Ἰλλυρικοῦ. Perspicuum est Aquileiam hic designari, cujus episcopus erat Valerianus.

(21) *Τῷ Κυρίῳ.* Codices nonnulli τῷ Θεῷ.

(22) *Ἀμύθητόν τι.* Coisl. primus et Med. ἀμύθητον τὸ φίλτρον.

(23) *Ἐκ τῆς.* Med. et Harl. cum aliis quatuor habent ἐκ γῆς.

(24) *Ἐψύγη.* Tres vetustissimi codices ψυγήσεται, *refrigescet.*

(25) *Καταποντισθήσεσθαι... μεγάλως.* Ita vetustissimi tres codices cum duobus aliis. Editi καταποντίζεσθαι... μέγας.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ϚΒ'.

EPISTOLA XCII'.

Orientales ad scribendum impellit non solum solatium in narrandis ærumnis; sed etiam spes illa, Occidentales tandem auxilio venturos, ubi de rebus Orientis ex Sabino cognoverint. Describunt calamitates Orientis, ut his permoti Occidentales episcopi mittant, qui et hæresis progressus coerceant et pacem inter ipsos catholicos reconcilient.

Πρὸς Ἰταλοὺς καὶ Γάλλους.

A

1. Τοῖς θεοφιλεστάτοις καὶ ὁσιωτάτοις ἀδελφοῖς συλλειτουργοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Γαλλίαν ὁμοψύχοις ἐπισκόποις Μελέτιος, Εὐσέβειος, Βασίλειος, Βάσσος, Γρηγόριος, Πελάγιος, Παῦλος, Ἄνθιμος, Θεόδοτος, Βῖθος, Ἀβραάμιος, Ἰοβῖνος (26), Ζήνων, Θεοδώρητος, Μαρκιανὸς, Βάραχος, Ἀβραάμιος, Λιβάνιος, Θαλάσσιος, Ἰωσὴφ, Βοηθὸς, Ἰάτριος, Θεόδοτος, Εὐστάθιος, Βαρσούμας, Ἰωάννης, Χοσρόης, Ἰωσάκης, Νάρσης, Μάρις, Γρηγόριος, Δαφνὸς, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Φέρει μέν τινα παραμυθίαν ταῖς ὀδυνωμέναις ψυχαῖς καὶ στεναγμὸς πολλάκις ἐκ βάθους τῆς καρδίας ἀνάπεμπόμενος, καί που καὶ δάκρυον ἀποστάξαν τὸ πολὺ τῆς θλίψεως διεφόρησεν· ἡμῖν δὲ οὐχ, ὅσον (27) στεναγμὸς καὶ δάκρυον, παραμυθίαν ἔχει τὸ ἐξειπεῖν ἡμῶν τὰ πάθη πρὸς B τὴν ἀγάπην ὑμῶν· ἀλλά τις ἡμᾶς καὶ ἐλπὶς χρηστοτέρα θάλπει, ὡς τάχα ἄν, εἰ ἐξαγγείλαιμεν ὑμῖν τὰ λυποῦντα ἡμᾶς, διαναστήσαιεν (28) ὑμᾶς πρὸς τὴν ἀντίληψιν ἡμῶν, ἣν πάλαι μὲν προσεδοκήσαμεν παρ' ὑμῶν ταῖς κατὰ τὴν Ἀνατολὴν Ἐκκλησίαις γενήσεσθαι, οὐδέπω (29) δὲ τετυχήκαμεν, πάντως τοῦ ἐν σοφίᾳ (30) τὰ ἡμέτερα διοικοῦντος Θεοῦ, κατὰ τὰ ἀθεώρητα αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης κρίματα, πλείονι χρόνῳ παραταθῆναι ἡμᾶς ἐν τοῖς πειρασμοῖς τούτοις οἰκονομήσαντος. Οὐ γὰρ δήπου ἠγνοήσατε τὰ καθ' ἡμᾶς, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, ὧν ἡ ἀκοὴ καὶ ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς οἰκουμένης ἐξέδραμεν (31)· οὐδὲ ἀσυμπαθεῖς που ὑμεῖς πρὸς τοὺς ὁμοψύχους τῶν ἀδελφῶν, μαθηταὶ ὑπάρχοντες τοῦ Ἀποστόλου, τοῦ πλήρωμα C εἶναι τοῦ νόμου τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπην διδάσκοντος. Ἀλλ', ὅπερ εἴπαμεν, ἐπέσχεν ὑμῶν τὴν ὁρμὴν ἡ δικαία τοῦ Θεοῦ κρίσις, ἐκπληρωθῆναι ἡμῖν τὴν διατεταγμένην ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν θλῖψιν ἐπιμετροῦσα (32). Ἀλλὰ νῦν γοῦν, καὶ πρὸς τὸν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ζῆλον, καὶ τὴν ἡμετέραν συμπάθειαν, διαναστῆναι ὑμᾶς παρακαλοῦμεν, πάντα μαθόντας, καὶ ὅσα πρὸ τούτου τὰς ἀκοὰς ὑμῶν διέφυγε, παρὰ

Ad Italos et Gallos.

1. Religiosissimis ac sanctissimis fratribus comministris in Italia et Gallia unanimis episcopis Meletius, Eusebius, Basilius, Bassus, Gregorius, Pelagius, Paulus, Anthimus, Theodotus, Vitus, Abraamius, Jovinus, Zenon, Theodoretus, Marcianus, Barachus, Abraamius, Libanius, Thalassius, Joseph, Boethus, Iatrius, Theodotus, Eustathius, Barsumas, Joannes, Chosrhoes, Isaacis, Narses, Maris, Gregorius, Daphnus, in Domino salutem. Affert aliquid solatii afflictis animis ipsum suspirium sæpius ex imo corde ductum, ac lacryma erumpens vim afflictionis repellit. Nobis autem non, ut suspirium et lacrymæ, solatium affert mala nostra charitati vestræ narrare : sed præterea nos fovet melior quædam spes, forsitan **184** fore ut, si dolores nostros vobis denuntiaverimus, excitemus vos ad ferendam nobis opem, quam quidem Ecclesiis Orientalibus a vobis adfuturam jampridem speravimus, necdum tamen sumus assecuti; Deo, qui omnia in sapientia moderatur, omnino secundum arcana justitiæ suæ judicia, ut in his tentationibus diutius detineamur, dispensante. Non enim ignorastis, fratres reverendissimi, res nostras, quarum fama ad extremas etiam orbis terrarum partes pervenit : neque certe affectum omnem exuistis erga unanimes fratres, cum discipuli sitis Apostoli, qui proximi dilectionem legis complementum esse docet. Sed, quod jam diximus, inhibuit vestram alacritatem justum Dei judicium, quod constitutam ob peccata nostra afflictionem nobis plene admetitur. Vos tamen adhortamur, ut nunc saltem et ad veritatis studium, et ad nostri commiserationem excitemini, ubi omnia didiceritis, etiam quæcunque antea aures vestras effugere, a religiosissimo fratre nostro condiacono Sabino, qui poterit vobis ea quoque, quæ epistolam prætereunt, per se ipse enarrare : per quem exhorta-

(26) *Ἰοβῖνος.* Sic Harlæanus cum utroque Coisl. et Reg. secundo. Vaticanus Ἰουβῖνος. Editi Σαβῖνος. Paulo post tres codices, nempe Vat., Coisl. secundus et Reg. secundus, habent Ἀτρεῖος pro Ἰάτριος. Iidem Coisl. secundus et Reg. secundus Χρυσορόης non Χοσρόης. Ἰσαάκης pro Ἰωσάκης legitur in Reg. secundo. Ἰσάακις in Coisl. secundo. Harl. Ἰώσακις. De episcopis, quorum nomina huic epistolæ præscribuntur, agemus in *Vita S. Basilii.* Sed interim observabo post ultimum nomen, quod est Daphnus, male in editis addi καὶ οἱ λοιποί, *et reliqui* : quibus ex verbis colligit Tillemontius multos alios subscripsisse. Sed hæc desunt in Coisl. utroque, Harl., Reg. secundo et Vat. Leguntur in Regio primo, sed causa in promptu est. Cum enim in hoc codice tria tantum priora nomina recenseantur, monendum fuit alia fuisse prætermissa. Similiter in codice Medicæo post octo episcoporum nomina, additur, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς ἀδελφοί, *et qui cum eis fratres.* Hinc perspicitur quomodo error obrepserit. Nam cum vetustæ editiones tres tantum episcopos numerarent; Parisiensis, quæ lacunam explevit, immerito retinuit, quod in aliis ob vitium, quo carebat ipsa, additum fuerat.

(27) *Οὐχ, ὅσον.* Regius uterque et Coisl. secundus οὐχ ὅσην. Paulo post Vat., Reg. secundus et Coisl. secundus τῇ ἀγάπῃ ὑμῶν.

(28) *Διαναστήσαιμεν.* Ita Med. et Coisl. primus. Duo alii διαναστήσωμεν. Harl. διαναστήσαντες. Editi διαναστήσομεν.

(29) *Οὐδέπω.* Ita mss. sex. Editi οὐδέποτε.

(30) *Τοῦ ἐν σοφίᾳ.* Editi ποῦ τοῦ τὰ πάντα ἐν σοφίᾳ. Sed deest ποῦ in Harl. et Coisl. primo. Deest etiam τὰ πάντα in Vat., Reg. primo et duobus aliis, et editione Haganoensi.

(31) *Ἐπὶ τὰ... ἐξέδραμεν.* Ita tres vetustissimi codices, et paulo post ὅπερ εἴπαμεν. Editi εἰς τὰ... διέδραμεν, et ὅπερ. Editio Haganoensis εἴπωμεν.

(32) *Ἐπιμετροῦσα.* Ita sex mss. Editi ἐπιμετρήσασα. Hagan. ἐπιμετρῆσαι.

Alias LXIX. Scripta anno 372.

Digitized by Google

mur vos, ut viscera induatis miserationis, omnique deposita segnitie laborem dilectionis suscipiatis, et neque viæ longitudinem, neque domesticas occupationes, neque aliud quidquam humanum cogitetis.

A τοῦ εὐλαβεστάτου ἀδελφοῦ ἡμῶν τοῦ συνδιακόνου Σαβίνου, ὃς δυνήσεται ὑμῖν καὶ ὅσα τὴν ἐπιστολὴν διαφεύγει παρ' ἑαυτοῦ διηγήσασθαι· δι' οὗ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς ἐνδύσασθαι σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ (33), καὶ ἀποθέσθαι μὲν πάντα ὄκνον, ἀναλαβεῖν δὲ τὸν

κόπον τῆς ἀγάπης· καὶ μήτε ὁδοῦ μῆκος, μήτε τὰς κατ' οἶκον ἀσχολίας, (34) μήτ' ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων ὑπολογίσασθαι.

2. Neque enim Ecclesia una periclitatur; neque duæ aut tres in gravem hanc tempestatem delapsæ. Nam ferme a finibus Illyrici usque ad Thebaidem hæresis malum depascitur. Cujus prava semina prius quidem infamis Arius jecit : altis autem radicibus firmata a pluribus, qui Arium inter et nostram ætatem interjecti impietatem studiose excoluere, nunc exitiosos fructus protulerunt. Nam B pietatis eversa sunt dogmata : confusæ Ecclesiæ leges. Hominum Dominum non timentium ambitio in præfecturas insilit, jamque aperte præmium impietatis principatus propositus est, ita ut qui graviores blasphemias ructatus est, dignior habeatur, qui populo episcopus præsit. Periit gravitas sacerdotalis : defecere qui gregem Domini cum scientia pascant : ambitiosis pauperum pecunias in proprios usus et in munerum largitiones semper insumentibus. Evanuit accurata canonum disciplina ; peccandi multa libertas. Nam qui hominum studiis ad principatum devenerunt, in hoc ipso studii gratiam rependunt, quod omnia ad voluptatem indulgeant peccantibus. Periit judicium æquum : quisque ex sui cordis voluntate ambulat. Nequitia modum C nullum habet : exleges populi : deest præpositis dicendi libertas. **185** Servi enim eorum, a quibus collatum beneficium, qui hominum opera sibiipsis dominatum compararunt. Jam quoque et illud mutui belli telum a quibusdam, defensio videlicet doctrinæ sanæ, excogitatum est : et dum privata odia occultant, pro veritate se odisse simulant. Alii vero, dum fugiunt ne turpissimis criminibus arguantur, populis furorem ad mutuam discordiam inspirant, ut communibus malis res suas obumbrent. Quapropter et implacabile est hoc bellum : iis qui mala egere, communem pacem, ut occulta ipsorum dedecora detegentem, metuentibus. Ob hæc rident increduli. fluctuant qui firmiter non D credunt : fides est ambigua, offunditur animis ignoratio, eo quod veritatem imitentur, qui doctrinam in malitia adulterant. Silent enim piorum ora ; soluta vero blasphema omnis lingua ; profanata sunt sancta ; fugiunt precationis domos populi saniores, ut impietatis scholas, ac in solitudinibus ad Domi-

2. Οὐ γὰρ περὶ μιᾶς Ἐκκλησίας ὁ κίνδυνος, οὐδὲ δύο ἢ τρεῖς αἱ τῷ χαλεπῷ τούτῳ χειμῶνι παραπεσοῦσαι (35). Σχεδὸν γὰρ ἀπὸ τῶν ὅρων τοῦ Ἰλλυρικοῦ μέχρι Θηβαΐδος τὸ τῆς αἱρέσεως κακὸν ἐπινέμεται. Ἧς τὰ πονηρὰ σπέρματα πρότερον μὲν ὁ δυσώνυμος Ἄρειος κατεβάλετο· ῥιζωθέντα δὲ διὰ βάθους ὑπὸ πολλῶν τῶν ἐν μέσῳ φιλοπόνως τὴν ἀσέβειαν γεωργησάντων, νῦν τοὺς φθοροποιοὺς καρποὺς ἐξεβλάστησεν (36). Ἀνατέτραπται μὲν γὰρ τὰ τῆς εὐσεβείας δόγματα, συγκέχυνται δὲ Ἐκκλησίας θεσμοί. Φιλαρχίαι δὲ τῶν μὴ φοβουμένων τὸν Κύριον ταῖς προστασίαις ἐπιπηδῶσι· καὶ ἐκ τοῦ προφανοῦς λοιπὸν ἄθλον δυσσεβείας ἡ προεδρία πρόκειται· ὥστε ὁ τὰ χαλεπώτερα βλασφημήσας εἰς ἐπισκοπὴν (37) λαοῦ προτιμότερος. Οἴχεται σεμνότης ἱερατική· ἐπιλελοίπασιν οἱ ποιμαίνοντες μετ' ἐπιστήμης πολίμνιον τοῦ Κυρίου· οἰκονομίας πτωχῶν εἰς ἰδίας ἀπολαύσεις καὶ δώρων διανομὰς παραναλισκόντων ἀεὶ (38) τῶν φιλαρχούντων. Ἡμαύρωται κανόνων ἀκρίβεια· ἐξουσία τοῦ ἁμαρτάνειν πολλή. Οἱ γὰρ διὰ σπουδῆς ἀνθρωπίνης (39) παρελθόντες ἐπὶ τὸ ἄρχειν ἐν αὐτῷ τούτῳ τῆς σπουδῆς τὴν χάριν ἀνταναπληροῦσι, τῷ πάντα πρὸς ἡδονὴν ἐνδιδόναι (40) τοῖς ἁμαρτάνουσιν. Ἀπόλωλε κρῖμα δίκαιον· πᾶς τις τῷ θελήματι τῆς καρδίας αὐτοῦ πορεύεται. Ἡ πονηρία ἄμετρος, οἱ λαοὶ ἀνουθέτητοι, οἱ πρωτεστῶτες ἀπαῤῥησίαστοι. Δοῦλοι γὰρ τῶν δεδωκότων τὴν χάριν, οἱ δι' ἀνθρώπων ἑαυτοῖς τὴν δυναστείαν κατακτησάμενοι. Ἤδη δὲ καὶ ὅπλον τισὶ τοῦ πρὸς ἀλλήλους πολέμου ἡ ἐκδίκησις δῆθεν τῆς ὀρθοδοξίας, ἐπινενόηται· καὶ τὰς ἰδίας ἔχθρας ἐπικρυψάμενοι, ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ἐχθραίνειν κατασχηματίζονται. Ἄλλοι δὲ, τὸν ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ἐκκλίνοντες ἔλεγχον, τοὺς λαοὺς εἰς τὴν κατ' ἀλλήλων φιλονεικίαν ἐκμαίνουσιν, ἵνα τοῖς κοινοῖς κακοῖς τὸ καθ' ἑαυτοὺς συσκιάσωσι. Διὸ καὶ ἄσπονδός ἐστιν ὁ πόλεμος οὗτος, τῶν τὰ πονηρὰ εἰργασμένων τὴν κοινὴν εἰρήνην, ὡς ἀποκαλύπτουσαν αὐτῶν τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύντης, ὑφορωμένων. Ἐπὶ τούτοις γελῶσιν οἱ ἄπιστοι, σαλεύονται οἱ ὀλιγόπιστοι· ἀμφίβολος ἡ πίστις, ἄγνοια κατακέχυται τῶν ψυχῶν, διὰ τὸ μιμεῖσθαι (41) τὴν ἀλήθειαν τοὺς δολοῦντας τὸν λόγον ἐν κακουργίᾳ. Στιγᾷ μὲν γὰρ τὰ τῶν εὐσεβούντων στόματα· ἀνεῖται δὲ πᾶσα βλάσ-

(33) *Οἰκτιρμοῦ*. Ita quinque mss. Editi οἰκτιρμῶν. Paulo post editi ἀνθρωπικῶν. Med., Harl., Coisl primus et Reg. secundus ut in textu.

(34) Vide Addenda.

(35) *Παραπεσοῦσαι*. Ita tres vetustissimi mss. Editi περιπεσοῦσαι. Non multo post editi κατεβάλετο. Coisl. primus, Harl. et Reg. secundus κατεβάλετο

(36) *Ἐξεβλάστησεν*. Ita Medicæus codex, accuratius quam editi ἐξεβλάστησαν.

(37) *Ἐπισκοπήν*. Sic mss. et editio Haganoen. Aliæ ἐπίσκοπον.

(38) *Ἀεί*. Pro hac voce habent Med. et Harl. πάντα.

(39) *Διὰ σπουδῆς ἀνθρωπίνης*. Ita tres vetustissimi codices. Editi σπουδαῖς ἀνθρωπίναις.

(40) *Ἐνδιδόναι*. Ita Harl. cum aliis. Editi διδόναι.

(41) *Μιμεῖσθαι*. Med. μισεῖσθαι, *eo quod oderint veritatem*, etc.

Digitized by Google

φημος γλωσσα· ἐδεδηλώθη τὰ ἅγια, φεύγουσι τοὺς εὐκτηρίους οἴκους οἱ ὑγιαίνοντες τῶν λαῶν, ὡς ἀσεβείας διδασκαλεῖα· κατὰ δὲ τὰς ἐρημίας πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Δεσπότην μετὰ στεναγμῶν καὶ δακρύων τὰς χεῖρας αἴρουσιν. Ἔφθασε γὰρ (42) πάντως καὶ μέχρις ὑμῶν τὰ γινόμενα ἐν ταῖς πλείσταις τῶν πόλεων· ὅτι οἱ λαοὶ σὺν γυναιξὶ καὶ παιδίοις (43) καὶ αὐτοῖς τοῖς πρεσβύταις, πρὸ τῶν τειχῶν ἐκχυθέντες, ἐν τῷ ὑπαίθρῳ τελοῦσι τὰς προσευχάς, φέροντες πάσας τὰς ἐκ τοῦ ἀέρος κακοπαθείας σὺν πολλῇ τῇ μακροθυμίᾳ, τὴν παρὰ τοῦ Κυρίου ἀντίλῃψιν ἀναμένοντες

A num in cœlis inhabitantem cum gemitibus et lacrymis manus attollunt. Pervenerunt autem profecto et usque ad vos quæ in plerisque civitatibus geruntur. Nimirum populi cum uxoribus liberisque et ipsis senibus pro mœnibus effusi, sub dio preces fundunt, ferentes omnes aeris injurias multa cum patientia, et auxilium a Domino exspectantes.

3. Τίς θρῆνος τῶν συμφορῶν τούτων ἄξιος; ποῖαι πηγαὶ δακρύων κακοῖς τοσούτοις ἀρκέσουσιν (44); Ἕως οὖν ἔτι δοκοῦσιν ἑστάναι τινὲς, ἕως ἔτι ἴχνος τῆς παλαιᾶς καταστάσεως διασώζεται, πρὶν τέλεον ταῖς Ἐκκλησίαις ἐπέλθῃ (45) τὸ ναυάγιον, ἐπείχθητε πρὸς ἡμᾶς, ἐπείχθητε ἤδη, ναὶ δεόμεθα, ἀδελφοὶ γνησιώτατοι· δότε χεῖρα τοῖς εἰς γόνυ κλιθεῖσι. Συγκινηθήτω ἐφ' ἡμῖν τὰ ἀδελφικὰ ὑμῶν σπλάγχνα, προχυθήτω δάκρυα συμπαθείας. Μὴ περιίδητε τὸ ἥμισυ τῆς οἰκουμένης ὑπὸ πῆς πλάνης καταποθέν· μὴ ἀνάσχησθε ἀποσβεσθῆναι τὴν πίστιν, παρ' οἷς πρῶτον ἐξέλαμψε. Τί οὖν ποιήσαντες ἀντιλήψεσθε τῶν πραγμάτων, καὶ πῶς τὸ πρὸς τοὺς θλιβομένους συμπαθὲς ἐπιδείξεσθε (46), οὐ παρ' ἡμῶν πάντως δεήσει μαθεῖν (47) ὑμᾶς· ἀλλ' αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑμῖν ὑποθήσεται. Πλὴν γε ὅτι τάχους χρεία πρὸς τὸ περισώσασθαι τοὺς περιλειφθέντας, καὶ παρουσίας ἀδελφῶν πλειόνων, ὥστε πλήρωμα εἶναι συνόδου τοὺς ἐπιδημοῦντας, ἵνα μὴ μόνον ἐκ τῆς τῶν ἀποστειλάντων σεμνότητος, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ οἰκείου ἀριθμοῦ τὸ ἀξιόπιστον ἔχωσιν εἰς διόρθωσιν· οἳ καὶ τὴν ἐν Νικαίᾳ γραφεῖσαν παρὰ τῶν Πατέρων ἡμῶν πίστιν ἀνανεώσονται, καὶ τὴν αἵρεσιν ἐκκηρύξωσι (48), καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις τὰ εἰρηνικὰ διαλέξονται, τοὺς τὰ αὐτὰ φρονοῦντας συνάγοντες (49) εἰς ὁμόνοιαν. Τοῦτο γὰρ δήπου τὸ πάντων ἐλεεινότατον, ὅτι καὶ τὸ δοκοῦν ὑγιαίνειν ἐφ' ἑαυτὸ ἐμερίσθη· καὶ περιέστηκεν ἡμᾶς, ὡς ἔοικε, παραπλήσια πάθη τοῖς ποτὲ κατὰ τὴν Οὐεσπασιανοῦ πολιορκίαν τὰ Ἱεροσόλυμα περισχοῦσιν. Ἐκεῖνοί τε γὰρ ὁμοῦ μὲν τῷ ἔξωθεν συνείχοντο πολέμῳ, ὁμοῦ δὲ καὶ τῇ ἔνδοθεν στάσει τῶν ὁμοφύλων κατανηλίσκοντο. Ἡμῖν δὲ πρὸς τῷ φανερῷ πολέμῳ τῶν αἱρετικῶν ἔτι καὶ ὁ παρὰ τῶν δοκούντων ὀρθοδοξεῖν (50) ἐπαναστὰς, πρὸς ἔσχατον ἀσθενείας τὰς Ἐκκλησίας κατήγαγεν. Ἐφ' ἅπερ καὶ μάλιστα τῆς παρ' ὑμῶν χρῄζομεν βοηθείας, ὥστε τοὺς τὴν ἀποστολικὴν ὁμολογοῦντας

3. Quæ lamentatio his calamitatibus digna? quales lacrymarum fontes his malis pares erunt? Itaque, dum adhuc nonnulli videntur stare, dum adhuc veteris status vestigium servatur, priusquam cumulatum Ecclesiis superveniat naufragium, festinate ad nos, jam festinate, ita precamur, fratres germanissimi : in genua provolutis manum porrigite. Fraterna vestra viscera commoveantur nostra causa, profundantur lacrymæ commiserationis. Mediam orbis partem ab errore absorberi ne sinatis : nec fidem apud eos feratis exstingui, apud quos primum illuxit. Quid igitur facto opus sit, ut rebus nostris subveniatis, et quomodo commiserationem ostendatis erga divexatos, nullo modo a nobis necesse erit vos discere : sed sanctus ipse Spiritus vobis suggeret. At certe celeritate opus est ad eos, qui supersunt, servandos, et plurimum fratrum præsentia, ut synodi numerum expleant, qui huc advenient, ut non solum ex eorum qui miserint gravitate, sed etiam ex suo ipsorum numero pondus atque auctoritatem ad res emendandas habeant : qui et fidem in Nicæa a nostris Patribus scriptam instaurent, et hæresim proscribant, et Ecclesiis loquantur pacifica, eos qui idem sentiunt, ad concordiam adducentes. Hoc enim profecto omnium maxime dignum est miseratione, quod et ea pars quæ videtur esse sana, divisa **186** est in semetipsam : ac nos circumstant, ut verisimile est, similes calamitates his, quæ olim Hierosolymis, Vespasiano obsidente, acciderunt. Illi enim simul et externo premebantur bello, et domestica tribulium seditione absumebantur. Apud nos autem, præter apertum hæreticorum bellum, aliud præterea ab iis, qui videntur recte sentire, excitatum, ad extremam debilitatem Ecclesias perduxit. Ob quæ et maxime indigemus auxilio vestro, ut qui apostolicam profitentur fidem, excogitata a se schi-

(42) *Ἔφθασε γάρ.* Ita tres vetustissimi codices : editi Ἔφθασε δέ. Ibidem πάντως additum ex quinque mss. Editi τὰ γενόμενα. Plerique mss. τὰ γιγνόμενα.

(43) *Παιδίοις.* Ita Harl., Med. et Coisl. primus. Editi παισί. Ibidem editi πρὸ τῶν πυλῶν. Sex mss. ut in textu.

(44) *Ἀρκέσουσιν.* Ita tres vetustissimi mss. Quatuor alii ἐξαρκέσουσι. Editi ἐπαρκέσουσι.

(45) *Ἐπέλθῃ.* Uterque Regius et Coisl. primus ἐπελθεῖν.

(46) *Ἐπιδείξεσθε.* Coisl. primus et Harl. ἐπιδείξησθε.

47) *Μαθεῖν.* Ita tres vetustissimi mss. Editi μανθάνειν. Paulo post Regius uterque et Coisl. primus ὑπολειφθέντας.

(48) *Ἐκκηρύξωσι.* Ita tres vetustissimi codices : tres alii Ἐκκηρύξουσι. Editi ἐκριζώσουσι, *eradicabunt.* Ex hac autem vetustissimorum codicum scriptura patet similiter legendum esse ἀνανεώσωνται et διαλέξωνται, quod lucem affert verborum complexioni.

(49) *Συνάγοντες.* Harl. et Coisl. primus συναγαγόντες. Paulo post editi ἐλεεινότερον. Septem mss. ut in textu.

(50) *Ὀρθοδοξεῖν.* Harl., Vat. et Reg. primus ὁμοδοξεῖν.

Digitized by Google

smata dissolventes, deinceps auctoritati Ecclesiæ subjiciantur, ut perfectum fiat Christi corpus jam in omnibus membris integritati restitutum; ac non solum aliorum bona laudemus, id quod nunc facimus, sed etiam nostras ipsorum Ecclesias in pristinum rectæ fidei decus restitutas videamus. Revera enim laude summa dignum est, quod a Domino pietati vestræ datum est, adulterinum quidem a probo ac puro discernere, Patrum vero fidem sine ulla dissimulatione prædicare: quam quidem et nos suscepimus, agnovimusque apostolicis notis signatam: eique et cæteris omnibus, quæ in synodico scripto canonice et legitime statuta sunt, assentimur.

A πίστιν, ἃ παρεπενόησαν (51) σχίσματα διαλύσαντας, ὑποταγῆναι τοῦ λοιποῦ τῇ αὐθεντίᾳ τῆς Ἐκκλησίας· ἵνα ἄρτιον γένηται τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, πᾶσι τοῖς μέλεσιν εἰς ὁλοκληρίαν ἐπανελθόν· καὶ μὴ μόνον τὰ παρ' ἑτέροις μακαρίζωμεν ἀγαθά, ὅπερ νῦν ποιοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἡμετέρας αὐτῶν ἐπίδωμεν Ἐκκλησίας τὸ ἀρχαῖον καύχημα τῆς ὀρθοδοξίας ἀπολαβούσας. Τῷ ὄντι γὰρ τοῦ ἀνωτάτου μακαρισμοῦ ἄξιον τὸ τῇ ὑμετέρᾳ θεοσεβείᾳ χαρισθὲν παρὰ τοῦ Κυρίου τὸ μὲν κίβδηλον ἀπὸ τοῦ δοκίμου καὶ καθαροῦ διακρίνειν, τὴν δὲ τῶν Πατέρων πίστιν ἄνευ τινὸς ὑποστολῆς κηρύσσειν· ἣν καὶ ἡμεῖς ἐδεξάμεθα, καὶ ἐπέγνωμεν ἐκ τῶν ἀποστολικῶν χαρακτήρων μεμορφωμένην, συνθέμενοι καὶ αὐτῇ καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῷ συνοδικῷ (52) γράμματι κανονικῶς καὶ ἐνθέσμως δεδογματισμένοις.

EPISTOLA XCIII[a].

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΓ'.

Docet Basilius bonum esse et perutile quotidie communicare: observat quater singulis hebdomadibus Cæsarienses, atque etiam sæpius communicare. Respondet alteri quæstioni an persecutionis tempore liceat communionem manu sua accipere, si nec presbyter adsit nec diaconus.

Ad Cæsariam patriciam, de communione.

Singulis etiam diebus communicare, ac participem esse sancti corporis et sanguinis Christi, bonum est et perutile: cum ipse perspicue dicat: *Qui comedit meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam*[b]. Quis enim dubitat quin vitæ continenter esse participem nihil aliud sit quam multiplici ratione vivere? Nos quidem quater singulis hebdomadibus communicamus, Dominica die, quarta die, in parasceve et Sabbato, et aliis diebus, si sancti alicujus memoria recolatur. Quod autem persecutionum temporibus cogitur quis, absente sacerdote aut **187** diacono,

B *Πρὸς Καισαρίαν* (53) *πατρικίαν, περὶ κοινωνίας.*

Καὶ τὸ κοινωνεῖν δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καὶ μεταλαμβάνειν τοῦ ἁγίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, καλὸν καὶ ἐπωφελές· αὐτοῦ σαφῶς λέγοντος· *Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἔχει ζωὴν αἰώνιον.* Τίς γὰρ ἀμφιβάλλει, ὅτι τὸ μετέχειν συνεχῶς τῆς ζωῆς οὐδὲν ἄλλο (54) ἐστὶν ἢ ζῆν πολλαχῶς; Ἡμεῖς μέντοιγε τέταρτον καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα κοινωνοῦμεν, ἐν τῇ Κυριακῇ, ἐν τῇ τετράδι, καὶ ἐν τῇ παρασκευῇ, καὶ τῷ Σαββάτῳ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις, ἐὰν ᾖ μνήμη ἁγίου (55) τινός. Τὸ δὲ ἐν τοῖς τοῦ διωγμοῦ καιροῖς ἀναγκάζεσθαί τινα, μὴ παρόντος ἱερέως ἢ λειτουρ-

[b] Joan. VI, 55.

[a] Alias CCLXXXIX. Scripta circa ann. 372.

(51) Ἃ *παρεπενόησαν*. Ita Coisl. et Harl. Editi ἅπαρ ἐπενόησαν.

(52) *Ἐν τῷ συνοδικῷ*. Exstat synodica illa epistola, Græce quidem apud Sozomenum et Theodoretum, Latine vero in collectione Romana ex veteribus monumentis descripta. Sed cum synodus in hac epistola doceat Patrem et Filium et Spiritum sanctum *unius esse hypostasis et essentiæ*, τῆς αὐτῆς ὑποστάσεως καὶ οὐσίας, quomodo Basilius et cum eo plures alii, qui unam in tribus hypostasim ferre non poterant, omnibus tamen, quæ synodi litteris continentur, declarant se assentiri? Magnum sane indicium hanc vocem ὑποστάσεως subdititiam esse et assutam. Sed huc accedit cum ipsa epistola ab Holstenio edita, in qua legitur tantum Patrem et Filium *unius esse substantiæ*, tum maxime ipsius Basilii testimonium, qui in epist. 214 docet ipsos etiam Occidentales discrimen inter essentiam et hypostasim subindicasse; siquidem in litteris suis, *cum linguæ suæ inopiam suspectam haberent, essentiæ nomen Græca lingua ediderant*. Non ergo dixerunt Occidentales Patrem et Filium ejusdem esse ὑποστάσεως καὶ οὐσίας, sed tantum ejusdem οὐσίας, omissa hypostasis voce. Atque inde etiam colligitur eos non Græce scripsisse, nec epistolam, quæ est apud Sozomenum et Theodoretum, primarium esse et germanissimum exemplar, ut eruditus editor litterarum summorum pontificum contra Tillemontium et alios contendit, sed potiori jure hanc laudem editæ ab Holstenio epistolæ Latinæ tribuendam.

C (53) *Πρὸς Καισαρίαν*. Colbertinus codex πρὸς Καισάριον πατρίκιον, πέρι κοινωνίας. In quodam codice Regio occurrit fragmentum hujus epistolæ sic inscriptum: Ἐκ τῆς πρὸς Καισάριον ἐπιστολῆς. *Ex epistola ad Cæsarium.*

(54) *Οὐδὲν ἄλλο*. Quidam mss. οὐδὲν ἄλλο τι.

(55) *Ἁγίου*. Ita duo codices Coisliniani, Vat., Paris., Claromont., unus Regius et unus Colb. Non legitur hæc epistola in codice Harlæano. Editi μάρτυρος, quam lectionem tuetur Combefisius, et Scultetum castigat, quod reddiderit, *alicujus sancti*, cum soli martyres illis temporibus colerentur. Sed ne id quidem Combefisio concedi potest, martyres solos tunc coli solitos fuisse. Narrat Basilius in epistola ad Ambrosium, Dionysio Mediolanensi eumdem ac martyribus honorem delatum fuisse ab incolis illius loci, in quo sepultus fuerat. Nec minor fuit Gregorii apud Neocæsarienses celebritas. Athanasii et Basilii dies festos nemo nescit statim post eorum mortem celebratos fuisse. Atque etiamsi demus Combefisio quod contendit, non idcirco mutandus erit contextus. His enim vocibus, *Si sancti alicujus memoria recolatur*, nihil vetat apostolos et martyres intelligere. Sic enim Paulum designat Basilius in epist. 204, sic designantur sacri scriptores in libro secundo *adversus Eunomium*, n. 8. Sed quod nullum prorsus difficultati locum relinquit, Gregorius Nyssenus, *Orat. in laudes Basilii*, pag. 485, negat celebritatem illius diei minorem videri debere aliis sanctorum festis diebus, τῶν ἐπὶ τοῖς ἁγίοις ἑορτῶν.

Digitized by Google

γοῦ, τὴν κοινωνίαν λαμβάνειν τῇ ἰδίᾳ χειρὶ, μηδαμῶς εἶναι βαρὺ περιττόν ἐστι ἀποδεικνύναι, διὰ τὸ καὶ τὴν μακρὰν συνήθειαν τοῦτο δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων πιστώσασθαι. Πάντες γὰρ οἱ κατὰ τὰς ἐρήμους (56) μονάζοντες, ἔνθα μὴ ἔστιν ἱερεὺς, κοινωνίαν οἶκοι κατέχοντες, ἀφ' ἑαυτῶν μεταλαμβάνουσιν. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ καὶ ἐν Αἰγύπτῳ ἕκαστος καὶ τῶν ἐν λαῷ τελούντων ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἔχει κοινωνίαν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ ὅτε βούλεται (57), μεταλαμβάνει δι' ἑαυτοῦ. Ἅπαξ γὰρ τὴν θυσίαν τοῦ ἱερέως τελειώσαντος καὶ δεδωκότος, ὁ λαβὼν αὐτὴν ὡς ὅλην ὁμοῦ, καθ' ἑκάστην μεταλαμβάνων, παρὰ τοῦ δεδωκότος εἰκότως μεταλαμβάνειν (58) καὶ ὑποδέχεσθαι πιστεύειν ὀφείλει. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ὁ ἱερεὺς ἐπιδίδωσι τὴν μερίδα, καὶ κατέχει αὐτὴν ὁ ὑποδεχόμενος μετ' ἐξουσίας ἁπάσης, καὶ οὕτω προσάγει τῷ στόματι τῇ ἰδίᾳ χειρί. Ταυτὸν τοίνυν ἐστὶ τῇ δυνάμει, εἴτε μίαν μερίδα δέξεταί τις παρὰ τοῦ ἱερέως, εἴτε πολλὰς μερίδας ὁμοῦ.

A communionem sua ipsius manu accipere, id grave non esse supervacuum est ostendere; quia hoc diuturna consuetudo ipsis rebus confirmat. Omnes enim in solitudinibus monachi, ubi non est sacerdos, communionem domi servantes, suis ipsorum manibus sumunt. Alexandriæ autem et in Ægypto unusquisque etiam de plebe ut plurimum habet domi communionem, et quando vult, per se ipse fit illius particeps. Postquam enim semel sacerdos sacrificium absolvit, ac porrexit : qui illud, ut totum simul accepit, is dum quotidie participat, merito credere debet se ab eo qui dedit participare et accipere. Enimvero etiam in Ecclesia sacerdos porrigit partem : quam qui suscipit, cum omni potestate retinet, et sic ori admovet propria manu. B Itaque idem valet, sive quis partem unam a sacerdote accipiat, sive multas simul.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ϞΔ'.

EPISTOLA XCIV*.

Cum amplissimum ædificium construeret Basilius, inde illius accusandi arrepta causa : huc accesserunt ab episcopis dissidentibus aliæ criminationes. Primam accusationem repellit, ac ædificium suum imperatoris judicio comprobatum, et rei publicæ utile esse docet. Cæteras differt in aliud tempus. Interim præsidem rogat ut Alexandri factum imitetur.

Ἡλίᾳ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας (59).

Ὥρμησα μὲν καὶ αὐτὸς καταλαβεῖν σου τὴν τιμιότητα, ὡς ἂν μὴ τῇ ἀπολείψει ἔλαττόν τι ἔχοιμι τῶν διαβαλλόντων· ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ ἀῤῥωστία τοῦ σώματος διεκώλυσε, σφοδρότερον πολλῷ τῆς συνηθείας ἐπιθεμένη, ἀναγκαίως ἦλθον ἐπὶ τὸ γράμμα. Ἐγὼ τοίνυν, ὦ θαυμάσιε, συντυχὼν πρώην τῇ τιμιότητί σου, ὥρμησα μὲν καὶ περὶ πάντων τῶν κατὰ τὸν βίον (60) μου πραγμάτων ἀνακοινώσασθαί σου τῇ φρονήσει· ὥρμησα δὲ καὶ τῶν Ἐκκλησιῶν ἕνεκα ποιήσασθαί (61) τινα λόγον, ὡς ἂν μὴ ταῖς μετὰ ταῦτα διαβολαῖς χώρα τις ὑπολείποιτο. Ἀλλ' ἐπέσχον ἐμαυτὸν, λογιζόμενος περίεργον εἶναι παντελῶς, καὶ πέρα (62) τοῦ μέτρου φιλότιμον, ἀνδρὶ τοσοῦτον πλῆ-

Heliæ rectori provinciæ

Volebam et ipse tuam dignitatem adire, ne ob absentiam minus aliquid haberem, quam qui calumniantur; sed quia infirma corporis valetudo prohibuit, solito longe vehementius ingruens, necessario ad scribendum veni. Ego igitur, vir admirande, cum nuper una cum tua præstantia versarer, volebam et de omnibus meis exterioribus negotiis cum tua prudentia communicare; volebam et de Ecclesiis sermonem instituere, ut nihil postea calumniis loci relinqueretur. Sed me repressi, omnino præposterum esse existimans, ac immoderatum studium, viro tanta negotiorum multitudine onerato curas adhuc, easque non necessarias, inji-

(56) *Ἐρήμους*. Multi mss. ἐρημίας.

(57) *Καὶ ὅτε βούλεται*, etc. Hæc desunt in editis, at leguntur in codicibus Med., Coisl. primo, Vat. et pluribus aliis.

(58) *Μεταλαμβάνειν*. Nonnulli mss. μεταλαμβάνει. Idem ex Theodoro Studita quæsitum cum esset, non idem responsum dedit ac Basilius. Interrogatus enim an per se ipsi monachi et moniales Eucharistiam accipere possint, respondet in epist. 219 libri secundi, pag. 748, ne sacra quidem donaria tangere licitum esse, ἅπτεσθαι οὐδὲ τῶν θείων ἀναθημάτων, *iis qui sacerdotii participes non sunt, nec, nisi forte necessitate urgente, si desit presbyter vel diaconus, per seipsum sumere Eucharistiam.* Quomodo autem tunc sumenda sit, sic præscribit : Τιθεμένης βίβλου ἱερᾶς, καὶ ἐφαπλουμένης ὀθόνης καθαρᾶς, ἢ ἱερᾶς ἐπικαλυμματίδος, ἐκεῖσε τοῦ δώρου ἀπὸ χειρὸς σὺν φόβῳ προτεθέντος, μετὰ τὴν ὑμνῳδίαν ἀπὸ στόματος ληπτέον· εἶθ' οὕτω διακλύσεως οἴνου γινομένης τῷ λαμβάνοντι· *Posito sacro libro, extensoque puro linteo, aut sacro velamine, deposita prius illic e manu cum metu sacra Eucharistia, post hymnorum recitationem ore sumi debet. Postea, qui accepit, abluere os vino debet.*

(59) *Ἡλίᾳ*, etc. Deest Heliæ nomen in codicibus Med. et Coisl. primo : reperitur in Reg. utroque, Coisl. secundo, Paris., et secunda manu in Harlæano.

(60) *Κατὰ τὸν βίον*. Pronomen quod sequitur, referri debet ad πραγμάτων. Non enim id dicit Basilius, quod ab eo dictum existimarunt eruditi, voluisse se totius vitæ suæ rationem Heliæ reddere. Distinguit enim negotia illa, de quibus voluerat cum Helia communicare, a negotiis ecclesiasticis, id est ad fidem et disciplinam pertinentibus. Nequaquam autem poterat vitæ suæ rationem reddere, quin simul de rebus ecclesiasticis ageret. Illa ergo κατὰ βίον πράγματα sunt negotia exteriora, sive, ut vocant, temporalia. In epist. 81 digniorem episcopatu existimat senem omnibus virtutibus ornatum, quam juvenem ad hoc tantum idoneum ut mittatur et exteriora negotia pertractet, πρὸς τὸ πέμπεσθαι καὶ τὰς βιωτικὰς ἀνύειν χρείας. Eodem sensu usurpantur in epist. 193, ἀσχολίαι τῶν κατὰ τὸν βίον πραγμάτων.

(61) *Ποιήσασθαι*. Editi τοῦ ποιήσασθαι, sed deest articulus in omnibus mss. Paulo post editi ὑπολίποιτο. Quinque mss. ut in textu.

(62) *Καὶ πέρα*. Ita mss. omnes : editio prima Paris. καὶ παρά. Paulo post Coisl. primus ἀνδρὶ τοσούτῳ.

* Alias CCCLXXII. Scripta anno 372.

Digitized by Google

cere. Ad hæc, dicetur enim quod res est, et alias timui ne forte in necessitatem veniremus vulnerandæ mutuis altercationibus animæ tuæ, quæ pura sua in Deum pietate perfectam religiosi cultus mercedem percipere debet. Nam revera si ipsi te ad nos abstrahamus, parum tibi otii ad res publicas relinquemus; ac idem fere facemus, ac si quis nauclerum, **188** qui navem nuper compactam in magna gubernat tempestate, sarcinis novis prægravet, cum aliquid detrahere oneris, et quantum fieri potest allevare oporteat. Unde mihi videtur et magnus imperator, ubi nostram hanc sollicitudinem perspexit, veniam dedisse, ut Ecclesias per nos ipsi administraremus. Jam vero eos qui sinceris tuis auribus obstrepunt, interrogatos volo, quid a nobis rebus publicis allatum sit detrimenti? quid parvum magnumve in rebus communibus nostra Ecclesiarum gubernatione lædatur? nisi quis dicat damnum ab eo rebus afferri, qui precationis domum magnifice exstructam erigit Deo nostro, et ædes circum illam, aliam quidem liberali specie, episcopo privatim addictam, alias vero interiores Dei famulis ex ordine distributas; quarum usus communis vobis rectoribus, et vestro comitatui. Ecquem injuria afficimus, dum peregrinis, sive hac transeuntibus, sive medicina aliqua ob morbum indigentibus hospitia construimus, atque sic necessarium constituimus solatium, ægrorum curatores, medicos, jumenta, deductores? Quibus necesse fuit et artes adjungi, tum quæ ad vitam sunt necessariæ, tum quæ ad honestius vitæ institutum fuerunt excogitatæ: alias rursus ædes ad facienda opera idoneas, quæ omnia ipsi loco ornatum, et rectori nostro gloriam ferunt, laude in eum redundante. Tu certe non idcirco ad nos regendos invitus adductus es, quod solus animi magnitudine possis opera collapsa instaurare, loca non habitata incolis complere, et uno verbo solitudines in urbes transformare. Qui igitur ad hæc se adjutorem præbet, eum abigere et injuriis afficere consentaneum, an honorare ac colere? Neque existimes, vir optime, verba tantum esse quæ dicimus: siquidem jam in opere versamur, cum materiam hactenus comportaverimus. Hæc igitur ad nostram coram rectore defensionem dicta sint. Quæ autem par est adversus accusatorum querelas, ut Christiano et amico existimationem meam curæ habenti, respondere, ea nunc necesse est prætermittere, ut et epistolæ modo longiora, et aliunde inanimis epi-

A θος πραγμάτων ἐξηρτημένῳ ἔτι καὶ τὰς ἔξω τῶν ἀναγκαίων ἐπιβάλλειν φροντίδας. Ὁμοῦ τε (εἰρήσεται γὰρ τἀληθές), καὶ ἄλλως ὤκνησα μήποτε εἰς ἀνάγκην ἔλθωμεν ταῖς κατ' ἀλλήλων ἀντιλογίαις τρῶσαι τὴν ψυχήν σου, ὀφείλουσαν ἐν τῇ καθαρᾷ περὶ τὸν Θεὸν εὐλαβείᾳ τέλειον τὸν μισθὸν τῆς θεοσεβείας καρποῦσθαι. Τῷ ὄντι γὰρ, ἐάν σε πρὸς ἑαυτοὺς ἐπιστρέψωμεν (63) ἡμεῖς, ὀλίγην σοι σχολὴν πρὸς τὰ δημόσια καταλείψομεν· καὶ παραπλήσιον ποιήσομεν, ὥσπερ ἂν εἴ τις κυβερνήτην, νεοπαγῆ ναῦν ἐν μεγάλῳ κλύδωνι διευθύνοντα, τῇ προσθήκῃ τοῦ φόρτου καταβαρύνοι, δέον ἀφαιρεῖν τι τῶν ἀγωγίμων, καὶ συνεπικουφίζειν ὡς δυνατόν. Ὅθεν μοι δοκεῖ καὶ βασιλεὺς ὁ μέγας, τὴν πολυπραγμοσύνην ἡμῶν ταύτην καταμαθὼν, ἐᾶσαι ἡμᾶς ἐφ' ἑαυτῶν

B τὰς Ἐκκλησίας οἰκονομεῖν. Τοὺς μέντοι ταῖς ἀκόλοις ἀκοαῖς σου παρενοχλοῦντας ἐρωτηθῆναι βούλομαι, τί χεῖρον ἔχει τὰ δημόσια παρ' ἡμᾶς; ἢ τί μικρὸν ἢ μεῖζον τῶν κοινῶν ἐκ τῆς ἡμετέρας περὶ τὰς Ἐκκλησίας οἰκονομίας (64) ἠλάττωται; πλὴν εἰ μή τις λέγοι βλάβην τοῖς πράγμασι φέρειν, ὁ κον εὐκτήριον μεγαλοπρεπῶς κατεσκευασμένον ἀναστῆσαι τῷ Θεῷ ἡμῶν, καὶ περὶ αὐτὸν οἴκησιν, τὴν μὲν ἐλευθέριον ἐξηρτημένην (65) τῷ κορυφαίῳ, τὰς δὲ ὑποδεβηκυίας τοῖς θεραπευταῖς τοῦ θείου διανενεμημένας ἐν τάξει, ὧν ἡ χρῆσις κοινὴ πρός τε ὑμᾶς τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς παρεπομένους ὑμῖν. Τίνα δὲ ἀδικοῦμεν, κατα-

C γώγια τοῖς ξένοις οἰκοδομοῦντες, τοῖς τε κατὰ πάροδον ἐπιφοιτῶσι καὶ τοῖς θεραπείας τινὸς διὰ τὴν ἀσθένειαν δεομένοις, καὶ τὴν ἀναγκαίαν τούτοις παραμυθίαν ἐγκαθιστῶντες, τοὺς νοσοκομοῦντας, τοὺς ἰατρεύοντας, τὰ νωτοφόρα, τοὺς παραπέμποντας (66); Τούτοις ἀνάγκη καὶ τέχνας ἕπεσθαι, τάς τε πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαίας, καὶ ὅσαι πρὸς εὐσχήμονα βίου διαγωγὴν ἐφευρέθησαν· οἴκους πάλιν ἑτέρους ταῖς ἐργασίαις ἐπιτηδείους, ἅπερ πάντα τῷ μὲν τόπῳ κόσμος, τῷ δὲ ἄρχοντι ἡμῶν σεμνολόγημα, ἐπ' αὐτὸν τῆς εὐφημίας ἐπανιούσης. Ὅς γε οὐδὲ τούτου ἕνεκεν πρὸς

D τὴν ἐπιστασίαν ἡμῶν ἐξεβιάσθης, ὡς μόνος ἐξαρκῶν τῷ μεγέθει τῆς γνώμης τά τε κατερρυηκότα τῶν ἔργων (67) ἀναλαβεῖν, καὶ οἰκίσαι τὰς ἀοικήτους, καὶ ὅλως εἰς πόλεις τὰς ἐρημίας μετασκευάσαι. Τὸν οὖν εἰς ταῦτα συνεργοῦντα ἐλαύνειν καὶ ὑβρίζειν, ἢ τιμᾷν καὶ περιέπειν, ἀκολουθότερον ἦν; Καὶ μὴ οἰηθῇς, ὦ ἄριστε, λόγον μόνον εἶναι τὰ παρ' ἡμῶν· ἤδη γάρ ἐσμεν ἐν τῷ ἔργῳ, τὰς ὕλας τέως συμποριζόμενοι. Τὰ μὲν οὖν πρὸς τὴν τοῦ ἄρχοντος ἀπολογίαν τοιαῦτα. Ἃ δὲ δεῖ πρὸς τὰς τῶν φιλαιτίων μέμψεις, ὡς Χριστιανῷ καὶ φίλῳ πεφροντικότι

(63) *Ἐπιστρέψωμεν*. Ita mss. summo consensu. Editi ἐπιστρέψομεν.

(64) *Οἰκονομίας*. Hæc vox addita ex novem mss. Paulo post editi μεγαλοπρεπές· mss. summo consensu μεγαλοπρεπῶς.

(65) *Ἐξηρημένην*. Hæc scriptura, quamvis in editis tantum ac Coisl. primo occurrat, videtur tamen ei præferenda, quam habent alii mss. ἐξηρτημένην. Paulo post editi ἐντάξαι, pro quo ex mss. posuimus ἐν τάξει.

(66) *Παραπέμποντας*. *Deductores*, id est, eos qui obviam ibant, et abeuntes deducebant. Videtur honoris causa hoc munus clericis sæpe commissum fuisse. Nam Basilius in epist. 243 testatur Arianos sibi omnia ecclesiastica munia arrogare, in his ut deducant proficiscentes. Queritur in epist. 98, quod se Meletius et Theodotius perfunctorie invitaverint, nec quemquam miserint, qui iterum admoneret aut deduceret. (Vide Addenda.)

(67) *Τῶν ἔργων*. Ita tres vetustissimi codices, Harl., Med. et Coisl. primus. Sex alii mss. non ita vetusti pro his vocibus habent τῷ χρόνῳ. Editi utrumque habent τῶν ἔργων et τῷ χρόνῳ.

Digitized by Google

ἡμῶν τῆς ὑπολήψεως ἀποκρίνασθαι, ἀναγκαῖον νῦν ἀποσιωπῆσαι, ὡς καὶ μακρότερα τοῦ μέτρου τῆς ἐπιστολῆς, καὶ ἄλλως οὐκ ἀσφαλῆ γράμμασιν ἀψύχοις καταπιστεύεσθαι. Ἵνα δὲ μὴ τὸν πρὸ τῆς συντυχίας χρόνον, ταῖς διαβολαῖς τινων ὑπαχθείς, ὑφεῖναί τι τῆς περὶ ἡμᾶς εὐνοίας ἀναγκασθῇς, τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου ποίησον. Καὶ γὰρ ἐκεῖνόν φασι, διαβαλλομένου τινὸς τῶν συνήθων, τὴν μὲν ἑτέραν τῶν ἀκοῶν ἀνεῖναι τῷ διαβάλλοντι, τὴν δὲ ἑτέραν ἐπιμελῶς ἐπιφράξασθαι τῇ χειρί· ἐνδεικνύμενον, ὅτι δέοι τὸν ὀρθῶς κρίνειν μέλλοντα μὴ ὅλον εὐθὺς τοῖς προλαβοῦσιν ἀπάγεσθαι, ἀλλὰ τὸ ἥμισυ τῆς ἀκροάσεως ἀκέραιον διασώζειν πρὸς ἀπολογίαν τῷ μὴ παρόντι. A stolis non tuto committenda. Sed ne ante congressus nostri tempus nonnullorum calumniis inductus, aliquid de tua in me benevolentia remittere cogaris, fac idem quod Alexander. Nam et illum ferunt, cum quidam ex familiaribus calumnia appeteretur, aurium quidem alteram accusatori præbuisse, alteram vero diligenter manu occlusisse : demonstrantem, oportere ut qui recte judicaturus est, non totus statim a præoccupantibus abducatur, sed dimidium auditus integrum ad defensionem servet absenti

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΛΕ'. 189 EPISTOLA XCV'.

Invitatus a Meletio et Theodoto Basilius ad diem festum, medio mense Junio celebrandum, scripserat ad Eusebium per Theophrastum diaconum. Quo mortuo ante perlatas litteras, cum dies tantum triginta superessent, litteras illas misit Basilius Eustathio, ut cito perferrentur ad Eusebium. Declarat Basilius se ad hunc locum et diem venturum, si ipse etiam veniat Eusebius : secus vero, nequaquam iturum, sed potius profecturum ad ipsum Eusebium.

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων. B *Eusebio, episcopo Samosatorum.*

Πάλαι ἐπιστείλας τῇ θεοσεβείᾳ σου ἄλλων τέ τινων ἕνεκεν καὶ τοῦ συντυχεῖν ἡμᾶς ἀλλήλοις, διήμαρτον τῆς ἐλπίδος, μὴ ἀφικομένων τῶν γραμμάτων εἰς τὰς χεῖρας τῆς σῆς τιμιότητος, τοῦ μακαρίου διακόνου Θεοφράστου δεξαμένου μὲν τὰ γράμματα ἡμῶν ἐπί τινα περιοδείαν ἀναγκαίως ἀποδημούντων (68), μὴ διαπεμψαμένου δὲ τῇ θεοσεβείᾳ σου, τῷ προκαταληφθῆναι τῇ ἀῤῥωστίᾳ ὑφ' ἧς ἐτελεύτησεν. Ὅθεν τοσοῦτον ὕστερος ἦλθον τοῦ καιροῦ πρὸς τὸ γράφειν, ὥστε μηδὲ ὄφελός τι ἐλπίζειν ἐκ τῆς ἐπιστολῆς ἔσεσθαι ταύτης, εἰς στενὸν παντελῶς κατακλεισθέντος τοῦ χρόνου. Ὁ γάρ τοι θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Μελέτιος καὶ Θεόδοτος ἐπέταξαν ἡμῖν πρὸς αὐτοὺς διαβῆναι, ἀγάπης τε ἐπίδειγμα τὴν συντυχίαν ποιούμενοι, καί τινα καὶ διόρθωσιν (69) γενέσθαι τῶν νῦν παραλυπούντων βουλόμενοι. Ἀπέδειξάν τε ἡμῖν χρόνον μὲν τῆς συντυχίας τὰ μέσα τοῦ προσιόντος μηνὸς Ἰουνίου, τόπον δὲ Φαργαμοῦν (70) τὸ χωρίον, ἐπίσημον μαρτύρων περιφανείᾳ (71) καὶ πολυανθρωπίᾳ συνόδου τῆς κατὰ ἔτος ἕκαστον παρ' αὐτοῖς τελουμένης. Ἐπεὶ δὲ ἔδει με, μετὰ τὴν ἐπάνοδον μαθόντα τὴν κοίμησιν τοῦ μακαρίου διακόνου, καὶ τὰς ἐπιστολὰς ἀργὰς παρ' ἡμῖν κειμένας, μὴ ἡσυχάσαι, διὰ τὸ ἔτι ἡμέρας ἡμῖν τριάκοντα καὶ τρεῖς ἐπὶ τὴν προθεσμίαν ὑπολελεῖφθαι, ἀπέστειλα κατὰ σπουδὴν τῷ αἰδεσιμωτάτῳ ἀδελφῷ Εὐσταθίῳ τῷ συλλειτουργῷ ἡμῶν τὰ γράμματα ταῦτα, ὥστε δι' αὐτοῦ παραπεμφθῆναί σου τῇ σεμνότητι (72), καὶ πάλιν ἐν τάχει ἀνακομισθῆναι ἡμῖν τὰς ἀποκρίσεις. Εἰ μὲν γὰρ δυνατὸν, ἢ ἄλλως ἀρέσκον σοι, παραγενέσθαι, καὶ αὐτοὶ παρεσόμεθα· εἰ δὲ μή, αὐτὸ μὲν, ἂν ὁ Θεὸς θέλῃ, τὸ περυσινὸν ἀποτίσομεν χρέος τῆς συντυχίας· ἐὰν μή τι πάλιν ἐπιγένηται ἡμῖν ἐξ ἁμαρτιῶν κώλυμα, τὴν δὲ τῶν ἐπισκόπων ἔντευξιν εἰς ἕτερον χρόνον ὑπερθησόμεθα.

Cum dudum scripsissem pietati tuæ tum aliis de rebus, tum ut in unum veniremus, spe excidi, non perlatis in manus dignitatis tuæ litteris, quas beatus diaconus Theophrastus accepit quidem, dum necessario ad circuitum quemdam conficiendum peregrinamur, sed minime transmisit ad tuam pietatem, eo quod illum morbus, ex quo mortuus est, antéverterit. Unde tam sero veni ad scribendum, ut ob summas temporis angustias nihil sit utilitatis ex his litteris exspectandum. Nam religiosissimus episcopus Meletius et Theodotus mihi præcepere ut ad ipsos proficiscar; tum ad amoris significationem congressum offerentes, tum etiam emendationem aliquam eorum, quæ nunc molestiam C afferunt, fieri volentes. Indixerunt autem nobis tempus quidem conveniendi, medium mensem Junium proxime sequentem : locum vero Phargamum, locum insignem martyrum splendore, ac frequentissimo conventu singulis annis ab ipsis celebrato. Cum autem mihi, postquam reditu meo didici beatum diaconum obiisse, et litteras apud me inertes jacere, otiandum non esset, eo quod adhuc triginta tres dies nobis ad diem constitutum supersint; misi celeriter ad reverendissimum fratrem Eustathium comministrum nostrum has litteras, ut ipsius opera transmittantur ad tuam gravitatem, ac cito rursus responsa ad nos referantur. Etenim si fieri potest, aut alioqui placitum tibi, ut eo venias, nos quoque veniemus; sin minus, nos certe, D Deo volente, congressus debitum ab anno præterito contractum persolvemus; nisi rursus impedimentum aliquod nobis acciderit ob peccata : congressum vero cum episcopis in aliud tempus differemus.

(68) *Ἀποδημούντων.* Ita sex mss. Editi ἀποδημοῦντος. Ibidem Harl. περίοδον.

(69) *Καὶ διόρθωσιν.* Conjunctio addita ex sex mss. Quod autem ait Basilius Meletium et Theodotum emendationem eorum, quæ molesta erant, exoptasse, id referri debet ad Eustathium, cujus cum Basilio communio lædebat Theodotum.

(70) *Φαργαμοῦν.* Coisl. primus Φαρμαγοῦν.

(71) *Περιφανείᾳ.* Ita mss. sex. Editi ἐπιφανείᾳ.

(72) *Σεμνότητι.* Ita octo mss. Editi τιμιότητι.

* Alias CCXLI, scripta anno 372.

Digitized by Google

EPISTOLA XCVI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ϞϚ'.

Demonstrat Basilius quantum afflicta Cappadocia damnum fecerit, ablato ei præstantissimo præside (Helia). *Rogat ut illum Sophronius commendet Imperatori, et illatas ei criminationes diluat.*

Sophronio magistro.

Σωφρονίῳ μαγίστρῳ.

Ecquis ita civitatem suam diligens, ac patriam, a qua editus in lucem et nutritus æque ac parentes honorans, uti tu ipse, qui et urbi universæ generatim et cuique sigillatim bona precaris, nec precaris solum, sed vota etiam per te ipse confirmas? Hæc enim potes, Deo dante, atque utinam possis quam diutissime, ita benignus ac clemens. Sed tamen, hac te potestate prædito, patria nostra **190** per somnium ditata est, viro quidem commissa, qualem non alium dicunt, qui res nostras antiquissimas sciunt, in rectoris sedem conscendisse; sed cito eo privata improbitate nonnullorum, qui ex illius libero et nescio assentationis animo ansam belli ei inferendi arripuerunt, et calumnias ei instruxerunt, clam tuæ præstantiæ auribus. Quapropter omnes universe lugemus, rectore ablato, qui solus poterat jam in gemina provolutam urbem nostram denuo erigere, æqui sincero custode, affabili injuriam patientibus, terribili delinquentibus, æquabili et eodem pauperibus et divitibus, et quod maximum est, res Christianorum ad antiquum decus revocante. Quod enim a muneribus omnium quos scimus hominum maxime abhorruit, nec cuiquam præter jus gratificatus est, id ut exilius cæteris illius virtutibus prætermittimus. Hæc quidem sero testificamur, nosmetipsos more eorum, qui nænias cantitant, consolantes, nihil rebus auxilii ferentes. Sed tamen nec illud inutile, ut viri memoria in magno tuo pectore recondatur, eique ut bene de patria merito gratiam habeas; ac si quis ex iis, qui se justitiæ posthabitos fuisse moleste ferunt, in ipsum insurrexerit, tuearis ac defendas, omnibusque aperte demonstres eum a te inter necessarios ascribi: satis causæ esse putans ad necessitudinem, tum bonum de eo testimonium, tum ipsam rerum experientiam, quæ tempori minime respondet. Nam quæ ne multis quidem annis ab alio fiant, hæc brevi tempore ab eo perfecta. Porro satis magnum nobis beneficium, ac eorum quæ acciderunt solamen, si et illum commendes imperatori, et illatas ei criminationes diluas. Hæc tibi universam existima patriam una voce mea disserere, ac commune omnium votum esse, ut præstantiæ tuæ ope aliquid huic viro prospere ac feliciter cedat.

Καὶ τίς οὕτω φιλόπολις, ὃς τὴν ἐνεγκοῦσαν καὶ θρεψαμένην πατρίδα ἴσα γονεῦσι τιμῶν, ὡς αὐτὸς σὺ, κοινῇ τε πάσῃ τῇ πόλει καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ τὰ ἀγαθὰ συνευχόμενος, καὶ οὐκ εὐχόμενος μόνον, ἀλλὰ καὶ βεβαιῶν τὰς εὐχὰς διὰ σαυτοῦ; Δύνασαι γάρ που σὺν Θεῷ τὰ τοιαῦτα, καὶ δύναιό γε ἐπὶ μήκιστον, οὕτω χρηστὸς ὤν. Ἀλλ' ὅμως ἐπὶ σοῦ ὄναρ ἐπλούτησεν ἡ πατρὶς ἡμῶν, ἄνδρα μὲν ἔχουσα τὸν τὴν ἐπιμέλειαν αὐτῆς ἐπιτραπέντα, οἷον οὔ φασιν ἄλλον οἱ τὰ παλαιότατα τῶν παρ' ἡμῖν ἐπιστάμενοι ἐπὶ τῶν ἀρχικῶν (73) θρόνων πρότερον ἀναβῆναι· ἐπηρείᾳ δέ τινων ἀφαιρεθεῖσα ταχέως, οἳ τὸ ἐλεύθερον τοῦ ἀνδρὸς καὶ ἀθώπευτον τοῦ πρὸς αὐτὸν πολέμου ἀφορμὴν ἐποιήσαντο, καὶ διαβολὰς αὐτῷ κατεσκεύασαν, λαθόντες τὰς ἀκοὰς τῆς σῆς τελειότητος. Διὸ πανδημεὶ πάντες σκυθρωπάζομεν, ζημιωθέντες ἄρχοντα, μόνον δυνάμενον εἰς γόνυ κλιθεῖσαν ἤδη τὴν πόλιν ἡμῶν ἀνορθῶσαι, ἀληθῆ (74) φύλακα τοῦ δικαίου, εὐπρόσιτον τοῖς ἀδικουμένοις, φοβερὸν τοῖς παρανομοῦσιν, ἴσον καὶ πένησι καὶ πλουσίοις, καὶ τὸ μέγιστον, τὰ τῶν Χριστιανῶν πράγματα πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἐπανάγοντα τιμήν. Τὸ γὰρ, ὅτι ἀδωρότατος ὢν ἴσμεν ἀνθρώπων, καὶ οὐδενὶ (75) παρὰ τὸ δίκαιον χαριζόμενος, ὡς μικρότερα τῆς λοιπῆς ἀρετῆς τοῦ ἀνδρὸς παρελίπομεν. Ταῦτα ὀψὲ μὲν τοῦ καιροῦ μαρτυροῦμεν, ὥσπερ οἱ μονῳδοῦντες ἑαυτοὺς (76) παραμυθούμενοι, οὐχὶ τοῖς πράγμασί τι ποιοῦντες χρήσιμον· πλὴν οὐδὲ τοῦτο ἄχρηστον, ἐν τῇ μεγάλῃ σου ψυχῇ τὴν μνήμην τοῦ ἀνδρὸς ἀποκεῖσθαι, χάριν τε εἰδέναι ὡς εὐεργέτῃ τῆς ἐνεγκούσης· καὶ εἴ τις ἐπιφύοιτο αὐτῷ τῶν διὰ τὸ μὴ προτιμηθῆναι τοῦ δικαίου χαλεπαινόντων, ὑπερμαχεῖν καὶ προΐστασθαι, πᾶσι ποιήσαντα φανερὸν, ὅτι οἰκεῖον σεαυτῷ τὸν ἄνδρα τίθεσαι, ἀρκοῦσαν ἀφορμὴν εἰς οἰκειότητα τὴν ἀγαθὴν περὶ αὐτοῦ μαρτυρίαν τιθέμενος, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων πεῖραν, οὐ κατὰ τὴν τῶν χρόνων ἀναλογίαν ὑπάρχουσαν. Ἃ γὰρ οὐδ' ἂν ἐν πολλοῖς ἔτεσι παρ' ἄλλου γένοιτο, ταῦτα ἐν ὀλίγῳ παρ' αὐτοῦ κατώρθωται. Ἀρκοῦσα δ' ἡμῖν χάρις, καὶ τῶν συμβάντων παραμυθία, ἐὰν καὶ βασιλεῖ συστήσῃς αὐτὸν, καὶ τὰς ἐπενεχθείσας αὐτῷ διαβολὰς ἀποσκευάσῃ. Ταῦτά σοι πᾶσαν οἷον τὴν πατρίδα διὰ μιᾶς τῆς ἡμετέρας φωνῆς διαλέγεσθαι, καὶ κοινὴν εἶναι πάντων εὐχὴν, γενέσθαι τι τῷ ἀνδρὶ διὰ τῆς σῆς τελειότητος δεξιόν.

* Alias CCCXXXII, scripta anno 372.

(73) *Ἐπὶ τῶν ἀρχικῶν.* Ita Coisl. uterque, Harl., Reg. secundus et Bigot. alter. Editi ἐπὶ τὸν ἀρχικὸν θρόνον. Sed hujus scripturæ videntur auctores fuisse librarii, dum metuunt ne præpositio minus recte cum genitivo conjungatur. Eam tamen similiter cum genitivo conjungit Basilius in epist. 58.

(74) *Ἀληθῆ.* Sic Harl., Med., Coisl. primus et Clarom. Editi ἀκριβῆ, *accurato æqui custodi.*

(75) *Οὐδενί.* Multi codices οὐδέν.

(76) *Ἑαυτούς.* Ita septem mss. Editi ἑαυτοῖς.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ϛΖ'.

EPISTOLA XCVII*.

Eximium pacis studium declarat Basilius in vehementi illa dissensione, quæ ei cum Anthimo ob Cappadociæ divisionem supervenit.

Τῇ βουλῇ Τυάνων.

Ὁ ἀνακαλύπτων βαθέα, καὶ φανερῶν βουλὰς καρδιῶν, Κύριος ἔδωκε καὶ τοῖς ταπεινοῖς σύνεσιν τῶν δυσθεωρήτων, ὡς τινες οἴονται, τεχνασμάτων. Οὐδὲν οὖν ἡμᾶς ἔλαθεν, οὔτε τῶν πεπραγμένων τι κεκρυμμένον· ἀλλ' ὅμως ἡμεῖς οὔτε ὁρῶμεν, οὔτε ἀκούομεν ἄλλο τι ἢ τὴν εἰρήνην τοῦ Θεοῦ καὶ ὅσα (77), πρὸς αὐτὴν φέρει. Εἰ γὰρ καὶ ἕτεροι δυνατοὶ, καὶ μεγάλοι, καὶ ἑαυτοῖς πεποιθότες, ἀλλ' ἡμεῖς οἱ μηδὲν, καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξιοι· ὥστε οὐκ ἄν ποτε (78) τοσοῦτον ἑαυτοῖς λάβοιμεν, ὡς ἐν τῇ μονώσει δύνασθαι νομίσαι περιέσεσθαι τῶν πραγμάτων· ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι πλέον ἡμεῖς τῆς ἑνὸς ἑκάστου τῶν ἀδελφῶν ἐπικουρίας δεόμεθα ἢ ὅσον ἡ ἑτέρα τῶν χειρῶν τῆς ἑτέρας. Ἐπεὶ καὶ ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν κατασκευῆς τὸ ἀναγκαῖον τῆς κοινωνίας ὁ Κύριος ἡμᾶς ἐδίδαξεν. Ὅταν γὰρ πρὸς αὐτὰ ταῦτα ἀπίδω (79) τὰ μέλη ἡμῶν, ὅτι ἐν οὐδὲν ἑαυτῷ πρὸς ἐνέργειαν αὔταρκες, πῶς ἐμαυτὸν λογίσομαι ἐξαρκεῖν ἑαυτῷ πρὸς τὰ τοῦ βίου πράγματα; Οὔτε γὰρ ἂν ποῦς ἀσφαλῶς βαδίσειε, μὴ συνυποστηρίζοντος τοῦ ἑτέρου· οὔτε ὀφθαλμὸς ὑγιῶς ἴδοι, μὴ κοινωνὸν ἔχων τὸν ἕτερον, καὶ μετ' αὐτοῦ συμφώνως προσβάλλων τοῖς ὁρατοῖς. Ἡ ἀκοὴ ἀκριβεστέρα ἡ δι' ἀμφοῖν τοῖν πόροιν τὴν φωνὴν δεχομένη, καὶ ἀντίληψις κραταιοτέρα τῇ κοινωνίᾳ τῶν δακτύλων. Καὶ ἁπαξαπλῶς οὐδὲν οὔτε τῶν ἐκ φύσεως οὔτε τῶν ἐκ προαιρέσεως κατορθουμένων ὁρῶ ἄνευ τῆς τῶν ὁμοφύλων συμπνοίας ἐπιτελούμενον· ὅπου γε καὶ αὐτὴ ἡ προσευχὴ μὴ ἔχουσα τοὺς συμφωνοῦντας ἀδρανεστέρα ἐστὶ πολλῷ ἑαυτῆς, καὶ ὁ Κύριος ἐπηγγείλατο μέσος γενήσεσθαι μεταξὺ (80) δύο ἢ τριῶν ἐπικαλουμένων αὐτὸν ἐν ὁμονοίᾳ. Καὶ αὐτὴν δὲ τὴν οἰκονομίαν ὁ Κύριος κατεδέξατο, ἵνα εἰρηνοποιήσῃ διὰ τοῦ αἵματος τοῦ σταυροῦ αὐτοῦ εἴτε τὰ ἐπὶ τῆς γῆς εἴτε τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Ὥστε, διὰ ταῦτα πάντα, ἐν εἰρήνῃ μένειν τὰς λειπομένας ἡμῶν ἡμέρας εὐχόμεθα· ἐν εἰρήνῃ δὲ γενέσθαι τὴν κοίμησιν ἡμῶν αἰτοῦμεν. Ὑπὲρ ταύτης οὐδὲ πόνον ἐλλείπειν ὄντινα οὖν ἔγνωκα, οὐ ταπεινόν τι φθέγξασθαι ἢ ποιῆσαι, οὐχ ὁδοιπορίας μῆκος ὑπολογίσασθαι, οὐκ ἄλλο τι τῶν ὀχληρῶν (81) ὑποστείλασθαι, ὥστε τῶν μισθῶν τῆς εἰρηνοποιίας ἐπιτυχεῖν. Κἂν μὲν ἕπηται (82) τις ταῦτα καθηγουμένοις ἡμῖν, τοῦτο ἄριστον, καὶ εὐχῆς τυγχάνει πέρας· ἐὰν δὲ πρὸς τὴν ἐναντίαν ἀφέλκῃ (83), ἐγὼ μὲν οὐδὲ οὕτω τῆς ἐμαυτοῦ κρίσεως ἀποστήσομαι. Αὐτὸς δὲ ἕκαστος τῆς οἰκείας ἐργασίας ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἀνταποδόσεως τοὺς καρποὺς ἐπιγνώσεται.

Senatui Tyanorum.

Redeuntibus ad veritatem aut suspectis Nicæna fides præscribenda, secundum sanam interpretationem. Nam Marcellus consubstantiali, *et quidam a Sabellio orti his vocibus* ex alia essentia vel hypostasi *abusi sunt, quamvis synodus non idem esse doceat essentiam et hypostasim. Fides Nicæna totidem verbis refertur; sed quia de Spiritu sancto obiter tantum ibi actum est, illud nunc necessario præscribendum, ut anathematizentur, qui Spiritum creaturam dicunt aut sentiunt, aut natura sanctum esse non confitentur. Glorificandus est cum Patre et Filio: et ab eorum communione recedendum, qui illum dicunt creaturam. Additur adversus calumniantes, nec genitum illum, nec ingenitum dici. Anathematizantur qui eum administratorium dicunt aut Filio præponunt, et Filium Patri.*

Ἀντίγραφον Πίστεως ὑπαγορευθείσης παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου (48) Βασιλείου, ᾗ ὑπέγραψεν Εὐστάθιος ὁ Σεβαστείας ἐπίσκοπος.

B *Exemplar fidei a sanctissimo Basilio dictæ, cui subscripsit Eustathius Sebastiæ episcopus.*

1. Τοὺς ἢ προληφθέντας ἑτέρᾳ πίστεως ὁμολογίᾳ καὶ μετατίθεσθαι πρὸς τὴν τῶν ὀρθῶν συνάφειαν βουλομένους, ἢ καὶ νῦν πρῶτον ἐν τῇ κατηχήσει τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας ἐπιθυμοῦντας γενέσθαι, διδάσκεσθαι χρὴ τὴν ὑπὸ τῶν μακαρίων Πατέρων ἐν τῇ κατὰ Νίκαιάν ποτε συγκροτηθείσῃ συνόδῳ γραφεῖσαν Πίστιν. Τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο χρήσιμον ἂν εἴη καὶ πρὸς τοὺς ὑπονοουμένους ἐναντίως ἔχειν τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ, καὶ συσκιάζοντας ἑαυτῶν ἀποφυγαῖς εὐπροσώποις τὸ τῆς κακοδοξίας φρόνημα. Καὶ γὰρ καὶ τούτοις αὐτάρκης ἡ ἐγκειμένη Πίστις. Ἢ γὰρ διορθώσαιντο ἑαυτῶν τὴν ἐν τῷ κρυπτῷ νόσον· ἢ συγκαλύπτοντες αὐτὴν ἐν τῷ βάθει, αὐτοὶ μὲν τὸ κρῖμα τῆς ἀπάτης βαστάσουσιν (49), ἡμῖν δὲ τὴν ἀπολογίαν κούφην ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως παρασκευάσουσιν, ὅτε ἀποκαλύψει ὁ Κύριος τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. Λαμβάνειν τοίνυν αὐτοὺς ὁμολογοῦντας προσήκει, ὅτι πιστεύουσι κατὰ τὰ ῥήματα τὰ ὑπὸ τῶν Πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντα ἐν τῇ Νικαίᾳ καὶ κατὰ τὴν ὑγιῶς ὑπὸ τῶν ῥημάτων τούτων ἐμφαινομένην διάνοιαν. Εἰσὶ γάρ τινες οἱ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ Πίστει δολοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα τὸν νοῦν τῶν ἐν αὐτῇ ῥημάτων ἕλκοντες. Ὅπου γε καὶ Μάρκελλος ἐτόλμησεν ἀσεβῶν εἰς τὴν ὑπόστασιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ψιλὸν αὐτὸν ἐξηγούμενος λόγον, ἐκεῖθεν προφασίσασθαι (50) τὰς ἀρχὰς εἰληφέναι, τοῦ *ὁμοουσίου* τὴν

1. Qui aut alia fidei confessione præoccupati sunt, et ad orthodoxorum unitatem transire volunt, aut etiam nunc primum ad institutionem doctrinæ veritatis cupiunt **215** accedere, ii docendi sunt scriptam a beatis Patribus fidem in concilio olim Nicææ coacto. Hoc ipsum autem fuerit utile etiam adversus eos, quos suspicio est doctrinæ sanæ adversari, quique speciosis suis effugiis sensum opinionis pravæ contegunt. Nam his quoque sufficit hæc ipsa fides. Vel enim emendabunt suum ipsorum occultum morbum: aut eum in imo occultantes, ipsi quidem fraudis judicium ferent, C nobis vero facilem in die judicii defensionem parabunt, cum revelabit Dominus abscondita tenebrarum et patefaciet consilia cordium [13]. Sic itaque suscipiendi sunt, ut credere se confiteantur secundum verba a Patribus nostris edita Nicææ, et secundum sanam his verbis significatam sententiam. Sunt enim nonnulli, qui in hac etiam fide doctrinam veritatis depravent, et illius verborum sensum ad suum ipsorum arbitrium detorqueant. Siquidem ausus est et Marcellus, cum in Domini nostri Jesu Christi hypostasim esset impius, ipsumque nudum verbum esse statueret, inde ansam principiorum arripere, *consubstantialis* notionem male exponens. Et nonnulli ab impia Sabellii Libyensis hæresi, hypostasim et essentiam idem esse rati, ansam inde trahunt ad blasphemiæ D

[13] I Cor. IV, 5.

(46) *Τὸ ζῆν καὶ φευκτόν.* Satis acute in eamdem sententiam Gregorius Naz. in epist. 73 in mandatis dat Amazonio, ut si quis quærat, ubi nunc Gregorius, et quid rerum agat, respondere non dubitet eum quiete et tranquille philosophari. Quod si rursus idem roget, quomodo disjunctionem ferat amicorum, non jam fidenter respondeat eum philosophari, sed animo esse admodum imbelli.

(47) *Κεχωρισμένον.* Ita mss. Editio secunda Paris. κεχωρισμένος.

(48) *Ἁγιωτάτου.* Ita Med. et Coisl. uterque, Vat. et Regius secundus. Duo alii ἁγίου. Editi μεγάλου. Deest ἐπίσκοπος in Harl. et duobus aliis.

(49) *Βαστάσουσιν.* Ita mss. septem, ac paulo post totidem παρασκευάσουσιν. Utraque vox in editis tempore præsenti expressa.

(50) *Προφασίσασθαι.* Coisl. secundus et Reg. secundus προφασίζεσθαι.

* Alias LXXVIII. Scripta anno 373.

Digitized by Google

suæ defensionem, quod ita in fide scriptum sit: *Si vero quispiam dixerit ex alia essentia aut hypostasi Filium esse, eum anathemate ferit Catholica et Apostolica Ecclesia.* Non enim idem dixerunt illic essentiam et hypostasim. Etenim si una et eadem notio subjecta vocibus, quid opus erat utraque? Sed perspicuum est, aliis quidem (Filium) ex Patris essentia esse negantibus, aliis vero neque ex essentia esse, sed ex aliqua alia hypostasi dicentibus, illos ita demum utramque opinionem tanquam a sententia ecclesiastica alienam rejecisse. Nam ubi suam ipsorum declarabant sententiam, dixerunt ex essentia Patris Filium, non amplius adjicientes illud, *ex hypostasi.* Quare illud quidem ad eversionem positum est nequioris sententiæ; hoc vero declarationem habet salutaris dogmatis. Confitendum igitur est consubstantialem esse Patri Filium, quemadmodum scriptum est. Confitendum etiam, in propria hypostasi Patrem esse, in propria Filium, in propria Spiritum sanctum, quemadmodum et ipsi manifeste exposuerunt. Plene enim et clare ostenderunt, dicendo, *lumen de lumine,* aliud quidem esse lumen quod genuit, aliud vero quod genitum est, lumen tamen et lumen, ita ut una et eadem sit essentiæ ratio. Apponamus autem jam et ipsam, quæ Nicææ conscripta est, fidem.

A διάνοιαν κακῶς ἐξηγούμενος. Καί τινες τῶν ἀπὸ τῆς δυσσεβείας τοῦ Λίβυος Σαβελλίου, ὑπόστασιν καὶ οὐσίαν ταυτὸν εἶναι ὑπολαμβάνοντες, ἐκεῖθεν ἔλκουσι τὰς ἀφορμὰς πρὸς τὴν κατασκευὴν τῆς ἑαυτῶν βλασφημίας, ἐκ τοῦ ἐγγεγράφθαι τῇ Πίστει, ὅτι *Ἐὰν δέ τις λέγῃ* (51) *ἐξ ἑτέρας οὐσίας ἢ ὑποστάσεως τὸν Υἱόν, ἀναθεματίζει ἡ Καθολικὴ καὶ Ἀποστολικὴ Ἐκκλησία.* Οὐ γὰρ ταυτὸν εἶπον ἐκεῖ (52) οὐσίαν καὶ ὑπόστασιν. Εἰ γὰρ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐδήλουν ἔννοιαν αἱ φωναί, τίς χρεία ἦν ἑκατέρων; Ἀλλὰ δῆλον, ὅτι, ὡς τῶν μὲν ἀρνουμένων τὸ ἐκ τῆς οὐσίας εἶναι τοῦ Πατρὸς, τῶν δὲ λεγόντων, οὔτε ἐκ τῆς οὐσίας (53), ἀλλ' ἐξ ἄλλης τινὸς ὑποστάσεως, οὕτως ἀμφότερα, ὡς ἀλλότρια τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ φρονήματος, ἀπηγόρευσαν. Ἐπεὶ ὅπου γε τὸ ἑαυτῶν ἐδήλουν φρόνημα, εἶπον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν· οὐκέτι προσθέντες καὶ τὸ, *ἐκ τῆς ὑποστάσεως.* Ὥστε ἐκεῖνο μὲν ἐπ' ἀθετήσει κεῖται τοῦ πονηροῦ φρονήματος· τοῦτο δὲ φανέρωσιν ἔχει τοῦ σωτηρίου δόγματος. Δεῖ τοίνυν ὁμολογεῖν ὁμοούσιον τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, καθὼς γέγραπται· ὁμολογεῖν δὲ ἐν ἰδίᾳ μὲν ὑποστάσει τὸν Πατέρα, ἐν ἰδίᾳ δὲ τὸν Υἱὸν, καὶ ἐν ἰδίᾳ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὰ καὶ αὐτοὶ σαφῶς (54) ἐκδεδώκασιν. Αὐτάρκως γὰρ καὶ σαφῶς (55) ἐνεδείξαντο εἰπόντες, *φῶς ἐκ φωτὸς,* ὅτι ἕτερον μὲν τὸ γεννῆσαν φῶς, ἕτερον δὲ τὸ γεννηθὲν, φῶς μέντοι καὶ φῶς· ὥστε ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι τὸν τῆς οὐσίας λόγον. Ἐγκείσθω δὴ ἡμῖν καὶ αὐτὴ ἡ Πίστις ἡ κατὰ Νίκαιαν συγγραφεῖσα.

B

2. *Credimus in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium tam visibilium quam invisibilium factorem. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei, genitum ex Patre Unigenitum, hoc est, ex essentia Patris. Deum de Deo, lumen de* **216** *lumine, Deum verum de Deo vero: genitum, non factum; consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, tum quæ in cœlo, tum quæ in terra. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est, factus homo: passus est, et resurrexit tertia die, ascendit ad cœlos, venturus ad judicandum vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Qui autem dicunt, Erat aliquando, quando non erat, et antequam nasceretur non erat, et quod ex non existentibus, factus est, aut dicunt eum ex alia hypostasi aut essentia esse, aut mutabilem, aut alterabilem Dei Filium, eos anathemate percutit Catholica et Apostolica Ecclesia.*

C

D

2. *Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον* (56) *Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς Μονογενῆ, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός· Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν* (57) *τῇ γῇ. Τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα* (58), *καὶ σαρκωθέντα, ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Τοὺς δὲ λέγοντας· Ἦν ποτε, ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τοὺς τοιούτους ἀναθεματίζει ἡ Καθολικὴ καὶ Ἀποστολικὴ Ἐκκλησία.*

(51) *Λέγῃ.* Sic Medicæus codex cum tribus aliis. Harl. λέγει. Editi λέξῃ.

(52) *Ἐκεῖ.* Ita septem mss. Editi ἐκεῖνοι.

(53) *Οὔτε ἐκ τῆς οὐσίας.* Totus hic locus perdifficilis; sed tamen eum explanare conabimur in Præfatione, ubi sententiam Basilii de hypostasi expendemus. Interim observabo in uno ex codicibus Regiis, quem citat Combefisius, legi ὅτι ἐξ οὐσίας, quæ scriptura plurimum arridet Combefisio.

(54) *Σαφῶς.* Non male Harl. et unus ex Regiis codicibus εὐσεβῶς. Nam primum adverbium statim iterum occurrit minus eleganter.

(55) *Καὶ σαφῶς.* Ita mss. septem. Editi et Harl. secunda manu καὶ σοφῶς. Editio Parisiensis secunda in priore habet σοφῶς, in altero σαφῶς.

(56) *Κύριον.* Editi addunt ἡμῶν, quod deest in septem mss.

(57) *Καὶ τὰ ἐν.* Addidimus illud τά ex sex mss.

(58) *Κατελθόντα.* Editiones Parisienses et secunda Basil. addunt ἐκ τῶν οὐρανῶν, quæ desunt in octo mss. et vetustis editionibus. Paulo post deest in sex mss. articulus ante οὐρανούς, quem tamen habebant editi.

Digitized by Google

3. Ἐπεὶ οὖν ἐνταῦθα τὰ μὲν ἄλλα ἀρκούντως καὶ ἀκριβῶς διώρισται, τὰ μὲν ἐπὶ διορθώσει τῶν βλαβέντων, τὰ δὲ εἰς προφυλακὴν τῶν προσδοκωμένων ὑποφυήσεσθαι· ὁ δὲ περὶ τοῦ Πνεύματος λόγος ἐν παραδρομῇ κεῖται, οὐδεμιᾶς ἐξεργασίας ἀξιωθείς, διὰ τὸ μηδέπω τότε τοῦτο κεκινῆσθαι τὸ ζήτημα, ἀλλ' ἀνεπιβούλευτον ἐνυπάρχειν ταῖς τῶν πιστευόντων ψυχαῖς τὴν περὶ αὐτοῦ διάνοιαν· κατὰ μικρὸν δὲ προϊόντα τὰ πονηρὰ τῆς ἀσεβείας σπέρματα, ἃ πρότερον μὲν ὑπὸ Ἀρείου τοῦ προστάτου τῆς αἱρέσεως κατεβλήθη, ὕστερον δὲ ὑπὸ τῶν τὰ ἐκείνου κακῶς διαδεξαμένων, ἐπὶ λύμῃ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐξετράφη, καὶ ἡ ἀκολουθία τῆς ἀσεβείας εἰς τὴν κατὰ τοῦ Πνεύματος βλασφημίαν ἀπέσκηψεν (59)· ἀναγκαῖον πρὸς τοὺς μὴ φειδομένους ἑαυτῶν, μηδὲ προορωμένους τὴν ἄφυκτον ἀπειλήν, ἣν τοῖς βλασφημοῦσιν εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὁ Κύριος ἡμῶν ἐπανετείνατο (60), ἐκεῖνο προτείνειν, ὅτι χρὴ αὐτοὺς ἀναθεματίζειν τοὺς λέγοντας κτίσμα τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ τοὺς νοοῦντας οὕτω, καὶ τοὺς μὴ ὁμολογοῦντας αὐτὸ φύσει ἅγιον εἶναι, ὡς ἔστι φύσει ἅγιος ὁ Πατήρ, καὶ φύσει ἅγιος ὁ Υἱός, ἀλλ' ἀποξενοῦντας αὐτὸ τῆς θείας καὶ μακαρίας φύσεως. Ἀπόδειξις δὲ τοῦ ὀρθοῦ φρονήματος τὸ μὴ χωρίζειν αὐτὸ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ (δεῖ γὰρ ἡμᾶς βαπτίζεσθαι μέν, ὡς παρελάβομεν· πιστεύειν δὲ, ὡς βαπτιζόμεθα· δοξάζειν δὲ, ὡς πεπιστεύκαμεν, Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα), ἀφίστασθαι δὲ τῆς κοινωνίας τῶν κτίσμα λεγόντων, ὡς φανερῶς βλασφημούντων· ἐκείνου διωμολογημένου (ἀναγκαία γὰρ ἡ ἐπισημείωσις διὰ τοὺς συκοφάντας), ὅτι οὔτε ἀγέννητον λέγομεν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἕνα γὰρ οἴδαμεν ἀγέννητον καὶ μίαν τῶν ὄντων ἀρχὴν, τὸν Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· οὔτε γεννητόν· ἕνα γὰρ μονογενῆ ἐν τῇ παραδόσει τῆς Πίστεως δεδιδάγμεθα· τὸ δὲ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι διδαχθέντες, ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι ὁμολογοῦμεν ἀκτίστως. Ἀναθεματίζειν δὲ καὶ τοὺς λειτουργικὸν λέγοντας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς διὰ τῆς φωνῆς ταύτης εἰς τὴν τοῦ κτίσματος κατάγοντας τάξιν. Τὰ γὰρ λειτουργικὰ πνεύματα κτίσματα ἡμῖν ἡ Γραφὴ παρέδωκεν, εἰποῦσα, ὅτι *Πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα.* Διὰ δὲ τοὺς πάντα φύροντας, καὶ μὴ φυλάσσοντας τὴν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις διδασκαλίαν, ἀναγκαῖόν ἐστι καὶ τοῦτο προσδιαστείλασθαι· ὅτι φεύγειν δεῖ καὶ τοὺς τὴν ἀκολουθίαν ἣν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ Κύριος ἐναμείβοντας, ὡς φανερῶς μαχομένους τῇ εὐσεβείᾳ (61)· καὶ Υἱὸν μὲν προτάσσοντας τοῦ Πατρὸς, Υἱοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον προτιθέντας. Ἀκίνητον γὰρ καὶ ἀπαρεγχείρητον φυλάσσειν προσήκει τὴν ἀκολουθίαν, ἣν ἐξ αὐτῆς τοῦ Κυρίου τῆς φωνῆς παρελάβομεν, εἰπόντος· *Πορευθέντες, μα-*

3. Quoniam igitur hic cætera quidem plene et accurate definita sunt, partim ad emendanda quæ læsa fuerant, partim ad præcavenda quæ suboritura prævidebantur; doctrina autem de Spiritu sancto strictim posita, nec ullam disquisitionem visa requirere, eo quod nondum tunc esset hæc mota quæstio, sed sine insidiis insita esset credentium animis de illo sententia : paulatim autem crescentia impietatis semina, quæ prius quidem ab Ario hæresis auctore jacta, postea vero ab iis qui illius errores improbe exceperunt, ad Ecclesiarum perniciem enutrita sunt, ipsaque impietatis series in blasphemiam contra Spiritum erupit; propterea adversus eos, qui sibiipsis non parcunt, neque inevitabiles minas a Domino nostro Spiritus sancti blasphematoribus intentatas prospiciunt, illud necessario proponendum est : oportere ut anathemate feriant eos qui Spiritum sanctum dicunt esse creaturam, et eos qui sic sentiunt, et eos qui non confitentur eum natura sanctum esse, sicut natura sanctus est Pater, et natura sanctus est Filius, sed ipsum a divina ac beata natura abalienant. Rectæ autem sententiæ argumentum est, illum non separare a Patre et Filio (oportet enim nos baptizari quemadmodum accepimus, et credere quemadmodum baptizamur, glorificare vero ita, ut credimus, Patrem et Filium et Spiritum sanctum) atque etiam ab eorum qui Spiritum creaturam dicunt, ut aperta blasphemantium, communione recedere : hoc explorato et citra controversiam manente (nam necessaria est ob sycophantas observatio) neque ingenitum dici a nobis Spiritum sanctum; unum enim novimus ingenitum, et unum rerum principium, Patrem Domini nostri Jesu Christi : neque genitum; unum enim esse unigenitum, in fidei traditione didicimus : Spiritum autem veritatis ex Patre procedere edocti, ex Deo esse confitemur citra creationem. Præterea anathemate feriendi, qui administratorium dicunt Spiritum sanctum, ut qui illum in creaturarum ordinem hac voce detrudant. Nam administratorios spiritus creaturas esse nobis tradidit Scriptura, ubi dicit : *Omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi*[14-15]. Denique propter eos qui omnia permiscent, nec doctrinam in Evangeliis relictam **217** custodiunt, necesse est hoc quoque declarare, eos etiam qui ordinem nobis a Domino traditum invertunt, et Filium ante Patrem, et Spiritum sanctum ante Filium collocant, fugiendos esse, ut qui aperte cum pietate pugnent. Immotus enim et inviolabilis custodiendus ordo, quem ex ipsa Domini voce traditum accepimus,

[14-15] Hebr. I, 14.

(59) Ἀπέσκηψεν. Coisl. uterque et unus ex Regiis ἐπέσκηψεν.

(60) Ἐπανετείνατο. Coisl. primus ἐπανετείνετο.

(61) Τῇ εὐσεβείᾳ. Ita novem mss. Editi τῇ ἀληθείᾳ.

Digitized by Google

dicentis : *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* [16].

Subscriptio Eustathii episcopi.

Eustathius episcopus hæc a me tibi Basilio lecta agnovi; et ea quæ supra scripta sunt, comprobavi. Subscripsi autem una mecum præsentibus fratribus, Frontone nostro, et chorepiscopo Severo, et aliis quibusdam clericis.

A θητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Ὑπογραφὴ (62) Εὐσταθίου ἐπισκόπου.

Εὐστάθιος (63) ἐπίσκοπος σοὶ Βασιλείῳ ἀναγνοὺς ἐγνώρισα, καὶ συνῆνεσα τοῖς προγεγραμμένοις· Ὑπέγραψα δὲ συμπαρόντων μοι τῶν ἀδελφῶν, τοῦ ἡμετέρου Φρόντωνος, καὶ τοῦ χωρεπισκόπου (64) Σεβήρου, καὶ ἄλλων τινῶν κληρικῶν.

EPISTOLA CXXVI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΚϚ'.

Atarbium, qui adveniente Nicopolim Basilio aufugerat, commonet Basilius ut ad se veniat, rationem eorum redditurus, quæ contra Basilium in Ecclesia, et contra fidem dixisse eum viri graves asseverabant.

Atarbio.

Cum Nicopolim usque venissem, sperans me et tumultus excitatos sedaturum et quantum fieri B posset, remedium his quæ præter ordinem ac legem ecclesiasticam acta fuerant, laturum; dolui vehementer, ubi probitatem tuam non offendi, sed te omni celeritate didici excessisse, idque e medio fere conventu, qui a vobis habebatur. Quapropter necessario ad scribendam epistolam veni, qua te ut ad nos accedas commoneo, ut ipse per te mœrorem nostrum lenias, quo ad mortem usque perculsi sumus, postquam audivimus te media in ecclesia ausum ea esse, quæ hactenus auribus nostris inaudita erant. Atque hæc quidem etsi molesta ac gravia, adhuc tamen tolerabilia sunt, utpote in hominem gesta, qui vindictam eorum quæ passus est Deo committens, totus in eo C est ut conciliet pacem, nec sua culpa noxii quidquam populo Dei eveniat. Sed quia nonnulli ex honorandis et fide omni dignis fratribus nuntiaverunt nobis quædam in fide a te novari, et contra sanam doctrinam pronuntiari; his magis commoti, atque magno æstu agitati, ne præter innumera vulnera ab his qui in Evangelii veritatem pecca-

[16] Matth. xxviii, 19.

Ἀταρβίῳ (65).

Παραγενόμενοι μέχρι τῆς Νικοπόλεως ἐπ' ἐλπίδι B τοῦ καὶ τὰς κινηθείσας ταραχὰς ἐπανορθώσασθαι, καὶ τὴν ἐνδεχομένην ἐπαγαγεῖν παραμυθίαν (66) τοῖς ἀτάκτως καὶ παρὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν θεσμὸν γενομένοις (67), σφόδρα ἠθυμήσαμεν μὴ καταλαβόντες σου τὴν χρηστότητα, ἀλλὰ μαθόντες ἐξεληλακέναι σε πρὸς πᾶσαν ἔπειξιν, καὶ ταῦτα μεσούσης σχεδὸν τῆς συνόδου, τῆς παρ' ὑμῶν τελουμένης. Διὸ ἀναγκαίως ἐπὶ τὸ γράμμα ἤλθομεν, δι' οὗ ὑπομιμνήσκομεν ἀπαντῆσαι πρὸς ἡμᾶς, ἵνα αὐτὸς διὰ σαυτοῦ παραμυθήσῃ ἡμῶν τὴν λύπην, ἣν μέχρι θανάτου λελυπήμεθα, ἀκούσαντες ἐπὶ μέσης τῆς ἐκκλησίας τετολμῆσθαι πράγματα οὔπω μέχρι τῆς ἡμέρας ταύτης εἰς ἀκοὴν ἡμετέραν ἐλθόντα. Καὶ ταῦτα μὲν, εἰ καὶ λυπηρὰ καὶ βαρέα, ἀλλ' ἔτι φορητὰ, διὰ τὸ εἰς ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, ὃς, τὴν ὑπὲρ ὧν πέ- C πονθεν ἐκδίκησιν τῷ Θεῷ ἐπιτρέψας, ὅλος ἐστὶ τῆς εἰρήνης καὶ τοῦ μηδὲν παρὰ τὴν αὐτοῦ (68) αἰτίαν βλαβερὸν γίνεσθαι τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ. Ἐπειδὴ δέ τινες τῶν τιμίων καὶ πάσης πίστεως ἀξίων ἀδελφῶν ἀπήγγειλαν ἡμῖν, ὡς περὶ τὴν πίστιν καινοτομουμένων τινῶν, καὶ λαλουμένων παρὰ σοῦ ὑπεναντίως τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ· ἐπὶ τούτοις (69) πλέον συγκινη-

* Alias CCCCLXIV. Scripta anno 373.

(62) *Ὑπογραφή.* Harl. et unus ex Regiis καὶ ὑπέγραψεν Εὐστάθιος ὁ Σεβαστείας ἐπίσκοπος, *et subscripsit Eustathius Sebastiæ episcopus.*

(63) *Εὐστάθιος.* Editiones Parisienses cum secunda Basileensi addunt ἐγὼ ante hanc vocem, sed deest in nostris codicibus et in editionibus antiquioribus.

(64) *Χωρεπισκόπου.* Coisl. primus et Reg. secundus ἐπισκόπου.

(65) *Ἀταρβίῳ.* Codex Claromontanus, qui recentissimus est, Ἀταρβίῳ Νικοπόλεως, *Atarbio Nicopolitano.* At id prorsus repugnat, cum Nicopolis non alium tunc habuerit episcopum, quam Theodotum. Codex Coisl. antiquissimus et Med. ita hunc titulum exhibent: Ἀταρβίῳ Νεοκαισαρείας, *Atarbio Neocæsareæ.* Hanc scripturam confirmant non improbabilium rationum momenta, de quibus in *Vita S. Basilii.*

(66) *Παραμυθίαν.* Hac voce designatur temperamentum quoddam et accommodatio in rebus difficilioribus. Hinc Basilius eos, qui juraverant se ordinationem non accepturos, et postea acceperant, negat ministerio perfungi debere, *si nulla prorsus sit rei leniendæ ratio,* ἐὰν μηδεμία ᾖ μηδαμόθεν παραμυθία, can. 1. Ibidem vocat παραμυθίαν prudentem illam accommodationem, qua usus est in interpretando jurejurando, quo Cyriacum presbyterum Severus episcopus obstrinxerat. Sperabat ergo Basilius Nicopolim proficiscens, se motus, quos Fausti præter canones ordinatio conciaverat, aliquo temperamento sedaturum. Atque inde colligi potest honorificum Fausto testimonium a Pœmenio tributum fuisse, quem Basilius supra in epist. 122 rogat, ut certiorem se faciat utrum res sanari necne possit, numque laudabilis sit Fausti vita significet. Quomodo rem temperaverit Basilius, plane nescio. Sed tamen aliquid communi consensu decretum et constitutum fuisse, perspici potest ex epistola sequenti, in qua Basilius plurimum se utilitatis ex Jovini episcopi adventu, ac ipsum Anthimum qui Faustum ordinaverat, jam sibi amicum factum esse testatur.

(67) *Γενομένοις.* Med. et Coisl. primus γεγενημένοις.

(68) *Παρὰ τὴν αὐτοῦ.* Legitur ἑαυτοῦ in Coisl. primo. Ibidem editi γενέσθαι. Harl. prima manu et plures alii γίνεσθαι. Mox codex Harl. τῶν τιμιωτάτων.

(69) *Ἐπὶ τούτοις.* Coisl. primus ἐπὶ τούτῳ. Mox editi μή πού τε. Sex mss. μή πού τι.

Digitized by Google

θέντες, καὶ πολὺν ἀγῶνα ἀγωνιάσαντες τοῦ μή πού τι πρὸς τοῖς μυρίοις τραύμασιν, οἷς πέπονθεν ἡ Ἐκκλησία παρὰ τῶν εἰς τὴν ἀλήθειαν τοῦ Εὐαγγελίου ἐξαμαρτόντων (70), ἔτι καὶ ἄλλο ἀναφυῇ κακὸν, ἀνανεωθείσης τῆς παλαιᾶς τοῦ ἐχθροῦ τῆς Ἐκκλησίας Σαβελλίου αἱρέσεως (τούτοις γὰρ οἱ ἀδελφοὶ ἀπήγγειλαν (71) ἡμῖν συγγενῆ εἶναι τὰ εἰρημένα), τούτου ἕνεκεν ἐπεστείλαμεν, ἵνα μὴ ὀκνήσῃς μικρὸν διάστημα κινηθεὶς καταλαβεῖν ἡμᾶς, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις πληροφορίαν παρασχόμενος, ἡμῶν τε τὴν ὀδύνην κατα- A verunt, Ecclesiæ inflicta, adhuc **218** etiam malum aliud nascatur, renovata ac redintegrata veteri hostis Ecclesiæ Sabellii hæresi (his enim fratres narraverunt nobis affinia esse dicta), eam ob causam scripsimus, ut ne graveris ad nos parvo itinere confecto accedere, ac plene de his rebus satisfaciens, tum dolorem nostrum mitigare, tum Dei Ecclesias solari, quæ nunc intolerabili et gravi dolore et ob ea quæ gesta sunt, et ob ea quæ rumor est a te dicta esse, afficiuntur.

πραῦναι, καὶ τὰς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας παραμυθήσασθαι, τὰς νῦν ἀφορήτως καὶ βαρέως ἐπί τε τοῖς πεπραγμένοις καὶ ἐπὶ τοῖς θρυλλουμένοις εἰρῆσθαι παρὰ σοῦ λυπουμένας.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΚΖ'

EPISTOLA CXXVII*.

Narrat se Nicopoli gravibus molestiis laborantem, adventu Jovini recreatam fuisse; ac Eusebium rogat ut eum pro rebus sua et canonum causa fortiter gestis collaudet.

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων. B *Eusebio, episcopo Samosatorum.*

Ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ὁ συμμέτρους ταῖς θλίψεσι τὰς παρακλήσεις συνάπτων, καὶ παρακαλῶν τοὺς ταπεινοὺς, ἵνα μὴ λάθωσιν ὑπὸ τῆς περισσοτέρας λύπης καταποθέντες, ἴσην ταῖς ἐπιγενομέναις ἡμῖν κατὰ τὴν Νικόπολιν ταραχαῖς τὴν παραμυθίαν ἐπήγαγε, τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Ἰοβῖνον ἐν καιρῷ ἐπιστήσας· ὃς ὅπως εὐκαίρως ἡμῖν ἐπεφάνη, αὐτὸς διηγησάσθω. Ἡμεῖς γὰρ, φειδόμενοι τοῦ μήκους τῆς ἐπιστολῆς, σιωπήσομεν· καὶ ἵνα μὴ δόξωμεν τοὺς ἐκ μεταβολῆς ἀγαπητοὺς ἡμῖν γενομένους (72) οἱονεὶ τῇ ὑπομνήσει τοῦ σφάλματος στηλιτεύειν. Ἀλλὰ παράτοι ὁ ἅγιος Θεὸς ἐπιστῆναί σε τοῖς ἡμετέροις τόποις, ὥστε περιπτύξασθαι μὲν τὴν σὴν σεμνοπρέπειαν, διηγήσασθαι δὲ τὰ καθ' ἕκαστον. Πέφυκε γὰρ πως τὰ κατὰ τὴν πεῖραν λυπήσαντα C ψυχαγωγίαν τινὰ (73) ἔχειν ἐν διηγήμασι. Πλὴν ἀλλ' ὑπὲρ ὧν τελείως μὲν ὡς πρὸς τὴν εἰς ἡμᾶς ἀγάπην, προηγουμένως (74) δὲ καὶ στιβαρῶς ὡς πρὸς τὴν τῶν κανόνων ἀκρίβειαν ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος ἐκινήθη, ἐπαίνεσον αὐτόν· καὶ εὐχαρίστησον τῷ Κυρίῳ, ὅτι τὰ σὰ θρέμματα πανταχοῦ τὸν χαρακτῆρα τῆς σῆς σεμνότητος δείκνυσιν.

Deus benignissimus, qui paria molestiis solatia innectit et consolatur humiles, ne imprudentes nimia tristitia absorbeantur, æqualem iis, quæ nobis Nicopoli obtigerunt, perturbationibus consolationem adjunxit, religiosissimum episcopum Jovinum in tempore adducens: qui quidem quam opportune nobis advenerit, ipse exponat. Nos enim, ne epistola multum protrahatur, tacebimus; tum etiam ne videamur eos qui mutatis animis amici nobis facti sunt, culpæ commemoratione quodam modo notare. Sed largiatur Deus sanctus, ut in regiones nostras adventes, ut tuam gravitatem amplectamur ac singula referamus. Solent enim quodam modo quæ in experiendo molestiam attulerunt, aliquam in narrando consolationem habere. Cæterum pro iis quæ cumulate quidem, quantum ad ipsius in nos amorem attinet, præcipue autem ac fortiter, quantum ad accuratam canonum observationem, episcopus religiosissimus conatus est, lauda illum; ac Domino gratias age, quod alumni tui ubique virtutis tuæ effigiem repræsentent.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΚΗ'.

EPISTOLA CXXVIII**.

Eusebio, qui gratiam inter Basilium et Eustathium sarcire voluerat, respondet Basilius se pro pace mori paratum esse, sed veram pacem quærere, atque ut Eustathius clare et sine ambagibus respondeat, optare. Affirmat eum nihil ejusmodi facturum, neque a medii hominis consilio discessurum. Unde concludit se non debere cum eo communicare, ne denegatam Euippio communionem Euippii similibus reddere videatur. Quid agendum cum aliis fidem Patrum non recipientibus exponit

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων. D *Eusebio, episcopo Samosatorum.*

1. Ἐγὼ τὴν περὶ τὸ εἰρηνεύεσθαι τὰς Ἐκκλησίας τοῦ Κυρίου (75) σπουδὴν ἔργῳ μὲν ἐνδείξασθαι ἀξίως

1. Ego meum ad pacandas Domini Ecclesias studium re quidem demonstrare nondum digne po-

(70) *Ἐξαμαρτόντων.* Med. et Bigot. ἐξαμαρτανόντων.

(71) *Ἀπήγγειλαν.* Ita Med. et Coisl. primus; quatuor alii ἀπήγγελλον. Editi ἀπήγγελον. Mox Coisl. primus παραλαβεῖν ἡμᾶς.

(72) *Γενομένους.* Codices duo vetustissimi Medicæus et Coisl. primus habent γινομένους, *qui amici nobis fiunt*, ex quo sequeretur, tum cum hæc scriberet Basilius, nondum ei omnino cum Anthimo molestiarum auctore convenisse, sed tantum de pace agi cœptum esse.

(73) *Ψυχαγωγίαν τινά.* Postrema vox addita ex Harl. et Clarom. Ibidem editi διηγήμασι πολλήν. Novem mss. ut in textu.

(74) *Προηγουμένως.* Combefisio *non videtur apta satis vox ac sequenti cohærens.* Unde legendum conjicit ἠγρωμένως, *aspere, et fastuose;* sic enim ipse interpretatur. Vir doctus non intelligit apertissimam sententiam. Jovinus cum suo in Basilium amori satisfecerit, præcipue tamen in canonum defensionem, ut chariorem ipso Basilio, incubuit. Cur in hoc scirpo nodus quæratur?

(75) *Τοῦ Κυρίου.* Quatuor mss. non vetustissimi τοῦ Θεοῦ

* Alias CCLIII. Scripta anno 373.

** Alias CCLXV. Scripta anno 373.

Digitized by Google

tui; sed cordi meo tantam inesse hujus rei cupiditatem dico, ut meam etiam libenter vitam profundam, ut odii flamma a maligno accensa exstinguatur. Ac nisi pacis studio non abnegaverim venire Colonlam, non pacificetur **219** mihi vita. Veram equidem illam pacem, quæ nobis ab ipso Domino relicta est, exquiro : et quod volui mihi ad persuasionem dari, hominis est nihil aliud quam veram pacem desiderantis, quamvis aliter nonnulli veritatem pervertentes interpretentur. Utantur igitur illi suis linguis, ut volunt; nam profecto illos aliquando horum verborum pœnitebit.

2. Cæterum sanctitatem tuam oro, ut eorum quæ initio proposita fuere meminerit, nec decipiatur alias pro aliis quæstionibus responsiones excipiens, neque vim et pondus addat eorum cavillationibus, qui sine dicendi facultate, ex solo animi sui proposito omnium nequissime veritatem depravant. Proposui enim simplicia et clara et facilia ad recordandum verba, utrum eos qui non recipiunt Nicænam fidem, arceamus a communione, et utrum cum iis qui creaturam dicere Spiritum sanctum audent, partem habere nolimus. Ille autem, cum ad verbum quæstionibus respondere debuisset, ea nobis quæ misisti consarcinavit, idque non mentis simplicitate, ut aliquis suspicetur, neque ob hanc causam, quod consequentia animadvertere non posset. Sed illud ei in mentem venit, si neget quæ proponimus, fore ut se ipse populis aperiat et nudet ; sin autem nobis assentitur, discessurum se ab illo medii hominis consilio, quo nihil hactenus antiquius habuit. Fucum ergo nobis non faciat, neque cum aliis tuam etiam circumveniat prudentiam, sed breve nobis responsum mittat ad quæstionem, aut confitens communionem cum fidei hostibus, aut negans. Hæc ei si persuaseris, et miseris mihi rectas, et quales precor, responsiones; ego sum qui hactenus omnia peccavi : ego illam omnem culpam in me recipio , tunc a me humilitatis significationem reposce. Quamdiu autem horum nihil fiet, ignosce, religiosissime Pater, si non possim cum simulatione ad Dei aram accedere. Nisi enim hoc metuerem, cur me ipse ab Euippii communione sejunxissem, viri adeo in litteris excellentis, adeo ætate provecti, ac tot et tanta amicitiæ jura mecum habentis? Quod si hæc recte

A οὔπω δεδύνημαι· ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ μου τοσαυτην ἔχειν ἐπιθυμίαν φημὶ, ὥστε ἡδέως ἂν καὶ τὴν ζωὴν τὴν ἐμαυτοῦ προέσθαι ὑπὲρ τοῦ τὴν ὑπὸ τοῦ πονηροῦ ἐξαφθεῖσαν φλόγα τοῦ μίσους κατασβεσθῆναι. Καὶ εἰ μὴ τῆς ἐπιθυμίας ἕνεκεν τῆς κατὰ τὴν εἰρήνην ἡνεσχόμην ἐγγίσαι τοῖς κατὰ Κολώνειαν τόποις, μὴ εἰρηνευθείη μοι (76) ἡ ζωή. Εἰρήνην μέντοι τὴν ἀληθινὴν τὴν ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καταλειφθεῖσαν ἡμῖν ἐπιζητῶ· καὶ ὃ παρεκάλεσά (77) μοι εἰς πληροφορίαν ὑπάρξαι, οὐκ ἄλλο τι ἐπιθυμοῦντός ἐστιν ἢ τῆς ἀληθινῆς εἰρήνης, κἂν ἄλλως τινὲς διαστρέφοντες τὴν ἀλήθειαν ἐξηγῶνται. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν κεχρήσθωσαν ταῖς γλώσσαις αὐτῶν ἐφ' ἃ βούλονται· πάντως γὰρ αὐτοῖς ποτε τῶν ῥημάτων τούτων μεταμελήσει.

B 2. Τὴν δὲ σὴν ὁσιότητα παρακαλῶ μεμνῆσθαι τῶν ἐξ ἀρχῆς προτάσεων, καὶ μὴ παράγεσθαι ἄλλας ἀποκρίσεις ἀντ' ἄλλων ἐρωτημάτων δεχόμενον (78), μηδὲ ποιεῖν ἐνεργὰ τὰ σοφίσματα τῶν ἄνευ τῆς περὶ τὸ λέγειν δυνάμεως ἀπ' αὐτῆς μόνης τῆς γνώμης δεινότατα πάντων τὴν ἀλήθειαν κακουργούντων. Προέτεινα γὰρ ἁπλᾶ καὶ σαφῆ καὶ εὐμνημόνευτα ῥήματα· εἰ τοὺς μὴ (79) δεχομένους τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν παραιτούμεθα εἰς κοινωνίαν, καὶ εἰ μετὰ τῶν κτίσμα λέγειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀποτολμώντων τὸ μέρος ἔχειν οὐκ ἀνεχόμεθα. Ὁ δὲ, ἀντὶ τοῦ πρὸς ἕπος ταῖς ἐρωτήσεσιν ἀποκρίνασθαι, ἐκεῖνα ἡμῖν ἐρραψῴδησεν ἅπερ ἀπέστειλας (80)· καὶ τοῦτο οὐκ ὠφελείᾳ γνώμης, ὡς ἄν τῳ δόξαι (81), οὐδὲ τῷ μὴ δύνασθαι συνορᾷν τὸ ἀκόλουθον. Ἀλλ' ἐκεῖνο λογίC ζεται, ὅτι, ἀρνούμενος μὲν ἡμῶν τὴν πρότασιν, τοῖς λαοῖς ἑαυτὸν κατάδηλον ποιήσει· συντιθέμενος δὲ ἡμῖν, τῆς μεσότητος ἀποστήσεται, ἧς οὐδὲν αὐτῷ μέχρι τοῦ νῦν γέγονε προτιμότερον. Μὴ τοίνυν ἡμᾶς κατασοφιζέσθω, μηδὲ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὴν σὴν παρακρουέσθω φρόνησιν· ἀλλὰ σύντομον ἡμῖν λόγον ἀποστειλάτω πρὸς τὸ ἐρώτημα, ἢ ὁμολογῶν τὴν κοινωνίαν πρὸς τοὺς ἐχθροὺς τῆς πίστεως, ἢ ἀρνούμενος. Ἐὰν ταῦτα συμπείσῃς αὐτὸν, καὶ πέμψῃς μοι ὀρθὰς, καὶ οἵας εὔχομαι, τὰς ἀποκρίσεις· ἐγώ εἰμι ὁ τὰ κατόπιν πάντα ἡμαρτηκώς· ἐγὼ δέχομαι πᾶσαν τὴν αἰτίαν ἐκείνην ἐπ' ἐμαυτόν· τότε με ἀπαίτει ταπεινοφροσύνης ἐπίδειξιν. Ἕως δ' ἂν μηδὲν γένηται τούτων, σόγγνωθι, θεοφιλέστατε Πάτερ, μὴ δυναμένῳ μετὰ ὑποκρίσεως θυσιαστηρίῳ Θεοῦ παρεστάD ναι (82). Εἰ γὰρ μὴ τοῦτο ἐφοβούμην, τίνος ἕνεκεν ἐμαυτὸν ἐχώριζον Εὐϊππίου, τοιούτου μὲν τὰ περὶ λόγους, τοσοῦτον δὲ χρόνῳ (83) προήκοντος, τοσαῦτα δὲ τῆς πρὸς ἡμᾶς φιλίας ἔτικαια κεκτημένου; Εἰ δὲ

(76) *Μὴ εἰρηνευθείη μοι.* Legitur μου .n Coisl. primo.

(77) *Ὃ παρεκάλεσα.* Ita mss. sex. Editi ὅπερ ἐκάλεσα.

(78) *Δεχόμενον.* Ita Harl., Med. et Coisl. primus. Editi δεχομένην. Ibidem ἐρωτημάτων deest in Regio primo. In uno autem codice, quem citat Combef., legitur ἄλλας ἐρωτήσεις ἀντ' ἄλλων ἐρωτημάτων, *alias pro aliis quæstiones.*

(79) *Εἰ τοὺς μή.* Sic ope codicum Coisl., Med., Harl. et Regii utriusque emendavimus, quod prave in editis legebatur εἰς τοὺς μή.

(80) *Ἅπερ ἀπέστειλας.* Quamvis hæc scriptura solo Coisliniano primo nitatur, nec statuere possim an in aliis occurrat, eam tamen non dubito præferendam esse vulgatæ ἐπέστειλας, *quæ scripsisti*

(81) *Ὡς ἄν τῳ δόξαι.* Ita Harl., Med., Clarom. et alii a Combefisio citati. Editi ὡς αὐτῷ δόξαι.

(82) *Παρεστάναι.* Ita Coisl. primus et Harl. cum duobus aliis. Editi παριστάναι. Regius secundus et Coisl. secundus παρίστασθαι.

(83) *Χρόνῳ.* Ita tres vetustissimi codices, melius quam editi χρόνον. Ibidem editi τῆς περὶ ἡμᾶς. Mss. sex ut in textu.

Digitized by Google

ἐκεῖνα καλῶς καὶ προσηκόντως ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐπράξαμεν, γελοῖον δήπου τοῖς τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ λέγουσι διὰ τῆς τῶν εὐφυῶν τούτων καὶ χαριέντων μεσότητος (84) συναπτόμενον φαίνεσθαι.

3. Οὐ μὴν οὐδὲ παντελῶς μοι δοκεῖ τῶν μὴ δεχομένων τὴν πίστιν ἀλλοτριοῦν ἑαυτοὺς, ἀλλὰ ποιήσασθαί τινα τῶν ἀνδρῶν ἐπιμέλειαν (85) κατὰ τοὺς παλαιοὺς θεσμοὺς τῆς ἀγάπης, καὶ ἐπιστεῖλαι αὐτοῖς ἀπὸ μιᾶς γνώμης, πᾶσαν παράκλησιν μετ' εὐσπλαγχνίας προσάγοντας, καὶ τὴν τῶν Πατέρων πίστιν προτεινομένους, προκαλεῖσθαι αὐτοὺς εἰς συνάφειαν· κἂν μὲν πείσωμεν, κοινῶς αὐτοῖς ἐνωθῆναι· ἐὰν δὲ ἀποτύχωμεν, ἀρκεῖσθαι ἡμᾶς ἀλλήλοις, τὸν δὲ ἐπαμφοτερισμὸν τοῦτον ἐξορίσαι τοῦ ἤθους, ἀναλαβόντας τὴν εὐαγγελικὴν καὶ ἄδολον πολιτείαν, ἣ συνέζων οἱ ἐξ ἀρχῆς προσελθόντες τῷ λόγῳ. *Ἦν γάρ*, φησὶ, *τῶν πιστευσάντων καρδία καὶ ψυχὴ μία*. Ἐὰν μὲν οὖν πεισθῶσί σοι, ταῦτα ἄριστα· εἰ δὲ μὴ, γνωρίσατε τοὺς πολεμοποιοὺς, καὶ παύσασθε ἡμῖν τοῦ λοιποῦ περὶ διαλλαγῶν ἐπιστέλλοντες.

et, ut par erat, pro veritate gessimus, ridiculum utique fuerit cum iis, qui eadem ac ille dicunt, per hosce perpolitos ac lepidos homines, qui medii videntur, conjunctum videri.

3. Non tamen mihi omnino faciendum videtur, ut nos ab his, qui fidem non recipiunt, alienemus, sed ut aliquam illorum curam secundum antiquas charitatis leges suscipiamus, **220** ipsisque scribamus unanimi consensu, omnem consolationem cum misericordiæ visceribus adhibentes, ac Patrum proposita fide ad communionem illos provocemus; ac si eos quidem ad assentiendum adduxerimus, nos communiter cum illis conjungamus; sin autem id non assequamur, nobis inter nos contenti simus, et alternantem illum animum e nostris moribus amoveamus, revocantes evangelicam et doli expertem disciplinam, in qua vivebant qui ab initio accedebant ad fidem. *Erat enim*, inquit, *credentium cor unum et anima una* [17]. Itaque tibi si auscultaverint, id optimum est; sin minus, agnoscite belli auctores, ac deinceps de reconciliatione ad nos litteras dare desinite.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΚΘ'.

EPISTOLA CXXIX*.

Refert Basilius absurdum quoddam Apolinarii testimonium, cujus ut auctor ipse Basilius existimaretur, Sebastem fuerant machinati. Nuntiat quæ de se apud aulam statuta fuerant, et postea rescissa vel dilata. Agit etiam de Sanctissimo ac de litteris ad Occidentales mittendis, quos rogandos putat ut communionem suam non sine delectu concedant.

Μελετίῳ, ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας.

Meletio, episcopo Antiochiæ.

1. Ἥδειν, ὅτι ξενίσει τὴν ἀκοὴν τῆς τελειότητός σου τὸ νῦν ἐπιφυὲν ἔγκλημα τῷ πάντα εἰπεῖν εὐκόλῳ Ἀπολιναρίῳ. Καὶ γὰρ οὐδὲ αὐτὸς τὸν πρὸ τούτου χρόνον ἤμην ἐπιστάμενος ἔχειν· ἀλλὰ νῦν οἱ Σεβαστηνοὶ διερευνησάμενοί ποθεν αὐτὰ (86) εἰς τὸ μέσον ἤνεγκαν, καὶ περιφέρουσι σύνταγμα, ἐξ οὗ μάλιστα καὶ ἡμᾶς καταδικάζουσιν, ὡς τὰ αὐτὰ φρονοῦντας, ἔχον ῥήσεις τοιαύτας· *Ὥστε πανταχῇ συνεζευγμένως, μᾶλλον δὲ ἡνωμένως τῇ ἑτερότητι νοεῖν ἀναγκαῖον τὴν πρώτην ταυτότητα· καὶ δευτέραν καὶ τρίτην λέγοντας τὴν αὐτήν. Ὅπερ γάρ ἐστι πρώτως ὁ Πατὴρ, τοῦτό ἐστι δευτέρως ὁ Υἱὸς, καὶ τρίτως τὸ Πνεῦμα. Αὖθις δὲ, ὅπερ ἐστὶ πρώτως τὸ Πνεῦμα, τοῦτο δευτέρως τὸν Υἱὸν, καθὸ δὴ καὶ ὁ Κύριός ἐστι τὸ Πνεῦμα* (87)· *καὶ τρίτως τὸν Πατέρα, καθὸ δὴ Πνεῦμα ὁ Θεός. Καὶ ὡς βεβαιότερον σημᾶναι* (88) *τὸ ἄῤῥητον, τὸν Πατέρα*

1. Sciebam novum auribus præstantiæ tuæ visum iri, quod nunc infertur crimen proclivi ad omnia dicenda Apolinario. Nam nec ipse ante hoc tempus eum accusari noveram: sed nunc Sebasteni alicunde illa perscrutati, in medium protulerunt, ac scriptum, ex quo maxime nos etiam ut eadem sentientes condemnant, talia habens verba circumferunt: *Quare ubique conjuncta, magis vero unite alietati intelligere necesse est primam identitatem; secundam et tertiam eamdem dicentes. Quod enim primo est Pater, hoc est secundo Filius, et tertio Spiritus sanctus. Rursus autem, quod primo est Spiritus, hoc secundo Filius, quatenus etiam Dominus est Spiritus: et tertio Pater, quatenus videlicet Spiritus est Deus. Et ut violentius significetur res non enarrabilis, Pater paterne Filius est, Filius vero filialiter Pater. Atque similiter de Spiritu;*

[17] Act. IV, 32.

(84) Διὰ τῆς... μεσότητος. Mirum videri possit, cur Basilius communicare cum Arianis sibi videretur, si cum Eustathio communicaret. Nam Eustathius nondum cum Arianis communicabat, neque hoc facinus aggressus est, nisi anno 375 exeunte. Ipse Basilius, postquam communionem Eustathio renuntiavit, non se ab omnibus Eustathii communicationibus disjunxit, ut patet ex epistolis 245 et 250, ad Theophilum et Patrophilum. Cur ergo visus sibi fuisset cum Arianis per Eustathium conjungi, qui tamen cum Arianis non communicabat: cum ipso autem Eustathio conjungi per eos sibi non videbatur, qui cum Eustathio communicabant? Aliud causæ esse non puto cur ita se gesserit Basilius, nisi quod Eustathii communicatores nequaquam illius sententiæ ascriptores et astipulatores essent: Eustathius vero Arianorum errorem damnare, et catholicam fidem profiteri nollet. Quamobrem si cum Eustathio communicasset, visus sibi fuisset Arianam hæresim fovere, vel saltem tolerare: at idem in incommodum non incurrebat, cum iis communicans, qui se ab Eustathio nondum disjunxerant.

(85) *Ἐπιμέλειαν*. Eadem pacis constituendæ ratio proponitur a Gregorio Nazianzeno, orat. 12, p. 205.

(86) *Αὐτά*. Sic mss. sex et antiquæ editiones. Legitur in Frob. secunda et Paris. αὐτό.

(87) *Καθὸ δὲ καὶ ὁ Κύριός ἐστι τὸ Πνεῦμα*. Hæc addidimus ex septem mss.

(88) *Σημᾶναι*. Ita Harl. cujus ope sustulimus corruptissimam lectionem vulgatam σημαίνει.

* Alias LIX. Scripta anno 373.

Digitized by Google

quatenus sane unus Deus Trinitas est. Hæc sunt quæ divulgantur, quæ quidem nunquam possum credere commenta esse circumferentium, quamvis ex eorum in nos calumnia nihil illos existimem non audere. Cum enim ad quosdam ex suis scriberent, postquam calumniam in nos effudere, hæc addiderunt, hæreticorum quidem verba esse asseverantes, scripti autem parentem tacentes, ut apud vulgus nos existimemur auctores esse. Sed tamen non eo usque, ut verba comminiscerentur, processisset eorum astus, ut mihi quidem ipse persuadeo. Unde, **221** ut et criminationem in nos invalescentem propulsaremus, et omnibus ostenderemus nihil nobis cum his qui hoc dicunt commune esse, coacti sumus viri illius, ut ad Sabellii impietatem accedentis, mentionem facere. Et hæc quidem hactenus.

2. Venit autem ex aula quidam nuntians, post primam imperatoris motionem, ad quam eum impulerunt qui calumnias nobis inferunt, latam esse alteram quamdam sententiam, ut ne dederemur accusatoribus, neque illorum traderemur voluntati : id quod initio fuerat decretum ; sed interim fieret aliqua dilatio. Si igitur aut ista ita maneant, aut aliquid aliud humanius statuatur, pietati tuæ significabimus. Sin autem priora vincent, ne hoc quidem te latebit.

3. Cæterum frater Sanctissimus a multo sane tempore apud vos est, et quid requirat, præstantiæ tuæ innotuit. Itaque, si quid necessarium habere videatur epistola ad Occidentales, eam a te exaratam ad nos mittere digneris, ut ab unanimibus subscribi curemus, ac paratam habeamus subscriptionem in charta separata, quam possimus connectere cum charta quæ a fratre nostro compresbytero circumfertur. Ego enim cum in commentario nihil invenirem quod rem causamque contineret, non habui qua de re scriberem Occi-

πατρικῶς Υἱὸν εἶναι, τὸν δὲ Υἱὸν υἱικῶς Πατέρα. Καὶ ὡσαύτως ἐπὶ τοῦ Πνεύματος, καθὸ δὴ εἷς Θεὸς ἡ Τριάς. Ταῦτά ἐστι τὰ θρυλλούμενα, ἃ οὐδέποτε δύναμαι πιστεῦσαι πλάσματα εἶναι τῶν περιφερόντων (89), εἰ καὶ ὅτι ἐκ τῆς καθ' ἡμῶν (90) συκοφαντίας οὐδὲν λογίζομαι αὐτοῖς ἀτόλμητον εἶναι. Γράφοντες γάρ τισι τῶν καθ' ἑαυτοὺς, καὶ προσθέντες (91) τὴν καθ' ἡμῶν διαβολὴν, ἐπήγαγον ταῦτα, ῥήματα μὲν αἱρετικῶν ὀνομάσαντες (92), τὸν δὲ πατέρα τῆς συγγραφῆς ἀποκρυψάμενοι, ἵνα τοῖς πολλοῖς ἡμεῖς νομισθῶμεν εἶναι οἱ λογογράφοι. Πλὴν ἀλλ' οὐκ ἂν μέχρι τοῦ καὶ ῥήματα συνθεῖναι προῆλθεν αὐτῶν ἡ ἐπίνοια, ὥς γε ἐμαυτὸν πείθω. Ὅθεν, ὑπὲρ τοῦ καὶ τὴν καθ' ἡμῶν κρατοῦσαν βλασφημίαν ἀπώσασθαι, καὶ δεῖξαι πᾶσιν, ὡς οὐδὲν ἡμῖν ἐστι κοινὸν πρὸς τοὺς ἐκεῖνο λέγοντας, ἠναγκάσθημεν μνησθῆναι τοῦ ἀνδρὸς, ὡς προσεγγίζοντος τῇ ἀσεβείᾳ τοῦ Σαβελλίου. Καὶ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον.

2. Ἀπὸ δὲ τοῦ στρατοπέδου ἦκέ τις ἀγγέλλων, ἐπὶ τῇ πρώτῃ κινήσει τοῦ κρατοῦντος, ἣν ἐκίνησαν αὐτὸν οἱ τὰς διαβολὰς ἡμῶν (93) καταχέοντες, γεγενῆσθαί τινα καὶ δευτέραν γνώμην, ὥστε μὴ δοθῆναι ἡμᾶς ἐκδότους τοῖς κατηγόροις, μήτε παραδοθῆναι ἡμᾶς τῷ ἐκείνων θελήματι. ὅπερ ἦν ἐξ ἀρχῆς ὁρισθέν· ἀλλά τινα γενέσθαι τέως ἀναβολήν. Ἐὰν οὖν ἡ ταῦτα μένῃ, ἢ τούτων τι δόξῃ φιλανθρωπότερον, σημανοῦμέν σου τῇ θεοσεβείᾳ. Ἐὰν δὲ κρατῇ τὰ πρότερα, οὐδὲ τοῦτό σε λήσεται.

3. Ὁ μέντοι ἀδελφὸς Σαγκτίσσιμος πάντως ἐστὶ παρ' ὑμῖν πάλαι, καὶ ἃ ἐπιζητεῖ, δῆλα γέγονε τῇ τελειότητί σου. Εἰ οὖν φαίνεται ἀναγκαῖόν τι ἔχειν ἡ πρὸς τοὺς δυτικοὺς ἐπιστολὴ, καταξίωσον τυπώσας αὐτὴν διαπέμψασθαι (94) ἡμῖν, ὥστε ποιῆσαι ὑπογραφῆναι παρὰ τῶν ὁμοφύχων, καὶ ἑτοίμην ἔχειν τὴν ὑπογραφὴν, ἐν χάρτῃ κεχωρισμένῳ (95) ἐντετυπωμένην, ὃν δυνάμεθα συνάψαι τῷ παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν (96) τοῦ συμπρεσβυτέρου περικομιζομένῳ. Ἐγὼ μὲν γὰρ, οὐδὲν εὑρὼν (97) συνεκτικὸν ἐν τῷ ὑπομνηστικῷ, οὐκ ἔσχον ὑπὲρ οὗ ἐπιστείλω τοῖς ἐν

(89) *Περιφερόντων.* Ita sex mss. Editi προφερόντων. Similiter Basilius in epist. 265 non audet Eustathio tantum facinus attribuere : at si hæc verba sint Apolinarii, merum Sabellianismum esse pronuntiat. Citantur, ut Apolinarii, a Timotheo presbytero Constantinopolitano in libro *De receptione hæreticorum*, apud Cotelerium, tom. III *Monument. Græc.*, p. 395. Sed tamen in Apolinario licentia magis scribendi, quam Sabelliana impietas vituperanda. Id enim videntur indicare Orientales, dum in epist. Basilii 263 queruntur, quod Apolinarii *de theologia*, id est, de personis divinis, *disputationes non petitis e Scriptura probationibus, sed humanis argumentis nitantur.* Plurimum se amabant Apolinaristæ de catholica Trinitatis fide, ac de hujus dogmatis defensione, ut videre est apud Gregor. Naz., orat. 51 Neque hanc laudem Apolinario denegat Epiphanius, hæres. 77, sed dolet quod eam impiis de Incarnatione erroribus perverterit. Adeo autem non laborabat Sabellii morbo Apolinarius, ut interdum in Arianam hæresim ferri videretur, gradus in Trinitate fingens, et magnum, majorem et maximum inducens, ut ei exprobrant Gregorius Nazianz., orat. 51, et Theodoretus, lib. v *Hist.*, c. 3.

(90) *Καθ' ἡμῶν.* Tres vetustissimi codices et Reg. primus καθ' ἡμᾶς. Sic etiam editio Hagan. et 1 Basil. Sed tamen nihil mutandum videtur.

(91) *Προσθέντες.* Coisl. secundus et Reg. secundus προθέντες.

(92) *Ὀνομάσαντες.* Ita sex mss. Editi ὀνομάζοντες.

(93) *Ἡμῶν.* Ita veteres libri pro eo quod vitiose in editis legebatur ἡμῖν.

(94) *Καταξίωσον... διαπέμψασθαι.* Ita veteres libri quinque. Editi καταξίαν... διαπέμψαι. Editio Haganoensis habet καταξίωσαν. Paris. secunda καταξίωσον.

(95) *Κεχωρισμένῳ.* Addidimus hanc vocem ex sex mss.

(96) *Τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν.* Male in editione Paris. additur Δωροθέου, quod in editione Hagan. et in prima Basileensi deest, et in omnibus mss., nec conciliari potest cum Basilii sententia, a quo Sanctissimus paulo ante nominatus est.

(97) *Οὐδὲν εὑρών.* Ita Coisl primus et Med. cum duobus aliis. Harl. οὐδὲν εὗρον..., καὶ οὐκ ἔσχον. Editi οὐχ εὑρών.

Digitized by Google

τῇ δύσει. Τὰ μὲν γὰρ ἀναγκαῖα προείληπται· τὰ δὲ περιττὰ γράφειν παντελῶς μάταιον. Περὶ δὲ τῶν αὐτῶν ἐνοχλεῖν μὴ καὶ γέλοῖον εἴη; Ἐκείνη δέ μοι ἔδοξεν ὥσπερ ἀγύμναστος εἶναι ἡ ὑπόθεσις, καὶ χώραν παρέχειν γράμμασι (98), τὸ παρακαλέσαι αὐτοὺς, μὴ ἀκρίτως δέχεσθαι τὰς κοινωνίας τῶν ἐκ τῆς ἀνατολῆς ἀφικνουμένων· ἀλλ' ἅπαξ μίαν μερίδα ἐκλεξαμένους, τοὺς λοιποὺς ἐκ τῆς μαρτυρίας τῶν κοινωνικῶν προσλαμβάνεσθαι· καὶ μὴ παντὶ τῷ πίστιν γράφοντι ἐπὶ προφάσει δὴ τῆς ὀρθοδοξίας προστίθεσθαι. Οὕτω γὰρ εὑρεθήσονται τοῖς μαχομένοις κοινωνοῦντες, οἱ τὰ μὲν ῥήματα πολλάκις τὰ αὐτὰ προβάλλονται, μάχονται δὲ ἀλλήλοις, ὅσον οἱ πλεῖστον διεστηκότες. Ἵν' οὖν μὴ ἐπὶ πλεῖον ἡ αἵρεσις ἐξάπτηται (99) τῶν πρὸς ἀλλήλους διαστασιαζόντων ἀντιπροβαλλομένων τὰ παρ' αὐτῶν γράμματα (1), παρακληθῆναι αὐτοὺς ἔδει, κεκριμένας ποιεῖσθαι καὶ τὰς τῶν ἐντυγχανόντων αὐτοῖς κοινωνίας (2), καὶ τὰς ἐγγράφως γινομένας κατὰ τὸν τύπον τῆς Ἐκκλησίας.

dentalibus. Necessaria enim præoccupata sunt: superflua vero scribere prorsus vanum est. De iisdem autem molestiam exhibere, nonne etiam ridiculum fuerit? Illa autem mihi visa est velut intacta esse materia, locumque litteris dare, si ipsos adhortemur, ne sine judicio recipiant communiones ex Oriente venientium, sed semel una parte electa, reliquos communicatorum testimonio admittant, nec cuilibet fidei formulam scribenti, sub doctrinæ orthodoxæ obtentu assentiantur. Ita enim reperientur cum hominibus inter se pugnantibus communicare: qui verba quidem sæpe eadem proferunt, sed pugnant inter se, quantum qui maxime dissentiunt. Itaque, ne magis hæresis accendatur, dum qui inter se dissentiunt, acceptas ab ipsis litteras sibi mutuo objiciunt, rogandi sunt, ut cum judicio communiones peragant, et eas quæ cum accedentibus ad ipsos, et eas quæ scripto secundum Ecclesiæ normam fiunt.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛ'.

222 EPISTOLA CXXX'.

Reprehensus a Theodoto Basilius quod nihil scripsisset de Eustathio, respondet se idcirco non scripsisse, quod res omnibus nota sit, non quod parvi facienda. Neque enim Eustathii discessio a communione Basilii, convicia in Basilium adjuvante Theophilo Cilice, fides Ariana Gelasio data in Cilicia, scripta in Basilium calumniis referta, reordinatio, novum facinus de Eustathio nuntiatum, videri levia possint, ut quidam Basilio videri dictabant. Duas causas affert cur Eustathio non responderit.

Θεοδότῳ, ἐπισκόπῳ Νικοπόλεως.

Theodoto, episcopo Nicopolitano.

1. Καλῶς καὶ προσηκόντως ἡμῶν καθήψω, τιμιώτατε ὡς ἀληθῶς καὶ ποθεινότατε ἀδελφὲ, ὅτι ἐξ οὗ ἀνεχωρήσαμεν τότε τῆς σῆς εὐλαβείας τὰς περὶ τῆς πίστεως ἐκείνας προτάσεις τῷ Εὐσταθίῳ φέροντες, οὐδέν σοι οὔτε μικρὸν οὔτε μεῖζον τῶν κατ' αὐτὸν ἐδηλώσαμεν. Ἐγὼ δὲ οὐχ ὡς εὐκαταφρονήτων (3) τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων εἰς ἡμᾶς ὑπερεῖδον· ἀλλ' ὡς εἰς πάντας λοιπὸν τοὺς ἀνθρώπους διαβοηθείσης τῆς φήμης, καὶ οὐδενὸς τῆς παρ' ἡμῶν διδασκαλίας εἰς τὸ τὴν προαίρεσιν τοῦ ἀνδρὸς διδαχθῆναι προσδεομένου. Τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ἐπενόησεν, ὥσπερ φοβούμενος μὴ ὀλίγους σχῇ τῆς ἑαυτοῦ γνώμης μάρτυρας, εἰς πᾶσαν ἐσχατιὰν τὰς ἐπιστολὰς

1. Recte atque convenienter nos tetigisti, frater colendissime prorsus ac desideratissime, quod ex quo a tua pietate tunc discessimus, ferentes Eustathio illas de fide propositiones, nihil tibi neque parvum neque magnum de illius rebus significaverimus. Ego autem non quod facile contemnenda sint, quæ ab eo in me commissa sunt, neglexi: sed quod fama apud omnes jam homines pervulgata sit, nec quemquam a me doceri opus sit, ut hominis propositum cognoscat. Huic enim rei et ipse providit, quasi metueret ne paucos haberet suæ sententiæ testes, epistolas contra me conscriptas in remotissima quæque loca transmittens. Itaque se

(98) *Γράμμασι.* Ita mss. quinque. Editi γράμματι.

(99) *Ἐξάπτηται.* Ita Harl. et Coisl. primus cum tribus aliis. Editi ἐξαπατῆται.

(1) *Γράμματα.* Hæc Tillemontius interpretatur de diversis Meletii et Paulini partibus, nec non de Marcellianis et Apolinaristis. Sed iidem designari videntur hæretici, de quibus agit Basilius in epistola præcedenti: idque accuratius in *Vita S. Basilii* expendetur.

(2) *Κοινωνίας.* Duplicem communicandi rationem esse ex hoc loco et ex epist. 224 perspicimus, alteram cum iis qui coram accedunt, alteram per litteras. Prima aut ad sacram Eucharistiam, aut ad preces admittendo fiebat. Iratus Theodotus, ut supra vidimus in epist. 99, quod Basilius ab Eustathii communione non discederet, contumeliam eo perduxit, ut illum nec ad matutinas, nec ad vespertinas preces assumeret. Ipse Basilius adversarios provocat in epist. 224, ut aliquem a se ex clericis Apolinarii ad communionem aut ad preces admissum fuisse demonstrent. Quod spectat ad alterum communionis genus, non omnes litteræ signum erant communionis, sed quæ, ut ait Basilius, *secundum Ecclesiæ normam* fiebant, sive litteræ canonicæ. Sic enim appellat Basilius in eadem epist. 224, ubi, communionis cum Apolinario initæ suspicionem repellens, negat se unquam litteras canonicas ad eum dedisse. Unde confirmari potest, quod in *Vita S. Cypriani* novæ edit. probatum est, epistolam Stephani papæ ad Cyprianum, non esse certissimum communionis argumentum, et contra quam videtur Tillemontio, post negatam legatis episcopis communionem scribi potuisse. Una autem ex notis, quibus ejusmodi epistolæ dignoscebantur, ea videtur exstitisse, ut is ad quem scribebatur, episcopus salutaretur, si hac dignitate ornatus esset. Discimus enim ex epist. 240, Theophilum Castabalorum episcopum, cum nec aperte conjungi cum Basilio vellet, nec aperte disjungi, scribere ad eum noluisse, ne ut episcopum salutare cogeretur, Basilius postquam se ab Eustathii communione disjunxit, nunquam illum episcopum vocat.

(3) *Εὐκαταφρονήτων.* Ita Harl., Med. et tres alii. Editi καταφρονήτων.

Alias CXCVI. Scripta anno 373.

Digitized by Google

ipse a nostra communione abscidit, neque in constitutum locum convenire nobiscum in animum inducens, neque discipulos suos adducens, ut promiserat : sed me dilacerans una cum Theophilo Cilice in frequentissimis conventibus, nuda et aperta criminatione, ut aliena ab ipsius doctrina populi animis dogmata inserentem. Hæc quidem satis magna erant, ut nostram omnem cum eo conjunctionem dirimerent. Postquam vero et in Ciliciam venit, atque Gelasium quemdam conveniens, eidem fidem exposuit, quam conscribere erat Arii solius, et si quis germanus illius discipulus; tum demum magis etiam in disjunctione obfirmati sumus, illud animo considerantes, neque Æthiopem pellem suam unquam mutaturum, neque pantheram maculas suas [18], neque hominem in perversis nutritum dogmatibus hæresis vitium deterere posse.

2. His audax facinus addidit, ut in nos scriberet vel potius componeret longos sermones omni convicio ac calumnia refertos : quibus nihil respondimus hactenus, propterea quod edocti sumus ab Apostolo non nosmetipsos ulcisci, sed locum iræ dare [19]; tum etiam quia cum consideraremus dissimulationis profundum, qua sese nobis omni tempore insinuavit, muti quodam modo præ stupore effecti sumus. Verum etiamsi nihil horum esset, id quod recens ausus est, cuinam horrorem et hominis detestationem penitus non ingeneret? Qui videlicet ut audio (si modo verus rumor, nec commentum est ad calumniam excogitatum), etiam reordinare nonnullos ausus est, quod hactenus ab hæreticorum nemine factum videtur. Quomodo ergo hæc leniter ferre possimus, et sanabilia hominis peccata existimare? Itaque sermonibus falsis ne abducamini, neque hominum facile **223** omnia in malam partem accipientium suspicionibus fidem adhibeatis, quasi nos res hujusmodi in indifferentibus ponamus. Hoc enim tibi persuadeas, vir nobis desideratissime ac colendissime, nunquam me tantum doloris animo meo acceptum scire, quantum nunc, cum de ecclesiasticarum legum perturbatione audivi. Sed solum precare, ut det nobis Dominus nihil ex iracundia agere, sed charitatem habere, quæ se indecore non gerit, nec inflatur [20]. Vide enim quemadmodum qui ea carent, supra mensuram humanam elati sint, et indecore se gerant, ea facinora audentes, quorum præteritum tempus non habet exempla.

Ἂς καθ' ἡμῶν συνέγραψε διαπεμψάμενος. Τῆς μὲν οὖν κοινωνίας ἡμῶν αὐτὸς ἀπέρρηξεν ἑαυτὸν, μήτε κατὰ τὸν ὡρισμένον τόπον συνδραμεῖν ἡμῖν ἀνασχόμενος, μήτε τοὺς μαθητὰς ἑαυτοῦ παραγαγὼν, ὅπερ ὑπέσχετο· ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς στηλιτεύων ἐν πανδήμοις συνόδοις, μετὰ τοῦ Κίλικος Θεοφίλου, γυμνῇ καὶ ἀπαρακαλύπτῳ τῇ βλασφημίᾳ, ὡς ἀλλότρια τῆς ἑαυτοῦ (4) διδασκαλίας ταῖς ψυχαῖς τοῦ λαοῦ ἐνσπείραντας δόγματα. Ἱκανὰ μὲν οὖν ἦν καὶ ταῦτα πᾶσαν ἡμῶν τὴν πρὸς αὐτὸν συνάφειαν διαλῦσαι (5). Ἐπειδὴ δὲ καὶ εἰς Κιλικίαν ἐλθὼν, καὶ συντυχὼν Γελασίῳ τινὶ, πίστιν αὐτῷ ἐξέθετο, ἣν μόνου (6) ἦν Ἀρείου συγγράψαι, καὶ εἴ τις αὐτοῦ γνήσιος μαθητής· τότε δὴ καὶ πλέον πρὸς τὸν χωρισμὸν ἐβεβαιώθημεν· λογισάμενοι, ὅτι οὔτε Αἰθίοψ ἀλλάξει ποτὲ τὸ δέρμα αὐτοῦ, οὔτε πάρδαλις τὰ ποικίλματα αὐτῆς, οὔτε ὁ ἐν διαστρόφοις δόγμασι συντραφεὶς ἀποτρίψασθαι δύναται τὸ κακὸν τῆς αἱρέσεως.

2. Ἐπενεανιεύσατο δὲ τούτοις καὶ γράψας καθ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ συγγράψας (7) λόγους μακροὺς πάσης λοιδορίας καὶ συκοφαντίας γέμοντας· ὑπὲρ ὧν οὐδὲν ἀπεκρινάμεθα τέως, διὰ τὸ διδαχθῆναι παρὰ τοῦ Ἀποστόλου, μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικεῖν, ἀλλὰ διδόναι τόπον τῇ ὀργῇ· καὶ ἅμα ἐννοήσαντες τὸ βάθος τῆς ὑποκρίσεως, μεθ' ἧς πάντα τὸν χρόνον ἡμῖν προσηνέχθη, ἀφασίᾳ τινὶ ὑπ' ἐκπλήξεως κατεσχέθημεν. Εἰ δὲ καὶ μηδὲν ἦν ἐκείνων, τὸ ὑπόγυον τοῦτο, τὸ τολμηθὲν αὐτῷ, τίνι οὐκ ἂν φρίκην καὶ ἀποστροφὴν παντελῆ τοῦ ἀνδρὸς ἐνεποίησεν; ὅς γε, ὡς ἀκούω (εἴγε ἀληθὴς ὁ λόγος, καὶ μὴ πλάσμα ἐστὶν ἐπὶ διαβολῇ συντεθὲν), ὅτι καὶ ἀναχειροτονῆσαί τινας ἐτόλμησεν, ὃ μέχρι σήμερον οὐδεὶς τῶν αἱρετικῶν ποιήσας φαίνεται. Πῶς οὖν δυνατὸν πράως φέρειν ἡμᾶς τὰ τοιαῦτα, καὶ ἰάσιμα εἶναι νομίζειν τοῦ ἀνδρὸς τὰ ἁμαρτήματα; Μὴ τοίνυν ψευδέσι λόγοις παράγεσθε, μηδὲ ὑπονοίαις ἀνδρῶν πάντα εὐκόλως πρὸς τὸ κακὸν ἐκλαμβανόντων πείθεσθε, ὡς ἄρα ἡμεῖς ἀδιάφορα (8) τιθέμεθα τὰ τοιαῦτα. Γίνωσκε γὰρ, ποθεινότατε ἡμῖν καὶ τιμιώτατε, ὅτι οὕπω οἶδα τοσοῦτον πένθος ἄλλοτε τῇ ψυχῇ μου παραδεξάμενος, ὅσον νῦν, ὅτε ἤκουσα τῶν ἐκκλησιαστικῶν θεσμῶν τὴν σύγχυσιν. Ἀλλὰ μόνον εὔχου, ἵνα δῴη ἡμῖν ὁ Κύριος μηδὲν κατὰ θυμὸν ἐνεργεῖν, ἀλλ' ἔχειν τὴν ἀγάπην, ἥτις οὐκ ἀσχημονεῖ, οὐ φυσιοῦται. Ὅρα γὰρ ὅπως (9) οἱ μὴ ἔχοντες ταύτην ἐπῄρθησαν μὲν ὑπὲρ τὰ μέτρα τὰ ἀνθρώπινα, ἀνασχημονοῦσι δὲ τῷ βίῳ, κατατολμῶντες πράξεων (10), ὧν ὁ παρελθὼν χρόνος οὐκ ἔχει τὰ ὑποδείγματα.

[18] Jer. XIII, 23. [19] Rom. XII, 19. [20] I Cor. XIII, 4.

(4) *Τῆς ἑαυτοῦ.* Ita tres vetustissimi codices cum Regio secundo. Editi τῆς αὐτοῦ. Paulo post editi ἐνσπείραντος. Tres iidem codices cum Clarom. et Reg. secundo ἐνσπείραντας.

(5) Vide Addenda.

(6) *Ἦν μόνου.* Ita Harl., Med., Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi ἦν μόνον.

(7) *Συγγράψας.* Vide supra notas ad epistolam 24, quæ ad Athanasium Ancyranum scripta est.

(8) *Ἀδιάφορα.* Reg. secundus et Coisl. secundus ἀδιάφορον.

(9) *Ὅρα γὰρ ὅπως.* Ita mss. sex: Editi Ὅρα γὰρ πῶς.

(10) *Κατατολμῶντες πράξεων*, etc. Hoc reordinationis facinus, quod rumor ad Basilium detulerat, non videtur certis indiciis fuisse confirmatum.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΑ'.

EPISTOLA CXXXI*.

Significat Basilius acceptum dolorem ex Eustathii calumniis. Hæc tribuit peccatis suis. Declarat se nec tres deos admittere, nec Apolinarii communionem amplecti, quamvis ad eum ante plures annos scripserit. Fusius diluet singulas criminationes, si opus erit.

Ὀλυμπίῳ (11).

Olympio.

A

1. Ὄντως ἡ τῶν ἀπροσδοκήτων ἀκοὴ ἱκανή ἐστι ποιῆσαι ἀνθρώπου (12) ἠχῆσαι ἀμφότερα τὰ ὦτα. Ὃ καὶ ἐμοὶ νῦν συνέβη. Εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα γεγυμνασμέναις μου λοιπὸν ταῖς ἀκοαῖς προσέπεσε (13) τὰ περιφερόμενα καθ' ἡμῶν ταῦτα συντάγματα, διὰ τὸ καὶ πρότερον αὐτὸν ἐμὲ δεδέχθαι τὴν ἐπιστολήν, πρέπουσαν μὲν ταῖς ἐμαῖς ἁμαρτίαις, οὐ μὴν προσδοκηθεῖσάν ποτε γραφήσεσθαι παρὰ τῶν ἐπιστειλάντων· ἀλλ' ὅμως τὰ δεύτερα τοσαύτην ὑπερβολὴν ἐφάνη ἡμῖν ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς τῆς πικρίας, ὥστε ἐπισκοτῆσαι τοῖς προλαβοῦσι. Πῶς γὰρ οὐ μικροῦ τῶν φρενῶν ἔξω ἐγενόμην τῶν ἐμαυτοῦ, ἐντυχὼν τῇ πρὸς τὸν εὐλαβέστατον ἀδελφὸν Δαζίναν (14) ἐπιστολῇ, μυρίων μὲν ὕβρεων καὶ κατηγοριῶν ἀφορήτων γεμούσῃ καθ' ἡμῶν καὶ ἐπαναστάσεων, ὡς ἐν τοῖς B ἐχαλεπωτάτοις ἡμῶν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας βουλεύμασιν εὑρεθέντων; Εὐθὺς δὲ καὶ ἀποδείξεις τοῦ ἀληθεῖς εἶναι τὰς καθ' ἡμῶν βλασφημίας ἐπῆχθησαν ἀπὸ συγγράμματος οὐκ οἶδα ὑπό τίνος γραφέντος. Μέρη μὲν γὰρ ἐπέγνων, ὁμολογῶ, παρὰ τοῦ (15) Λαοδικέως Ἀπολιναρίου γεγράφθαι, καὶ αὐτὰ οὐδὲ ἀναγνοὺς ἐξ ἔργου ποτὲ, ἀλλ' ἀκούσας ἑτέρων ἀπαγγειλάντων. Ἄλλα δέ τινα εὗρον ἐγγεγραμμένα, ἃ μήτε ἀνέγνων ποτὲ, μήτε ἑτέρου λέγοντος ἤκουσα· καὶ τούτων ὁ μάρτυς ἐν οὐρανῷ πιστός. Πῶς οὖν οἱ τὸ ψεῦδος (16) ἀποστρεφόμενοι, οἱ τὴν ἀγάπην πλήρωμα εἶναι τοῦ νόμου δεδιδαγμένοι, οἱ τὰ ἀσθενήματα τῶν ἀδυνάτων βαστάζειν ἐπαγγελλόμενοι, ταύτας ἡμῖν κατεδέξαντο τὰς συκοφαντίας ἐπενεγκεῖν, C

1. Idoneus certe rerum inopinarum auditus, ut tinnitum in utrisque hominis auribus efficiat. Quod et mihi nunc contigit. Etsi enim maxime jam exercitatis meis auribus acciderunt scripta illa, quæ in me circumferuntur, propterea quod et prius ego ipse epistolam accepi, meis quidem peccatis dignam, sed quam ab iis a quibus scripta est, nequaquam exspectassem; tamen posteriora tantum mihi visa sunt in se habere acerbitatis, ut obscurarent priora. Quomodo enim non fere de meæ mentis statu dejectus sum, cum in epistolam ad religiosissimum fratrem Dazinam scriptam incidi, innumeris contumeliis, intoleratisque in me accusationibus et assultibus refertam, quasi in deterrimis contra Ecclesiam consiliis deprehensus essem? Sed et statim argumenta, ut vera esse conjecta in nos probra viderentur, apposita sunt ex scriptis nescio a quo compositis. Ac partem quidem agnovi, fateor, ab Apolinario Laodicensi scriptam esse; neque tamen hoc ipsum data opera unquam legi, sed ex aliis audivi narrantibus. Alia vero nonnulla reperi ascripta, quæ nec unquam legi, nec alio referente audivi; atque horum testis est in cœlo fidelis. Quomodo igitur, qui mendacium aversantur, **224** qui charitatem complementum legis esse didicerunt, qui debilium infirmitates portare se profitentur, adduci potuerint, ut his nos calumniis appeterent, et ex alienis scriptioni-

Nulla enim illius mentio in aliis Basilii epistolis, quæ adversus Eustathium scriptæ sunt. Quod autem spectat ad alios hæreticos, non accuratissimum videtur, quod ait Basilius nulla apud eos exstare reordinationis exempla. Nam *exsecrabiles Ariani*, ut est in libello precum Fausti et Marcellini, *Biblioth. Patr.* tom. V, p. 655, *in partibus Orientis et maxime Ægypto non fuerunt hoc solo contenti, ut episcopi, damnata fide integra, in eorum impiam sententiam declinarent: sed hos ipsos qui primum fuerant per catholicos episcopos ordinati, ubi pro eorum desideriis subscripserunt, in laicorum numerum exigebant, et postea iterum eos iidem hæretici episcopos ordinabant, ut non solum fidem catholicam damnare viderentur, sed ordinationem factam per episcopos catholicos.* In eodem libello, p. 658 et 659, plebs Oxyrynchi communionem episcopi sui exsecrata dicitur, quia non solum impie subscripserat, sed etiam se a D Georgio laicum fieri, et denuo episcopum ordinari passus fuerat. Hæc confirmari possunt ex epistola Constantii ad Auxumitanos principes, in qua jubet Constantius ut Frumentius Auxumeos episcopus quam primum mittatur in Ægyptum ad honoratissimum episcopum Georgium et alios Ægypti episcopos, quibus ordinandi et ejusmodi res dijudicandi major inest potestas, οἱ τοῦ χειροτονεῖν καὶ κρίνειν τὰ τοιαῦτα κύριοι μᾶλλόν εἰσιν. Addit postea, καὶ καταστήσεται παρ' αὐτῶν, εἰ μέλλοι τῷ ὄντι κατὰ τὸ δίκαιον ἐπίσκοπος εἶναι δοκεῖν, *et ab eis constituetur, si verus episcopus juxtaque leges ordinatus haberi velit*, Athanas., *Apol.*, p. 313. Videtur

hoc Georgii scelus, quod sua sponte gravissimum erat, cum multis aliis sceleribus longe gravioribus adjunctum esset, minus insigne exstitisse, nec ad Basilii aures pervenisse.

(11) Ὀλυμπίῳ. Harl. et Regius primus τῷ αὐτῷ. In Harl. autem codice præcedunt epistolæ plures ad Olympium. At in Regio præcedit epistola 325, quæ scripta est ad Magnilianum.

(12) Ἀνθρώπου. Reg. secundus, Bigot. et Coisl. secundus ἀνθρωπον.

(13) Προσέπεσε. Ita Harl. et Coisl. primus cum aliis nonnullis. Editi προσέπεσον.

(14) Δαζίναν. Med. et Clarom. Δεζίναν.

(15) Παρὰ τοῦ. Sic Reg. secundus et Coisl. secundus, Paris. et Harl. secunda manu. Editi περὶ τοῦ. Ibidem editi Ἀπολλιναρίου. Aliter scribitur hoc nomen in optimis quibusque codicibus, quos secuti sumus.

(16) Τὸ ψεῦδος. Præclare describitur speciosa illa pellis, qua se turpis introrsum Eustathius tegebat. Præ se enim ferebat maximum amorem veritatis, et mendacium vel in minimis rebus, ut *horribile quiddam*, aversari videbatur, nedum in gravissimis velle mentiri. Hoc ei testimonium tribuit in epist. 99 Basilius, qui, his artibus deceptus, et ex tota Eustathii vita conjecturam faciens, perinique illi notam mendacii a Theodoto Nicopolitano inuri contendebat. Unde etiam Eustathium sic compellat Basilius in epist. 223: *O vir amice veritatis, qui mendacium diaboli fetum esse didicisti.*

* Alias CCCLXXXII. Scripta anno 373.

Digitized by Google

bus condemnarent, multa mecum considerans, causam invenire non possum, nisi quod, id quod initio dixi, hujus etiam rei molestiam, pœnarum, quæ mihi ob peccata debitæ sunt, partem esse judicavi.

2. Nam primum quidem animo doloi, quod veritates a filiis hominum diminutæ sint : deinde vero egomet mihi timui, ne etiam aliis peccatis odium hominum adjicerem, nihil esse fidei in ullo prorsus homine existimans ; siquidem illi ipsi, quibus in maximis rebus confidebam, tales erga me, tales erga ipsam veritatem sese præbuerunt. Noveris igitur, frater, et quisquis veritatis amator, nec mea esse scripta, nec mihi probari, siquidem non ex mea sententia composita fuerunt. Quod si scripsi aliquando ante annos multos ad Apolinarium aut ad aliquem alium, accusari non debeo. Nam nec ipse accuso, si quis ex sodalitio aliquo in hæresim abscissus est (omnino autem homines novistis, tametsi nominatim non appello), quia unusquisque suo ipsius peccato morietur. Hæc quidem ad missum tomum respondi, ut et ipse veritatem intelligas, et iis qui veritatem in injustitia detinere nolunt, manifestam facias. Quod si fusius singulas criminationes diluere oportuerit, et hoc, adjuvante Deo, præstabo. Nos, frater Olympi, neque deos tres dicimus, nec cum Apolinario communicamus.

EPISTOLA CXXXII*.

Cum varii de Abramio sermones essent, scribit ad eum Basilius statim ac audivit in ædibus Saturnini comitis Antiochiæ versari.

Abramio, episcopo Batnorum.

Quo in loco pietas tua versetur ab autumno prorsus ignoravi. Etenim incertos rumores repe-

* Alias CCCXV. Scripta anno 373.

(17) *Ἀπ' ἀλλοτρίων.* Coisl. primus ἐπ' ἀλλοτρίων.

(18) *Καταχρῖναι.* Harl., Reg. primus et Clarom. καταχρίνειν, et paulo post κατανοεῖν. Hic autem apposita erat in editis interrogationis nota, quam tollere satius esse existimavi ; neque tamen contendam, si quis apponendam judicet.

(19) *Πρὸς ταῖς.* Uterque Reg. et uterque Bigot. cum Coisl. secundo μή ποτε προσθῶ ταῖς... μισανθρωπίαν οὐδέν.

(20) *Ἀρέσκεσθαι.* Ita octo mss. Editi ἀρκεῖσθαι. Ibidem tres vetustissimi codices ἐπεὶ μὴ τῇ ἐμῇ. Editi μηδὲ τῇ ἐμῇ, *nec ex mea sententia composita fuisse.*

(21) *Ἑαυτῶν.* Ita tres antiquissimi codices. Editi ἐτῶν.

(22) *Αὐτός.* Editi addunt ἐγώ, quod deest in sex nostris codicibus. Hic autem videtur Basilius Arium et Aetium designare, quorum primus Eustathii magister, alter discipulus fuerat, ut discimus ex epistolis 223 et 240.

(23) *Τόμον.* Editi post hanc vocem addunt ἀλλά, sed melius deest in tribus vetustissimis codicibus.

(24) *Ὡς ἐν ἀδικίᾳ.* Deest prima vocula in multis veteribus libris, non tamen in antiquissimis. Ibidem editi κατασταῖσας. Mss. ut in textu.

καὶ ἀπ' ἀλλοτρίων (17) συγγραμμάτων ἡμᾶς κατακρῖναι (18), πολλὰ λογισάμενος κατ' ἐμαυτὸν, ἐπινοεῖν τὴν αἰτίαν οὐκ ἔχω, εἰ μὴ, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς εἶπον, μέρος ἔκρινα εἶναι τῶν ὀφειλομένων μοι διὰ τὰς ἁμαρτίας κολάσεων, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις λύπην.

2. Πρῶτον μὲν γὰρ κατεπένθησα τῇ ψυχῇ, ὅτι ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθειαι ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων· ἔπειτα δὲ καὶ ἐφοβήθην αὐτὸς περὶ ἐμαυτοῦ, μή ποτε πρὸς ταῖς (19) ἄλλαις ἁμαρτίαις καὶ τὴν μισανθρωπίαν πάθω, οὐδὲν πιστὸν ἐν οὐδενὶ λογιζόμενος εἶναι, εἴπερ οἱ εἰς τὰ μέγιστα παρ' ἐμοῦ πιστευθέντες τοιοῦτοι μὲν περὶ ἐμὲ, τοιοῦτοι δὲ περὶ αὐτὴν ἐφάνησαν τὴν ἀλήθειαν. Γίνωσκε τοίνυν, ἀδελφὲ, καὶ πᾶς ὅστις τῆς ἀληθείας φίλος, μήτε ἐμὲ εἶναι τὰ συντάγματα, οὔτε ἀρέσκεσθαι (20) αὐτοῖς, ἐπεὶ μὴ τῇ ἐμῇ γνώμῃ συγγεγράφθαι. Εἰ δὲ ἐπέστειλά ποτε πρὸ πολλῶν ἐνιαυτῶν (21) Ἀπολιναρίῳ ἢ ἄλλῳ τινὶ, ἐγκαλεῖσθαι οὐκ ὀφείλω. Οὔτε γὰρ αὐτὸς (22) ἐγκαλῶ, εἴ τις ἐκ τῆς ἑταιρίας τινὸς εἰς αἵρεσιν ἀπεσχίσθη (οἶδατε δὲ πάντως τοὺς ἄνδρας, κἂν ὀνομαστὶ μὴ λέγω), διότι ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ ἁμαρτίᾳ ἀποθανεῖται. Ταῦτα νῦν μὲν ἀπεκρινάμην πρὸς τὸν ἀποσταλέντα τόμον (23)· ἵνα αὐτός τε εἰδείης τὴν ἀλήθειαν, καὶ τοῖς βουλομένοις μὴ κατέχειν ὡς ἐν ἀδικίᾳ (24) τὴν ἀλήθειαν φανερὰν καταστήσῃς· ἐὰν δὲ δέῃ καὶ πλατύτερον ὑπὲρ ἑκάστου τῶν ἐπενεχθέντων ἡμῖν ἀπολογήσασθαι, καὶ τοῦτο ποιήσομεν, τοῦ Θεοῦ συνεργοῦντος. Ἡμεῖς, ἀδελφὲ Ὀλύμπιε, οὔτε τρεῖς θεοὺς (25) λέγομεν, οὔτε Ἀπολιναρίῳ κοινωνοῦμεν.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΑΒ'.

Ἀβραμίῳ, ἐπισκόπῳ Βατνῶν.

Πάντα τὸν ἀπὸ τοῦ μετοπώρου χρόνον ἠγνόησα περὶ τῆς εὐλαβείας σου, ὅπου διάγεις. Καὶ γὰρ

(25) *Τρεῖς θεούς.* Sæpe alias hunc trium deorum errorem Catholicis Ariani affinxerunt. Hunc Gregorius Nazianzenus, orat. 1, et 29, p. 16, et 489, refellit, ut a nonnullis propugnatum, quos nimis orthodoxos vocat. Sed tamen, cum nulla extent sæculo quarto hujus erroris vestigia, credere malim ita locutum esse Gregorium, non quod ipse hujus hæresis sectatores deprehendisset, sed quod ea de re, quæ rem causamque non continebat, cum Arianis litigare nollet. Sic Basilius inter ea, quæ Eustathio subscribenda proponit in epist. 125, non omittit *fugiendos esse eos qui Filium Patri, et Filio Spiritum sanctum præponunt.* At id Basilius videtur potius concessisse Eustathio, quam sua sponte necessarium duxisse. Neque enim probabile est hoc errore quemquam insaniisse : sed Eustathius et alii Pneumatomachi hanc notam inurere tentabant veritatis defensoribus, ac in primis Basilio qui calumniam a se propulsat in epist. 251. Simile exemplum suppeditant Apolinaristæ, qui ut catholico dogmati invidiam crearent, duos Filios ab adversariis suis admitti et Mariam hominiparam dici fingebant. Gregorius Nazianzenus hunc errorem recens exortum esse dicit in orat. 14, p. 221. Nyssenus vero ut commentitium et ab Apolinaristis impudenter fictum explodit in epist. ad Eustathium, tom. III, p. 660.

Digitized by Google

πεπλανημένας τὰς φήμας εὗρισκον, τῶν μὲν ἀπαγγελλόντων ἐν Σαμοσάτοις διατρίβειν σου τὴν εὐλάβειαν, τῶν δὲ ἐν τῇ χώρᾳ· ἄλλων δὲ περὶ τὰς Βάτνας αὐτὰς διαβεβαιουμένων ἑωρακέναι· διὸ οὐδὲ συνεχῶς ἐπέστειλα. Νῦν δὲ, μαθὼν ἐν Ἀντιοχείᾳ διάγειν, ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ αἰδεσιμωτάτου Σατορνίνου τοῦ κόμητος, ἔδωκα τὴν ἐπιστολὴν προθύμως τῷ ποθεινοτάτῳ καὶ εὐλαβεστάτῳ ἀδελφῷ Σαγκτισσίμῳ τῷ συμπρεσβυτέρῳ (26), δι' οὗ προσφθέγγομαί σου τὴν ἀγάπην, παρακαλῶν, ὅπουπερ ἂν ᾖς, μεμνῆσθαι μάλιστα μὲν τοῦ Θεοῦ, εἶτα καὶ ἡμῶν, οὓς ἀγαπᾷν ἐξ ἀρχῆς προείλου, καὶ ἔχειν ἐν τοῖς οἰκειοτάτοις ἀριθμουμένους.

A riebam, aliis te Samosatis commorari nuntiantibus, aliis rure, aliis vero te circa Batnas ipsas visum a se esse affirmantibus : quapropter haud crebro scripsi. Nunc autem simul ut didici te Antiochiæ versari in ædibus colendissimi **225** Saturnini comitis, dedi epistolam libenter desideratissimo ac religiosissimo fratri Sanctissimo compresbytero : per quem saluto dilectionem tuam, obsecrans ut ubicunque fueris, in primis quidem memineris Dei, deinde et nostri, quos ab initio diligere statuisti, et inter maxime necessarios numerare.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΓ'.

EPISTOLA CXXXIII*.

Petrum salutat et hortatur, ut, quemadmodum cæterarum rerum, ita etiam Athanasii in se amoris successor sit; et fraternitatis ubique diffusæ curam eodem studio, ac beatissimus ille vir, suscipiat.

Πέτρῳ, ἐπισκόπῳ Ἀλεξανδρείας.

B Τῆς μὲν σωματικῆς φιλίας ὀφθαλμοὶ πρόξενοι γίνονται, καὶ ἡ διὰ μακροῦ χρόνου ἐγγινομένη συνήθεια βεβαιοῖ· τὴν δὲ ἀληθινὴν ἀγάπην ἡ τοῦ Πνεύματος δωρεὰ συνίστησι, συνάπτουσα μὲν τὰ μακρῷ διεστῶτα τόπῳ, γνωρίζουσα δὲ ἀλλήλοις τοὺς ἀγαπητοὺς, οὐ διὰ σωματικῶν χαρακτήρων, ἀλλὰ διὰ τῶν τῆς ψυχῆς (27) ἰδιωμάτων. Ὃ δὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν ἡ τοῦ Κυρίου χάρις ἐποίησε, παρασχομένη ἡμᾶς ἰδεῖν σε τοῖς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς, καὶ περιπτύξασθαί σε τῇ ἀγάπῃ τῇ ἀληθινῇ, καὶ οἱονεὶ συμφυῆναί σοι, καὶ πρὸς μίαν ἐλθεῖν ἕνωσιν ἐκ τῆς κατὰ τὴν πίστιν κοινωνίας. Πεπείσμεθα γάρ σε ἀνδρὸς τοσούτου θρέμμα ὑπάρχοντα, καὶ τὴν ἐκ παλαιοῦ διατριβὴν μετ' αὐτοῦ λαχόντα, τῷ αὐτῷ πορεύεσθαι πνεύματι, καὶ τοῖς αὐτοῖς στοιχεῖν τῆς εὐσεβείας δόγμασι. Διὸ C καὶ προσφθεγγόμεθά σου τὴν τιμιότητα, καὶ παρακαλοῦμεν μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὴν περὶ ἡμᾶς διάθεσιν τοῦ μεγάλου ἀνδρὸς διαδέξασθαι· ἐπιστέλλειν τε ἡμῖν συνήθως τὰ κατὰ σαυτὸν, καὶ ἐπιμελεῖσθαι τῆς πανταχοῦ ἀδελφότητος τοῖς αὐτοῖς σπλάγχνοις καὶ τῇ αὐτῇ προθυμίᾳ (28), ᾗ καὶ ὁ μακαριώτατος ἐκεῖνος περὶ πάντας ἐχρῆτο τοὺς ἀγαπῶντας τὸν Θεὸν ἐν ἀληθείᾳ.

Petro, episcopo Alexandriæ.

Corporalis quidem amicitiæ conciliatores sunt oculi, eamque diuturna consuetudo confirmat. Sed veram charitatem donum Spiritus constituit, conjungens longo distantia locorum intervallo, ac amicis præstans ut sese invicem cognoscant, non corporeis notis, sed animæ proprietatibus. Quod ipsum et in nobis Domini gratia perfecit, largiens ut te videremus animi oculis, teque amplecteremur vera dilectione, ac veluti cohæreremus tibi, et in unam veniremus unionem ex fidei communione. Nobis enim est persuasum te, viri talis alumnum, et longa illius consuetudine usum, eodem incedere spiritu, eademque pietatis dogmata sequi. Quapropter et tuam saluto præstantiam, obtestorque ut cum cæteris rebus etiam magni illius viri in nos amorem excipias, mihique sæpe de tuis rebus scribas, et curam suscipias fraternitatis ubique diffusæ, visceribus iisdem ac studio eodem, quo et beatissimus ille vir in omnes, qui Deum in veritate diligunt, usus est.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΔ'.

EPISTOLA CXXXIV**.

Gratias agit quod nuper scripserit. Hortatur ut sæpius scribat. Negat se copiam habere librarii aut notarii.

Παιονίῳ πρεσβυτέρῳ.

Ὅσον ηὔφρανας ἡμᾶς τοῖς γράμμασιν, εἰκάζεις που πάντως αὐτοῖς οἷς ἐπέστειλας· οὕτω τὸ καθαρὸν τῆς καρδίας, ἀφ' ἧς προῆλθεν ἐκεῖνα τὰ ῥήματα, ἀκριβῶς ἐκ τῶν γραμμάτων κατεμηνύετο. Καὶ γὰρ ὁλκὸς (29) μὲν ὕδατος δείκνυσι τὴν οἰκείαν πηγὴν, λόγου δὲ φύσις τὴν προενεγκοῦσαν αὐτὸν καρδίαν χαρακτηρίζει. Ὥστε ἄτοπόν τε καὶ πολὺ τοῦ εἰκότος παρηλλαγμένον πεπονθέναι ὁμολογῶ. Σπουδάζων γὰρ ἀεὶ γράμμασιν ἐντυγχάνειν τῆς τελειότητός σου, ἐπειδὴ ἔλαβον εἰς χεῖρας τὴν ἐπιστολὴν, καὶ ἀν-

Pæonio presbytero.

Quantopere me litteris oblectaveris, profecto ex iis quæ scripsisti conjecturam facis : adeo puritas cordis, ex quo verba illa profluxere, accurate ex litteris perspiciebatur. Nam aquarum rivulus D fontem suum indicat; sermonis autem natura pectus, unde emanavit, depingit ac designat. Quare absurdum quiddam et a verisimili longe alienum mihi fateor evenisse. Cum enim tuas semper litteras legere percuperem, ubi epistolam in manus sumpsi, ac legi, iis quæ scripta erant non sum dicis Coisliniani.

(26) *Συμπρεσβυτέρῳ.* Editi addunt ἡμῶν, quod deest in omnibus codicibus mss.

(27) *Τῆς ψυχῆς.* Sic Coisl. primus et Med. Editi τῆς ἀρετῆς, *virtutis proprietatibus.*

(28) *Προθυμίᾳ.* Ita iidem duo vetustissimi codices, multo melius quam alii et editi προμηθείᾳ, quæ tamen scriptura legitur ad marginem co-

(29) *Ὁλκός.* Ante hanc vocem editi habent καί, sed abest ab antiquissimis codicibus et pluribus aliis.

* Alias CCCXX. Scripta anno 373.

** Alias CCCXLI. Scripta anno 373.

Digitized by Google

delectatus magis, quam dolui, jacturam considerans, quanta nobis per silentii tempus evenerit. Sed quia scribere cœpisti, hoc facere ne intermittas; nam magis delectabis, quam qui multas pecunias avaris mittunt. Scriptor autem nullus **226** mihi aderat, neque ex iis qui eleganter scribunt, neque ex iis qui velociter. Nam quos exercueram, horum alii ad pristinum vitæ genus rediere; alii vero diuturnis morbis afflictati labores ferre non possunt.

A ἔγνων αὐτὴν, οὐχ ἧσθην μᾶλλον τοῖς ἐπεσταλμένοις, ἢ ἠνιάθην, τὴν ζημίαν, ὁπόση γέγονεν ἡμῖν κατὰ τὸν τῆς σιωπῆς χρόνον, διαλογιζόμενος. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἤρξω γράφειν, μὴ διαλίπῃς (30) τοῦτο ποιῶν. Εὐφρανεῖς γὰρ πλέον ἢ οἱ τὰ πολλὰ χρήματα τοῖς φιλοπλούτοις διαπεμπόμενοι. Τῶν δὲ γραφέων οὐδείς μοι παρῆν, οὔτε τῶν καλλιγραφούντων οὔτε τῶν ταχυγράφων. Οὓς γὰρ ἔτυχον ἐξασκήσας, οἱ μὲν ἀνέδραμον ἐπὶ τὴν πρώτην τοῦ βίου συνήθειαν, οἱ δὲ ἀπειρήκασι πρὸς τοὺς πόνους, χρονίαις ἀῤῥωστίαις κεκακωμένοι.

EPISTOLA CXXXV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΕ'.

Basilius ingenue exponit quid de duobus libris a Diodoro compositis sentiat, et de dialogis scribendis multa peracute observat. Sperat Diodorum plura scripturum : ipse vero tantum se a scribendo, quantum a valetudine et otio remotum esse dicit. Primum librum remittit; alterum retinet, volens describere, nec copiam habens tachygraphi.

Diodoro, Antiochiæ presbytero.

1. Legi missos a tua præstantia libros. Et secundo quidem valde oblectatus sum, non solum propter brevitatem, ut par erat hominem jam ad omnia segniter et debiliter sese habentem, verum etiam quod simul et frequens est sententiis, ac perspicue tum adversariorum objecta, tum etiam objectis responsa continet : et simplex nec elaboratum dicendi genus congruere mihi visum est Christiani proposito, non tam ad ostentationem, quam ad communem utilitatem scribentis. Prior vero, vim quidem eamdem in rebus habens, sed dictione uberiore et variis figuris ac dialogorum gratiis exornatus, multo mihi visus est et tempore ad legendum et mentis labore ad colligendas sententias ac memoria tenendas indigere. Adversariorum enim intertextæ vituperationes, laudesque nostrorum, etsi quasdam ex dialogo suavitates operi videntur afferre; quia tamen detinent et morantur, continuationem sententiæ divellunt, atque contentiosæ orationis firmitatem relaxant. Illud enim omnino solertiæ tuæ notum est, eos etiam ex philosophis exteris qui dialogos scripsere, Aristotelem quidem et Theophrastum statim res ipsas attigisse, quod conscii sibi essent deesse sibi lepores Platonicos. Plato autem ea est dicendi facultate, ut simul et sententias impugnet, et personas comico more describat, Thrasymachi quidem temeritatem ac impudentiam vituperans, Hippiæ vero levitatem mentis atque ignaviam, arrogantiam quoque et fastum Protagoræ. Ubi vero indefinitas personas in dialogos introducit, utitur quidem personis disserentibus ad rerum perspicuitatem, sed nihil aliud ex personis admiscet argumentis : id quod in *Legibus* præstitit.

B *Διοδώρῳ, πρεσβυτέρῳ Ἀντιοχείας* (31).

1. Ἐνέτυχον τοῖς ἀποσταλεῖσι βιβλίοις παρὰ τῆς τιμιότητός σου. Καὶ τῷ μὲν δευτέρῳ ὑπερήσθην, οὐ διὰ τὴν βραχύτητα μόνον, ὡς εἰκὸς ἦν τὸν ἀργῶς πρὸς πάντα καὶ ἀσθενῶς λοιπὸν διακείμενον, ἀλλ' ὅτι πυκνόν τε ἅμα ἐστὶ ταῖς ἐννοίαις, καὶ εὐκρινῶς ἐν αὐτῷ ἔχουσιν αἵ τε ἀντιθέσεις τῶν ὑπεναντίων, καὶ αἱ πρὸς αὐτὰς ἀπαντήσεις· καὶ τὸ τῆς λέξεως ἁπλοῦν τε καὶ ἀκατάσκευον πρέπον ἔδοξέ μοι εἶναι (32) προθέσει Χριστιανοῦ, οὐ πρὸς ἐπίδειξιν μᾶλλον ἢ κοινὴν ὠφέλειαν συγγράφοντος (33). Τὸ δὲ πρότερον, τὴν μὲν δύναμιν ἔχον τὴν αὐτὴν ἐν τοῖς πράγμασι, λέξει δὲ πολυτελεστέρᾳ καὶ σχήμασι ποικίλοις καὶ διαλογικαῖς χάρισι κεκομψευμένον, πολλοῦ μοι ἐφάνη καὶ χρόνου πρὸς τὸ ἐπελθεῖν (34), C καὶ πόνου διανοίας πρὸς τὸ καὶ συλλέξαι τὰς ἐννοίας, καὶ παρακατασχεῖν αὐτὰς τῇ μνήμῃ δέομενον. Αἱ γὰρ ἐν τῷ μεταξὺ παρεμβαλλόμεναι διαβολαὶ τῶν ὑπεναντίων, καὶ συστάσεις τῶν ἡμετέρων, εἰ καὶ γλυκύτητάς τινας ἐπεισάγειν δοκοῦσι διαλεκτικὰς (35) τῷ συγγράμματι· ἀλλ' οὖν τῷ σχολὴν καὶ διατριβὴν ἐμποιεῖν, διασπῶσι μὲν τὸ συνεχὲς τῆς ἐννοίας, καὶ τοῦ ἐναγωνίου λόγου τὸν τόνον ὑποχαυνοῦσιν. Ἐκεῖνο γὰρ πάντως συνεῖδέ (36) σου ἡ ἀρχίνοια, ὅτι καὶ τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων οἱ τοὺς διαλόγους συγγράψαντες, Ἀριστοτέλης μὲν καὶ Θεόφραστος, εὐθὺς αὐτῶν ἥψαντο τῶν πραγμάτων, διὰ τὸ συνειδέναι ἑαυτοῖς τῶν Πλατωνικῶν χαρίτων τὴν ἔνδειαν· Πλάτων δὲ τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ λόγου ὁμοῦ μὲν τοῖς δόγμασι μάχεται, ὁμοῦ δὲ καὶ παρακωμῳδεῖ τὰ πρόσωπα, D Θρασυμάχου μὲν τὸ θρασὺ καὶ ἰταμὸν διαβάλλων, Ἱππίου δὲ τὸ κοῦφον τῆς διανοίας καὶ χαῦνον, καὶ Πρωταγόρου τὸ ἀλαζονικὸν καὶ ὑπέρογκον. Ὅπου δὲ ἀόριστα πρόσωπα ἐπεισάγει τοῖς διαλόγοις, τῆς μὲν εὐκρινείας ἕνεκεν τῶν πραγμάτων κέχρηται τοῖς προσδιαλεγομένοις (37), οὐδὲν δὲ ἕτερον ἐκ τῶν προσώπων ἐπεισκυκλεῖ ταῖς ὑποθέσεσιν· ὅπερ ἐποίησεν ἐν τοῖς *Νόμοις*.

* Alias CLXVII. Scripta anno 373.

(30) *Μὴ διαλίπῃς*. Multi codices non vetustissimi μὴ διαλίποις.

(31) *Διοδώρῳ*. Coisl. primus et Med. Θεοδώρῳ.

(32) *Εἶναι*. Hanc vocem addidimus ex Med., Harl., Coisl. primo et utroque Regio.

(33) *Συγγράφοντος*. Ita tres vetustissimi codices. Editi γράφοντος.

(34) *Ἐπελθεῖν*. Sic mss. sex pro eo quod erat in editis ἐξελθεῖν, vel ut in editione 2 Paris. ἐπεξελθεῖν.

(35) *Γλυκύτητας... διαλεκτικάς*. Med. et Harl. prima manu γλυκυτάτας... διαλέξεις.

(36) *Συνεῖδε*. Harl. σύνοιδε, sed secunda manu.

(37) *Προσδιαλεγομένοις*. Tres codices non vetustissimi προδιαλεγομένοις.

Digitized by Google

2. Δεῖ οὖν καὶ ἡμᾶς τοὺς οὐ κατὰ φιλοτιμίαν A ἐρχομένους ἐπὶ τὸ γράφειν, ἀλλ' ὑποθήκας καταλιμπάνειν ὠφελίμων λόγων τῇ ἀδελφότητι προελομένους, ἐὰν μέν τι πᾶσι προκεκηρυγμένον ἐπὶ αὐθαδείᾳ τρόπου πρόσωπον ὑποβαλλώμεθα (38), τινὰ καὶ ἀπὸ προσώπου ποιότητος παραπλέκειν τῷ λόγῳ, εἴπερ ὅλως ἐπιβάλλει ἡμῖν διαβάλλειν ἀνθρώπους, τῶν πραγμάτων ἀφεμένους (39). Ἐὰν δὲ ἀόριστον ᾖ τὸ διαλεγόμενον, αἱ πρὸς τὰ πρόσωπα διαστάσεις (40) τὴν μὲν συνάφειαν διακόπτουσι, πρὸς οὐδὲν δὲ πέρας χρήσιμον ἀπαντῶσι (41). Ταῦτα εἶπον ἵνα δειχθῇ, ὅτι οὐκ εἰς κόλακος χεῖρας ἀπέστειλάς σου τοὺς πόνους, ἀλλὰ ἀδελφῷ τῷ γνησιωτάτῳ ἐκοινώνησας τῶν καμάτων. Εἶπον δὲ οὐ πρὸς ἐπανόρθωσιν τῶν γεγραμμένων, ἀλλὰ πρὸς φυλακὴν τῶν μελλόντων. Πάντως γὰρ ὁ τοσαύτῃ περὶ τὸ γράφειν ἕξει καὶ σπουδῇ B κεχρημένος οὐκ ἀποκνήσει γράφων· ἐπειδὴ οὐδὲ οἱ (42) τὰς ὑποθέσεις παρέχοντες ἀπολήγουσιν. Ἡμῖν δὲ ἀρκέσει μὲν ἀναγινώσκειν τὰ ὑμέτερα· τοῦ δὲ δύνασθαι γράφειν τι (43), τοσοῦτον ἀποδέομεν, ὅσον μικροῦ δέω λέγειν, καὶ τοῦ ὑγιαίνειν, ἢ καὶ τοῦ μετρίαν σχολὴν ἄγειν ἀπὸ τῶν πραγμάτων. Ἀπέστειλα δὲ νῦν διὰ τοῦ ἀναγνώστου τὸ μεῖζον καὶ πρότερον, ἐπελθὼν αὐτὸ ὡς ἐμοὶ δυνατόν. Τὸ δὲ δεύτερον (44) παρακατέσχον, βουλόμενος αὐτὸ μεταγράψαι, καὶ μὴ εὐπορῶν τέως τινὸς τῶν εἰς τάχος γραφόντων. Μέχρι γὰρ τοσαύτης ἦλθε πενίας τὰ ἐπίφθονα Καππαδοκῶν.

2. Oportet itaque et nos, qui non gloriæ studio ad scribendum ducimur, sed documenta relinquere utilium sermonum fraternitati instituimus, si quam omnibus jam decantatam ex morum pervicacia personam subjiciamus, nonnulla etiam ex personæ indole orationi attexere ; si tamen nobis omnino decorum est homines vituperare, rebus omissis. Sed si indefinitæ **227** sint personæ disserentes, illi adversus personas excursus intercidunt continuationem, nec ad ullum finem utilem pertingunt. Hæc eo dixi, ut exploratum sit, te non misisse labores tuos in adulatoris manus, sed cum fratre maxime ingenuo communicasse. Dixi autem non ad eorum quæ scripta sunt correctionem, sed ad eorum quæ scribentur, cautionem. Nam profecto qui tanta in scribendo facultate et diligentia utitur, non deterrebitur a scribendo ; quandoquidem et qui suppeditant argumenta, minime cessant. Nobis autem satis erit vestra legere : tantum enim abest ut scribere possimus, quantum ferme dixerim, ut valeamus, aut vel modicum otium habeamus a negotiis. Remisi autem nunc per lectorem majus ac primum volumen, a me, quantum mihi licuit, perlectum. Alterum vero retinui volens describere, nec copiam hactenus habens cujusquam, qui velociter scribat. Ad tantam enim penuriam invidendæ Cappadocum res devenere.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛϚ'.

EPISTOLA CXXXVI*.

Morbum suum describit Basilius, queritur res ecclesiasticas dilapsas esse et proditas. Jamdudum Eusebium invisisset, nisi eum detinuisset per duos menses Eustathii diaconi morbus, ac deinde alii, qui cum Basilio erunt, ægrotassent, ac postremo ipse Basilius.

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

Eusebio, episcopo Samosatorum.

C

1. Ἐν οἷοις ἡμᾶς ὄντας κατέλαβεν ὁ χρηστὸς Ἰσάακης (45), αὐτός σοι ἄμεινον διηγήσεται, εἰ καὶ μὴ ἀρκοῦσαν ἔχει τὴν γλῶσσαν, ὥστε τραγικῶς ἐξαγγεῖλαι τὸ ὑπεραῖρον τῶν παθῶν· τοσοῦτον ἦν τῆς ἀῤῥωστίας τὸ μέγεθος. Καὶ τὸ εἰκὸς δὲ παντὶ γνώριμον, τῷ ἐμὲ καὶ κατὰ βραχὺ ἐπισταμένῳ. Εἰ γὰρ ἐν τῇ δοκούσῃ εὐεξίᾳ τῶν ἀπεγνωσμένων πρὸς τὸ ζῆν ἀσθενέστερον διεκείμην, γινώσκειν ἔξεστι τίς ἂν ἦμην ἐπὶ τῆς ἀῤῥωστίας. Καίτοιγε ἐρχῆν (δὸς γὰρ τῷ πυρετῷ συγγνώμην ἐρεσχελοῦντι), ἐπειδή μοι κατὰ φύσιν ἦν τὸ νοσεῖν, ἐν τῇ μεταβολῇ ταύτῃ (46) τῆς ἕξεως ὑγείας μοι νῦν τὸ κράτιστον περιεῖναι,

1. Quo in statu deprehenderit nos vir probus Isaaces, ipse tibi melius enarrabit, licet lingua illius par non sit, ut tragice exponat quæ majorem in modum patiebar : tanta erat morbi magnitudo. Sed tamen quid verisimile sit, quisquis me vel paululum novit, perspicere potest. Nam, si dum videbar valere, iis, quorum desperatur salus, infirmior eram, qualis in morbo fuerim cognoscere licet. Quanquam oportebat (da enim veniam febri ineptienti), cum mihi morbus secundum naturam esset, in hac habitus mutatione nunc me in præclarissima valetudine constitui. Sed quia Domini

(38) *Ὑποβαλλώμεθα.* Post hanc vocem editi addunt χρή, quæ vox cum perincommode posita D sit, quia δεῖ paulo ante præcessit, nec in Harl. codice reperiatur, nisi secunda manu, merito visa est delenda. Ibidem Vat. et Coisl. secundus et duo Regii codices : χρή τινα καὶ ἀπὸ προσώπου πεποιημένα.

(39) *Ἀφεμένους.* Ita tres vetustissimi codices cum duobus aliis. Editi immutatione prorsus inutili ἀφεμένοις.

(40) *Διαστάσεις.* Ita Med., Coisl. uterque, Harl. prima manu et Reg. secundus. Editi διατάσεις.

(41) *Ἀπαντῶσι.* Post hoc verbum editi addunt τοῦ λόγου. Sed hæc desunt in sex mss. et in prima editione Basileensi.

(42) *Οὐδὲ οἱ.* Editi καὶ οἱ... οὐκ ἀπολήγουσιν. Sed sequi maluimus tres optimos et vetustissimos libros.

(43) *Γράφειν τι.* Voculam addidimus ex Med., Harl., Coisl. utroque et Reg. secundo

(44) *Δεύτερον.* Editiones Parisienses addunt καὶ μικρότερον, sed hæc in nullo codice mss. reperimus, neque etiam occurrunt in editionibus Basileensibus.

(45) *Ἰσαάκης.* Ita Coisl. primus, Harl., Med. et Reg. primus et Bigot. alter. Editi Ἰσαάκιος. Quatuor alii mss. Ἰωσάκης.

(46) *Ταύτῃ.* Quatuor mss. non vetustissimi ταύτης. Mox editi παρεῖναι. Tres vetustissimi codices cum pluribus aliis περιεῖναι.

* Alias CCLVII. Scripta anno 373.

Digitized by Google

flagellum est, quod accessionibus pro merito nostro dolores intendit, in morbum ex morbo incidi, adeo ut quod inde consequitur, vel puero manifestum sit, nostrum illud integumentum necessario solutum iri; nisi forte Dei benignitas tempus nobis pro sua patientia ad pœnitentiam concedens, efficiat etiam nunc, ut sæpe antea, solutionem quamdam et exitum ex malis inextricabilibus. Atque hæc quidem, ut ei gratum et nobis utile, ita se habebunt.

2. Res autem ecclesiasticæ quomodo dilapsæ et proditæ sint, dum nos propriæ securitatis causa quæ ad proximum attinent negligimus, ac ne hoc quidem intelligere possumus, rebus communibus male cadentibus, privatas etiam simul perire, quid attinet vel dicere? Præsertim **228** ad te, qui cuncta longe ante prævidens et in antecessum testatus es et declarasti, et prior ipse exsurrexisti, et alios excitasti, litteras scribens, coram accedens, quid non agens, quam vocem non emittens! Quorum quidem meminimus, ut quæque res evenit, sed inde nihil jam adjuvamur. Nunc autem, nisi mihi mea peccata obstitissent (ac primum quidem religiosissimus ac dilectissimus frater noster Eustathius condiaconus in morbum gravem delapsus, totos me duos menses distinuit, dum diem ex die valetudinem illius exspecto : deinde qui mecum sunt omnes ægrotarunt, quorum reliquias narrabit frater Isaaces; postremo tandem ego ipse hoc sum morbo correptus), jamdudum apud tuam præstantiam forem, non rebus communibus quidpiam afferens emolumenti, sed mihimetipsi lucrum non parvum ex tuo congressu concilians. Etenim statueram extra ecclesiastica esse tela, eo quod imparati simus adversus ea quæ struuntur ab adversariis. Servet te omnibus hominibus magna Dei manus, generosum fidei custodem, ac vigilantem Ecclesiarum defensorem, dignosque nos efficiat, qui tuo congressu ac colloquio ante obitum ad animarum nostrarum utilitatem potiamur.

A Ἀλλ' ἐπειδὴ μάστιξ τοῦ Κυρίου ἐστὶ προσθήκαις ταῖς κατὰ τὴν ἡμετέραν ἀξίαν τὸ ἀλγεινὸν ἐπιτείνουσα, ἀσθένειαν ἐπὶ τῇ ἀσθενείᾳ προσεκτησάμην, ὥστε τὸ ἀπὸ τούτου καὶ παιδὶ φανερὸν εἶναι, ὅτι πᾶσα ἀνάγκη οἰχήσεσθαι ἡμῖν τὸ ἔλυτρον τοῦτο (47)· πλὴν εἰ μή που ἄρα ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία, ἡμῖν ἐν τῇ μακροθυμίᾳ αὐτοῦ χρόνους εἰς μετάνοιαν χαριζομένη, ποιήσειε καὶ νῦν, ὡς καὶ πολλάκις πρότερον, λύσιν τινὰ καὶ πόρον ἐκ τῶν ἀμηχάνων δεινῶν (48). Ταῦτα μὲν οὖν ἔξει, ὡς αὐτῷ φίλον καὶ ἡμῖν συμφέρον.

2. Τὰ δὲ τῶν ἐκκλησιῶν ὅπως οἴχεται καὶ προπέποται, ἡμῶν τῆς οἰκείας ἀσφαλείας ἕνεκεν τὰ τῶν πλησίον περιορώντων, καὶ οὐδὲ τοῦτο συνορᾷν δυναμένων, ὅτι τῇ τοῦ κοινοῦ κακοπραγίᾳ (49) καὶ τὸ καθ' ἕκαστον συναπόλλυται, τί χρὴ καὶ λέγειν; Ἄλλως τε καὶ πρὸς ἄνδρα, ὃς, πόρρωθεν ἕκαστα προειδὼς, καὶ προδιεμαρτύρω καὶ προεκήρυξας, καὶ αὐτός τε προεξανέστης, καὶ τοὺς λοιποὺς συνεπήγειρας, ἐπιστέλλων, αὐτὸς παραγινόμενος, τί οὐ ποιῶν, τίνα φωνὴν οὐκ ἀφιείς! Ὧν μεμνήμεθα μὲν ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ἐκβαινόντων, ὠφελούμεθα δὲ ἀπ' αὐτῶν οὐκέτι. Καὶ νῦν εἰ μὴ αἱ ἁμαρτίαι ἀντέστησάν μοι καὶ τὸ μὲν πρῶτον (50) ὁ εὐλαβέστατος καὶ ἀγαπητὸς ἀδελφὸς ἡμῶν Εὐστάθιος ὁ συνδιάκονος, εἰς νόσον χαλεπὴν καταπεσὼν, εἰς ὅλους με δύο παρέτεινε μῆνας, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὴν σωτηρίαν αὐτοῦ περιμένοντα· ἔπειτα δὲ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες ἠσθένησαν, ὧν τὰ μὲν καταλείμματα ἐξαριθμήσεται ὁ ἀδελφὸς Ἰσαάκης· τὸ δὲ τελευταῖον αὐτὸς ἐγὼ τῇ νόσῳ κατεσχέθην ταύτῃ· ἐπεὶ πάλαι ἂν ἦμην παρὰ τὴν σὴν τιμιότητα, οὐκ ὀφελός τι τοῖς κοινοῖς παρεχόμενος, ἀλλ' ἐμαυτῷ μέγα κέρδος ἐκ τῆς συντυχίας σου κτώμενος. Καὶ γὰρ ἐγνώκειν ἔξω τῶν ἐκκλησιαστικῶν γενέσθαι βελῶν διὰ τὸ ἀφύλακτον ἡμῶν πρὸς τὰ σκευωρούμενα (51) παρὰ τῶν ἐναντίων. Σώζοι σε τῷ βίῳ παντὶ ἡ μεγάλη τοῦ Θεοῦ χεὶρ, τὸν γενναῖον φύλακα τῆς πίστεως, καὶ νήφοντα τῶν Ἐκκλησιῶν προστάτην· καὶ καταξιώσειεν ἡμᾶς πρὸ τῆς ἐξόδου τῆς συντυχίας σου ἐπ' ὠφελείᾳ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

(47) *Τοῦτο.* Ita mss. quatuor. Editi τούτου. Desunt hoc loco multæ voces in Med., Harl. et Coisl. primo, in quibus legitur οἰχήσεται, ac statim, cæteris omissis, ἐν τῇ μακροθυμίᾳ.

(48) *Δεινῶν.* Coisl. primus καχῶν.

(49) *Κακοπραγίᾳ.* Reg. secundus et Coisl. secundus δυσπραγίᾳ.

(50) *Τὸ μὲν πρῶτον.* Ita mss. Editio 1 Paris. τὸ μὴ πρῶτον.

(51) *Σκευωρούμενα.* Harl., Paris. et Clarom. σκαιωρούμενα. Hujus loci, qui subobscurus est, ea videtur esse sententia. Non dicit Basilius sibi in votis esse iter Samosatense, ut extra tela inimicorum sit. Quomodo enim tutior fuisset in extera regione? Metuendum potius erat ne in gregem eo absente lupi irruerent; quod periculum episcopis diu absentibus imminere ait pluribus locis. Rationem ergo reddit, cur colloquium et conspectum Eusebii non ad communem utilitatem, sed ad propriam profuturum speraret. Cum enim ei mutuas operas episcopi ad communem utilitatem non traderent, imparem se videbat evertendis adversariorum consiliis, satisque magnum sibi facturus videbatur, si sibi ipse consulens extra eorum tela esset, seque eorum subduceret furori, id quod etiam testatur supra in epistola ad Urbicium monachum. Sic animo affectus Samosatam cogitabat non communis, sed propriæ utilitatis causa. Nihil prorsus vidit in hoc loco Combefisius, qui sic interpretandum docet : *Putaveram esse me extra ecclesiasticorum tela*, etc.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΖ'.

EPISTOLA CXXXVII*.

Basilius cum jam totum mensem aquis calidis curaretur, hac utitur excusatione, cur, Antipatro gubernacula capessente, adesse non possit. Rogat ut judicium de quodam Palladiæ propinquæ suæ negotio in adventum suum differatur.

Ἀντιπάτρῳ.

Νῦν μοι δοκῶ μάλιστα ἐπαισθάνεσθαι τῆς ζημίας, ἣν ὑπομένω διὰ τὸ ἀῤῥωστεῖν· ὁπότε, ἀνδρὸς τοιούτου τὴν πατρίδα ἡμῶν ἐφέποντος, αὐτὸς ἀπεῖναι διὰ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ σώματος ἀναγκάζομαι. Μῆνα γὰρ ὅλον ἤδη προσκαθέζομαι (52) τῇ ἐκ τῶν αὐτοφυῶς θερμῶν (53) ὑδάτων θεραπείᾳ, ὡς δή τι ὄφελος ἐντεῦθεν ἕξων. Ἔοικα δὲ διακενῆς πονεῖν ἐπὶ τῆς ἐρημίας, ἢ καὶ γέλωτος τοῖς πολλοῖς ἄξιος εἶναι φαίνεσθαι, μηδὲ τῆς παροιμίας ἀκούων τῆς οὐδὲν ἀπὸ θερμῶν ὄφελος εἶναι τοῖς τεθνηκόσι λεγούσης. Διόπερ καὶ οὕτως ἔχων βούλομαι πάντα παρεὶς καταλαβεῖν σου τὴν σεμνοπρέπειαν· ὥστε τῶν ἐν σοὶ καλῶν ἀπολαύειν, καὶ τὰ κατὰ τὸν οἶκον τὸν ἐμαυτοῦ πράγματα διὰ τῆς σῆς ὀρθότητος εὐπρεπῶς διαθέσθαι. Ἐμὸς γάρ ἐστιν ἴδιος ὁ τῆς σεμνοτάτης μητρὸς ἡμῶν Παλλαδίας οἶκος· ἣν οὐ μόνον ἡ τοῦ γένους οἰκειότης ἡμῖν συνάπτει, ἀλλὰ καὶ τὸ τοῦ τρόπου δεξιὸν ἀντὶ μητρὸς ἡμῖν εἶναι πεποίηκεν. Ἐπεὶ οὖν κεκίνηταί τις ταραχὴ περὶ τὸν οἶκον αὐτῆς, ἀξιοῦμέν σου τὴν μεγαλόνοιαν μικρὸν ὑπερθέσθαι τὴν ἐξέτασιν, καὶ ἀναμεῖναι ἡμῶν τὴν παρουσίαν, οὐχ ὥστε διαφθαρῆναι τὸ δίκαιον (μυριάκις γὰρ ἂν ἀποθανεῖν ἑλοίμην, ἢ τοιαύτην αἰτῆσαι χάριν παρὰ δικαστοῦ φίλου τοῖς νόμοις καὶ τῷ δικαίῳ), ἀλλ' ὥστε ἃ οὐκ εὐπρεπὲς ἐμοὶ γράφειν, ταῦτα ἀπὸ στόματος ἐπαγγέλλοντός μου μαθεῖν. Οὕτω γὰρ οὔτε αὐτὸς τῆς ἀληθείας διαμαρτήσῃ, οὔτε ἡμεῖς πεισόμεθά τι τῶν ἀβουλήτων. Δέομαι οὖν, τοῦ προσώπου ἐν ἀσφαλείᾳ ὄντος καὶ κατεχομένου παρὰ τῆς τάξεως, ἀνεπαχθῆ ταύτην χάριν καὶ ἀνεπίφθονον ἡμῖν καταθέσθαι.

Antipatro.

Nunc mihi videor maxime sentire damnum quod ex morbo patior, quando, tanto viro patriæ nostræ gubernacula capessente, ipse abesse ob curationem corporis cogor. Jam enim totum mensem aquis natura calidis curor, ut inde aliquid utilitatis accepturus. Videor autem frustra laborare in solitudine, vel etiam dignus esse quem plerique rideant, ut qui ne proverbium quidem intelligam, quod mortuos calidis non juvari dicit. Quapropter, quanquam ita me habeo, prætermissis rebus omnibus, ad tuam amplitudinem proficisci volo, ut bonis quæ in te sunt, perfruar, et domus meæ rebus, per integritatem tuam, ut par est, consulam. Propria enim mea est matris nostræ colendissimæ Palladiæ domus : quam non solum generis propinquitas nobis conjungit, sed etiam morum probitas fecit, ut matris loco eam haberemus. Cum igitur tumultus quidam circa illius domum commotus sit, rogamus tuam magnanimitatem, ut paulisper disquisitionem differas, adventumque nostrum exspectes, non ut jus corrumpatur (millies enim mori mallem, quam ejusmodi gratiam a judice **229** legum jurisque amante exposcere), sed ut ea quæ a me scribi non decet, me referente ex meo ipsius ore discas. Nam hoc pacto neque tu a veritate aberrabis, neque nos quidquam molesti patiemur. Rogo igitur, ut, cum persona in tuto posita sit atque a cohorte detineatur, hanc gratiam molestia et invidia carentem nobis non deneges.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΗ'.

EPISTOLA CXXXVIII**

Morbum suum, cujus tum quinquagesimus erat dies, excusat, cur in Syriam proficisci non possit, quamvis hujus rei cupidissimus sit, ut consiliis Eusebii ad multa, quæ scribere non licet, utatur. Interim nuntiat ei quid Evagrius Roma rediens proposuerit. Narrat Sebastenos detecto ulcere Eustathii ad se confugere, seque ab Iconiensibus advocari, ut episcopum illis det, mortuo Faustino. His de rebus consilium exquirit Eusebii.

Εὐσεβίῳ, ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.

1. Τίνα με οἴει ψυχὴν ἐσχηκέναι, ὅτε τὴν ἐπιστολὴν ἐδεξάμην τῆς θεοσεβείας σου; Εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὴν ἐν τῷ γράμματι ἀπεῖδον διάθεσιν, εὐθὺς ὥρμων πέτεσθαι τὴν εὐθὺς Σύρων· εἰ δὲ πρὸς τὴν ἀῤῥωστίαν τοῦ σώματος, ὑφ' ἧς πεπεδημένος ἐκείμην, ἠσθανόμην οὐχὶ τοῦ πέτεσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐπὶ τῆς κλίνης στρέφεσθαι ἐνδεῶς ἔχων. Πεντηκοστὴν γὰρ ταύτην ἡμέραν ἦγον ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ, καθ' ἣν ἐπέστη ἡμῖν ὁ ἀγαπητὸς καὶ σπουδαιότατος ἀδελφὸς ἡμῶν συνδιάκονος Ἐλπίδιος· πολλὰ μὲν τῷ πυρετῷ δαπανηθείς· ὃς, ἀπορίᾳ τῆς τρεφούσης αὐτὸν

Eusebio, episcopo Samosatorum.

1. Quo me animo putas fuisse, cum epistolam accepi pietatis tuæ? Si enim ad studium quod mihi in epistola significasti, respiciebam, statim ut recta ad Syros convolarem, incitabar; sin autem ad corporis imbecillitatem, qua constrictus decumbebam, non modo id mihi deesse sentiebam, ut volare possem, sed etiam ut me in lecto convertere. Nam quinquagesimum hunc diem agebam in infirmitate, cum advenit nobis dilectus ac optimus frater noster condiaconus Elpidius. Multum quidem febre eram confectus : quæ nutriente ma-

(52) *Ἤδη προσκαθέζομαι.* Ita Harl. et Med. cum tribus aliis. Deerat ἤδη in editis, et legebatur προσκαθέσομαι.

(53) *Θερμῶν.* Deest ea vox in codicibus Med. et Coisl. primo. Sed cum illud, αὐτοφυῶν θερμῶν, quod est in aliis mss. et editis, vitiosum sit, legere non dubitavi αὐτοφυῶς, ut in epistola sequenti ad Eusebium, omnibus codicibus mss. et editis consentientibus, legitur.

* Alias CCCLXVI. Scripta anno 373.

** Alias VIII. Scripta anno 373.

Digitized by Google

teria destituta, et in arida hac carne velut in exusto quodam elychnio circumvoluta, marcorem ac longam ægritudinem peperit. Deinde vero antiqua mea plaga, jecur illud accedens, exclusit me a cibis, expulit ab oculis somnum, et in confiniis detinuit vitæ ac mortis, tantum vivere sinens, quantum opus erat ad sentiendos dolores, quibus me exstimulabat. Quare et aquis usus sum natura calidis, et nonnulla a medicis remedia accepi. Omnia autem superavit ingens illud malum, quod quidem, si adsit consuetudo, forte alius perferat, subito autem inflictum nullus adeo adamantinus ut sustineat. A quo diu vexatus, nunquam tantum dolui, quantum nunc ab eo impeditus, quominus in sinceræ tuæ dilectionis congressum colloquiumque veniam. Quali enim sim animi voluptate privatus, novi et ipse, etsi extremo digito dulcissimum Ecclesiæ vestræ mel anno præterito degustavi.

A ὕλης, τῇ ξηρᾷ ταύτῃ σαρκὶ, οἷον θρυαλλίδι κεκαυμένῃ περιειλούμενος, μαρασμὸν (54) καὶ χρονίαν ἐπήγαγεν ἀῤῥωστίαν· τὰ δὲ ἐφεξῆς, ἡ ἀρχαία πληγή μου, τὸ ἧπαρ τοῦτο διαδεξάμενον, ἀπέκλεισε μέν με τῶν σιτίων, ἀπεδίωξε δὲ τῶν ὀμμάτων τὸν ὕπνον, ἐν μεθορίοις δὲ κατέσχε ζωῆς καὶ θανάτου, τοσοῦτον ζῆν ἐπιτρέπον (55), ὅσον τῶν ἀπ' αὐτοῦ δυσχερῶν ἐπαισθάνεσθαι. Ὥστε καὶ ὕδασιν ἐχρησάμην αὐτοφυῶς θερμοῖς, καί τινας παρ' ἰατρῶν ἐπιμελείας κατεδεξάμην. Ἅπαντα δὲ ἤλεγξε τὸ νεανικὸν τοῦτο κακόν· ὃ, τοῦ μὲν ἔθους παρόντος, κἂν ἄλλος ἐνέγκοι (56), ἀμελετήτως δὲ προσπεσόντος, οὐδεὶς οὕτως ἀδαμάντινος ὥστε ἀντισχεῖν. Ὑφ' οὗ πολὺν ὀχληθεὶς χρόνον, οὐδέποτε οὕτως ἠνιάθην, ὅσον νῦν, ἐμποδισθεὶς παρ' αὐτοῦ πρὸς τὴν συντυχίαν τῆς ἀληθινῆς B ἀγάπης σου. Οἷας γὰρ ἀπεστερήθημεν (57) θυμηδίας, οἶδα καὶ αὐτὸς, εἰ καὶ ἄκρῳ δακτύλῳ τοῦ γλυκυτάτου μέλιτος τῆς παρ' ὑμῖν Ἐκκλησίας ἀπεγευσάμην πέρυσιν.

2. Mihi autem et ob alia necessaria negotia opus erat, tuam ut pietatem convenirem, ac de multis communicarem, et multa discerem. Neque enim licet hic veram charitatem deprehendere. Quod si quis etiam omnino amantem inveniat, tamen nemo est, qui possit æque ac perfecta tua prudentia atque experientia, quam ex multis pro Ecclesiis laboribus consecutus es, consilium nobis de rebus propositis dare. Ac cætera quidem scribere non licet : quæ vero vel proferre tutum sit, hæc sunt. Presbyter Evagrius, Pompeiani Antiochensis filius, qui **230** quondam in Occidentem cum beato Eusebio profectus fuerat, rediit nunc Roma, petens a nobis epistolam, ad verbum ipsa illa quæ ab eis scripta sunt, continentem (nostra autem nobis retro retulit, ut viris illic accuratioribus non placentia), ac legationem aliquam per viros fide dignos celeriter mitti, ut speciosam illi occasionem habeant nos invisendi. Qui Sebastiæ idem ac nos sentiunt, occulto pravæ opinionis Eustathii ulcere detecto, aliquam a nobis ecclesiasticam sollicitudinem exposcunt. Iconium civitas est Pisidiæ, olim quidem post primam maxima, nunc vero et ipsa præsidet ei parti, quæ ex diversis segmentis com-

2. Ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλων ἀναγκαίων ἕνεκεν πραγμάτων ἐδεόμην **εἰς ταυτὸν** (58) γενέσθαι τῇ θεοσεβείᾳ σου, καὶ περὶ πολλῶν **μὲν ἀνακοινώσασθαι**, πολλὰ δὲ μαθεῖν. Καὶ γὰρ οὐδέ ἐστιν ἐνταῦθα **οὐδὲ ἀγάπης** ἀληθινῆς ἐπιτυχεῖν. Ὅταν δὲ καὶ πάνυ τις **ἀγαπῶντα** εὕροι (59), οὐκ ἔστιν ὁ δυνάμενος παραπλησίως τῇ τελείᾳ σου φρονήσει καὶ τῇ ἐμπειρίᾳ, ἣν ἐκ πολλῶν τῶν περὶ τὰς ἐκκλησίας συνελέξω καμάτων, δοῦναι γνώμην ἡμῖν περὶ τῶν προκειμένων. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα οὐκ ἐνῆν γράφειν· ἃ δ' οὖν καὶ ἐξενεγκεῖν ἀσφαλὲς, ταῦτά ἐστιν. Ὁ πρεσβύτερος C Εὐάγριος, ὁ υἱὸς Πομπηϊανοῦ τοῦ Ἀντιοχέως, ὁ συναπάρας ποτὲ ἐπὶ τὴν δύσιν τῷ μακαρίῳ (59*) Εὐσεβίῳ ἐπανῆκε νῦν ἐκ τῆς Ῥώμης, ἀπαιτῶν ἡμᾶς ἐπιστολὴν, αὐτὰ τὰ παρ' ἐκείνων γεγραμμένα ἔχουσαν αὐτολεξεὶ (ἀνεκόμισε δὲ ἡμῖν εἰς τοὐπίσω τὰ παρ' ἡμῶν, ὡς οὐκ ἀρέσαντα τοῖς ἀκριβεστέροις τῶν ἐκεῖ), καὶ πρεσβείαν τινὰ δι' ἀνδρῶν ἀξιολόγων ἤδη κατεπείγεσθαι, ὑπὲρ τοῦ εὐπρόσωπον ἔχειν ἀφορμὴν τοὺς ἄνδρας τῆς ἐπισκέψεως ἡμῶν. Οἱ κατὰ Σεβάστειαν τὰ ἡμέτερα φρονοῦντες, Εὐσταθίου τὸ ὕπουλον τῆς κακοδοξίας ἕλκος ἀπογυμνώσαντες, ἀπαιτοῦσί τινα παρ' ἡμῶν ἐκκλησιαστικὴν (60) ἐπιμέλειαν. Ἰκόνιον πόλις ἐστὶ τῆς Πισιδίας, τὸ μὲν παλαιὸν μετὰ τὴν μεγίστην

(54) *Μαρασμόν*. Ita Harl. et Med. Editi μερασμώδη. Coisl. primus et Reg. secundus μαρασμώδη.

(55) *Ἐπιτρέπον*. Ita mss., melius quam editi ἐπιτρέπων.

(56) *Ἐνέγκοι*. Ita mss. octo. Editio Hagan. ἐνέγκος. Aliæ ἤνεγκεν.

(57) *Ἀπεστερήθημεν*. Sic duo antiquissimi codices Harl. et Coisl. primus. Editi ἀπεστερήθην. Paulo post quatuor codices recentiores ἀπεγευσάμεθα.

(58) *Εἰς ταυτόν*. Harl. εἰς ταυτό. Paulo post editi Καὶ γὰρ οὐδέν. Sex mss. et editio Hagan. ut in textu.

(59) *Εὕροι*. Sic tres vetustissimi codices. Editi εὕρῃ.

(59*) *Μακαρίῳ*. Quatuor codices non vetustissimi addunt ἀνδρί. Paulo post editio Basileensis secunda et Parisienses ἤτει κατεπείγεσθαι. Septem mss. et vetustiores editiones ut in textu. Qui contextum D emendare voluerunt, cum minus animadverterent illud ἤδη ἐπείγεσθαι referri ad verbum ἀπαιτῶν quod præcedit, posuerunt ἤτει pro ἤδη. Lucem attulimus ope parenthesis. Vide Addenda.

(60) *Ἐκκλησιαστικήν*. Editio Parisiensis addit αὐτῶν, quæ vox melius et elegantius deest in aliis editionibus et mss. Perspicimus ex epistola 151, multos Sebastiæ a communione Eustathii secessisse. Hi ad Basilium, ut primatum in has regiones habentem, confugerunt. Cura autem ecclesiastica, quam a Basilio petunt, interdum eo spectat, ut pulso episcopo alius ordinetur; velut cum Xystus III, epist. 1, p. 1235, minatur episcopis hæresi faventibus : *Ecclesiarum ab ipsis occupatarum curam fore, si non ipsi sibi consuluerint.* At Sebasteni non videntur id petiisse; neque enim sub Valente fieri potuisset; sed Basilio regendos se ac gubernandos, ut episcopo carentes, commisisse.

Digitized by Google

ἡ πρώτη, νῦν δὲ καὶ αὐτὴ προκάθηται (61) μέρους, δ, ἐκ διαφόρων τμημάτων συναχθὲν, ἐπαρχίας ἰδίας οἰκονομίαν ἐδέξατο. Αὕτη καλεῖ (62) καὶ ἡμᾶς εἰς ἐπίσκεψιν, ὥστε αὐτῇ δοῦναι ἐπίσκοπον. Τετελευτήκει γὰρ ὁ Φαυστῖνος. Εἰ οὖν δεῖ μὴ κατοκνεῖν τὰς ὑπερορίους χειροτονίας, καὶ ποίαν τινὰ χρὴ δοῦναι τοῖς Σεβαστηνοῖς ἀπόκρισιν, καὶ πῶς πρὸς τὰς τοῦ Εὐαγρίου διατεθῆναι γνώμας· ἐδεόμην διδαχθῆναι αὐτὸς δι' ἐμαυτοῦ συντυχὼν τῇ τιμιότητί σου, ὧν πάντων (63) ἀπεστερήθην διὰ τὴν παροῦσαν ἀσθένειαν. Ἐὰν μὲν οὖν ᾖ τινος ἐπιτυχεῖν ταχέως πρὸς ἡμᾶς ἀφικνουμένου, καταξίωσον περὶ πάντων ἀποστεῖλαί μοι τὰς ἀποκρίσεις· εἰ δὲ μή, εὔξαι ἐλθεῖν ἐπὶ νοῦν μοι, ὅπερ εὐάρεστον ᾖ τῷ Κυρίῳ. Ἐν δὲ τῇ συνόδῳ μνήμην ἡμῶν κέλευσον γενέσθαι, καὶ αὐτὸς δὲ πρόσευξαι ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τὸν λαὸν συμπαράλαβε (64), ἵνα τὰς λειπομένας ἡμέρας ἢ ὥρας τῆς παροικίας ἡμῶν καταξιωθῶμεν δουλεῦσαι, ὡς ἔστιν εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ.

posita, propriæ provinciæ sortita est gubernationem. Ipsa et nos invitat, ut se invisamus, ut episcopum ei demus. Mortuus est enim Faustinus. An igitur ordinationes peregrinas oporteat non detrectare, qualemque oporteat dare Sebastenis responsionem, et quomodo erga Evagrii consilia affici par sit, edoceri ipse per me volebam, conveniens tuam præstantiam : quibus omnibus præsens me infirmitas privavit. Si quem ergo nactus fueris cito ad nos venientem, dignare de omnibus mihi responsa mittere : sin minus, precare in mentem mihi veniat quod fuerit Deo acceptum. In conventu autem mentionem nostri jube fieri, et ipse quoque precare pro nobis, et populum tibi adjunge, ut reliquos dies aut horas peregrinationis nostræ servire, ut Domino gratum est, nobis donetur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΘ'.

EPISTOLA CXXXIX*.

Alexandrinos oblata occasione Eugenii monachi consolatur Basilius, et ad constantiam gravissima persecutione vexatos hortatur. Libenter eos inviseret, nisi morbo et luporum metu abesse prohiberetur

Τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν

(22) *Κακοπαθείας*. Hac voce non quæstionis tormenta, quibus subjici non poterant præsides provinciarum, nisi in crimine majestatis, sed ea potius incommoda intelligi debent, quæ ab homine lautiori vitæ assueto, dum bonis omnibus spoliatus fugit, abesse non possunt. Hinc in præcedenti epistola, ut ex octo veteribus libris legimus, corporis incommoda, quæ Maximus sustinuit, et illius potissimum fuga et variis susdeque erroribus repetuntur. Videtur autem accusatus repetundarum fuisse, et idcirco omnibus rebus spoliatus; quia etsi minime convictus fuit, per vim tamen et impressionem vicarii, quadrupli pœnam, quam leges convictis infligebant, coactus est persolvere. Hinc etiam civis statu non omnino excidit, nec eum tamen integrum et illæsum retinuit, ut in superiori epistola legimus. Nam judices repetundarum convicti *ablatis codicillorum insignibus, et honore exuti, inter pessimos quosque et plebeios* habebantur, ut sancitur *Cod. Theod.* lib. I, tit. 27, leg. 1; nec tamen infames et intestabiles erant, ut observat Gothofredus ad eamdem legem.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝ'. EPISTOLA CL'.

Heraclidas ab Amphilochio accusatus, quod non secum secederet in deserta loca, ut promiserat, pluribus refellit hanc criminationem. Exponit quid rerum agat in pauperum hospitio ad urbem Cæsaream; seque ab Amphilochio separari negat, quamvis locorum intervallo disjunctus sit. Refert deinde quæ præcepta a Basilio acceperit: hortatur ut Amphilochius ad Basilium veniat, a quo eruditi melius esse statuit, quam in desertis locis vagari.

Ἀμφιλοχίῳ, ὡς παρὰ Ἡρακλείδου. A

1. Ἐγὼ καὶ τῶν ὁμιληθέντων ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους ποτὲ μέμνημαι, καὶ ὧν τε αὐτὸς εἶπον, ὧν τε ἤκουσα παρὰ τῆς εὐγενείας σου, οὐκ ἐπιλέλησμαι. Καὶ νῦν βίος μέν με δημόσιος οὐ κατέχει. Εἰ γὰρ καὶ τῇ καρδίᾳ ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὔπω τὸν παλαιὸν ἀπεδυσάμην ἄνθρωπον, πλὴν τῷ γε σχήματι, καὶ τῷ μακρὰν ἐμαυτὸν (23) ποιῆσαι τῶν τοῦ βίου πραγμάτων, ἔδοξα λοιπὸν, οἷον ἐπιβεβηκέναι τῆς ὁδοῦ (24) τῆς κατὰ Χριστὸν πολιτείας. Καθέζομαι δὲ ἐπ' ἐμαυτοῦ, ὥσπερ οἱ εἰς πέλαγος ἀφιέναι μέλλοντες, ἀποσκοπεύων τὸ μέλλον. Οἱ μὲν γὰρ πλέοντες ἀνέμων χρῄζουσι πρὸς τὴν εὔπλοιαν, ἡμεῖς δὲ τοῦ χειραγωγήσοντος ἡμᾶς, καὶ ἀσφαλῶς διὰ τῶν ἁλμυρῶν κυμάτων τοῦ βίου παραπέμψοντος. Χρῄζειν γὰρ ἐμαυτὸν λογίζομαι πρῶτον μὲν χαλινοῦ πρὸς τὴν νεότητα, ἔπειτα κέντρων (25) πρὸς τὸν δρόμον τῆς εὐσεβείας. Τούτων δὲ πρόξενος λόγος δηλονότι, νῦν μὲν παιδαγωγῶν ἡμῶν τὸ ἄτακτον, νῦν δὲ τὸ νωθρὸν τῆς ψυχῆς διεγείρων. Πάλιν μοι χρεία φαρμάκων ἑτέρων, ὥστε τὸν ἐκ τῆς συνηθείας ἀποπλύνασθαι ῥύπον. Οἶδας γὰρ, ὅτι ἡμεῖς, οἱ πολὺν χρόνον ἐνεθισθέντες τῇ ἀγορᾷ, ἀφειδῶς μὲν ἔχομεν τῶν ῥημάτων, ἀφυλάκτως δὲ πρὸς τὰς ἐν τῇ διανοίᾳ συνισταμένας ἐκ τοῦ πονηροῦ (26) φαντασίας. Ἠττήμεθα δὲ καὶ τιμῆς, καὶ τὸ ἐφ' ἑαυτοῖς τι φρονεῖν οὐ ῥᾳδίως ἀποτιθέμεθα. Πρὸς ταῦτα μεγάλου μοι δεῖν καὶ ἐμπείρου λογίζομαι διδασκάλου. Ἔπειτα μέντοι καὶ τὸν ὀφθαλμὸν τῆς ψυχῆς ἀποκαθαρθῆναι, ὥστε πᾶσαν τὴν ἀπὸ τῆς ἀγνοίας ἐπισκότησιν, οἱονεί τινα λήμην, ἀφαιρεθέντα, δύνασθαι ἐνατενίζειν τῷ κάλλει τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, οὐ μικροῦ ἔργου κρίνω, οὐδ' ἐπ' ὀλίγον τὴν ὠφέλειαν φέρειν. Ἃ καὶ τὴν σὴν λογιότητα συνορᾷν, καὶ ἐπιθυμεῖν ὑπάρξαι τινὰ εἰς ταύτην τὴν βοήθειαν ἀκριβῶς ἐπίσταμαι (27)· καὶ ἐάν ποτε δῷ ὁ Θεὸς εἰς ταυτὸν ἀφικέσθαι τῇ κοσμιότητί σου, δηλονότι πλείονα μαθήσομαι ὑπὲρ ὧν φροντίζειν με χρή. Νῦν γὰρ ὑπὸ πολλῆς ἀμαθίας οὐδὲ ὅσων ἐνδεής (28) εἰμι γνωρίζειν δύναμαι· πλήν γε ὅτι οὐδὲν μετεμέλησέ μοι τῆς πρώτης ὁρμῆς, οὔτε ὀκλάζει μου ἡ ψυχὴ πρὸς τὸν σκοπὸν τοῦ κατὰ Θεὸν βίου, ὅπερ ἠγωνίασας ἐπ' ἐμοὶ, καλῶς καὶ προσηκόντως ἑαυτῷ ποιῶν, μήποτε, στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, στήλη γένωμαι ἁλὸς, ὅπερ γυνή τις ἔπαθεν, ὥσπερ ἀκούω. D

Amphilochio, Heraclidæ nomine.

1. Ego et eorum, quæ inter nos aliquando disseruimus, memini: nec quid dixerim, quid ex generosa tua indole audierim, oblitus sum; et nunc vita publica non distineor. Quanquam enim corde idem sum, ac veterem hominem nondum exui; tamen ipsa specie, et quod longe a sæculi negotiis recesserim, videor jam vitæ secundum Christum viam ingressus esse. Sedeo autem mecum ipse, velut qui sese mari commissuri sunt, prospiciens futurum. Nam qui navigant, ventis indigent ad felicem cursum; nobis vero opus est qui nos manu ducat, ac tuto per amaros vitæ fluctus transvehat. Nam indigere me perspicio, primum quidem freno adversus juventutem; B deinde stimulis ad pietatis cursum. Horum autem conciliatrix ratio videlicet, nunc quidem temperans quod in nobis incompositum est, nunc vero animæ pigritiam excitans. Rursus indigeo remediis aliis, ut sordes ex consuetudine contractas eluam. Scis enim nos, qui diu foro assuefacti fuimus, nec parcos esse verborum, nec cautos adversus eas, quæ in mente excitantur a maligno, cogitationes. Vincimur autem et honore, nec facile de nobis ipsis magni aliquid sentire desinimus. Adversus hæc magno mihi opus esse et perito arbitror magistro. Deinde vero expurgari etiam animæ oculum, ut omnibus ignorationis tenebris quasi lippitudine aliqua liberatus, fixo C intuitu pulchritudinem majestatis Dei conspicere possit, non parvi laboris esse reor, neque parum afferre utilitatis. Atque hæc tuam quoque prudentiam perspicere, ac optare ut aliquis detur ad eam rem adjutor, exploratum habeo: ac si Deus aliquando dederit, ut tuam dignitatem conveniam, plura certe de quibus sollicitum me esse par est, ediscam. Nunc enim, **240** quæ mea est imperitia, quot et quantis indigeam ne cognoscere quidem possum; sed tamen me primi conatus non pœnitet, neque labat et vacillat anima in proposito vivendi secundum Deum; quod ipsum mihi timuisti, præclare teque digne faciens, ne conversus retrorsum, salis statua fierem, quod mulieri cuidam contigisse audio [28]. Sed adhuc me

[28] Gen. xix, 26.

(23) *Ἐμαυτόν.* Hanc vocem addidimus ex novem mss.

(24) *Τῆς ὁδοῦ.* Regius quidam ms. τοῦ οὐδοῦ, *limen ingressus:* quæ quidem scriptura valde arrideret, si faverent alii codices, aut vitium inesset vulgato contextui. Paulo post Coisl. primus σκοπεύων.

(25) *Κέντρων.* Quatuor mss. κέντρου. Paulo post edit· λόγος τις. Vocula deest in quinque veteribus libris, non tamen in antiquissimis.

(26) *Ἐκ τοῦ πονηροῦ.* Quinque mss. ἐκ τῆς πονηρίας. Sed Coisl. primus et Medicæus consentiunt cum editis. In Harlæano autem codice non reperitur hæc epistola.

(27) *Ἐπίσταμαι.* Med. et Coisl. primus πέπεισμαι.

(28) *Ὅσων ἐνδεής.* Coisl. primus et quidam Reg. ὅσον ἐνδεής. Infra idem Coisl. et Med. ὡς ἀκούω.

· Alias CCCXCII. Scripta anno 373.

Digitized by Google

cohibent externæ potestates, quasi magistratus desertorem aliquem reposcant. Detinet autem me maxime meum ipsius cor, eorum quæ dixi sibi conscium.

2. Quoniam autem meministi pactorum, teque denuntiasti accusaturum, mihi in hac mea tristitia risum movisti, quod etiamnum rhetor sis, nec a timore incutiendo discedas. Ego namque ita existimo, nisi omnino ut imperitus aberrem a veritate, unam esse viam ad Dominum ducentem, et quicunque ad ipsum pergunt, itineris ejusdem esse socios, et eodem vitæ fœdere progredi. Quare quo abiens separari a te possum, nec tecum simul vivere, et tecum servire Deo, ad quem simul confugimus? Corpora enim nostra locis disjungentur; sed profecto Dei oculus ambos simul intuetur; siquidem et vita mea digna fuerit, quæ a Dei oculis conspiciatur; hoc enim legi alicubi in Psalmis: *Oculi Domini super justos* [27]. Equidem cupio et tibi et cuivis alii propositum tuo simile habenti etiam corpore conjungi, et ante Patrem nostrum, qui in cœlis est, tota nocte ac die tecum genua flectere, et si quis alius est, qui rite Deum invocet. Novi enim communionem in precibus multum utilitatis afferre. Quod si quoties mihi contigerit in diverso angulo jacenti ingemiscere, mendacium me omnino sequetur; pugnare non possum adversus ea quæ a te dicta sunt, neque ipse ut mendacem condemno, si quid ejusmodi locutus sum secundum pristinam indifferentiam, quod me mendacii crimine obstringat.

3. Postquam prope Cæsaream veni, ut rerum statum perspicerem, in ipsa urbe nolui commorari, sed ad proximum pauperum hospitium confugi, ut ibi discerem quæ volebam. Deinde cum eo venisset ex more religiosissimus episcopus, retuli ad eum quibus de rebus mandaverat eruditio tua. Quæ autem respondit, ea nec memoria retineri poterant, et epistolæ modum superabant. In summa autem de paupertate hunc dixit esse modum, ut extrema tunica suam quisque possessionem definiat. Atque ex Evangelio testimonia exhibebat: unum quidem Joannis Baptistæ dicentis: *Qui habet duas tunicas, det non habenti* [28]: aliud autem Domini vetantis, ne discipuli duas

Ἀλλ' ἔτι μέν με καὶ αἱ ἔξωθεν ἀρχαὶ συστέλλουσιν, ὥσπερ λειποτάκτην τινὰ τῶν ἀρχόντων ἀναζητούντων (29)· ἐπέχει δέ με μάλιστα ἡ ἐμοῦ αὐτοῦ καρδία, ἐκείνα μαρτυροῦσα ἑαυτῇ ἅπερ εἴρηκα.

2. Ἐπειδὴ δὲ συνθηκῶν ἐμνήσθης, καὶ κατηγορεῖν ἐπηγγείλω, γελάσαι με ἐποίησας ἐν ταύτῃ τῇ κατηφείᾳ μου, ὅτι ἔτι ῥήτωρ εἶ, καὶ τῆς δεινότητος οὐκ ἀφίστασαι. Ἐγὼ γὰρ οὕτω νομίζω (30), εἰ μὴ πάντη ὡς ἀμαθὴς διαμαρτάνω τῆς ἀληθείας, μίαν εἶναι ὁδὸν τὴν πρὸς τὸν Κύριον ἄγουσαν, καὶ πάντας τοὺς πρὸς αὐτὸν πορευομένους συνοδεύειν ἀλλήλοις, καὶ κατὰ μίαν συνθήκην τοῦ βίου πορεύεσθαι. Ὥστε ποῦ ἀπελθὼν χωρισθῆναί σου δύναμαι, καὶ μὴ μετὰ σοῦ ζῇν, καὶ μετὰ σοῦ δουλεύειν Θεῷ, ᾧ κοινῇ προσεφύγομεν; Τὰ μὲν γὰρ σώματα ἡμῶν τόποις διασταθήσεται· ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ ὀφθαλμὸς κοινῇ ἀμφοτέρους ἐφορᾷ δηλονότι· εἴπερ οὖν ἄξιος καὶ ὁ ἐμὸς βίος ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ Θεοῦ ἐποπτεύεσθαι· ἀνέγνων γάρ που ἐν Ψαλμοῖς, ὅτι *Ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους*. Ἐγὼ μὲν γὰρ εὔχομαι καὶ σοὶ καὶ παντὶ τῷ παραπλησίως (31) σοι προαιρουμένῳ καὶ τῷ σώματι συνεῖναι, καὶ πᾶσαν νύκτα καὶ ἡμέραν μετὰ σοῦ κλίνειν τὰ γόνατα πρὸς τὸν Πατέρα ἡμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ εἴ τις ἄλλος ἀξίως ἐπικαλούμενος τὸν Θεόν· οἶδα γὰρ τὴν ἐν ταῖς προσευχαῖς κοινωνίαν πολὺ τὸ κέρδος φέρουσαν (32)· ἐὰν δὲ, ὀσάκις ὑπάρξῃ μοι ἐν διαφόρῳ γωνιδίῳ (33) παρεμβεβλημένῳ στενάζειν, ἀκολουθήσει μοι πάντως τὸ ψεύδεσθαι, μάχεσθαι μὲν (34) πρὸς τὸν λόγον οὐκ ἔχω, ἤδη δὲ ὡς ψεύστου ἐμαυτὸν κατακρίνω, εἴ τι τοιοῦτον κατὰ τὴν παλαιὰν ἀδιαφορίαν ἐφθεγξάμην, ὃ μὲ τῷ κρίματι τοῦ ψεύδους ὑπόδικον καθιστᾷ.

3. Γενόμενος δὲ πλησίον Καισαρείας, ὥστε γνωρίσαι τὰ πράγματα, καὶ αὐτῇ παραβαλεῖν τῇ πόλει μὴ ἀνασχόμενος, τῷ πλησίον προσέφυγον πτωχοτροφείῳ, ὥστε ἐκεῖ μαθεῖν περὶ ὧν ἐβουλόμην. Εἶτα κατὰ συνήθειαν ἐπιδημήσαντι τῷ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ ἀνήνεγκα περὶ ὧν ἐπέταξεν (35) ἡμῖν ἡ λογιότης σου. Καὶ ἃ μὲν ἀπεκρίνατο, οὔτε τῇ μνήμῃ φυλαχθῆναι παρ' ἡμῶν δυνατὸν (36) ἦν, καὶ ἐπιστολῆς ὑπερέβαινε μέτρον. Ὡς ἐν κεφαλαίῳ δὲ περὶ τῆς ἀκτημοσύνης ἐκεῖνο ἔφη τὸ μέτρον εἶναι, ὥστε εἰς τὸν ἔσχατον χιτῶνα ἕκαστον ἑαυτῷ περιστάναι (37) τὴν κτῆσιν. Καὶ παρείχετο ἡμῖν ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου τὰς ἀποδείξεις· μίαν μέν, ὡς Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ εἰπόντος· *Ὁ ἔχων δύο χιτῶνας μεταδότω τῷ*

[27] Psal. xxxiii, 16. [28] Luc. iii, 11.

(29) *Ἀναζητούντων* Ita mss. sex. Editi ἀνεπιζητούντων. Ibidem non male Coisl. primus et Med. ἐπέχει δὲ μάλιστα.

(30) *Οὕτω νομίζω*. Deest οὕτω in sex mss., non tamen in Coisl. et Med., quorum in postremo legitur οὕτως.

(31) *Παραπλησίως*. Ita Coisl. primus cum aliis quatuor, quibus favent duo Regii, in quibus legitur παραπλίως. Editi παραπλήσιον.

(32) *Φέρουσαν*. Tres codices recentiores ἔχουσαν.

(33) *Γωνιδίῳ*. Sic Coisl. primus et Paris. et quidam Regius. Alius apud Combefisium γωνίᾳ. Editi γονιδίῳ.

(34) *Μάχεσθαι μέν*. Editi addunt γάρ, sed prorsus vitiose. Quamobrem cum hæc vocula desit in tribus mss., delendam duximus. Ibidem quatuor mss. non vetustissimi ὡς ψεύστου ἐμαυτοῦ.

(35) *Ἐπέταξεν*. Ita Coisl. primus et Med. cum duobus aliis.

(36) *Δυνατόν*. Deest ἦν in nonnullis mss. non antiquissimis. Legitur etiam paulo post in nonnullis ὑπερβαίνει.

(37) *Περιστάναι*. Coisl. primus et Med. περιστῆσαι.

Digitized by Google

μὴ ἔχοντι· ἑτέραν δὲ, ὡς τοῦ Κυρίου τοῖς μαθηταῖς ἀπαγορεύσαντος μὴ ἔχειν (38) δύο χιτῶνας. Προσετίθει δὲ τούτοις καὶ τό· *Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς.* Ἔλεγε δὲ καὶ τὴν τοῦ μαργαρίτου παραβολὴν εἰς τοῦτο φέρειν· ὅτι ὁ ἔμπορος ὁ εὑρὼν τὸν πολύτιμον μαργαρίτην, ἀπελθὼν ἐπώλησεν ἑαυτοῦ πάντα τὰ ὑπάρχοντα, καὶ ἠγόρασεν ἐκεῖνον. Προσετίθει δὲ τούτοις, ὅτι οὐδὲ ἑαυτῷ τινα ἐπιτρέπειν χρὴ τὴν τῶν χρημάτων διανομὴν, ἀλλὰ τῷ τὰ τῶν πτωχῶν οἰκονομεῖν πεπιστευμένῳ (39). Καὶ τοῦτο ἀπὸ τῶν Πράξεων ἐπιστοῦτο· ὅτι, πωλοῦντες τὰ προσόντα αὐτοῖς, φέροντες ἐτίθουν παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, καὶ παρ' ἐκείνων διεδίδοτο ἑκάστῳ, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχεν. Ἔλεγε γὰρ ἐμπειρίας χρῆζειν τὴν διάγνωσιν τοῦ ἀληθῶς δεομένου, καὶ τοῦ κατὰ πλεονεξίαν αἰτοῦντος. Καὶ ὁ μὲν τῷ θλιβομένῳ διδοὺς τῷ Κυρίῳ ἔδωκε, καὶ παρ' αὐτοῦ λήψεται τὸν μισθόν· ὁ δὲ τῷ περιερχομένῳ παρασχόμενος παντὶ (40) προσέρριψε κυνὶ, φορτικῷ μὲν διὰ τὴν ἀναίδειαν, οὐκ ἐλεεινῷ δὲ διὰ τὴν ἔνδειαν.

4. Περὶ δὲ τοῦ πῶς χρὴ βιοῦν ἡμᾶς καθ' ἡμέραν, ὀλίγα μὲν ἔφθη εἰρηκὼς ὡς πρὸς τὸ τῆς ὑποθέσεως μέγεθος· πλὴν ἀλλ' ἐβουλόμην παρ' αὐτοῦ ἐκείνου σε μαθεῖν. Ἐμὲ γὰρ ἀφανίζειν τὴν ἀκρίβειαν τῶν διδαγμάτων οὐκ εὔλογον. Ἠυχόμην δὲ μετὰ σοῦ ποτε καταλαβεῖν αὐτὸν, ἵνα, καὶ τῇ μνήμῃ ἀκριβῶς φυλάξας τὰ λεχθέντα, καὶ τῇ σεαυτοῦ συνέσει προσεξεύρῃς τὰ λείποντα. Ἐκεῖνο γὰρ (41) μέμνημαι ἐκ τῶν πολλῶν ὧν ἤκουσα, ὅτι ἡ περὶ τοῦ πῶς χρὴ ζῆν τὸν Χριστιανὸν διδασκαλία οὐ τοσοῦτον δεῖται λόγου, ὅσον τοῦ καθημερινοῦ ὑποδείγματος. Καὶ οἶδα, ὅτι, εἰ μή σε κατεῖχεν ὁ δεσμὸς τῆς γηροκομίας τοῦ πατρὸς, οὐκ ἂν οὔτε αὐτὸς ἄλλο τι προετίμησας τῆς συντυχίας τοῦ ἐπισκόπου, οὔτ' ἂν ἐμοὶ συνεβούλευσας καταλιπόντι τοῦτον εἰς ἐρημίας πλανᾶσθαι. Τὰ μὲν γὰρ σπήλαια καὶ αἱ πέτραι ἀναμένουσιν ἡμᾶς· αἱ δὲ παρὰ τῶν ἀνδρῶν ὠφέλειαι οὐκ ἀεὶ ἡμῖν παραμένουσιν. Ὥστε, εἰ ἀνέχῃ μου συμβουλεύοντος, τυπώσεις τὸν πατέρα μικρὸν ἐπιτρέπειν σοι ἀναχωρεῖν αὐτοῦ, καὶ περιτυγχάνειν (42) ἀνδρὶ πολλὰ καὶ ἐκ τῆς ἑτέρων πείρας, καὶ ἐκ τῆς οἰκείας συνέσεως καὶ εἰδότι, καὶ παρέχειν τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ δυναμένῳ.

A tunicas haberent [28]. Addebat autem his et illud : *Si vis perfectus esse, vade,* **241** *vende quæ habes, et da pauperibus* [29]. Aiebat et ipsam margaritæ parabolam ad hoc pertinere : quod qui margaritam perquam pretiosam invenit mercator, abiens vendidit omnia sua bona, et illam emit [30]. Rursus his addebat, non oportere, ut quis sibi ipse rerum suarum distributionem committat, sed ei, cui hoc munus creditum est, ut res pauperum dispenset. Atque id ipsum ex Actis confirmabat [31], quippe quia vendita bona sua afferentes, ante apostolorum pedes ponebant, et ab eis unicuique, prout cuilibet opus erat, distribuebatur. Dicebat enim experientia opus esse, ut is qui vere pauper est ab eo, qui ex avaritia mendicat, B secernatur. Et quidem quisquis calamitoso dat, dedit Domino, et ab eo mercedem accipiet : qui vero errabundo omni tribuit, projicit cani, molesto quidem ob impudentiam, sed non miserando ob indigentiam.

4. Quomodo autem nos quotidie vivere oporteat, de eo pauca dicere incœpit, pro rei magnitudine ; sed vellem ab ipso illo disceres. Non enim a me oblitterari accuratam documentorum diligentiam convenit. Mihi autem in optatis est, tecum aliquando illum adire, ut et memoria accurate dicta retinens, tua etiam ipsius prudentia quæ defuerint invenias. Illud enim memini ex multis quæ audivi, doctrinam illam quomodo C Christianum vivere oporteat, non tantum indigere sermone, quantum exemplo quotidiano. Scio autem nisi te detineret vinculum fovendæ patris senectutis, nec te quidquam aliud antepositurum episcopi colloquio, nec mihi auctorem futurum, ut eo relicto in desertis locis vager. Speluncæ enim et saxa exspectant nos : sed hominum subsidia nobis non semper adsunt. Quare si me tibi consilium dare pateris, persuadebis patri, ut tibi a se ad breve tempus discedendi concedat facultatem, et virum adeundi, qui multa cum facto aliorum periculo, tum sua ipsius prudentia et novit et impertire adeuntibus potest.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΑ'.

EPISTOLA CLI[a].

Invitat ad scribendum, ac declarat nonnullorum factum, qui discesserant a communione (episcopi sui Eustathii), ***non sibi esse voluptati, quemadmodum nec merces libenter navigantes ejiciunt; sed tamen a se non improbari, quia veritatis amatoribus nihil Deo antiquius.***

Εὐσταθίῳ ἀρχιάτρῳ (43). D

Εἴ τι δφελος ἡμετέρων (44) γραμμάτων, μηδένα χρόνον

Eustathio archiatro.

Si qua utilitas litterarum nostrarum, nullum

[28] Matth. x, 10. [29] Matth. xix, 21. [30] Matth. xiii, 43. [31] Act. ii, 45.

(38) *Μὴ ἔχειν.* Negatio addita ex sex mss.

(39) *Πεπιστευμένῳ.* Sic Med. et Coisl. uterque et plures alii. Editi ἐμπεπιστευμένῳ. Jamdudum vigebat hoc institutum in monasteriis Basilii, ut patet ex Regulis majoribus, interrog. 9. Alter Bigot. ἐπισταμένῳ. Infra editi χρῆσειν. Quatuor mss. ut in textu.

(40) *Παρασχόμενος παντί.* Hæc verba in quatuor mss. desunt non antiquissimis.

(41) *Ἐκεῖνο γάρ.* Quinque mss. Ἐκείνου γάρ. Sed Coisl. et Med. cum editis consentiunt. Paulo ante legi posset φυλάξαις, nihil tamen mutavimus, quia cum editis consentiunt codices mss.

(42) *Περιτυγχάνειν.* Med. συντυγχάνειν.

(43) *Εὐσταθίῳ ἀρχιάτρῳ.* Ita Vaticanus codex legitur lonice ἀρχιήτρῳ in Harlæano, Coisl. utroque et Reg secundo. Alii cum editis Εὐσταθίῳ ἰατρῷ

(44) *Ἡμετέρων.* Tres vetustissimi codices et Vaticanus

[a] Alias LXXXI. Scripta anno 375.

Digitized by Google

tempus intermitte scribendi nobis et excitandi ad scribendum. Ipsi enim manifeste lætiores efficimur, dum prudentium virorum, qui Dominum diligunt, epistolas legimus. Utrum autem et ipsi apud nos aliquid, quod operæ pretium sit, inveniatis, nosse vestrum est, qui nostra legitis. Equidem nisi negotiorum multitudine abducerer, scribendi assidue gaudio **242** non abstinerem. Vos vero, quibus minus est curarum, quoties fieri potest, litteris nos demulcete. Nam puteos aiunt haustos meliores fieri. Videtur autem tuarum admonitionum, quæ ex arte medica petuntur, supervacaneus labor; cum nos ferrum non adhibeamus, sed in semetipsos ruant, qui facti sunt inutiles. Hæc est igitur Stoici sententia: Quoniam, inquit, res non fiunt ut volumus, ut fiunt volumus. Ego autem his quæ fiunt, ex animo assentiri non possum: sed tamen aliquid necessarium a nonnullis præter animi sententiam fieri, haud improbo. Neque enim vos medici, ægrotum urere, aut alio modo dolorem creare vultis: sed tamen sæpe id faciendum existimatis, morbi difficultatem sequentes. Neque navigantes libenter merces ejiciunt: sed ut naufragia effugiant, ejectionem perferunt, pauperem vitam morti præferentes. Quare existima nos etiam separationem eorum, qui se separaverunt, moleste quidem et cum uberrimis lacrymis ferre, sed ferre tamen: siquidem veritatis amatoribus, nihil est Deo et spe in Deum antiquius.

διαλίπῃς ἐπιστέλλων ἡμῖν, καὶ διεγείρων ἡμᾶς πρὸς τὸ γράφειν. Αὐτοὶ μὲν γὰρ προδήλως ἡδίους γινόμεθα ἐντυγχάνοντες ἐπιστολαῖς συνετῶν ἀνδρῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον· εἰ δὲ καὶ αὐτοί τι ἄξιον σπουδῆς εὑρίσκετε (45) παρ' ἡμῖν, ὑμέτερον εἰδέναι τῶν ἐντυγχανόντων. Εἰ μὲν οὖν μὴ ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀσχολιῶν ἀπηγόμεθα (46), οὐκ ἂν τῆς ἐκ τοῦ γράφειν συνεχῶς εὐφροσύνης ἀπειχόμεθα· ὑμεῖς δὲ, οἷς ἐλάττους αἱ φροντίδες, ὁσάκις ἂν οἷόν τε ᾖ, κατακηλεῖτε ἡμᾶς τοῖς γράμμασι. Καὶ γὰρ τὰ φρέατά φασιν ἀντλούμενα βελτίω γίνεσθαι (47). Ἔοικασι δέ σου αἱ ἐξ ἰατρικῆς παραινέσεις εἰς πάρεργον χωρεῖν, οὐχ ἡμῶν ἐπαγόντων (48) τὸν σίδηρον, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἐκπιπτόντων τῶν ἀπαχρειουμένων. Ὁ μὲν οὖν τοῦ Στωϊκοῦ λόγος· Ἐπειδὴ, φησὶ, μὴ γίνεται τὰ πράγματα ὡς βουλόμεθα, ὡς γίνεται βουλόμεθα (49)· ἐγὼ δὲ τοῖς μὲν πράγμασι τὴν γνώμην συγκατατίθεσθαι (50) οὐ καταδέχομαι· τὸ δὲ ἀβουλήτως τινὰς ποιεῖν τι τῶν ἀναγκαίων οὐκ ἀποδοκιμάζω. Οὔτε γὰρ ὑμῖν τοῖς ἰατροῖς τὸ καίειν τὸν ἄῤῥωστον, ἢ ἄλλως ποιεῖν ἀλγεῖν, βουλητόν· ἀλλ' οὖν καταδέχεσθε πολλάκις τῇ δυσχερείᾳ τοῦ πάθους ἑπόμενοι. Οὔτε οἱ πλέοντες ἑκουσίως ἐκβάλλουσι τὰ ἀγώγιμα· ἀλλ' ὥστε διαφυγεῖν τὰ ναυάγια, ὑφίστανται τὴν ἐκβολὴν, τὸν ἐν πενίᾳ βίον τοῦ ἀποθανεῖν προτιμῶντες. Ὥστε καὶ ἡμᾶς οἷον ἀλγεινῶς μὲν καὶ μετὰ μυρίων ὀδυρμῶν φέρειν τὸν χωρισμὸν τῶν ἀφισταμένων (51)· φέρειν δ' οὖν ὅμως· ἐπειδὴ τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίδος οὐδὲν τοῖς τῆς ἀληθείας ἐρασταῖς προτιμότερον.

EPISTOLA CLII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΒ'.

Silentii sui causam exponit Basilius, confidenter deinceps scripturum se promittit. Gratias agit quod suas pro Ecclesia preces Victor antevertit.

Victori exercitus duci.

Ad aliquem alium si non scriberem, forte non immerito sustinerem segnitiei aut oblivionis crimen. Tui vero quomodo possim oblivisci, cujus nomen apud omnes homines prædicatur? aut quomodo te negligere, qui omnes fere in terrarum orbe fastigio dignitatum antecellis? Sed silentii mei manifesta est causa. Viro tanto molestiam

Οὐίκτορι στρατηλάτῃ.

Ἄλλῳ μέν τινι μὴ ἐπιστέλλων, τάχα ἂν δεξαίμην δικαίως ἔγκλημα ῥᾳθυμίας ἢ λήθης· σοῦ δὲ πῶς ἔστιν ἐπιλαθέσθαι, οὗ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις λαλεῖται τὸ ὄνομα; πῶς δὲ καταῤῥᾳθυμῆσαι, ὃς πάντων σχεδὸν τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην τῷ ὕψει τῶν ἀξιωμάτων ὑπερανέστηκας; Ἀλλὰ δήλη ἡμῶν ἡ αἰτία τῆς σιωπῆς. Ὀκνοῦμεν δι' ὄχλου γίνεσθαι (52) ἀνδρὶ

Vaticanus ὑμετέρων. *Si qua utilitas vestrarum litterarum.*

* Alias CCCLXXIV. Scripta circa ann. 373.

(45) *Εὑρίσκετε*, Ita septem mss. Editi εὑρήσετε.

(46) *Ἀπηγόμεθα*. Non male Coisl. secundus et Reg. secundus ἀπειργόμεθα.

(47) *Γίνεσθαι*. Iidem duo codices γίνεται et φησίν.

(48) *Ἐπαγόντων*. Tres codices non antiquissimi ἐναγόντων. Ibidem Harl. τὸ σιδήριον, et Reg. secundus περιπιπτόντων.

(49) *Βουλόμεθα*. Ita Harl. et Mel. Sic etiam videtur prima manu habuisse Coisl. primus. Editi βουλώμεθα. Reg. secundus et Coisl. secundus ὡς ἂν γίνηται βουλώμεθα.

(50) *Συγκατατίθεσθαι*. Harl., Reg. primus et Vat. συμμετατίθεσθαι.

(51) *Τῶν ἀφισταμένων*. Hæc intelligi non debent de Eustathii separatione a communione Basilii, sed potius de Sebastenorum nonnullorum ab ipso Eustathio discessione. Tota res enitescit ex superioribus verbis, *sed tamen aliquid necessarium a nonnullis præter animi sententiam fieri, non improbo.* Hæc profecto referenda ad *separationem eorum, qui se separaverunt.* Huic eorum facto non assentiebatur ex animo Basilius, quemadmodum nec medici libenter urunt, nec navigantes libenter merces ejiciunt. Sed tamen eos non improbabat, quia *veritatis amatoribus nihil est Deo et spe in Deum antiquius.* Hæc optime congruunt Sebastenis illis, qui, ut supra vidimus in epist. 258, *occulto pravæ opinionis Eustathii vulnere detecto aliquam ecclesiasticam sollicitudinem* a Basilio poscebant. Unde Basilius Eusebium consulit, quid Sebastenis respondendum sit. Eis autem Basilium communionem et patrocinium concessisse perspicimus cum ex hac epistola, tum etiam ex epist. 253, ubi narrat Basilius eos, qui secum Sebastiæ communicant, curiæ additos a Demosthene fuisse, magnos autem honores amicis Eustathii delatos.

(52) *Γίνεσθαι*. Multi codices mss. γενέσθαι.

Digitized by Google

τοσούτῳ. Εἰ δὲ προς τῇ λοιπῇ σου ἀρετῇ καὶ τοῦτο κατεδέξω, οὐ μόνον πεμπόμενα παρ' ἡμῶν δέχεσθαι γράμματα, ἀλλὰ καὶ ἐλλειφθέντα ἐπιζητεῖν, ἰδοὺ καὶ γράφομεν νῦν τεθαῤῥηκότως (53), καὶ γράφομέν γε εἰς τὸ ἐφεξῆς· εὐχόμενοι τῷ ἁγίῳ Θεῷ δοθῆναί σοι τὴν ἀμοιβὴν τῆς περὶ ἡμᾶς τιμῆς. Ὑπὲρ δὲ τῆς Ἐκκλησίας προέλαβες ἡμῶν τὰς παρακλήσεις, πάντα ποιήσας ὅσα ἂν ἡμεῖς ἐπεζητήσαμεν. Ποιεῖς δὲ οὐκ ἀνθρώποις χαριζόμενος, ἀλλὰ Θεῷ τῷ τιμήσαντί σε· ὃς τὰ μὲν ἔδωκεν ἐν τῇ νῦν ζωῇ ἀγαθά, τὰ δὲ δώσει ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, ἀνθ' ὧν μετὰ ἀληθείας ἐπορεύθης τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, ἀκλινῆ τὴν καρδίαν ἐν τῇ ὀρθότητι τῆς πίστεως ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος διασωσάμενος

A exhibere vereor. Quod si ad reliquas virtutes tuas hæc accessit, ut non modo litteras quæ a me mittuntur suscipias, sed eas etiam quæ non mittuntur, requiras; ecce et nunc confidenter scribo, et scribam deinceps: Deum sanctum orans, ut tibi honoris, quem mihi habes, vices rependat. Meas porro pro Ecclesia preces antevertisti, cum omnia feceris, quæcunque ego petiissem. Facis autem non hominibus gratificans, sed honoranti te Deo: qui tibi alia quidem bona in præsenti vita largitus est, alia autem dabit in futuro ævo, propterea quod cum veritate in illius viis ambulasti, ac cor tuum ab initio ad usque finem in fidei integritate immotum ac inconcussum servasti.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΓ'.

243 EPISTOLA CLIII'.

Gratias agit Victori Basilius quod sui memor sit, nec amorem ob ullam calumniam imminuat.

Βίκτορι ἀπὸ ὑπάτων.

B

Victori ex-consuli.

Ὅσάκις ἂν ἡμῖν ὑπάρξῃ γράμμασιν ἐντυχεῖν τῆς κοσμιότητός σου, τοσαυτάκις χάριν ὁμολογοῦμεν τῷ Θεῷ, ὅτι διαμένεις καὶ μεμνημένος ἡμῶν, καὶ ὑπ' οὐδεμιᾶς διαβολῆς τὴν ἀγάπην ἐλαττῶν, ἣν ἅπαξ κρίσει τῇ ὀρθοτάτῃ ἢ συνηθείᾳ χρηστῇ ἀναλαβεῖν κατεδέξω. Εὐχόμεθα οὖν τῷ ἁγίῳ Θεῷ καὶ σὲ διαμεῖναι ἐν τῇ ὁμοίᾳ πρὸς ἡμᾶς διαθέσει, καὶ ἡμᾶς ἀξίους εἶναι τῆς παρὰ σοῦ τιμῆς, ἣν τιμᾷς ἡμᾶς διὰ τοῦ γράμματος.

Quoties mihi contingit litteras legere dignitatis tuæ, toties gratias ago Deo sancto, quod perstes et memor mei, et amorem, quem semel rectissimo judicio, aut bona consuetudine suscipere voluisti, nullam ob calumniam imminuens. Rogo igitur Deum sanctum, ut et tu permaneas in eodem erga me animo, et ego dignus sim honore, quo me per epistolam prosequeris.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΔ'.

EPISTOLA CLIV **.

Respondet Basilius litteris Ascholii, cujus laudat charitatem, ut rem maxime raram, ac studium in beatissimum Athanasium, ut certissimum sanæ doctrinæ argumentum. Rogat ut qualibet occasione oblata scribat.

Ἀσχολίῳ (54), ἐπισκόπῳ Θεσσαλονίκης.

C

Ascholio, episcopo Thessalonicensi.

Καλῶς ἐποίησας, καὶ κατὰ τὸν τῆς πνευματικῆς ἀγάπης νόμον, κατάρξας τῶν πρὸς ἡμᾶς γραμμάτων, καὶ τῷ ἀγαθῷ ὑποδείγματι πρὸς τὸν ὅμοιον ζῆλον ἡμᾶς ἐκκαλεσάμενος. Καὶ γὰρ ἡ μὲν τοῦ κόσμου φιλία ὀφθαλμῶν δεῖται καὶ συντυχίας, ὥστε ἐκεῖθεν ἀρχὴν τῆς συνηθείας γενέσθαι· οἱ δὲ πνευματικῶς ἀγαπᾷν εἰδότες οὐ τῇ σαρκὶ προξένῳ κέχρηνται τῆς φιλίας, ἀλλὰ τῇ τῆς πίστεως κοινωνίᾳ πρὸς τὴν πνευματικὴν συνάφειαν ἄγονται. Χάρις οὖν τῷ Κυρίῳ τῷ παρακαλέσαντι ἡμῶν τὰς καρδίας, ἐν τῷ δεῖξαι (55), ὅτι οὐκ ἐν πᾶσι κατέψυκται ἡ ἀγάπη· ἀλλ' εἰσί που τῆς οἰκουμένης, οἱ τῆς Χριστοῦ μαθητείας τὸν χαρακτῆρα δεικνύντες. Καὶ τοίνυν ἔδοξέ μοι τὸ καθ' ὑμᾶς ἐοικέναι πρᾶγμα ἄστροις ἐν νυκτερινῇ συναφείᾳ. Ἄλλοις κατ' ἄλλα μέρη τοῦ οὐρανοῦ διαλάμπουσιν, ὧν χαρίεσσα μὲν ἡ λαμπρότης, χαριέστερον δὲ δήπου τὸ ἀπροσδόκητον. Τοιοῦτοι δὲ καὶ ὑμεῖς, οἱ τῶν Ἐκκλησιῶν φωστῆρες, ὀλίγοι παντελῶς καὶ εὐαρίθμητοι ἐν τῇ σκυθρωπῇ ταύτῃ καταστάσει, οἷον ἐν σκοτομήνῃ διαφαινόμενοι, πρὸς τῷ

Recte fecisti, et secundum dilectionis spiritualis legem, quod prior ad nos scripseris, nosque egregio exemplo ad simile studium provocaveris. Nam mundi amicitia oculis indiget ac congressu, ut inde nascatur consuetudinis initium: sed qui spiritualiter amare sciunt, nequaquam carne utuntur amicitiæ conciliatrice; sed fidei communione ad spiritualem conjunctionem ducuntur. Itaque grates Deo, qui corda nostra consolatus est, dum charitatem non in omnibus refrixisse ostendit: sed reperiri alicubi terrarum, qui discipulorum Christi propriam notam præ se ferant. Ac res quidem vestræ persimiles mihi visæ sunt sideribus in nebulosa nocte alias aliis cœli partes illustrantibus: quorum gratus quidem splendor, sed eo gratior, quod non exspectatur. Tales et vos estis, Ecclesiarum lumina, pauci admodum et facile numerabiles, in hac tristi rerum conditione, quasi in nocte illuni coruscantes, præter virtutis gratiam, inde etiam quod rari sitis inventu, deside-

D

(53) *Τεθαῤῥηκότως.* Sic uterque Coisl. cum aliis. Editi τεθαῤῥηκότες. Paulo post editi πρὸς τὸ ἐφεξῆς. Tres antiquissimi codices, Harl., Med., Coisl. ut in textu.

(54) *Ἀσχολίῳ*, etc. Ita editi et vetustissimi codices. At in Coisl. secundo, Reg. secundo, Vat. et Paris. sic legitur titulus Ἀσχολίῳ μονάζοντι καὶ πρεσβυτέρῳ, *Ascholio monacho et presbytero.* Reg. primus et Bigot. habent tantum Ἀσχολίῳ μονάζοντι.

(55) *Ἐν τῷ δεῖξαι.* Ita Med., Harl. et Coisl. primus. Editi ἐκ τοῦ δεῖξαι.

* Alias CCCCXXXVIII. Scripta anno 373.

** Alias CCCXXXVII. Scripta anno 373.

Digitized by Google

rium moventes. Cæterum litteræ tuæ tuum nobis animum abunde patefecere. Quanquam enim breves erant syllabarum numero, at ex recta sententia idoneum nobis tui propositi specimen dedere. Nam beatissimi Athanasii studiosum esse, argumentum evidentissimum est sanæ in maximis rebus sententiæ. Pro accepta ergo ex litteris lætitia, plurimam habemus gratiam prætantissimo filio nostro Euphemio: cui et ipse precor auxilium omne a sancto contingere, et te hortor ut mecum preceris ut cito eum recipiamus cum ornatissima conjuge ipsius, filia nostra in Domino. Ipse autem exorari te sine, ut ne lætitiam nostram exordio circumscribas, sed oblata **244** quovis tempore occasione scribas, et amorem in nos tuum colloquio frequenti adaugeas: ac de Ecclesiis, quæ apud vos sunt, quomodo concordiam servent, significes; pro nostris autem preceris, ut etiam apud nos tranquillitas magna fiat, Domino nostro ventos ac mare increpante.

ἐκ τῆς ἀρετῆς χαίροντι, ἔτι καὶ τῷ σπανίῳ τῆς εὑρέσεως, τὸ περιπόθητον ἔχοντες. Ἐγνώρισε δέ σου τὴν διάθεσιν ἡμῖν τὸ γράμμα αὐτάρκως. Εἰ γὰρ καὶ μικρὸν ἦν τῷ πλήθει τῶν συλλαβῶν, ἀλλὰ τῇ γε ὀρθότητι τῆς διανοίας, ἀρκοῦσαν ἡμῖν τῆς προαιρέσεως τὴν ἀπόδειξιν ἔδωκε. Τὸ γὰρ περὶ τὸν μακαριώτατον Ἀθανάσιον ἐσπουδακέναι δεῖγμα ἐναργέστατον τοῦ ὑγιῶς ἔχειν (56) περὶ τὰ μέγιστα. Ἀντὶ οὖν τῆς ἐπὶ τοῖς γράμμασιν εὐφροσύνης πολλὴν οἴδαμεν χάριν τῷ τιμιωτάτῳ υἱῷ ἡμῶν Εὐφημίῳ· ᾧ καὶ αὐτὸς εὔχομαι πᾶσαν ὑπάρχειν βοήθειαν ἐξ ἁγίου· καὶ σὲ συνεύχεσθαι ἡμῖν παρακαλῶ, ὅπως ἂν ἀπολάβοιμεν αὐτὸν ἐν τάχει μετὰ τῆς κοσμιωτάτης ὁμόζυγος (57) αὐτοῦ, θυγατρὸς δὲ ἡμῶν ἐν Κυρίῳ. Παρακλήθητι δὲ καὶ αὐτὸς μὴ ἐν προοιμίοις ἡμῖν στῆσαι (58) τὴν εὐφροσύνην, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀεὶ παραπιπτούσης προφάσεως ἐπιστέλλειν, καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς διάθεσιν τῷ πυκνῷ τῆς ὁμιλίας αὔξειν, καὶ τὰ περὶ τῶν αὐτοῦ (59) Ἐκκλησιῶν, ὅπως ἔχει κατὰ τὴν συμφωνίαν, σημαίνειν· περὶ δὲ τῶν ἐνταῦθα προσεύχεσθαι, ὥστε γενέσθαι καὶ παρ' ἡμῖν γαλήνην μεγάλην, ἐπιτιμήσαντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν τῷ ἀνέμῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ.

EPISTOLA CLV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΕ'.

Basilius Sorani Scythiæ ducis, propinqui sui, querelis respondet: rationem readit cur ad eum non scripserit, demonstrat se illius oblivisci non posse, nec in precibus ecclesiasticis, nec privatim: et a se et a chorepiscopo accusationem nescio quam repellit. Hortatur ut persecutionem pro Christo patientibus pergat succurrere. Rogat denique ut patriæ mittat reliquias martyrum.

Sine inscriptione causa aliptæ.

Epistola, quam primam et solam dignata est nobis nobilitas tua scribere, multæ continentur accusationes, quibus incertus sum quomodo respondeam; non justarum rationum inopia, sed quia in criminationum multitudine difficilis est præcipuarum delectus, et unde initium nobis medelæ sumendum sit. Sed forte eodem ordine quo res scriptæ sunt, incedentes, sic singulis occurrere debemus. Quinam hinc in Scythiam proficiscerentur hactenus ignoravi; ac ne de iis quidem, qui e domo tua profecti sunt, admonitus sum, ut per illos te salutarem; quamvis omnino id mihi studio habeam, ut dignitatem tuam quavis occasione oblata salutem. Fieri autem non potest tui ut obliviscar in precibus, nisi prius nostrum illud opus, ad quod nos Dominus destinavit, oblivioni tradamus. Nam profecto meministi ecclesiasticarum prædicationum, cum fidelis sis Dei gratia, in

Ἀνεπίγραφος (60) ἐπὶ ἀλείπτῃ

Πρὸς πολλὰς τὰς διὰ τῆς ἐπιστολῆς, ἣν πρώτην καὶ μόνην κατηξίωσεν ἡμῖν ἡ εὐγένειά σου διαπέμψασθαι, ἐγγεγραμμένας κατηγορίας ἀπορῶ (61) ἀπολογήσασθαι· οὐ διὰ τὴν τοῦ δικαίου ἔνδειαν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν πλήθει τῶν ἐπιφερομένων δύσκολον εἶναι τῶν καιριωτέρων τὴν προτίμησιν, καὶ ὅθεν δεῖ πρῶτον ἡμᾶς ἄρξασθαι τῆς θεραπείας. Ἡ τάχα δεῖ αὐτῇ τῇ (62) τάξει τῶν γεγραμμένων χρησαμένους ὁδῷ πρὸς ἕκαστον ἀπαντᾶν. Τοὺς ἐπὶ Σκυθίαν ἀπαίροντας ἐντεῦθεν μέχρι σήμερον οὐκ ἐγνωρίσαμεν· ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐκ τῆς οἰκίας (63) ὑπέμνησαν ἡμᾶς, ὥστε προσειπεῖν σε (64) δι' αὐτῶν· καίτοι πάνυ διὰ σπουδῆς τιθεμένους ἐπὶ πάσης προφάσεως προσφθέγγεσθαί σου τὴν τιμιότητα. Ἐπιλαθέσθαι δέ σου ἐν προσευχαῖς ἀδύνατον, εἰ μὴ πρότερον τοῦ ἔργου ἡμῶν ἐπιλαθώμεθα, εἰς ὃ ἔταξεν ἡμᾶς ὁ Κύριος. Μέμνησαι γὰρ πάντως τῶν κηρυγμάτων (65) τῶν ἐκκλησιαστικῶν, πιστὸς ὢν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι· ὅτι

* Alias CCXLI. Scripta anno 373.

(56) *Ὑγιῶς ἔχειν.* Ita mss. omnes quos quidem viderimus. Editi ἀγίως ἔχειν. Paulo post iidem editi ὑπάρξειν, mss. ut in textu.

(57) *Ὁμόζυγος.* Ita tres antiquissimi codices: alii et editi συζύγου.

(58) *Ἡμῖν στῆσαι.* Deest prima vox in quinque mss., non tamen in tribus antiquissimis.

(59) *Τῶν αὐτοῦ.* Ita septem mss. Editi τῶν σαυτοῦ.

(60) *Ἀνεπίγραφος.* Hanc epistolam Sorano Scythiæ duci scriptam esse probamus in *Vita S. Basilii.* Vide Addenda.

(61) *Ἀπορῶ.* Duo mss. recentiores ἄπορον.

(62) *Δεῖ αὐτῇ τῇ.* Hæc scriptura etsi in duobus tantum occurrit codicibus, nempe Coisl. secundo et Reg. secundo, non dubium tamen quin præferenda sit vulgatæ δι' αὐτὴν τῇ.

(63) *Οἰκίας.* Ita mss. quatuor. Editi οἰκείας.

(64) *Προσειπεῖν σε.* Vocula addita ex quatuor mss.

(65) *Τῶν κηρυγμάτων.* Eadem voce Firmilianus Cæsariensis episcopus ecclesiasticas preces designavit in epistola *ad Cyprianum.* Nam in Latina interpretatione ejusdem epistolæ, quæ est inter Cyprianicas 75, legimus mulierem quamdam hoc facinus ausam esse, *ut et invocatione non contemptibili sanctificare se panem et Eucharistiam facere simularet, et sacrificium Domini non sine sacramento solitæ prædicationis offerret*

Digitized by Google

καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ἀποδημίαις ἀδελφῶν δεόμεθα, καὶ ὑπὲρ τῶν ἐν ταῖς στρατείαις ἐξεταζομένων, καὶ ὑπὲρ παῤῥησιαζομένων διὰ τὸ ὄνομα Κυρίου, καὶ ὑπὲρ τῶν τοὺς πνευματικοὺς καρποὺς ἐπιδεικνυμένων, ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ τὰς εὐχὰς ποιούμεθα· ὧν πάντως ἐν τοῖς πλείοσιν (66) ἢ καὶ ἐν τοῖς πᾶσι νομίζομεν καὶ τὴν σὴν ἐμπεριλαμβάνεσθαι τιμιότητα. Ἰδίᾳ δέ σου ἡμεῖς πῶς ἂν ἐπιλαθώμεθα, τοσαῦτα ἔχοντες τὰ κινοῦντα ἡμᾶς πρὸς μνήμην, ἀδελφὴν τοιαύτην, ἀδελφιδοὺς τοιούτους, συγγένειαν οὕτω χρηστὴν, οὕτως ἀγαπῶσαν ἡμᾶς, οἶκον, οἰκέτας, φίλους· ἐξ ὧν, κἂν μὴ βουλώμεθα, ἀναγκαίως ὑπομιμνησκόμεθά σου τῆς ἀγαθῆς προαιρέσεως; Περὶ δὲ τοῦδε ὁ ἀδελφὸς ὁ δεῖνα οὐδὲν ἡμῖν ἤνεγκεν ἐπαχθὲς, οὐδὲ παρ' ἡμῶν βλάπτουσα αὐτόν τις κρίσις ἐξενήνεκται οὐδεμία. Τρέψον οὖν τὴν λύπην ἐπὶ τοὺς τὰ ψευδῆ διηγησαμένους, ἀπολύσας πάσης μέμψεως καὶ τὸν χωρεπίσκοπον καὶ ἐμέ. Εἰ δέ τινα δίκην γυμνάζει ὁ σχολαστικὸς ὁ δεῖνα, ἔχει δικαστήρια δημόσια καὶ νόμους. Ἀξιῶ οὖν ὑμᾶς ἐπὶ τούτοις μηδεμίαν ἔχειν μέμψιν. Αὐτὸς δὲ ὅσα ποιεῖς ἀγαθὰ, σεαυτῷ θησαυρίζεις· καὶ ἦν παρέχῃ ἀνάπαυσιν τοῖς διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου διωκομένοις, ταύτην σεαυτῷ ἐν ἡμέρᾳ τῆς μισθαποδοσίας προετοιμάζεις Καλῶς δὲ ποιήσεις, ἐὰν καὶ λείψανα μαρτύρων τῇ πατρίδι ἐκπέμψῃς· εἴπερ, ὡς ἐπέστειλας ἡμῖν, ὁ ἐκεῖ διωγμὸς ποιεῖ καὶ νῦν μάρτυρας τῷ Κυρίῳ.

A quibus et pro fratribus peregrinantibus precamur; et pro iis qui inter militares copias recensentur, et pro iis qui ob Domini nomen libere loquuntur, et pro iis qui spirituales fructus edunt, preces in sancta Ecclesia facimus: quorum omnino in plerisque vel etiam in omnibus arbitramur tuam quoque præstantiam comprehendi. Cæterum qui tui privatim possem oblivisci, cum tam multa sint, quæ commoveant me ad recordationem: talis soror, filii sororis tales, cognatio tam egregia, tam nostri amans, domus, domestici, amici: quæ quidem nobis, etiamsi nolimus, bonam tuam voluntatem in memoriam necessario revocant? Quod autem ad aliud attinet, ille frater nihil mihi intulit molestiæ, neque sententia ulla fuit a nobis prolata, B quæ illum læderet. Dolorem itaque in eos qui mendacia retulerunt, converte, meque et chorepiscopum reprehensione omni exsolve. Quod si litem intendat ille scholasticus, tribunalia publica et leges habet. Itaque te rogo, ut de his nihil prorsus conqueraris. Tu vero quidquid facis boni, tibi ipse colligis: et quod levamen affers his qui **245** ob Domini nomen persecutionem patiuntur, illud tibi ipsi in antecessum in die remunerationis præparas. Recte autem feceris, si et reliquias martyrum patriæ mittas; siquidem ut nobis scripsisti, persecutio illic etiamnum Domino martyres facit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝϚ'.

EPISTOLA CLVI*.

Laudat Basilius in Evagrio et ipse præ se fert studium pacis; sed eam conciliare difficillimum fatetur esse, nec sibi congruere ut id solus aggrediatur; cum præsertim episcopus s t Antiochiæ Meletius, ad quem proficisci non potest; sed tamen scripturum se ad illum promittit. Declarat se nec partium studiosum esse, nec accusationibus in quemquam præoccupatum. Mirum sibi accidisse dicit, quod ex Dorotheo acceperat, Evagrium noluisse Dorothei conventus esse participem. Addit sibi integrum non esse Romam mittere: animum suum ab adversariis quæri, nec tamen se quidquam de suo Ecclesiæ defendendæ studio remissurum.

Εὐαγρίῳ πρεσβυτέρῳ.

1. Τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ δυσχεραίνειν πρὸς τὸ μῆκος τῶν γραμμάτων, ὥστε καὶ μικρά μοι ἔδοξεν εἶναι ἡ ἐπιστολὴ ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ἀνάγνωσιν ἡδονῆς. Τί γὰρ ἥδιον ἄκουσμα τοῦ τῆς εἰρήνης ὀνόματος; ἢ τί τοῦ ὑπὲρ (67) τῶν τοιούτων βουλεύεσθαι ἱεροπρεπέστερον, καὶ μᾶλλον τῷ Κυρίῳ κεχαριτσμένον; Σοὶ μὲν οὖν παράσχοι ὁ Κύριος τὸν μισθὸν τῆς εἰρηνοποιίας, οὕτω καλῶς προαιρουμένῳ, καὶ σπουδαίως ἐγκειμένῳ πράγματι μακαριστῷ· ἡμᾶς δὲ νόμιζε, τιμία κεφαλὴ, ἕνεκα μὲν τοῦ προῃρῆσθαι, καὶ εὔχεσθαι ἰδεῖν ποτε τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ πάντες τὸν αὐτὸν πληρώσουσι σύλλογον, οἱ ταῖς διανοίαις ἀλλήλων μὴ ἀπεσχισμένοι, μηδενὶ παραχωρεῖν τῶν εἰς τὴν σπουδὴν ταύτην πρωτείων. Καὶ γὰρ ἂν εἴημεν ὡς ἀληθῶς πάντων ἀνθρώπων ἀτοπώτατοι, σχίσμασι καὶ κατατομαῖς Ἐκκλησιῶν ἐφηδόμενοι (68), καὶ μὴ τὴν συνάφειαν τῶν μελῶν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τιθέμενοι. Ὅσον μέντοι τῆς ἐπιθυμίας ἡμῖν περίεστι, τοσοῦτον γίνω-

C

Evagrio presbytero.

1. Tantum abfuit ut moleste ferrem longitudinem litterarum, ut contra brevis mihi visa sit epistola præ legendi voluptate. Quid enim pacis nomine jucundius auditu? aut quid sanctius et Domino gratius, quam de rebus hujusmodi consilium inire? Tibi igitur præstet Dominus mercedem pacificationis, tam præclara tibi proponenti, et tam studiose in rem, quæ beata prædicatur, incumbenti. Nos autem existima, caput venerandum, quod spectat ad voluntatem et desiderium videndi aliquando illius diei, quo omnes eumdem cœtum implebunt qui sententia inter se divisi non sunt, nemini in hoc studio primas concedere. Profecto enim essemus vere mortalium omnium absurdissimi, si schismatibus ac divisionibus Ecclesiarum oblectaremur, nec conjunctionem membrorum corporis Christi maximum bonorum duceremus. At quantum nobis inest desiderii, tantum scito facultatis deesse. Non enim ignorat perfecta

D

(66) *Ἐν τοῖς πλείοσιν.* Ita quinque mss. Editi ἐν τοῖς χρόνοις. Codex a Combefisio citatus ἐν τοῖς πρώτοις.

(67) *Ἢ τί τοῦ ὑπέρ.* Deest ἢ in Med. et Harl.

(68) *Ἐφηδόμενοι.* Harl. et Reg. secundus ἐνηδόμενοι.

* Alias CCCXLII. Scripta anno 373.

Digitized by Google

tua prudentia, tempore corroborata mala primum quidem tempore indigere ut sanentur : deinde forti ac firma agendi ratione, si quis velit ad imum ipsum pertingere, adeo ut ægrotantium morbi radicitus evellantur. Non te fugit quod dico, ac si clarius loquendum nullus timor.

2. Amorem sui consuetudine diutina radices in animis habentem neque vir unus exstirpare potest, nec epistola una, nec tempus breve. Suspiciones enim ac contradictionum jurgia, nisi sit aliquis pacis sequester auctoritate pollens, omnino tolli non possunt. Quod si gratiæ rivi in me affluerent, si et sermone et opere et donis spiritualibus idoneus essem, ut eos qui sibi invicem adversantur, flecterem, negotium tantum esset suscipiendum. Forte tamen ne tunc quidem nobis suaderes, ut soli ad emendationem aggrederemur, cum episcopus sit Dei gratia, ad quem Ecclesiæ cura præcipue pertinet, qui neque ad nos venire potest, neque nobis interim ob hiemem peregrinari facile, vel potius nullo modo integrum est, non solum quia corpus mihi **246** infirmitate diutina confectum est, sed etiam quia Armeniacorum montium transitus paulo post fiet impervius etiam iis qui ætate omnino vigent. Atque hæc quidem ei per litteras significare non gravabor. Nihil tamen exspecto ex litteris alicujus momenti eventurum, tum viri accuratam agendi rationem considerans, tum ipsam litterarum naturam, quia non solet idoneus esse ad clare persuadendum sermo transmissus. Nam multa opus est dicere, ac multa vicissim audire, et quæ objiciuntur solvenda, et inferenda quæ suffulciunt, quorum nihil potest litterarum sermo, iners et inanimus in charta projectus. Verumtamen, quod jam dixi, scribere non gravabor. Scias autem, frater vere religiosissime et nobis desideratissime, nullam mihi cum quoquam, Dei gratia, privatam esse contentionem. Neque enim memini me curiose inquirere crimina, quibus quisque obnoxius est aut dicitur. Quare sic vos attendere sententiæ meæ convenit ut hominis, qui nihil ex propensione facere possit, neque accusationibus in quemquam præoccupatus sit. Tantum-

σκε τῆς δυνάμεως ἐνδεῖν. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖ σου ἡ τελεία φρόνησις, ὅτι τὰ χρόνῳ κρατυνθέντα πάθη πρῶτον μὲν χρόνου δεῖται πρὸς τὴν διόρθωσιν· ἔπειτα ἰσχυρᾶς καὶ εὐτονωτέρας ἀγωγῆς (69), εἰ μέλλοι τις τοῦ βάθους αὐτοῦ καθικνεῖσθαι, ὥστε πρόῤῥιζα ἐξελεῖν τῶν καμνόντων τὰ ἀῤῥωστήματα. Οἶδας δὲ ὃ λέγω, καὶ εἰ δεῖ τρανότερον εἰπεῖν, οὐδεὶς ὁ φόβος.

2. Τὴν φιλαυτίαν ἔθει μακρῷ ταῖς ψυχαῖς ἐῤῥιζωθεῖσαν εἷς ἀνὴρ (70) ἀνελεῖν οὐχ οἷός τε, οὐδ' ἐπιστολὴ μία, οὐδὲ χρόνος βραχύς. Τὰς γὰρ ὑπονοίας καὶ τὰς ἐξ ἀντιλογιῶν παρατριβὰς παντελῶς ἀναιρεθῆναι, μὴ ἀξιοπίστου τινὸς μεσιτεύοντος τῇ εἰρήνῃ, ἀμήχανον. Καὶ εἰ μὲν ἐπέῤῥει ἡμῖν τὰ παρὰ τῆς χάριτος, καὶ ἦμεν δυνατοὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ καὶ τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασι δυσωπῆσαι τοὺς ἀντιδιατιθεμένους (71), ἔδει κατατολμῆσαι τοῦ τοσούτου πράγματος· τάχα δὲ οὐδ' ἂν τότε συνεδούλευσας ἡμῖν μόνοις ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν ἐπανόρθωσιν, ὄντος τοῦ ἐπισκόπου τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, ᾧ ἡ φροντὶς ἀνῆκε (72) προηγουμένως τῆς Ἐκκλησίας· ὃν οὔτε αὐτὸν ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς οἷόν τε, καὶ ἡμῖν ἀποδημῆσειν τέως ὑπὸ τοῦ χειμῶνος οὐ ῥᾴδιον, μᾶλλον δὲ παντελῶς ἀδύνατον, οὐ μόνον καθότι τὸ σῶμά μοι (73) ὑπὸ μακρᾶς ἀῤῥωστίας ἀπείρηκεν, ἀλλ' ὅτι καὶ αἱ τῶν Ἀρμενιακῶν αἱ ὑπερβάσεις μικρὸν ὕστερον ἄβατοι (74) γίνονται καὶ τοῖς πάνυ καθ' ἡλικίαν σφριγῶσι. Γράμματι δὲ αὐτῷ σημᾶναι (75) ταῦτα οὐ παραιτήσομαι. Οὐ μέντοι προσδοκῶ τι ἐκ τῶν γραμμάτων ἀξιόλογον ἀποβήσεσθαι, τῆς τε τοῦ ἀνδρὸς ἀκριβείας στοχαζόμενος καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως τῶν γραμμάτων· ὅτι οὐ πέφυκεν ἐναργῶς δύνασθαι δυσωπεῖν ὁ διαπεμπόμενος λόγος. Πολλὰ καὶ ἀντακοῦσαι, καὶ λῦσαι τὰ ὑποπίπτοντα, καὶ ἀνθυπενεγκεῖν (76) τὰ ὑφορμοῦντα, ὧν οὐδὲν δύναται ὁ ἐν τοῖς γράμμασι λόγος, ἀργὸς καὶ ἄψυχος ἐν τῷ χάρτῃ διεῤῥιμμένος. Πλὴν ἀλλ', ὅπερ ἔφην, οὐκ ἀποκνήσω (77) γράψαι. Γίνωσκε μέντοι, ὡς ἀληθῶς εὐλαβέστατε καὶ πολυπόθητε ἡμῖν ἀδελφὲ, ὅτι οὐδεμία μοι πρὸς οὐδένα τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ἰδιάζουσά ἐστι φιλονεικία. Οὐδὲ γὰρ πολυπραγμονήσας οἶδα τὰ ἐγκλήματα, οἷς ἕκαστος ὑπεύθυνος ἢ ἔστιν, ἢ ὀνομάζεται. Ὥστε οὕτως ὑμᾶς προσέχειν τῇ ἡμετέρᾳ διανοίᾳ προσήκει, ὡς μηδὲν ἡμῶν δυναμένων ποιῆσαι κατὰ πρόσκλισιν (78), μηδὲ προειλημμένων εἰς τὴν κατά

69) Ἀγωγῆς. Ita mss. octo. Editi διαγωγῆς. Nec multo post editi καὶ οὐδεὶς ὁ φόβος. Deest conjunctio in tribus vetustissimis codicibus et Regio secundo.

(70) Ἀνήρ. Deest in Coisl. primo et Med.

(71) *Τοὺς ἀντιδιατιθεμένους*. Ita sex mss. Editi τοῖς ἀντιδιατιθεμένοις.

(72) Ἀνῆκε. Ita Harl., Med. et Coisl. primus. Editi ἀνήκει. Paulo post tres eosdem codices cum Regio secundo sequimur in hac voce ἀποδημῆσειν pro eo quod erat in editis ἀποδημεῖν.

(73) *Σῶμά μοι*. Med. et Coisl. primus et unus ex Regiis σῶμά μου.

(74) Ἄβατοι. Sic editi et Harl. secunda manu; at in aliis septem mss. legitur ἀδύνατοι. Sic etiam habuit Harlæanus codex prima manu. Crediderim Basilium scripsisse ἄδυτοι.

(75) *Σημᾶναι*. Tres mss. non antiquissimi σημῆναι.

(76) Ἀνθυπενεγκεῖν. Coisl. primus ἀντεπενεγκεῖν. Idem codex cum Harl., Med., Coisl. secundo et Reg. habet τὰ ὑφορμῶντα.

(77) *Οὐκ ἀποκνήσω*. Ita sex mss. Editi οὐδ'.

(78) *Πρόσκλισιν*. Nititur hæc scriptura Regio secundo codice et Coisl. secundo, et Harl. secunda manu. Editi πρόσκλησιν. Hic autem licet animadvertere summam Basilii inter ipsas dissensiones charitatem. Meletium et causa et sanctitate potiorem deserere non poterat; sed a Paulino illiusque sectatoribus, ut orthodoxis fratribus, diligendis non discedebat, idque confirmat in epist. 211 *ad Terentium comitem*. Eamdem animi moderationem præ se fert in epist. 258 *ad Epiphanium*, ubi significat se multa quidem ex fratribus audivisse de

Digitized by Google

τινων διαβολήν. Μόνον εἰ εὐδοκία γένοιτο (79) τοῦ Κυρίου ἐκκλησιαστικῶς πάντα καὶ ἀκολούθως πραχθῆναι.

3. Ἐλύπησε δὲ ἡμᾶς ὁ ποθεινότατος υἱὸς Δωρόθεος (80) ὁ συνδιάκονος, ἀπαγγείλας περὶ τῆς εὐλαβείας σου, ὅτι ὤκνησας μετασχεῖν αὐτῷ τῆς συνάξεως. Καίτοι οὐ τοιαῦτα ἡμῖν ἦν τὰ ὡμιλημένα (81), εἴ τι ἐγὼ μέμνημαι. Ἀποστεῖλαι μέντοι πρὸς τὴν δύσιν ἐμοὶ μὲν παντελῶς ἐστιν ἀδύνατον, οὐδένα ἔχοντι τῶν εἰς τὴν διακονίαν ταύτην ἐπιτηδείων. Τῶν δὲ αὐτόθεν ἀδελφῶν, ἐάν τις αἱρῆται τὸν ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν κόπον ἀναδέξασθαι, οἶδε (82) δηλονότι καὶ πρὸς τίνας ὁρμήσει, καὶ ἐπὶ ποίῳ σκοπῷ, καὶ παρὰ τίνων ἐφοδιασθῇ τοῖς γράμμασι, καὶ ποταποῖς τούτοις. Ἐγὼ μὲν γὰρ, ἐν κύκλῳ περισκεψάμενος, ὁρῶ μεθ' ἑαυτοῦ οὐδένα. Καὶ εὔχομαι μὲν τοῖς ἑπτακισχιλίοις ἐναριθμηθῆναι τοῖς μὴ κάμψασι γόνυ τῇ Βάαλ (83). Πλὴν ὅτι ζητοῦσι καὶ ἡμῶν τὴν ψυχὴν, οἱ πᾶσι τὰς ἑαυτῶν ἐπιβάλλοντες χεῖρας. Οὐ μέντοι τούτου γε ἕνεκεν ἐλλείψομέν τι τῆς ὀφειλομένης σπουδῆς ταῖς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις.

A modo, Dei voluntate, omnia ex institutis ecclesiasticis et rite fiant.

5. Tristitia autem nos affecit desideratissimus filius Dorotheus condiaconus, dum de pietate tua nuntiavit, refugisse te illius conventus esse participem. Atqui hæc non erant, de quibus collocuti inter nos fueramus, si ego memini. Mittere autem in Occidentem mihi prorsus integrum non est, neminem habenti idoneum ad hoc ministerium. Quod si quis ex fratribus qui apud vos sunt, Ecclesiarum causa laborem suscipere volet, is scit procul dubio et ad quos profecturus sit, et ad quem finem, et quorum sit litteris communiendus et qualibus. Ego namque conjectis in orbem oculis B mecum video neminem. Ac precor quidem, ut inter septies mille viros numerer, qui genu ante Baal non incurvavere. Cæterum animam quoque nostram quærunt, qui suas manus in omnes injiciunt; sed non propterea de studio Ecclesiis Dei debito quidquam remittam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΖ'.

247 EPISTOLA CLVII'.

Dolorem suum significat Basilius quod præterita æstate non inviserit Eusebium. Queritur quod ad se ne scribat quidem Eusebius, eumque accusat pigritiæ; rogat ut pro se precetur.

Ἀντιόχῳ (84).

Πῶς οἴει βαρέως ἤνεγκα διαμαρτών σου τῆς συντυχίας κατὰ τὸ θέρος; Καίτοι οὐδὲ ἡ τῶν (85) ἄλλων τοιαύτη γέγονεν, ὥστε μέχρι κόρου ἡμῖν προελθεῖν· ἀλλ' οὖν καὶ ὄναρ ἰδεῖν τὰ ποθούμενα φέρει τινὰ τοῖς ἀγαπῶσι παραμυθίαν. Σὺ δὲ οὐδὲ ἐπιστέλλεις, οὕτως C ἀργὸς εἶ· ὥστε μηδὲ τὴν ὑπόλειψιν ἄλλῃ τινὶ αἰτίᾳ μᾶλλον, ἢ τῷ ἀργῶς ἔχειν πρὸς τὰς ὑπὲρ τῆς ἀγάπης ἀποδημίας, λογίζεσθαι. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν πεπαύσθω ἡμῖν. Εὔχου δὲ ὑπὲρ ἡμῶν (86), καὶ παρακάλει τὸν Κύριον μὴ ἐγκαταλιπεῖν ἡμᾶς· ἀλλ' ὡς ἐκ τῶν ἐπελθόντων παρήγαγεν ἡμᾶς πειρασμῶν, οὕτω καὶ ἐκ τῶν προσδοκωμένων ῥύσασθαι εἰς δόξαν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἐφ' ᾧ ἠλπίσαμεν.

Antiocho.

Quam moleste tulisse me putas, quod tuo congressu præterita æstate caruerim? Atqui ne aliis quidem annis congressus talis fuit, mihi ut satietatem afferret, sed tamen res desideratæ etiam per somnium visæ nonnihil afferunt diligentibus solatii. Tu vero ne scribis quidem, adeo piger es: unde et tua absentia nulli alii causæ magis tribuenda, quam quod pigreris ad peregrinationes charitatis causa suscipiendas. Sed ea de re nihil amplius a nobis dicatur. Precare autem pro me, ac Dominum roga, ut ne me deserat: sed quemadmodum me a præteritis tentationibus exemit, ita etiam ab imminentibus liberet, ad gloriam nominis ipsius, in quo spem collocavimus.

Paulino, sed minime comprobasse, eo quod non adesset is qui incusabatur. Quamvis autem Paulini fama apud ecclesiasticos scriptores nulla prorsus criminatione videatur fuisse contacta, ex his tamen Basilii locis nonnulla ei objecta esse perspicitur: sed hæc fortasse iniquis magis suspicionibus, quam certis indiciis continebantur.

(79) *Γένοιτο.* Ita quatuor mss., quorum tres vetustissimi. Editi γίγνοιτο.

(80) *Δωρόθεος.* Unus ex Regg. codicibus Θεόδωρος. Paulo post editi μετασχεῖν αὐτῶν. Harl., Med., Clarom. et unus ex Regiis ut in textu.

(81) *Ὡμιλημένα.* Sic tres vetustissimi codices cum duobus aliis. Editi τὰ ὡμολογημένα. Scriptura quam in textum recepimus, confirmatur ex primis verbis epistolæ 150.

(82) *Οἶδε.* Ut hæc intelligantur, conferenda sunt cum aliis locis. His enim verbis, *is scit procul dubio et ad quos profecturus sit*, indicat Basilius sibi Occidentales parum satisfacere, id quod in aliis epistolis vehementius declarat, nempe in epist. 212 et 235. Nec profecto placere illi poterant, quæ Evagrius Roma rediens ei narraverat, ut supra vidimus in epist. 138. Illud autem, *et ad quem finem*, illustratur ex epistola 129, n. 5, ubi fatetur Basilius reperire se non posse, qua de re scribendum sit in Occidentem; quæ enim necessaria sunt, jam præoccupata esse, superflua autem scribere, vanum ac inutile esse, de iisdem autem rebus obstrepere, etiam ridiculum videri. Ait autem se neminem habere quem mittat, quia episcopi cum Basilio communione conjuncti, operam ei navare nolebant, D qua de re queritur in epist. 141. Cæterum et a suis desertus et ab hæreticis impugnatus precatur, ut inter septies mille viros numeretur qui genu ante Baal non incurvavere, seque de studio Ecclesiis Dei debito nihil remissurum pollicetur.

(83) *Τῇ Βάαλ.* Ita novem mss. Editi τῷ Βάαλ.

(84) *Ἀντιόχῳ.* Quamvis Antiocho hanc epistolam tribuant omnes codices mss. et editi, eam tamen Eusebio restituendam fatebitur, quisquis leget attentius.

(85) *Οὐδὲ ἡ τῶν.* Ut aliqua hic constet sententia, legendum οὐδὲ ἐτῶν ἄλλων, ut in interpretatione expressimus. Cui lectioni favet codex Med. in quo legitur οὐδὲ εἰ τῶν ἄλλων. Bis enim Eusebium invisit Basilius: primum quidem anno 369, nondum episcopus, deinde anno 372.

(86) *Ὑπὲρ ἡμῶν.* Duo codices non antiquissimi περὶ ἡμῶν

* Alias CCLXX. Scripta anno 373.

Digitized by Google

EPISTOLA CLVIII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΝΗ'.

Dolet Basilius quod Antiochum non viderit; rogat ut pro se precetur; commendat fratrem camelis præpositum.

Antiocho.

Votum nobis antiquum adimplevit Deus sanctus, cum nobis dignatus est concedere, ut veræ pietatis tuæ litteras acciperemus. Hoc enim maximum est et maxime exoptandum, videre te et videri a te, ac Spiritus donis, quæ in te sunt, per nosmetipsos perfrui. Sed quia id et loci distantia aufert, et negotia quibus privatim uterque nostrum detinemur; in **256** secundis votis fuerit, ut anima frequentibus tuæ in Christo charitatis litteris alatur. Quod et nunc nobis contigit, cum prudentiæ tuæ epistolam in manus sumpsimus. Plus enim quam gemini facti sumus, iis quæ a te scripta sunt perfruentes. Erat enim revera et tuam ipsius intueri animam, velut in speculo quodam, ita in sermone relucentem. Illud autem multiplici me lætitia affecit, non solum quod is sis quem omnium testimonia prædicant: sed etiam quod egregiæ tuæ dotes patriæ nostræ sint ornamenta. Enim vero veluti viridis quidam surculus ab eximia radice profectus, fructibus spiritualibus nationem exteram replevisti. Quare nec injuria patria nostra de suis gloriatur germinibus. Et cum pro fide certamina sustineres, Deum glorificabat, bonam Patrum hæreditatem in te audiens custodiri. Tua autem nunc qualia sunt? Martyre, qui nuper in vicina

(42) *Τὸ ξύλον, τὸ ὕδωρ.* Hæc facile explicantur et illustrantur ex epistola Ecclesiæ Gothiæ, quæ simul cum corpore S. Sabæ martyris ad Ecclesiam D Cæsariensem missa est. Sic legitur sub finem hujus epistolæ: Τότε κατάγουσιν αὐτὸν εἰς τὸ ὕδωρ εὐχαριστοῦντα καὶ δοξάζοντα τὸν Θεόν... Καὶ ῥίψαντες αὐτὸν, καὶ ἐπιθέντες αὐτῷ ξύλον κατὰ τοῦ τραχήλου, ἐπίεζον εἰς τὸ βάθος. Καὶ οὕτω τελεωθεὶς διὰ ξύλου καὶ ὕδατος, ἄχραντον ἐφύλαξε τῆς σωτηρίας τὸ σύμβολον, ὧν ἐτῶν τριάκοντα ὀκτώ. *Tunc ab eis deductus est ad aquam, gratias agens et glorificans Deum. Ac præcipitem illum dantes, et lignum illius collo imponentes, mersaverunt profundo. Sicque consummatus per lignum et aquam, intaminatum servavit salutis symbolum, annos natus triginta octo.*

(43) *Ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν.* Sic iidem tres antiquissimi codices. Editi ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας.

(44) *Ἀσχολίῳ.* Quamvis omnes codices mss. et editi hanc epistolam Ascholio inscribant, nullus tamen dubito, quin Sorano Scythiæ duci scripta fuerit: idque in *Vita S. Basilii* probare conabimur.

(45) *Τῆς ἐν Χριστῷ σου.* Illud pronomen, quod ad sententiæ seriem necessarium videtur, desumpsimus ex codice Harlæano.

(46) *Διήθλεις.* Ita novem mss. Editi διῆλθες.

* Alias CCCXXIX. Scripta anno 374.

Digitized by Google

vobis barbaria decertavit, patriam honorasti, velut gratus agricola ad eos qui semina præbuerunt, fructuum primitias mittens. Vere digna Christi athleta dona; martyr veritatis nuper justitiæ corona redimitus, quem et læti suscepimus, ac Deo, qui jam in omnibus gentibus Christi sui Evangelium adimplevit, gloriam dedimus. Sine autem hoc te rogem, ut nostri qui te diligimus, memineris in precibus, ac sedulo Dominum pro animabus nostris preceris; ut et nobis aliquando donetur Deo incipere servire secundum viam mandatorum ipsius, quæ nobis dedit ad salutem.

A σου (47) καὶ τὰ παρόντα; Μάρτυρι, νέον (48) ἀθλήσαντι ἐπὶ τῆς γείτονος ὑμῖν βαρβάρου, τὴν ἐνεγκοῦσαν ἐτίμησας, οἷόν τις εὐγνώμων γεωργὸς τοῖς παρασχομένοις τὰ σπέρματα τὰς ἀπαρχὰς τῶν καρπῶν ἀποπέμπων. Ὄντως (49) πρέποντα ἀθλητῇ Χριστοῦ τὰ δῶρα· μάρτυς (50) τῆς ἀληθείας ἄρτι τὸν τῆς δικαιοσύνης ἀναδησάμενος στέφανον, ὃν καὶ ὑπεδεξάμεθα χαίροντες, καὶ ἐδοξάσαμεν τὸν Θεὸν τὸν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι πληρώσαντα λοιπὸν τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. Παρακέκλησα δὲ καὶ ἡμῶν τῶν ἀγαπώντων σε μεμνῆσθαι ἐν ταῖς προσευχαῖς, καὶ σπουδαίως ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν προσεύχεσθαι τῷ Κυρίῳ, ἵνα καταξιωθῶμέν ποτε ἄρξασθαι καὶ αὐτοὶ δουλεύειν τῷ Θεῷ, κατὰ τὴν ὁδὸν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ, ἃς ἔδωκεν ἡμῖν εἰς σωτηρίαν.

EPISTOLA CLXVI*.

Basilius seu potius Gregorius beatum prædicat Eupraxium, quoa aa Eusebium se conferat; sed multo beatiorem ipsum. Eusebium, cui exsilium gratulatur, eumque rogat ut pro se precetur et ad se vergat scribere.

Eusebio, episcopo Samosatorum.

Carus mihi in omnibus, etc. **257**

Vide inter S. Gregorii Nazianzeni Epistolas, epist. 65.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞϚ'.

B *Εὐσεβίῳ* (51), *ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.*

Τὰ πάντα τίμιος ὢν ἡμῖν, κ. τ. λ.

EPISTOLA CLXVII**.

Basilius, seu potius Gregorius acceptam ex litteris Eusebii lætitiam significat; molestias excusat et negotia, quod eum non invisat; ipsius litteras sibi et luctu et honori apud multos esse testatur.

Eusebio, episcopo Samosatorum.

Et cum scribis, et cum nostri memor es, lætitia nos afficis; et quod hoc majus est, cum nobis in litteris benedicis. Nos porro, si digni tuis laboribus et tuo pro Christo certamine essemus, concessum nobis fuisset, ut ad te profecti pietatem tuam complecteremur, ac patientiæ in ærumnis exemplum caperemus. Sed quia ea re indigni sumus, molestiis multis ac negotiis detenti, quod secundum est, facimus; salutamus tuam præstantiam, precamurque ut ne nostri defatigeris meminisse. Nam litteris tuis dignos haberi non lucrum duntaxat nobis est; sed gloriatio etiam apud multos atque ornamentum, quod apud virum virtute tanta præditum, tamque Deo conjunctum, ut ei alios etiam tum sermone, tum exemplo conjungere queat, aliquo in numero simus.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞΖ'.

C *Εὐσεβίῳ* (52), *ἐπισκόπῳ Σαμοσάτων.*

Καὶ γράφων καὶ μεμνημένος εὐφραίνεις ἡμᾶς, καὶ τὸ τούτου μεῖζον, εὐλογῶν ἡμᾶς ἐν τοῖς γράμμασιν. Ἡμεῖς δὲ, εἰ μὲν (53) ἄξιοι τῶν σῶν παθημάτων, καὶ τῆς ὑπὲρ Χριστοῦ ἀθλήσεως, κατηξιώθημεν ἂν καὶ μέχρι σοῦ γενόμενοι περιπτύξασθαί σου τὴν θεοσέβειαν, καὶ τύπον λαβεῖν τῆς ἐν τοῖς παθήμασι καρτερίας· ἐπειδὴ δὲ ἀνάξιοι τούτου τυγχάνομεν, πυλαῖς θλίψεσι καὶ ἀσχολίαις ἐνεχόμενοι, ὅ δεύτερόν ἐστι ποιοῦμεν· προσαγορεύομεν τὴν σὴν τελειότητα, καὶ ἀξιοῦμεν μὴ κάμνειν σε μεμνημένον ἡμῶν. Οὐ γὰρ ὠφέλεια μόνον ἡμῖν τῶν σῶν καταξιοῦσθαι γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ καύχημα πρὸς τοὺς πολλοὺς καὶ καλλώπισμα, ὅτι λόγος ἡμῶν ἐστι παρὰ ἀνδρὶ τοσούτῳ τὴν ἀρετὴν καὶ τοσαύτην ἔχοντι πρὸς Θεὸν οἰκειότητα, ὥστε καὶ ἄλλους οἰκειοῦν δύνασθαι καὶ λόγῳ καὶ ὑποδείγματι.

EPISTOLA CLXVIII***.

Quantum dolet Basilius Ecclesiam pastore destitutam, tantum Antiochi felicitatem prædicat, quod cum Eusebio versetur.

Antiocho, presbytero, fratris Eusebii filio, qui cum patruo exulante versabatur.

Quantum doleo Ecclesiam pastoris tanti destitu-

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞΗ'.

D *Ἀντιόχῳ, πρεσβυτέρῳ, ἀδελφιδῷ συνόντι ἐν τῇ ἐξορίᾳ.*

Ὅσον ὀδύρομαι τὴν Ἐκκλησίαν τὴν στερηθεῖσαν

* Alias CCLI. Scripta anno 374.
** Alias CCLII. Scripta anno 374.
*** Alias CCLXIX. Scripta anno 374.

(47) *Ola δέ σου.* Med. et alii nonnulli οἷα δέ σοι.

(48) *Μάρτυρι νέον.* Ita Coisl. primus, Vat., Reg. secundus et Paris. Editi μαρτυρεῖ νέῳ. Ibidem quinque mss. ἀνθήσαντα. Bigot. et Harl. secunda manu ἀθλήσαντα.

(49) *Ὄντως.* Editi addunt γάρ, quod melius deest in sex mss. Ibidem editi ἀληθῆ Χριστοῦ.

(50) *Μάρτυς... ἀναδησάμενος.* Medicæus codex cum Regio secundo et Coisl. secundo μάρτυρα... ἀναδησάμενον.

(51) *Εὐσεβίῳ*, etc. Addunt editi πρεσβύτερος ὤν, sed prorsus vitiose; nec leguntur apud Gregorium Nazianzenum, cujus inter epistolas hæc trigesima est, ipsique videtur tribuenda. Hinc a nostris codicibus abest, excepto Coisliniano primo.

(52) *Εὐσεβίῳ.* Hæc etiam epistola Gregorio adjudicanda, nec eam ullus habet ex codicibus nostris præter Coislinianum primum.

(53) *Εἰ μέν.* Sic Gregorius Nazianzenus et Coisl. primus. Editiones Basilii ἐσμέν. Paulo post pro eo

Digitized by Google

τῆς τοῦ τοιούτου παιμένος ἐπιστασίας, τοσοῦτον μακαρίζω ὑμᾶς καταξιωθέντας ἐν τοιούτῳ καιρῷ συνεῖναι ἀνδρὶ τὸν μέγαν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας (54) διαθλοῦντι ἀγῶνα. Πέπεισμαι γάρ, ὅτι ὁ Κύριος καὶ ὑμᾶς τῆς αὐτῆς μερίδος καταξιώσει, τοὺς καλῶς ἀλείφοντας καὶ ἐπεγείροντας αὐτοῦ τὴν προθυμίαν. Ἠλίκον δὲ κέρδος ἐν ἡσυχίᾳ βαθείᾳ ἀπολαύειν ἀνδρὸς τοσαῦτα μὲν ἐκ τῆς μαθήσεως, τοσαῦτα δὲ ἐκ τῆς πείρας τῶν πραγμάτων συνειληχότος! Ὥστε πέπεισμαι ὑμᾶς νῦν ἐγνωκέναι τὸν ἄνδρα, ἡλίκος ἐστὶ τὴν σύνεσιν· διότι ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ καὶ αὐτὸς τὴν διάνοιαν εἶχεν εἰς πολλὰ σχιζομένην, καὶ ὑμεῖς οὐκ ἦγετε σχολὴν ἀπὸ τῶν τοῦ βίου πραγμάτων, ὥστε ὅλοι προσκεῖσθαι τῷ πνευματικῷ νάματι τῷ ἀπὸ καθαρᾶς καρδίας τοῦ ἀνδρὸς προχεομένῳ. Ἀλλὰ παράσχοι ὁ Κύριος ὑμᾶς καὶ αὐτῷ παράκλησιν εἶναι, καὶ αὐτοὺς μὴ δεῖσθαι τῆς ἑτέρων παρηγορίας. Ὅπερ οὖν καὶ πέπεισμαι περὶ τῶν καρδιῶν ὑμῶν, τεκμαιρόμενος τῇ τε ἐμαυτοῦ πείρᾳ, ἣν πρὸς ὀλίγον ὑμῶν ἐπειράθην, καὶ τῇ μεγάλῃ διδασκαλίᾳ τοῦ καλοῦ καθηγητοῦ, οὗ μιᾶς ἡμέρας συνουσία αὐταρκές ἐστιν ἐφόδιον πρὸς σωτηρίαν.

tam regimine, tantum felices vos prædico, quibus contigit ejusmodi tempore cum viro esse magnum pro pietate certamen decertante. Persuasum enim mihi est vos quoque, a quibus propensa illius voluntas præclare excitatur et exstimulatur, eamdem sortem a Domino consecuturos. Quantum autem lucrum in summo otio perfrui viro tot ac tanta tum ex doctrina, tum ex rerum experientia consecuto! Quare certo scio vobis nunc demum cognitum esse virum illum, quali sit prudentia; propterea quod præterito tempore et ipse mentem habebat in multa distractam, nec vobis tantum erat a vitæ negotiis otii, ut toti **258** accumberetis ad spirituale fluentum e puro viri pectore promanans. Sed largiatur Dominus, ut et vos ei sitis solatio, et ipsi aliorum non indigeatis consolatione. Quod utique persuasum habeo de cordibus vestris, conjecturam faciens et ex mea ipsius experientia, qua vestri paulisper periculum feci, et ex optimi magistri summa doctrina, quocum vel unum diem versari satis est ad salutem viatici.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞΘ'.

EPISTOLA CLXIX*.

Glycerius quidam diaconus, cum multas virgines congregasset, et noctu aufugiens choros cum illis duceret, Gregorius hanc captivitatem collegit. Unde eum rogat Basilius, ut Glycerium redire jubeat, virginesque a tyrannide liberet, saltem eas quæ redire volunt. Glycerio modeste redeunti veniam promittit; secus vero, depositionem minatur.

Γρηγορίῳ (55) *Βασίλειος.*

Πρᾶγμα μὲν ὑπέστης ἐπιεικὲς καὶ ἥμερον (56) καὶ φιλάνθρωπον, τὴν τοῦ καταφρονητοῦ Γλυκερίου (τέως γὰρ οὕτω γράφομεν) αἰχμαλωσίαν συναγαγὼν, καὶ τὴν κοινὴν ἀσχημοσύνην ἡμῶν, ὡς οἷόν τε ἦν, συγκαλύψας· δὲ δὲ ὅμως τὴν σὴν εὐλάβειαν μαθοῦσαν τὰ κατ' αὐτὸν, οὕτω λῦσαι τὴν ἀτιμίαν. Οὗτος ὁ νῦν σοβαρὸς καὶ σεμνὸς ὑμῖν Γλυκέριος ἐχειροτονήθη μὲν παρ' ἡμῶν τῆς κατὰ Οὐήνεσαν (57) Ἐκκλησίας διάκονος, ὡς καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ διακονήσων, καὶ τοῦ ἔργου τῆς Ἐκκλησίας ἐπιμελησόμενος. Καὶ γάρ ἐστιν, εἰ καὶ τὰ ἄλλα δύστροπος ὁ ἀνὴρ, ἀλλὰ τὰ ἐπίχειρα οὐκ ἀφυής. Ἐπεὶ δὲ κατέστη, τοῦ μὲν ἔργου ἠμέλησε τοσοῦτον, ὅσον οὐδὲ τὴν ἀρχὴν γεγονότος. Παρθένους δὲ ἀθλίας συναγαγὼν, κατ' ἰδίαν ἐξουσίαν καὶ αὐθεντίαν, τὰς μὲν ἑκούσας προσδραμούσας αὐτῷ (οἶσθα δὲ τὸ τῶν νέων περὶ τὰ τοιαῦτα πρόχειρον), τὰς δὲ ἀκούσας ἀγελαρχεῖν ἐπεχείρησε, καὶ πατριαρχίας ὄνομα ἑαυτῷ καὶ σχῆμα περιθεὶς, ἐξαίφνης ἐσοβαρεύσατο, οὐκ ἔκ τινος ἀκολουθίας (58) καὶ εὐσεβείας ἐπὶ τοῦτο ἐλθών, ἀλλ' ἀφορμὴν βίου ταύτην

Gregorio Basilius.

Negotium quidem suscepisti lene, atque humanum, cum contemptoris Glycerii (sic enim interim scribimus) captivitatem collegisti, communeque nostrum dedecus, quoad ejus fieri potuit, contexisti. Operæ autem pretium est, ut pietas tua gestarum ab eo rerum certior facta, sic ignominiam diluat. Gravis ille nunc et venerandus apud vos Glycerius a me quidem ordinatus est Venensis Ecclesiæ diaconus, ut et presbytero ministraret, et opus Ecclesiæ curaret. Est enim, quamvis ad alia absurdus, saltem ad manuum officia haud male a natura comparatus. Posteaquam autem diaconus institutus est, opus quidem perinde neglexit, ac si nullum ei prorsus impositum esset. Coactis autem miseris virginibus, privata auctoritate atque potentia, partim sua sponte ad eum accurrentibus (nec enim te fugit, quam ad hujusmodi res prompta sit juventus), partim invitis et repugnantibus, gregis imperium sibi arrogare aggressus est; ac patriarchæ nomine et habitu sibi imposito, statim insolenter se efferre

quod desumpsimus ex Gregorio, κατηξιώθημεν ἂν καὶ μέχρι σοῦ γενόμενοι περιπτύξασθαί σου τὴν θεοσέβειαν, editiones Basilii habebant εὐχόμεθα ἰδεῖν τὴν σὴν θεοσέβειαν.

(54) *Τῆς εὐσεβείας.* Tres codices recentiores τῆς Ἐκκλησίας.

(55) *Γρηγορίῳ.* Nyssenum aut Nazianzenum intelligit Tillemontius, sed Nazianzeno inscribunt vetusti codices. Nam in Coisl. primo inscribitur τῷ αὐτῷ. Præcedit autem epistola 71, quam ad Nazianzenum scriptam esse nemo dubitat. In Harlæano autem legitur manu recentiore Γρηγορίῳ ἑταίρῳ, qui titulus jejunior quidem est et exilior, quam ut episcopos deceat, sed tamen indicat epistolam ad Gregorium Nazianzenum scriptam fuisse. Reperitur eadem epistola cum duabus sequentibus inter epistolas Gregorii Nazianzeni, suntque 205, 206, 207.

(56) *Ἐπιεικὲς καὶ ἥμερον.* Harl. recentiore manu ἐπιεικῶς ἥμερον. Sic etiam legitur apud Gregorium Nazianzenum.

(57) *Οὐήνεσαν.* Harl. Σύννασαν. Coisl. Οὐήεσαν. Naz. Οὐήνατα.

(58) *Ἀκολουθίας.* Editi addunt δικαίας, quod merito expungunt codices Med. et Coisl. primus. In Harlæano tota pene epistola scripta est manu recenti.

* Alias CCCCXII. Scripta circa annum 374.

Digitized by Google

cœpit, non causa aliqua probabili ac pietate eo deveniens, verum hanc parandi victus rationem, ut alius quamlibet aliam, sibi proponens: ac parum abfuit quin totam etiam Ecclesiam sedibus suis commoveret; contemnens presbyterum suum, virum et vitæ instituto et ætate venerandum, contemnens chorepiscopum, ac nos etiam tanquam nullius pretii homines; semperque tumultibus ac perturbationinibus urbem atque universum clerum implens. Ac tandem, ubi a me et a chorepiscopo levibus verbis objurgatus est, ne contemptor evaderet (nam juvenes etiam ad eamdem contumaciam exercebat), facinus admodum audax et inhumanum excogitat. Virgines, quotquot potuit, per sacrilegium prædatus, nocte observata, fugam capessit. Omnino tibi gravia hæc videbuntur. Tempus **259** quoque considera. Habebatur ibi conventus, atque ingens undecunque, ut par est, confluebat multitudo. Ille autem vicissim chorum suum introduxit, juvenes sequentem ac tripudiantem, ac plurimum quidem tristitiæ piis afferentem, plurimum autem risus lascivis et lingua procacibus. Neque his contentus, etsi tam atrocibus et horrendis; sed etiam parentes, ut audio, virginum orbitatem non ferentes, atque dispersam turbam reducere cupientes, et ad filiarum suarum pedes cum gemitibus, ut consentaneum est, accidentes, admirandus juvenis cum prædatoria sua manu contumeliis atque ignominia afficit. Hæc velim ne ferenda existimet pietas tua: etenim hoc ludibrium commune omnium nostrum est; sed in primis jube eum cum virginibus redire. Misericordiam enim aliquam, si modo cum tuis litteris revertatur, poterit consequi; sin minus, virgines saltem ad Ecclesiam earum matrem remitte. Quod si hoc fieri nequit, at certe in eas quæ redire volunt, tyrannidem exerceri ne patiaris; sed persuade ut ad nos revertantur; alioqui Deum et homines testamur hæc minime recte fieri, nec ex Ecclesiæ legibus. Glycerius autem si cum disciplina et congruenti modestia redeat, id optimum: secus vero, sit a ministerio remotus.

A ὥσπερ ἄλλος ἄλλην τινὰ προστησάμενος, καὶ μικροῦ τὴν Ἐκκλησίαν πᾶσαν ἀνάστατον πεποίηκε, περιφρονῶν μὲν τὸν ἑαυτοῦ πρεσβύτερον, ἄνδρα καὶ πολιτείᾳ καὶ ἡλικίᾳ αἰδέσιμον, περιφρονῶν δὲ τὸν χωρεπίσκοπον (59), καὶ ἡμᾶς ὡς οὐδενὸς ἀξίους· θορύβων δὲ ἀεὶ καὶ ταραχῶν πληρῶν τὴν πόλιν, καὶ σύμπαν τὸ ἱερατεῖον. Καὶ τέλος, ἵνα τι (60) λόγῳ ἐπιτιμηθῇ μικρὸν παρ' ἡμῶν καὶ τοῦ χωρεπισκόπου, πρὸς τὸ μὴ καταφρονεῖν αὐτὸν (καὶ γὰρ καὶ τοὺς νέους ἐγύμναζεν εἰς τὴν αὐτὴν ἀπόνοιαν), πρᾶγμα διανοεῖται λίαν τολμηρὸν καὶ ἀπάνθρωπον. Συλήσας τῶν παρθένων ὅσας ἠδύνατο, καὶ νύκτα τηρήσας, δραπέτης γίνεται. Πάνυ σοι δεινὰ ταῦτα φανεῖται (61). Σκόπει καὶ τὸν καιρόν. Ἦγετο μὲν ἡ ἐκεῖσε σύνοδος, καὶ πολὺ πανταχόθεν, ὡς εἰκὸς, ἐπέῤῥει τὸ πλῆθος. Ὁ δὲ B ἀντεξῆγε τὸν ἑαυτοῦ χορὸν νέοις (62) ἑπόμενον, καὶ περιχορεύοντα, καὶ πολλὴν μὲν κατήφειαν κινοῦντα τοῖς εὐλαβέσι, πολὺν δὲ γέλωτα τοῖς ἀκρατέσι καὶ τὴν γλῶσσαν ἑτοιμοτέροις. Καὶ οὐκ ἀρκεῖ ταῦτα, καίπερ τηλικαῦτα ὄντα τὸ μέγεθος· ἀλλ' ἔτι καὶ τοὺς γονεῖς, ὡς πυνθάνομαι, τῶν παρθένων τὴν ἀτεκνίαν οὐ φέροντας, καὶ τὴν διασπορὰν ἐπαναγαγεῖν βουλομένους, καὶ μετ' ὀδυρμῶν προσπίπτοντας, ὡς εἰκὸς, ταῖς ἑαυτῶν θυγατράσι, περιυβρίζει καὶ ἀτιμοῖ (63) ὁ θαυμαστὸς νεανίσκος μετὰ τοῦ λῃστρικοῦ συντάγματος. Ταῦτα μὴ ἀνεκτὰ φανήτω τῇ σῇ εὐλαβείᾳ· καὶ γὰρ κοινὸς (64) πάντων ἡμῶν ὁ γέλως· ἀλλὰ μάλιστα μὲν αὐτὸν κέλευσον μετὰ τῶν παρθένων ἐπανελθεῖν. Τύχοι γὰρ ἄν τινος φιλανθρωπίας, εἰ μετὰ σῶν C ἐπανήκοι γραμμάτων· εἰ δὲ μή, τάς γε παρθένους ἀπόπεμψον τῇ μητρὶ αὐτῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Εἰ δὲ μὴ (65), τάς γε βουλομένας τυραννεῖσθαι μὴ συγχωρήσῃς, ἀλλ' ἐπανελθεῖν τύπωσον (66) πρὸς ἡμᾶς· ἢ μαρτυρόμεθά σοι (67) ὅ καὶ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ὅτι μὴ καλῶς ταῦτα γίνεται, μηδὲ θεσμοῖς Ἐκκλησίας. Γλυκέριος δὲ εἰ μὲν ἐπανέλθοι μετ' ἐπιστήμης (68) καὶ τῆς πρεπούσης (69) εὐσταθείας, τοῦτο ἄριστον· εἰ δὲ μή, ἔστω πεπαυμένος τῆς ὑπηρεσίας.

(59) *Τὸν χωρεπίσκοπον*. Med. et Coisl. primus τὸν ἐπίσκοπον.

(60) *Ἵνα τι*. Combefisius legendum putat ἵνα μή, Quasi dicat Basilius Glycerium ne increparetur aufugisse. Sed nihil prorsus mutandum, cum illud ἵνα idem sonet hoc loco ac *ubi* sive *postquam*. Hoc enim sensu usurpatur in epist. 199. Sic etiam in oratione S. Ephrem *in S. Basilium* p. 58. Ἵνα οὖν καὶ ὁ Κύριος σπλαγχνισθῇ ἐπ' ἐμέ: *Ubi ergo Dominus erga me misericordia commotus fuit.*

(61) *Φανεῖται*. Harl. φαίνεται.

(62) *Ὁ δὲ... νέοις*. Legitur Ὁ δὲ... νέος apud Gregorium.

(63) *Ἀτιμοῖ*. Harl. ἀτιμάζει. Sed prima manu habuit ἀτιμοῖ. Legitur etiam ἀτιμάζει apud Gregorium.

(64) *Καὶ γὰρ κοινός*. Ita tres nostri vetustissimi codices: plures enim in hanc epistolam reperire non licuit. Sic etiam apud Greg. Editiones Basilii Καὶ γὰρ κοινόν.

(65) *Εἰ δὲ μή*. Editi addunt τοῦτο, quod deest in tribus nostris mss.

(66) *Τύπωσον*. Vox Basilio familiaris. Sic enim pluribus in locis usurpatur.

(67) *Μαρτυρόμεθά σοι*. Coisl. μαρτυρόμεθό σε. Harl. μαρτυρόμεθα Θεὸν καὶ ἀνθρώπους· *testamur Deum et homines*. Sic etiam apud Gregorium, nisi quod legitur μαρτυρώμεθα.

(68) *Ἐπιστήμης*. Legendum putat Combefisius ἐπιστολῆς. Sic legitur apud Greg. Nazianz., et ad marginem ἐπιστήμης. Quæ quidem vox cum legatur in tribus nostris vetustissimis codicibus, non video cur mutanda sit. Sæpe enim idem valet ac disciplina et ordo.

(69) *Πρεπούσης*. Ita mss. et Greg. Naz. Editiones Basilii παρούσης.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟ'.

EPISTOLA CLXX*.

Glycerio veniam pollicetur Basilius, si cito redeat, secus vero, depositionem minatur.

Γλυκερίῳ.

A

Glycerio

Μέχρι τίνος ἀπονοῇ, καὶ κακῶς μὲν βουλεύῃ περὶ σεαυτοῦ, κινεῖς δὲ (70) ἡμᾶς, αἰσχύνεις δὲ τὸ κοινὸν τάγμα τῶν μοναστῶν; Ἐπάνελθε οὖν τῷ Θεῷ θαῤῥῶν καὶ ἡμῖν, οὗ τὴν φιλανθρωπίαν μιμούμεθα. Εἰ γὰρ καὶ πατρικῶς ἐπετιμήσαμεν, ἀλλὰ καὶ συγγνωσόμεθα πατρικῶς (71). Ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν· ἐπειδὴ πολλοί τε ἱκετεύουσιν ἄλλοι, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ὁ σὸς πρεσβύτερος, οὗ τὴν πολιὰν αἰδούμεθα καὶ τὴν εὐσπλαγχνίαν. Εἰ δὲ μακρύνεις (72) ἀφ' ἡμῶν, τοῦ βαθμοῦ μὲν πάντως (73) ἐκπέπτωκας· ἐκπεσῇ δὲ καὶ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν μελῶν σου καὶ τῆς στολῆς, οἷς ἄγεις τὰς νέας οὐ πρὸς Θεὸν, ἀλλ' εἰς βάραθρον.

Quousque tandem amentia præceps ageris, et tibi quidem ipse male consules, animos autem nostros concitabis, atque universum monachorum cœtum infamia et dedecore afficies? Redi igitur Deo fretus et nobis, qui ejus benignitatem imitamur. Nam si paterno animo reprehendimus, etiam paterno animo ignoscemus. Ita tecum agimus: siquidem multi alii tua causa supplicant, et ante alios presbyter tuus, cujus canitiem et misericordiam reveremur. Quod si diutius a nobis te removes, gradu quidem omnino excidisti; Deum autem etiam amittes, cum tuis cantilenis et stola: quibus rebus ducis adolescentulas non ad Deum, sed ad barathrum.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΑ'.

EPISTOLA CLXXI**.

Queritur iterum Basilius, quod Glycerius et virgines nondum redierint.

Γρηγορίῳ.

B

Gregorio.

Ἐπέσταλκά σοι καὶ πρώην περὶ Γλυκερίου καὶ τῶν παρθένων. Οἱ δὲ οὐδέπω καὶ τήμερον ἐπανήκασιν, ἀλλ' ἔτι μέλλουσιν, οὐκ οἶδα ὅθεν καὶ ὅπως. Θὺ γὰρ ἂν ἐκεῖνό σου καταγνοίην, ὡς ἐφ' ἡμετέρᾳ διαβολῇ τοῦτο ποιεῖς, ἢ αὐτὸς πάσχων τι πρὸς ἡμᾶς, ἢ ἄλλοις χαριζόμενος. Ἠκέτωσαν οὖν μηδὲν δεδοικότες· σὺ γενοῦ τούτου (74) ἐγγυητής. Καὶ γὰρ ἀλγοῦμεν τεμνομένων (75) τῶν μελῶν, εἰ καὶ καλῶς (76) ἐτμήθησαν. Εἰ δὲ ἀντιτείνοιεν, ἐπ' ἄλλους τὸ βάρος, ἡμεῖς δὲ ἀποπλυνόμεθα.

Scripsi ad te et antea de Glycerio et virginibus. At illi necdum hodie redierunt: verum adhuc morantur; qua de causa, et quomodo nescio. Neque enim tibi hoc crimen intulerim, quod invidiæ nobis creandæ **260** causa id facias, vel ipse nonnihil nobis offensus, vel gratiam ab aliis iniens. Veniant igitur, omni metu posito: esto tu hujus rei sponsor. Angimur enim dum membra abscinduntur, etiamsi recte præcisa sint. Quod si restiterint, aliorum erit onus, nos autem abluimur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΒ'.

EPISTOLA CLXXII***.

Significat Basilius se ex Sophronii litteris et lætitiam eo majorem, quo tunc rarior erat charitas, collegisse; et summum cum hoc Patrum fidei defensore colloquendi desiderium concepisse.

Σωφρονίῳ ἐπισκόπῳ (77).

C

Sophronio episcopo.

Ὅπως ἠδφρανας ἡμᾶς τοῖς γράμμασιν, οὐδὲν δεόμεθα γράφειν. Εἰκάζεις γὰρ πάντως αὐτοῖς οἷς ἐπέστειλας τοιούτοις οὖσι. Τὸν γὰρ πρῶτον καρπὸν τοῦ Πνεύματος, τὴν ἀγάπην, ἔδειξας ἡμῖν διὰ τοῦ γράμματος. Τούτου δὲ τί ἂν γένοιτο τιμιώτερον ἡμῖν ἐν τῇ παρούσῃ τῶν καιρῶν καταστάσει, ἡνίκα, διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ἐψύγη τῶν πολλῶν ἡ ἀγάπη; Οὐδὲν γὰρ οὕτω σπάνιον νῦν ὡς ἀδελφοῦ συντυχία πνευματικοῦ, καὶ ῥῆμα εἰρηνικὸν, καὶ πνευματικὴ κοινωνία, ἣν εὑρόντες ἐν τῇ σῇ τελειότητι ὑπερευχαριστήσαμεν τῷ Κυρίῳ, δεόμενοι καὶ τῆς τελείας ἐπὶ σοὶ μετασχεῖν εὐφροσύνης. Εἰ γὰρ

Quanta me lætitia litteræ tuæ affecerint, scribere nihil mihi opus est. Id enim profecto conjicis ex his quæ scripsisti, cum talia sint. Primum enim Spiritus fructum, charitatem, mihi per epistolam ostendisti. Quid autem ea re mihi possit esse antiquius in hoc temporum statu, quo propter multiplicatam iniquitatem refrixit multorum charitas? Nunc enim nihil est tam rarum, quam spiritualis fratris congressus, et verbum pacificum, et spiritualis communio: quam in tua integritate nactus, Domino gratias egi, orans ut et cumulata in te lætitia perfruar. Si enim tales epistolæ, qualis con-

(70) *Κινεῖς δέ.* Ita Harl. Editi κινεῖς μέν. Habet etiam Gregorius Nazianzenus ut edidimus.

(71) *Συγγνωσόμεθα πατρικῶς.* Male apud Gregorium legitur πνευματικῶς.

(72) *Μακρύνεις.* Harl. μακρύνοις.

(73) *Πάντως.* Reg. secundus ταντός.

(74) *Σὺ γενοῦ τούτου.* Ita mss. tres. Editi συγνένου τούτων. Legitur etiam τούτων apud Greg.

(75) *Τεμνομένων.* Legitur apud Greg. τεμνόμενοι τῶν μελῶν· *abscissi a membris.*

(76) *Καλῶς.* Ita Harlæani codicis ope emendavimus quod in editis legebatur κακῶς.

(77) *Σωφρονίῳ ἐπισκόπῳ.* Sic editi, Coisl. primus, Med. et alii nonnulli. Vat. et Clarom. habent tantum Σωφρονίῳ. At prorsus mendose Harlæanus codex et alii nonnulli, in quibus præcedit epistola ad Sophronium magistrum, habent τῷ αὐτῷ. Perspicuum enim est hanc epistolam ad episcopum, non ad magistrum officiorum scriptam esse.

* Alias CCCCXIV. Scripta circa annum 374.

** Alias CCCCXIII. Scripta circa annum 374.

*** Alias CCCXXXV. Scripta circa annum 374.

Digitized by Google

gressus? Et si eminus sic capis, quanti eris pretii tum cum cominus conspicieris? Scito autem, nisi negotiorum innumerabilium multitudo detineret ac ineluctabilis illa necessitas qua constringor, ipsum me ad tuam integritatem properaturum fuisse. Quanquam magnum quidem impedimentum est, quominus movear, vetus illa corporis ægritudo; sed tamen ob speratam utilitatem hoc impedimentum esse non duxissem. Congredi enim cum viro, eadem sentiente, et Patrum fidem defendente, uti de te venerandi fratres et compresbyteri narrant, est profecto ad priscam Ecclesiarum beatitudinem reverti; cum pauci quidem disputandi morbo laborarent, omnes autem tranquillo essent animo, mandata citra pudorem perficientes, per nudam et simplicem confessionem Domino servientes [45], ac fidem in Patrem et Filium et Spiritum sanctum inviolabilem et minime curiosam servantes.

A ἐπιστολαὶ τοιαῦται, ὁποία ἡ συντυχία; Καὶ εἰ πόρρωθεν οὕτως αἱρεῖς, πόσου ἄξιος ἔσῃ ἐγγύθεν ἡμῖν ἐπιφανείς; Εὖ δὲ ἴσθι (78), εἰ μὴ μυρίων ἀσχολιῶν περιεῖχε πλῆθος (79), καὶ αἱ ἀπαραίτητοι αὗται ἀνάγκαι αἷς ἐνδεδέμεθα, αὐτόν με ἐπειχθῆναι πρὸς τὴν σὴν τελειότητα. Καίτοιγε μέγα μοι ἐμπόδιόν ἐστι πρὸς τὰς κινήσεις ἡ παλαιὰ αὕτη τοῦ σώματος ἀῤῥωστία, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἂν ὑπελογισάμην τοῦτο ἐμπόδιον τῆς προσδοκωμένης ἕνεκεν ὠφελείας. Τὸ γὰρ ἀνδρὶ τὰ αὐτὰ φρονοῦντι, καὶ τὴν τῶν Πατέρων πρεσβεύοντι πίστιν, ὡς ὁ τῶν τιμίων ἀδελφῶν καὶ συμπρεσβυτέρων λόγος (80), καταξιωθῆναι περιτυχεῖν, ὄντως ἐστὶν εἰς τὴν ἀρχαίαν μακαριότητα τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπανελθεῖν, ὅτε ὀλίγοι μὲν ἦσαν οἱ νοσοῦντες περὶ ζητήσεις, ἐν ἡσυχίᾳ δὲ ἦσαν πάντες, B ἐργάται ὄντες τῶν ἐντολῶν (81) ἀνεπαίσχυντοι, διὰ τῆς ἁπλῆς καὶ ἀπεριέργου ὁμολογίας λατρεύοντες τῷ Κυρίῳ (82), καὶ ἄσυλον τὴν πίστιν καὶ ἀπερίεργον τὴν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα διαφυλάσσοντες.

EPISTOLA CLXXIII*.

Declarat Basilius se raro scribere, dum metuit ne litteræ intercipiantur: exponit in quo consistat vitæ evangelicæ institutum, quod Theodora amplexa fuerat.

Theodoræ canonicæ.

Tardus sum ad scribendum, quod minime persuasum mihi sit litteras meas omnino reddi charitati tuæ, sed perferentium improbitate innumeros alios eas prius legere; **261** cum præsertim ea nunc sit rerum perturbatio in orbe terrarum. Quare exspecto dum quodam modo incuser, ac litteræ violenter reposcantur: ut hoc argumento eas reddi cognoscam. Sive autem scribam, sive taceam, unum mihi opus est, in animo dignitatis tuæ retinere memoriam, ac Dominum precari, ut det tibi cursum boni illius instituti, quod elegisti, absolvere. Vere enim non leve certamen est promittenti, quæ ex promissis consequuntur adjicere. Nam evangelicum vivendi genus amplecti cujusvis est: sed etiam ad minima quæque observationem perducere, nec quidquam eorum, quæ illic scripta sunt negligere, hoc pauci admodum ex his quos novimus, perfecere: nempe lingua refrænata uti, et erudito ex Evangelii mente oculo: operari manibus secundum propositum Deo placendi: pedes item movere, et uno quo-

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΓ'.

Πρὸς Θεοδώραν κανονικήν (83).

Ὀκνηροὺς ἡμᾶς ποιεῖ πρὸς τὸ γράφειν το μὴ πεπεῖσθαι τὰς ἐπιστολάς ἡμῶν πάντως (84) ἐγχειρίζεσθαι τῇ σῇ ἀγάπῃ, ἀλλὰ κακίᾳ τῶν διακονούντων μυρίους προεντυγχάνειν ἑτέρους, καὶ μάλιστα νῦν οὕτω τεταραγμένων (85) τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην C πραγμάτων. Διόπερ ἀναμένω τρόπον τινὰ μεμφθῆναι, καὶ ἀπαιτηθῆναι βιαίως τὰς ἐπιστολάς, ὥστε αὐτῷ τούτῳ τεκμηρίῳ χρήσασθαι τῆς ἀποδόσεως. Καὶ γράφοντες μὲν οὖν καὶ σιωπῶντες ἓν ἔργον ἔχομεν, ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν φυλάσσειν τὴν μνήμην τῆς κοσμιότητός σου, καὶ προσεύχεσθαι τῷ Κυρίῳ δοῦναί σοι τελέσαι τὸν δρόμον τῆς ἀγαθῆς πολιτείας, καθὰ προείλου. Τῷ ὄντι γὰρ οὐ μικρὸς ἀγὼν ὁμολογοῦντι (86) τῆς ἐπαγγελίας τὰ ἑφεξῆς ἐπάγειν. Τὸ μὲν γὰρ προελέσθαι τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείαν παντός· τὸ δὲ καὶ μέχρι τῶν μικροτάτων ἄγειν τὴν παρατήρησιν, καὶ μηδὲν τῶν ἐκεῖ γεγραμμένων παρορᾶν, τοῦτο πάνυ ὀλίγοις τῶν εἰς ἡμετέραν γνῶσιν ἡκόντων κατώρθωται· ὥστε D καὶ γλώσσῃ πεπεδημένῃ (87) κεχρῆσθαι καὶ ὀφθαλμῷ

[45] II Tim. II, 15.

* Alias CCCII. Scripta circa annum 374.

(78) *Εὖ δὲ ἴσθι.* Pro his vocibus legitur in Coisl. primo ὥστε με. In Medicæo ὥστε μοι.

(79) *Πλῆθος.* Editi addunt ἡμᾶς, quod deest in novem codicibus mss.

(80) *Λόγος.* Hic etiam editi addunt περὶ σοῦ, quæ verba nullo prorsus in codice ms. reperiuntur.

(81) *Ἐντολῶν.* Editi addunt τοῦ Θεοῦ sine necessaria ratione et præter omnium codicum mss. fidem.

(82) *Λατρεύοντες τῷ Κυρίῳ, καί.* Desunt hæc verba in Coisliniano primo et in Medicæo.

(83) *Πρὸς Θεοδώραν κανονικήν.* Ita mss. sex. Editi Θεοδώρα κανονικῇ. Addit Harl. Περὶ βίου κανονικοῦ, *de vita canonica.*

(84) *Πάντως.* Ita omnes nostri veteres libri. Editi παντας. Paulo post iidem editi μυρίοις... ἑτέροις. Septem mss. ut in textu.

(85) *Τεταραγμένων.* Ita Coisl. uterque, Harl., Med. et Bigot. Editi τεταγμένων. Paulo post editi ἀναμένομεν. Omnes mss. ut in textu.

(86) *Ὁμολογοῦντι.* Ita tres vetustissimi codices. Editi ὁμολογοῦντά τι. Ibidem quinque mss. τῇ ἐπαγγελίᾳ. Sed sequi maluimus tres vetustissimos, qui hoc loco cum editis consentiunt, nisi quod habent ἐπάγειν pro eo quod erat in editis ἐπαγαγεῖν

(87) *Πεπεδημένῃ.* Magis placuit hæc scriptura codicum Harl. et Coisl. primi, quam vulgata πεπαιδευμένῃ, *lingua castigata.* Iidem codices et alii nonnulli κεχρῆσθαι. Editi χρῆσθαι.

Digitized by Google

πεπαιδαγωγημένῳ κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ χερσὶν ἐνεργεῖν κατὰ τὸν σκοπὸν τῆς εὐαρεστήσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ πόδας κινεῖν, καὶ ἑκάστῳ τῶν μελῶν οὕτω κεχρῆσθαι, ὡς ἐξ ἀρχῆς ὁ Δημιουργὸς ἡμῶν ᾠκονόμησε· τὸ ἐν τῇ καταστολῇ κόσμιον, τὸ ἐν ταῖς συντυχίαις τῶν ἀνδρῶν πεφυλαγμένον, τὸ ἐν βρώμασιν αὐταρκες, τὸ ἐν τῇ κυήσει τῶν ἀναγκαίων ἀπέριττον. Ταῦτα πάντα μικρὰ μὲν ἁπλῶς οὕτω λεγόμενα, μεγάλου δὲ ἀγῶνος εἰς τὸ κατορθωθῆναι χρῄζοντα, ὡς ἐπ' αὐτῆς (88) τῆς ἀληθείας εὕρομεν. Καὶ μὲν καὶ τὸ ἐν τῇ ταπεινοφροσύνῃ τέλειον, ὡς μήτε προγόνων περιφανείας μεμνῆσθαι, μήτε, εἴ τι ὑπάρχει (89) ἡμῖν ἐκ φύσεως πλεονέκτημα ἢ κατὰ σῶμα ἢ κατὰ ψυχήν, τούτῳ ἐπαίρεσθαι, μήτε τὰς ἔξωθεν περὶ ἡμῶν ὑπολήψεις ἀφορμὴν ἐπάρσεώς τε καὶ φυσιώσεως ποιεῖσθαι, ταῦτα τοῦ εὐαγγελικοῦ ἔχεται βίου. Τὸ ἐν ἐγκρατείᾳ εὔτονον, τὸ ἐν προσευχαῖς φιλόπονον, τὸ ἐν φιλαδελφίᾳ συμπαθὲς, τὸ πρὸς τοὺς δεομένους κοινωνικὸν, τὸ τοῦ φρονήματος καταβεβλημένον, ὁ συντριμμὸς τῆς καρδίας, τὸ τῆς πίστεως ὑγιὲς, τὸ ἐν σκυθρωπότητι ὁμαλὸν, μηδέποτε τῆς ἐννοίας ἡμῶν λειπούσης (90) τοῦ φοβεροῦ ἐπειγόμεθα μὲν ἅπαντες, μέμνηνται δὲ αὐτοῦ, ὀλίγιστοι (91).

que membro sic uti, ut initio Conditor noster ordinavit: modestia in vestitu, cautio in virorum colloquiis, in cibis frugalitas, in rerum necessariarum possessione nihil superflui. Hæc omnia exigua quidem dum sic simpliciter narrantur, sed magno certamine ad perficiendum indigent, quemadmodum reipsa comperimus. Sed et humilitatis perfectio, adeo ut neque majorum claritatis meminerimus, nec si quid nobis insit a natura aut corporis aut animi ornamentum, inde efferamur, neque externas de nobis opiniones ansam elationis ac tumoris faciamus: hæc cum vita evangelica connexa sunt. Ad hæc constantia in abstinentia, in precando sedulitas, in fraterna dilectione commiseratio, liberalitas erga indigentes, spiritus animique abjectio, B cordis contritio, fidei sanitas, in mœrore æquabilitas; nunquam intermittente cogitatione nostra terribilis illius et ineluctabilis judicii recordationem, ad quod omnes quidem festinamus, sed qui illius reminiscantur, ac de illius exitu sint solliciti, paucissimi sunt.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΔ'.

EPISTOLA CLXXIV.

Raro scribit huic viduæ Basilius, ne quid ei periculi creet. Hortatur ut a divini judicii cogitatione animum non dimoveat, nec tamen nimia distringatur sollicitudine.

Πρὸς ἐλευθέραν.

Ad viduam.

Ἐγὼ, καὶ πάνυ βουλόμενος συνεχῶς ἐπιστέλλειν C τῇ εὐγενείᾳ ὑμῶν, ἐπέσχον (92) ἐμαυτὸν ἀεὶ, μήπως δόξω τινὰς ὑμῖν πειρασμοὺς ἐπεγείρειν, διὰ τοὺς φιλέχθρως πρὸς ἡμᾶς διακειμένους· καὶ, ὡς ἀκούω, μέχρι καὶ τούτων τὴν ἔχθραν ἐλαύνοντας, ὥστε πολυπραγμονεῖν (93) εἴ πού τις καὶ γράμμα ἡμέτερον δέχοιτο. Ἐπειδὴ δὲ αὐτὴ, καλῶς ποιοῦσα, κατῆρξας τοῦ γράμματος, καὶ ἐπέστειλας ἡμῖν ἃ ἐχρῆν περὶ τῶν κατὰ τὴν ψυχήν σου πραγμάτων ἀνακοινουμένη, προετράπην εἰς τὸ ἀντεπιστεῖλαι· ὁμοῦ μὲν τὰ ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ ἐλλειφθέντα ἐπανορθούμενος, ὁμοῦ δὲ καὶ πρὸς τὰ ἐπεσταλμένα παρὰ τῆς σῆς εὐγενείας ἀποκρινόμενος. Ὅτι μακαρία ἐστὶ ψυχὴ, ἡ νυκτὸς καὶ ἡμέρας μηδεμίαν ἄλλην μέριμναν στρέφουσα, ἢ πῶς ἐπὶ τῆς μεγάλης ἡμέρας, καθ' ἣν πᾶσα ἡ κτίσις περιστήσεται τὸν κριτὴν, τὰς D εὐθύνας τῶν πεπραγμένων ἀποδιδοῦσα, καὶ αὐτὴ

Equidem etsi omnino cupiebam ad tuam nobilitatem sæpissime scribere, me ipse semper cohibui, ne quas vobis tentationes viderer suscitare, propter eos qui infenso in me sunt animo, atque etiam, ut audio, inimicitiam eo usque perducunt, ut curiosius inquirant, an quis a me litteras accipiat. Sed quia **262** ipsa præclare faciens, litteras cœpisti mittere, ac scripsisti nobis, ut par erat, de rebus animæ tuæ communicans, incitatus sum ad rescribendum, cum ea quæ præterito tempore omissa sunt, sarciens, tum etiam ad ea quæ a tua nobilitate scripta sunt, respondens. Nempe beata est anima illa, quæ noctu ac interdiu nullam aliam curam versat, nisi quomodo in die illa magna, in qua creatura omnis actionum suarum rationem redditura judicem circumstabit, possit et ipsa vitæ suæ rationem facile ponere. Qui enim

(88) *Ὡς ἐπ' αὐτῆς.* Deest ὡς in quatuor mss. non antiquissimis. Ibidem editi εὑρήκαμεν. Tres vetustissimi codices et alii nonnulli ut in textu.

(89) *Ὑπάρχει.* Ita tres antiquissimi codices. Editi ἐνυπάρχει. Ibidem Med. et Coisl. primus φύσεως πλεονέκτημα sine præpositione.

(90) *Ἡμῶν λειπούσης... τὴν μνήμην.* Ita tres vetustissimi codices et Clarom. nisi quod Harlæanus codex habet ἐπιλειπούσης. Editi non habent τὴν μνήμην, sed hunc locum sic exhibent: μηδέποτε τῆς ἐννοίας ἐπιλειπούσης ἡμᾶς τοῦ, etc. *Nunquam a nobis recedente cogitatione terribilis illius*, etc.

(91) Suppiementum ad hanc epistolam ut anecdotum Latine tantum et corruptissime edidit Petrus Aloysius Galletius (ap. Amadutzi *Anecdota litteraria*, tom. I, p. 23). Incipit: *Multis vero exsistentibus quæ a divina Scriptura manifestata sunt, et his qui a studiosis debent dirigi et Deo placere festinantibus in præsentiarum moti, a vobis solum, sicut didici*, etc., corrupte. Desinit: *Fructusque dignos pœnitentiæ ostendere Dei beneplacentia et cooperatione Domini nostri Jesu Christi. Amen.* Sed quæ inedita putavit vir doctissimus, ea totidem verbis Græce et Latine, emendatius etiam, legere est epist. 22, supra. EDIT.

(92) *Ἐπέσχον.* Ita mss. summo consensu, et paulo post φιλέχθρως. Editi ἀπέσχον et φιλεχθῶς.

(93) *Πολυπραγμονεῖν.* Harl. et Coisl. primus φιλοπραγμονεῖν, quod idem significat. Paulo post idem Coisl. ὡς ἐχρῆν.

* Alias CCLXXXIII. Scripta circa anno 374.

Digitized by Google

diem illam atque horam ante oculos positam habet, semperque suam pro illo tribunali, quod decipi nequit, defensionem meditatur, is aut nihil aut omnino levissima peccabit; quia peccare nobis ob absentiam timoris Dei contingit. Quibus autem clare obversabitur intentarum minarum exspectatio, his nullum tempus dabit insitus timor in involuntarias actiones aut cogitationes incidendi. Itaque Dei memineris, et illius timorem in corde habeto, atque ad communionem precum omnes adjunge. Magnum enim est eorum qui Deum placare possunt auxilium. Neque hæc facere intermiseris. Nam et viventibus nobis in hac carne bona erit adjutrix precatio, et inde proficiscentibus idoneum viaticum ad futurum ævum. Quemadmodum autem sollicitudo res bona est, ita rursus animum B despondere et desperare, ac de salute diffidere, res sunt animæ noxiæ. Spem itaque in Dei bonitate colloca, et illius auxilium exspecta : certo sciens, si recte ac sincere ad ipsum convertamur, futurum ut non modo nos omnino non rejiciat, sed etiam nobis adhuc precum verba proferentibus dicat : Ecce adsum.

A δυνηθῇ κούφως ἀποθέσθαι τὸν λόγον τῶν βεβιωμένων. Ὁ γὰρ ἐκείνην τὴν ἡμέραν καὶ τὴν ὥραν πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενος, καὶ ἀεὶ μελετῶν τὴν ἐπὶ τοῦ ἀπαραλογίστου (94) κριτηρίου ἀπολογίαν, ὁ τοιοῦτος ἢ οὐδὲν παντελῶς, ἢ ἐλάχιστα ἁμαρτήσεται· διότι τὸ ἁμαρτάνειν ἡμῖν κατὰ ἀπουσίαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ (95) γίνεται. Οἷς δ' ἂν ἐναργὴς παρῇ τῶν ἀπειλουμένων ἡ προσδοκία, οὐδένα καιρὸν δώσει τοῖς τοιούτοις ὁ σύνοικος φόβος εἰς ἀβουλήτους πράξεις ἢ ἐνθυμήσεις ἐκπεσεῖν (96). Καὶ μέμνησο τοίνυν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἔχε τὸν αὐτοῦ φόβον ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ πάντας εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν εὐχῶν παραλάμβανε. Μεγάλη γὰρ καὶ ἡ τῶν δυναμένων δυσωπεῖν τὸν Θεὸν βοήθεια. Καὶ μὴ διαλίπῃς ταῦτα ποιοῦσα. Καὶ γὰρ καὶ ζῶσιν ἡμῖν τὴν ἐν σαρκὶ ταύτῃ ζωὴν ἀγαθὴ B ἔσται βοηθὸς ἡ προσευχή· καὶ ἀπερχομένοις ἐντεῦθεν ἐφόδιον διαρκὲς πρὸς τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα. Ὥσπερ δὲ ἡ φροντὶς πρᾶγμά ἐστιν ἀγαθόν, οὕτω πάλιν ἡ ἀθυμία καὶ ἡ ἀπόγνωσις, καὶ τὸ δυσελπίστως ἔχειν πρὸς σωτηρίαν, τῶν βλαπτόντων ἐστὶ τὴν ψυχήν. Ἐπέλπιζε τοίνυν τῇ ἀγαθότητι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκδέχου αὐτοῦ τὴν ἀντίληψιν, γινώσκουσα, ὅτι, ἐὰν καλῶς καὶ γνησίως πρὸς αὐτὸν ἐπιστραφῶμεν, οὐ μόνον οὐκ ἀπορρίψει ἡμᾶς εἰς τὸ παντελὲς, ἀλλ' ἔτι λαλούντων ἡμῶν τὰ ῥήματα τῆς προσευχῆς ἐρεῖ· Ἰδοὺ πάρειμ

EPISTOLA CLXXV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΕ'.

De fide nihil vult scribere Basilius, ac de calumniatoribus suis queritur.

Magneniano comiti.

C

Μαγνηνιανῷ (97) κόμητι.

Non ita pridem scribebat mihi gravitas tua, cum nonnulla alia, tum ut de fide scriberem, aperte præcipiens. Ego porro tuum hujus rei admiror studium, ac Deum rogo, ut indefessa tibi insit bonorum electio, ac semper progrediens tum scientia, tum bonis operibus, perfectus evadas. Sed quia nolo de fide scriptum relinquere, nec diversas fidei professiones scribere, recusavi mittere quæ postulastis. Cæterum mihi videmini erudiri ab hominibus illic nihil agentibus, qui ut me calumnientur nonnulla proferunt ; quasi inde seipsos sint commendaturi, si de me turpissima mentiantur. Illos enim nudat præteritum tempus, et progrediens experientia notiores faciet. Nos autem præcipimus iis, qui in Christum sperant, nihil curiose præter antiquam **263** fidem inquirere : sed quemadmodum credimus, ita et baptizari, et quemadmodum baptizamur, ita et glorificare. Nomina autem nobis satis est ea confiteri quæ a sancta Scriptura accepimus, et in his novitatem vitare. Non enim in inventione

Πρώην ἐπέστελλέ μοι ἡ σεμνότης σου ἄλλα τινὰ, καὶ περὶ πίστεως γράψαι ἡμᾶς ἐναργῶς προστάσσουσα. Ἀλλ' ἐγὼ τὴν μὲν σὴν περὶ τὸ πρᾶγμα ἄγαμαι σπουδὴν, καὶ εὔχομαι τῷ Θεῷ ἀνενδότως σοι τῶν ἀγαθῶν τὴν αἵρεσιν ἐνυπάρχειν, καὶ ἀεί σε προκόπτοντα καὶ γνώσει καὶ ἔργοις ἀγαθοῖς τελειοῦσθαι· διὰ δὲ τὸ μὴ βούλεσθαι περὶ πίστεως σύνταγμα καταλιμπάνειν, μηδὲ γράφειν διαφόρους πίστεις, παρετηρησάμην ἀποστεῖλαι ἃ ἐπεζητήσατε. Πλὴν δοκεῖτέ μοι περιηχεῖσθαι παρὰ τῶν αὐτόθι, τῶν μηδὲν ἐργαζομένων, οἳ ἐπὶ (98) διαβολῇ ἡμετέρᾳ λέγουσί τινα, ὡς ἐκ τούτου ἑαυτοὺς συστήσοντες (99), ἐὰν ἡμῶν τὰ αἴσχιστα καταψεύσωνται. D Ἐκείνους μὲν γὰρ φανεροῖ ὁ παρελθὼν χρόνος, καὶ προϊοῦσα ἡ πεῖρα φανερωτέρους ποιήσει· ἡμεῖς δὲ παρακαλοῦμεν τοὺς ἐλπικότας εἰς Χριστὸν, μηδὲν παρὰ τὴν ἀρχαίαν περιεργάζεσθαι πίστιν· ἀλλ' ὡς πιστεύομεν, οὕτω καὶ βαπτίζεσθαι, ὡς δὲ βαπτιζόμεθα, οὕτω καὶ δοξολογεῖν. Ὀνόματα δὲ ἡμῖν ἀρκεῖ(1) ἐκεῖνα ὁμολογεῖν, ἃ παρελάβομεν παρὰ τῆς

* Alias CCCCX. Scripta circa ann. 374.

(94) *Ἀπαραλογίστου.* Ita mss. septem. Editi ἀπαραλογήτου. Paulo post ope codicum Harl. et Coisl. primi emendavimus quod erat in editis ἢ οὐδὲν ἢ παντελῶς ἐλάχιστα.

(95) *Τοῦ Θεοῦ.* Ita tres vetustissimi codices. Desunt in aliis. Editi τοῦ Κυρίου. Paulo post editi ἐνεργὴς παρῇ τῶν ἀπαιτουμένων. Omnes mss. ut in textu.

(96) *Ἐκπεσεῖν.* Multi codices non antiquissimi ἐκπίπτειν. Non multo post plures mss. ταύτην ζωήν.

(97) *Μαγνηνιανῷ.* Med. Μαγνινιανῷ. Editi Μαγνημιανῷ.

(98) *Οἳ ἐπί.* Ita Coisl. primus et Reg. secundus. Editi ὁ ἐπί.

(99) *Συστήσοντες.* Ita Coisl. primus, Med., Vat., Clarom. et Reg. secundus. Editi συστήσαντες.

(1) *Ἀρκεῖ.* Medicæus codex ἀρκεῖν.

Digitized by Google

ἁγίας Γραφῆς, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις καινοτομίαν διαφεύγειν. Οὐ γὰρ ἐν τῇ ἐφευρέσει τῶν προσηγοριῶν ἡ σωτηρία ἡμῶν, ἀλλ' ἐν τῇ ὑγιεῖ περὶ τῆς θεότητος εἰς ἣν πεπιστεύκαμεν ὁμολογίᾳ. A nominum nostra salus, sed in sana divinitatis, in quam credimus, confessione.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΣ'. EPISTOLA CLXXVI*.

Amphilochium invitat Basilius ad diem festum S. Eupsychii, rogatque ut tribus diebus ante ipsum diem festum adveniat

Ἀμφιλοχίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰκονίου. *Amphilochio, episcopo Iconii.*

Παράσχοι ὁ ἅγιος Θεὸς ἐῤῥωμένῳ σοι τὸ σῶμα, καὶ ἀπὸ πάσης ἀσχολίας ἀνειμένῳ, καὶ πάντα πράττοντι κατὰ νοῦν, τὴν ἐπιστολὴν ἡμῶν ταύτην εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, ἵνα μὴ ἄπρακτος ἡμῶν ἡ παράκλησις γένηται, ἣν παρακαλοῦμεν νῦν ἐπιφανῆναί σε ἡμῶν τῇ πόλει, ἐπὶ τῷ σεμνοτέραν γενέσθαι τὴν πανήγυριν, ἣν δι' ἔτους ἄγειν ἐπὶ τοῖς μάρτυσιν ἔθος· ἐστὶν ἡμῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ. Πέπεισο γὰρ, τιμιώτατέ μοι καὶ ποθεινότατε ὡς ἀληθῶς, ὅτι πολλῶν εἰς πεῖραν ἐλθὼν ὁ παρ' ἡμῖν (2) λαὸς, τῆς οὐδενὸς οὕτως ἀντέχεται ἐπιτυχίας, ὡς τῆς σῆς παρουσίας· τοιοῦτον κέντρον ἀγάπης ἐκ τῆς μικρᾶς ἐκείνης συντυχίας ἐναφῆκας. Ἵνα οὖν καὶ ὁ Κύριος δοξασθῇ, καὶ λαοὶ εὐφρανθῶσι, καὶ τιμηθῶσι μάρτυρες, καὶ ἡμεῖς οἱ γέροντες τῆς ὀφειλομένης ἡμῖν παρὰ τέκνου γνησίου τύχωμεν θεραπείας, καταξίωσον ἀόκνως μέχρις ἡμῶν διαβῆναι, καὶ προλαβεῖν τὰς ἡμέρας τῆς συνόδου· ὥστε ἐπὶ σχολῆς ἡμᾶς ἀλλήλοις συγγενέσθαι, καὶ συμπαρακληθῆναι διὰ τῆς κοινωνίας τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων. Ἔστι δὲ ἡ ἡμέρα τῇ πέμπτῃ (3) τοῦ Σεπτεμβρίου. Διὸ παρακαλοῦμεν πρὸ τριῶν ἡμερῶν ἐπιστῆναι, ἵνα καὶ τοῦ πτωχοτροφείου τὴν μνήμην (4) μεγάλην ποιήσῃς τῇ παρουσίᾳ. Ἐῤῥωμένος καὶ εὔθυμος ἐν Κυρίῳ ὑπερευχόμενός μου διαφυλαχθείης μοι καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ χάριτι τοῦ Κυρίου. B C

Faxit Deus sanctus, ut tibi corpore valenti, et omnibus negotiis soluto, et omnia ex sententia gerenti hæc epistola nostra in manus veniat; ut inanis et irrita non sit nostra adhortatio, qua te rogamus, ut nunc in civitatem nostram advenias, quo conventus, quem quotannis agere in honorem martyrum mos est Ecclesiæ nostræ, illustrior fiat. Nam persuasum sit tibi, vir mihi colendissime et vere quam desideratissime, populum nostrum, cum multos expertus sit, nullius præsentiam ita desiderare, ut tuam, tantum ei amoris aculeum brevi illo congressu immjsisti. Ut igitur et Domino gloria tribuatur, et populi lætitia, et honore martyres afficiantur, ac nos senes debita nobis a filio germano consequamur obsequia, ne dedigneris ad nos usque impiger accedere, atque conventus dies prævertere; ut otiose mutuum inter nos colloquium habeamus, nosque invicem donorum spiritualium communicatione consolemur. Præstitutus porro dies est Septembris quintus. Quamobrem, quæso, tribus diebus tempus illud anticipato, ut et memoriam ptochotrophii præsentia tua insignem efficias. Sanus, lætusque in Domino, et pro me deprecans serveris mihi et Ecclesiæ Dei per gratiam Domini.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΖ'. EPISTOLA CLXXVII**.

Commendat Basilius Eusebium, qui calumniis appetitus gravissimum judicium sustinebat tempore molestissimo.

Σωφρονίῳ μαγίστρῳ. *Sophronio magistro.*

Καταλέγειν μὲν πάντας τοὺς δι' ἡμᾶς (5) εὐεργετηθέντας παρὰ τῆς σῆς μεγαλονοίας οὐ ῥᾴδιον· οὕτω πολλοὺς μὲν σύνισμεν ἑαυτοῖς εὐπεποιηκόσι διὰ τῆς μεγάλης σου χειρὸς, ἣν ὁ Κύριος ἡμῖν σύμμαχον ἐπὶ τῶν μεγίστων καιρῶν ἐχορίσατο· δικαιό-

Recensere omnes, qui propter me beneficiis a tua magnanimitate affecti sunt, non facile est; adeo multis conscius mihi sum me bene fecisse per magnam tuam manum, quam mihi Dominus gravissimis temporibus adiutricem largitus est.

(2) *Παρ' ἡμῖν.* Editi παο' ἡμῶν contra veterum codicum fidem.

(3) *Τῇ πέμπτῃ.* Nolui immutare hunc contextum, quia sic reperitur in utroque Coisl., Med. utroque, Reg., Vat. et utroque Bigot. Nisi quod in nonnullis legitur τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς τῇ πέμπτῃ. Non exstat hæc epistola in codice Harlæano. Legitur in editis τῇ ε'. Sed tamen legendum videtur τῇ ἑβδόμῃ· *die septima Septembris.* Hoc enim die memoria S. Eupsychii martyris apud Græcos celebratur: idque Basilius ipse testatur in epistola 100, consentientibus tribus vetustissimis codicibus, et utroque Regio, Coisl. secundo, Vat. ac Bigot. altero.

(4) *Τὴν μνήμην.* Existimat Tillemontius Amphilochium sic invitari, ut dum in ptochotrophio diversatur, locus ex ejus præsentia memorabilis fieret. Sed quid necesse fuit eum tribus ante diem festum diebus advenire? Num si ad diem præstitum venisset, ptochotrophio nihil honoris ex illius præsentia accessisset? Itaque τὴν μνήμην interpretor, ecclesiam in ptochotrophio exstructam, de qua Basilius loquitur in epist. 94. Nemo nescit Ecclesias, in quibus martyrum reliquiæ asservabantur, memorias dici solere. Porro Amphilochius, si tribus ante festum diebus venisset, non dubium est, quin ptochotrophio exceptus (ibi enim excipiebantur insignes personæ), mysteria in ecclesia illius loci celebrasset. Quamobrem rogat Basilius tempus tribus diebus anticipet, ut non solum S. Eupsychii diem festum obeat, sed *et memoriam ptochotrophii* præsentia sua insignem efficiat.

(5) *Δι' ἡμᾶς.* Ita Coisl. primus; quæ scriptura magis placet quam vulgata δι' ἡμῶν, *per me.*

* Alias CCCXCIV. Scripta anno 374.

** Alias CCCXXXIV. Scripta anno 374

Digitized by Google

Omnium autem dignissimus est qui juvetur, is quem nunc tibi per litteras **264** meas sisto, colendissimus frater noster Eusebius, absurda appetitus calumnia, quam propulsare solius tuæ est probitatis. Quapropter rogo, ut et juris habens rationem, et ad humanam conditionem respiciens, et consueta in me beneficia conferens, huic viro omnium loco sis, eumque una cum veritate adjuves. Nam præsidii non parum in jure positum habet; quod quidem, nisi tempus præsens læserit, facile erit clare et ineluctabiliter demonstrare.

A τατος δὲ πάντων καὶ ὁ νῦν προσαγόμενος διὰ τοῦ γράμματος ἡμῶν τυγχάνει (6), ὁ αἰδεσιμώτατος ἀδελφὸς (7) Εὐσέβιος, παραλόγῳ συκοφαντίᾳ περιπεσών, ἣν ἀποσκεδάσαι μόνης ἐστὶ τῆς σῆς ὀρθότητος. Διὸ παρακαλοῦμεν, καὶ τῷ δικαίῳ χαριζόμενον, καὶ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ἀφορῶντα, καὶ ἡμῖν τὰς συνήθεις παρεχόμενον χάριτας, ἀντὶ πάντων γενέσθαι τῷ ἀνδρὶ, καὶ προστῆναι αὐτοῦ μετὰ τῆς ἀληθείας. Ἔχει γὰρ οὐ μικρὰν συμμαχίαν τὴν ἀπὸ τοῦ δικαίου· ἢν, εἰ μὴ ὁ παρὼν καιρὸς καταβλάψειε, πάνυ ῥᾴδιον σαφῶς καὶ ἀναντιῤῥήτως ἐπιδειχθήσεσθαι (8).

EPISTOLA CLXXVIII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΗ.

Commendat Basilius eumdem Eusebium, ac rogat, ne quia multi in atrocissimis sceleribus deprehensi, in eum hæc suspicio redundet

Aburgio.

Scio me tuæ dignitati multos sæpenumero commendasse, et gravissimis temporibus non parum afflictis profuisse. Sed nullum antea missum a me ad tuam præstantiam memini, qui mihi charior foret, aut qui de rebus majoris momenti decertaret, quam desideratissimus filius Eusebius, qui nunc tibi has a me litteras reddit. Qui quidem quali implicatus sit negotio, ipse, si modo tempus idoneum nanciscatur, gravitati tuæ narrabit. Quæ autem a me dici par est, hæc sunt: non committendum esse ut viri causa detorqueatur; aut quia multi in atrocissimis sceleribus deprehensi sunt, in eum hæc multorum suspicio redundet; sed judicium ei concedendum esse, et in illius vitam inquirendum. Ita enim facillime calumnia manifesta fiet, ac vir ille justissimum patrocinium nactus, perpetuus erit beneficii a tua humanitate accepti præco.

B C

Ἀβουργίῳ.

Πολλοὺς οἶδα πολλάκις συστήσας τῇ τιμιότητί σου, καὶ γενόμενος ἐπὶ μεγίστων καιρῶν χρήσιμος ἱκανῶς τοῖς καταπονουμένοις. Οὐ μὴν τιμιώτερόν γε ἐμοὶ, οὐδ' ὑπὲρ μειζόνων ἀγωνιζόμενον οἶδα πρότερον παραπέμψας τῇ κοσμιότητί σου τοῦ ποθεινοτάτου υἱοῦ Εὐσεβίου, τοῦ νῦν τὴν ἐπιστολὴν ταύτην ἐγχειρίζοντός σοι παρ' ἡμῶν. Ὅς ποταπῷ μὲν συμπέπλεκται πράγματι, αὐτὸς, ἂν τύχοι τινὸς καιροῦ, διηγήσεταί σου τῇ σεμνότητι· ἃ δὲ παρ' ἡμῶν λεχθῆναι προσῆκε, ταῦτά ἐστι· μὴ παρασυρῆναι τὸν ἄνδρα, μηδὲ τῷ πολλοὺς πεφηνέναι τοὺς ἐπὶ ταῖς χαλεπωτάταις (9) πράξεσιν ἁλωκότας, καὶ αὐτόν τι τῆς τῶν πολλῶν ὑπονοίας παραπολαῦσαι· ἀλλὰ τυχεῖν δικαστηρίου, καὶ εἰς ἐξέτασιν αὐτοῦ τὸν βίον ἀχθῆναι. Ῥᾷστα γὰρ οὕτω καὶ ἡ συκοφαντία φανερὰ γενήσεται, καὶ ὁ ἀνὴρ τυχὼν τῆς δικαιοτάτης προστασίας κήρυξ ἔσται διηνεκὴς τῶν ὑπηργμένων αὐτῷ παρὰ τῆς σῆς ἡμερότητος.

EPISTOLA CLXXIX**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΟΘ'.

Commendat Basilius hominem gravi calumnia in judicium vocatum.

Arinthæo.

Libertati amicum te esse et perhumanum satis nos docent et generosa indoles, et quod te communem omnibus præbes. Quapropter fidenter deprecatorem me præbeo pro viro ex longa quidem majorum serie claro, sed per se majori honore ac reverentia digno ob insitam morum suavitatem; ut meo rogatu opem illi feras, judicium sustinenti leve illud quidem et contemnendum, si veritas spe-

D

Ἀριανθαίῳ.

Καὶ φιλελεύθερόν σε εἶναι καὶ φιλάνθρωπον τό τε τῆς φύσεως εὐγενὲς καὶ τὸ πρὸς πάντας κοινωνικὸν ἱκανῶς ἡμᾶς ἐκδιδάσκει. Διὸ θαῤῥούντως (10) πρεσβεύομεν ὑπὲρ ἀνδρὸς λαμπροῦ μὲν ἄνωθεν καὶ ἐκ προγόνων (11), πλείονος δὲ δι' ἑαυτὸν τιμῆς καὶ αἰδοῦς ἀξίου διὰ τὴν ἐνυπάρχουσαν αὐτῷ τῶν τρόπων ἡμερότητα· ὥστε σε παρακληθέντα ὑφ' ἡμῶν παραστῆναι αὐτῷ ἀγωνιζομένῳ δίκην, τῆς μὲν ἀλη-

* Alias CCCLX. Scripta anno 374.

** Alias CCCLXXX. Scripta anno 374.

(6) *Τυγχάνει.* Sic mss. octo. Editi τυγχάνειν.

(7) *Ἀδελφός.* Ante hanc vocem editi apponunt ἡμῶν, quod deest in tribus vetustissimis codicibus.

(8) *Ἐπιδειχθήσεσθαι.* Ita Harl. codex, cui favent sex alii, in quibus legitur ἐπιδειχθήσεται. Editi ἐπιδειχθῆναι.

(9) *Ἐπὶ ταῖς χαλεπωτάταις.* Indicat Basilius horribilem illam tragœdiam, quæ sub Valente acta est, cum deprehensi fuissent qui de illius successore per sortes inquisierant. Tunc *omnium fere ordinum multitudo, quam nominatim recensere est arduum*, inquit Ammianus, *in plagas calumniarum conjecta, percussorum dexteras fatigavit, tormentis et plumbo et verberibus ante debilitata: sumptumque est de quibusdam sine spiramento vel mora supplicium, dum quæritur an sumi deberet: et ut pecudum ubique trucidatio cernebatur.* Rerum crudeliter gestarum seriem et modos accurate describit idem scriptor lib. XXIX, c. 1 et 2. Merito ergo metuebat Basilius, ne his calumniis implicatus Eusebius parum haberet in sua innocentia præsidii.

(10) *Θαῤῥούντως.* Tres recentiores codices θαῤῥοῦντες.

(11) *Καὶ ἐκ προγόνων.* Conjunctio addita ex Coisl. primo et Harl.

Digitized by Google

θείας ἕνεκεν (12) εὐκαταφρόνητον, ἐναγώνιον δὲ ἄλλως διὰ τὸ τῆς συκοφαντίας βαρύ. Μεγάλη γὰρ ἂν γένοιτο αὐτῷ ῥοπὴ πρὸς σωτηρίαν, εἰ καταξιώσειάς τι ῥῆμα φιλάνθρωπον ὑπὲρ αὐτοῦ προέσθαι (13), προηγουμένως μὲν τῷ δικαίῳ χαριζόμενος, ἔπειτα καὶ ἡμῖν τοῖς ἐξαιρέτοις σου τὴν συνήθη τιμὴν καὶ χάριν καὶ ἐν τούτῳ χαριζόμενος.

A etetur, sed alioqui difficile et molestum ob calumniæ vehementiam. Multum enim illi accedet ad salutem momenti, si quid benigne pro eo dicere digneris, in primis id juri deferens: deinde etiam et nobis summis tuis amicis, consuetum honorem et officium in hoc quoque tribuens.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΠ'.

265 EPISTOLA CLXXX*.

Sophronio Basilius commendat Eumathium nobilem et disertum virum gravissima calamitate afflictum.

Σωφρονίῳ μαγίστρῳ, Εὐμαθίου ἕνεκεν.

(4) *Τῷ Σαούλ.* Sic emendamus ope codicis Medicæi, quod prave in editis legebatur τὸν Σαούλ, *demulcens Saulem*. Videtur hunc locum admodum negligenter legisse Scultetus, dum putat animam Samuelis hoc loco evocatam dici. Unde concludit hanc sententiam pugnare cum iis quæ leguntur in commentario *in Isaiam* n. 218, ubi sic legitur: Ἡ ἐγγαστρίμυθος τῷ Σαοὺλ διὰ τῶν δαιμόνων ἀνήγειλε τὴν μέλλουσαν ἥτταν. Δαίμονες γὰρ ἦσαν οἱ κατασχηματίζοντες ἑαυτοὺς εἰς τὸ τοῦ Σαμουὴλ πρόσωπον. *Ventriloqua Sauli per dæmones enuntiavit futuram cladem. Erant enim dæmones qui induerant Samuelis personam.* Hæc profecto non pugnant cum his quæ in hac epistola leguntur. Nam Basilius non solum non dicit animam Samuelis vere apparuisse; sed etiam non obscure indicat dæmones sub animarum specie evocatos fuisse. Probat enim hoc loco Dei nomen in Scriptura ipsis etiam interdum tribui dæmoniis: atque in hunc usum adhibet pythonissæ testimonium, quæ evocatas animas deos appellavit.

(5) *Τὴν γνῶσιν.* Ita mss. sex. Editi μνήμην.

Digitized by Google

μητος ἐνεργουμένας, διαφόρους εἶναι καὶ τὰς ἐνεργούσας φύσεις ἐκ τῆς ἑτερότητος τῶν ἐνεργειῶν στοχασόμεθα (6). Οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται τὰ διεστῶτα κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον πρὸς τὸ τῶν ἐνεργειῶν εἶδος ἀλλήλοις συνενεχθῆναι· (7) οὔτε ψύχει τὸ πῦρ, οὔτε θερμαίνει ὁ κρύσταλλος· ἀλλὰ τῇ τῶν φύσεων διαφορᾷ συνδιαχωρίζονται ἀπ' ἀλλήλων καὶ αἱ παρὰ τούτων ἐνέργειαι. Ἐὰν δὲ μίαν νοήσωμεν τὴν (8) ἐνέργειαν Πατρός τε καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου, ἐν μηδενὶ διαφέρουσάν τι ἢ παραλλάσσουσαν· ἀνάγκη τῇ ταυτότητι τῆς ἐνεργείας τὸ ἡνωμένον τῆς φύσεως συλλογίζεσθαι.

A se differentes esse, ex operationum diversitate conjiciemus. Neque enim fieri potest, ut quæ naturæ ratione discrepant, in forma operationum inter se consentiant : nec ignis refrigescit, nec glacies calefacit ; sed cum naturarum differentia simul etiam inter se discrepant quæ ab illis fiunt operationes. Si autem unam intellexerimus et Patris et Filii et Spiritus sancti operationem, nihil in ulla re differentem aut variantem ; necesse est ex operationis identitate unitatem colligi naturæ.

7. Ἁγιάζει, καὶ ζωοποιεῖ, καὶ φωτίζει, καὶ παρακαλεῖ, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ὁμοίως ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ μηδεὶς κατ' ἐξαίρετον ἀπονεμέτω τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος τὴν B ἁγιαστικὴν ἐξουσίαν, ἀκούσας τοῦ Σωτῆρος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ περὶ τῶν μαθητῶν πρὸς τὸν Πατέρα λέγοντος· *Πάτερ, ἁγίασον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου.* Ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ ἄλλα πάντα κατὰ τὸ ἴσον ἐνεργεῖται τοῖς ἀξίοις παρὰ τοῦ Πατρός τε καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· πᾶσα χάρις καὶ δύναμις, ἡ ὁδηγία, ἡ ζωή, ἡ παράκλησις, ἡ πρὸς τὸ ἀθάνατον μεταβολή, ἡ εἰς ἐλευθερίαν μετάστασις, καὶ εἴ τι ἄλλο ἐστὶν ἀγαθόν, ὃ μέχρις ἡμῶν (9) καταβαίνει. Ἡ δὲ ὑπὲρ ἡμᾶς οἰκονομία, ἔν τε τῇ νοητῇ κτίσει καὶ τῇ αἰσθητῇ, εἴ τι χρὴ διὰ τῶν γινωσκομένων ἡμῖν καὶ περὶ τῶν ὑπαρκειμένων στοχάζεσθαι, οὐδὲ αὐτὴ τῆς τοῦ ἁγίου (10) Πνεύματος ἐνεργείας καὶ δυνάμεως ἔξω καθέστηκεν, ἑκάστου κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν τε καὶ C χρείαν τῆς ὠφελείας μεταλαμβάνοντος. Εἰ γὰρ καὶ ἀδηλος τῇ αἰσθήσει τῇ ἡμετέρᾳ ἡ περὶ τῶν ἄνω τῆς ἡμετέρας φύσεως διάταξίς (11) τε καὶ διοίκησις, ὅμως ἐκ τῆς ἀκολουθίας εὐλογώτερον ἂν τις σύνθοιτο διὰ τῶν ἡμῖν γνωρίμων ἐνεργὸν εἶναι καὶ ἐπ' ἐκείνων τὴν τοῦ Πνεύματος δύναμιν, ἢ ἀπεξενῶσθαι τῆς ἐν τοῖς ὑπερκειμένοις οἰκονομίας. Ὁ μὲν γὰρ ἐκεῖνο λέγων ψιλὴν καὶ ἀκατάσκευον τὴν βλασφημίαν προβάλλεται (12), οὐδενὶ λογισμῷ κατασκευάζων τὴν ἀτοπίαν· ὁ δὲ συντιθέμενος καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τῇ δυνάμει τοῦ Πνεύματος οἰκονομεῖσθαι, ἐναργεῖ τεκμηρίῳ τῷ κατὰ τὴν ἰδίαν ζωὴν ἐπερειδόμενος περὶ τούτων διισχυρίζεται. Οὐκοῦν ἡ τῆς ἐνεργείας ταυτότης ἐπὶ Πατρός τε καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου δείκνυσι σαφῶς τὸ τῆς φύσεως D ἀπαράλλακτον. Ὥστε, κἂν φύσιν σημαίνῃ τὸ τῆς θεότητος ὄνομα, κυρίως καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὴν προσηγορίαν ἐφαρμόζεσθαι ταύτην ἡ τῆς οὐσίας κοινότης συντίθεται.

7. Sanctificat, et vivificat, et illuminat, et consolatur, et omnia ejusmodi pariter facit Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. Nec quisquam præcipue tribuat Spiritui sancto potestatem sanctificandi, cum audiat Salvatorem in Evangelio de discipulis dicentem Patri : *Pater, sanctifica eos in nomine tuo* [1]. Similiter autem et reliqua omnia ex æquo peraguntur in iis qui digni sunt, a Patre et Filio, et Spiritu sancto : omnis gratia et virtus, ductus, vita, consolatio, ad immortalitatem transmutatio, transitus ad libertatem, et si quid aliud boni, quod ad nos usque pertingat. Œconomia itidem, quæ supra nos est, sive ad spiritualem sive ad sensibilem creaturam spectet, si ex iis quæ cognoscimus, etiam de iis quæ supra nos sunt conjiciendum, ne ipsa quidem citra Spiritus sancti operationem ac virtutem constituit, unoquoque pro propria dignitate et usu beneficium accipiente. Etsi enim obscura est sensui nostro eorum, quæ supra naturam nostram sunt, ordinatio et gubernatio, tamen æquius quis ex consecutione colligat per ea quæ nobis nota sunt, Spiritus virtutem in illis etiam esse efficacem, quam esse a rerum supernarum gubernatione abalienatam. Qui enim illud dicit, nudam et inconcinnam blasphemiam profert, nulla ratione absurdum commentum confirmans : qui vero confitetur ea etiam quæ supra nos sunt, cum Patre et Filio virtute Spiritus **281** regi, claro indicio ex sua ipsius vita ducto innixus, de his affirmat. Itaque operationis identitas in Patre et Filio et Spiritu sancto perspicue ostendit absolutissimam naturæ similitudinem. Quare etiamsi divinitatis nomen naturam indicet, proprie tamen appellationem illam sancto quoque Spiritui aptari, essentiæ communio demonstrat.

[1] Joan. xvii, 17.

(6) *Στοχασόμεθα.* Sic emendavimus ex Greg. Nyss. quod erat in editionibus Basilii στοχαζόμεθα.

(7) Vide Addenda.

(8) *Ἐὰν δὲ μίαν νοήσωμεν τήν.* Sic Medicæus codex cum tribus aliis et Greg. Editi Ἰδόντες οὖν ἓν.

(9) *Ἡμῶν.* Editi addunt τῶν ἀνθρώπων, quod deest in Medicæo et quatuor aliis et Greg. Nyss. lidem editi ἡμᾶς. Quinque mss. et Greg. Nyss. ut in textu.

(10) *Τοῦ ἁγίου.* Ita mss. sex et Greg. Nyss. Editi τοῦ παναγίου.

(11) *Διάταξις.* Sic emendat editio Greg. Nyss. quod legebatur in editionibus Basilii διάλεξις.

(12) *Προβάλλεται.* Ita codices mss. et Greg. Nyss. Editi προσβάλλεται.

Digitized by Google

8. Sed ignoro quo pacto ad naturæ significationem nomen divinitatis trahant, qui nihil non confingunt : quasi non audierint ex Scriptura, id quod a natura est institutione et electione non comparari. Moses enim deus institutus est Ægyptiorum, cum is, qui oraculum edebat, ita ad ipsum locutus : *Deum te dedi Pharaoni* [32]. Appellatio igitur notam potestatis cujusdam, sive inspectricis sive operatricis, præ se fert. At natura divina, in omnibus quæ excogitantur nominibus, ipsa, ut est, manet inexplicabilis; quæ nostra est doctrina. Cum enim beneficum, judicem, et bonum, et justum et reliqua alia ejusdem generis didicimus, operationum edocti sumus differentiam : sed operantis naturam nihilo magis ex operationum notione cognoscere possumus. Si quis enim definitionem reddat uniuscujusque illorum nominum, et ipsius naturæ, circa quam nomina, non eamdem utrorumque reddet definitionem. Quorum autem definitio alia, horum etiam natura diversa. Igitur aliud quidem est essentia, ad quam exprimendam nondum vox ulla inventa est : alia vero nominum ipsius significatio, quæ ex operatione aliqua aut dignitate imponuntur. Itaque nullum esse in operationibus discrimen ex nominum communione comperimus : at naturæ diversitatem nullo argumento claro deprehendimus : siquidem, ut dictum est, operationum identitas naturæ communionem significat. Sive igitur nomen est operationis divinitas; ut unam Patris et Filii et Spiritus sancti operationem, ita divinitatem unam esse dicimus : sive divinitatis nomen, quæ est multorum opinio, naturam indicat; quia nulla invenitur in natura diversitas, non immerito unius divinitatis esse sanctam Trinitatem definimus.

[32] Exod. VII, 1.

8. Ἀλλ' οὐκ οἶδα ὅπως ἐπὶ τὴν τῆς φύσεως ἔνδειξιν τὴν προσηγορίαν τῆς θεότητος φέρουσιν, οἱ πάντα κατασκευάζοντες, ὥσπερ οὐκ ἀκηκοότες παρὰ τῆς Γραφῆς, ὅτι χειροτονητὴ (13) φύσις οὐ γίνεται. Μωϋσῆς δὲ τῶν Αἰγυπτίων ἐχειροτονήθη θεὸς, οὕτω πρὸς αὐτὸν εἰπόντος τοῦ χρηματίζοντος, ὅτι *Θεόν σε δέδωκα τῷ Φαραώ* (14). Οὐκοῦν ἐξουσίας τινὸς, εἴτε ἐποπτικῆς εἴτε ἐνεργητικῆς, ἔνδειξιν ἡ προσηγορία φέρει. Ἡ δὲ θεία φύσις ἐν πᾶσι τοῖς ἐπινοουμένοις ὀνόμασι, καθό ἐστι, μένει ἀσήμαντος, ὡς ὁ ἡμέτερος λόγος. Εὐεργέτην γὰρ, καὶ κριτὴν, ἀγαθόν τε καὶ δίκαιον, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα μαθόντες (15), ἐνεργειῶν διαφορὰς ἐδιδάχθημεν· τοῦ δὲ ἐνεργοῦντος τὴν φύσιν οὐδὲν μᾶλλον διὰ τῆς τῶν ἐνεργειῶν καταvοήσεως ἐπιγνῶναι δυνάμεθα. Ὅταν γὰρ ἀποδιδῷ τις λόγον ἑκάστου τε τούτων τῶν ὀνομάτων καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως περὶ ἣν τὰ ὀνόματα, οὐ τὸν αὐτὸν ἀμφοτέρων ἀποδώσει λόγον. Ὧν δὲ ὁ λόγος ἕτερος, τούτων καὶ ἡ φύσις διάφορος. Οὐκοῦν ἄλλο μέν τί ἐστιν ἡ οὐσία, ἧς οὔπω λόγος (16) μηνυτὴς ἐξευρέθη· ἑτέρα δὲ τῶν περὶ αὐτὴν ὀνομάτων ἡ σημασία, ἐξ ἐνεργείας τινὸς ἢ ἀξίας ὀνομαζομένων. Τὸ μὲν οὖν ἐν ταῖς ἐνεργείαις μηδεμίαν εἶναι διαφορὰν ἐκ τῆς τῶν ὀνομάτων κοινωνίας εὑρίσκομεν· τῆς δὲ κατὰ τὴν φύσιν παραλλαγῆς οὐδεμίαν καταλαμβάνομεν ἐναργῆ τὴν ἀπόδειξιν· καθὼς εἴρηται, τῆς τῶν ἐνεργειῶν ταυτότητος τὸ κοινὸν τῆς φύσεως ὑποσημαινούσης (17). Εἴτε οὖν ἐνεργείας ὄνομα ἡ Θεότης, ὡς μίαν ἐνέργειαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, οὕτω μίαν φαμὲν εἶναι τὴν θεότητα (18)· εἴτε, κατὰ τὰς τῶν πολλῶν δόξας, φύσεως ἐνδεικτικόν ἐστι τὸ τῆς Θεότητος ὄνομα· διὰ τὸ μηδεμίαν εὑρίσκειν ἐν τῇ φύσει παραλλαγὴν, οὐκ ἀπεικότως μιᾶς θεότητος τὴν ἁγίαν Τριάδα διορεζόμεθα.

(13) *Χειροτονητή*. Ita mss. septem. Editiones Basilii et Greg. Nyss. χειροτονία, excepta Haganoensi et Basileensi prima, quæ consentiunt cum codicibus mss. Similiter Basilius in epist. 8, num. 11, demonstrat immerito Dei titulum Pneumatomachos deferre nolle Spiritui sancto; siquidem Dei nomen ex operatione, nempe *ex eo quod posuerit omnia, vel spectet omnia*, deducitur. Si quis autem hanc epistolam, in qua diserte Spiritus sanctus appellatur Deus, idcirco Gregorio Nysseno adjudicet potius quam Basilio, quia Basilius Dei appellatione, cum de Spiritu sancto loqueretur, parcius creditur usus fuisse; hæc certe ratio levissima videri debet. Etsi enim Basilius in una aliqua oratione, nempe anno 371, cum adessent malevoli exploratores, hac voce magnis de causis abstinuit, non idcirco aliis temporibus pariter abstinuisse credendus est. Nam sæpe, ut testatur Gregorius Nazianzenus orat. 20, pag. 365, Deum Spiritum e superiore loco prædicabat, ubi per tempus licebat, et privatim interrogantibus libenter confitebatur : Ἐπεὶ ὅτι γε παντὸς μᾶλλον ἥδει τὸ Πνεῦμα Θεὸν, δῆλον μὲν ἐξ ὧν καὶ δημοσίᾳ τοῦτο πολλάκις ἐκήρυξεν, εἴποτε καιρὸς ἦν, καὶ ἰδίᾳ τοῖς ἐρωτῶσι προθύμως ἀνωμολόγησε. In libro *De Spiritu sancto* probat cap. 21, Spiritum esse Dominum ex variis Scripturæ testimoniis; Deum etiam vocari in Scripturis sic ibidem docet : Τί δὲ, ὁ θεόπνευστον τὴν Γραφὴν ὀνομάζων, διὰ τῆς ἐπιπνοίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος συγγραφεῖσαν, μὴ τοῖς τοῦ καθυβρίζοντος καὶ κατασμικρύνοντος αὐτὸ προσρήμασι κέχρηται; *Quid, qui Scripturam divinitus inspiratam appellat, eo quod afflatu Spiritus scripta sit, num contumeliosis et Spiritum attenuantibus verbis utitur?*

(14) *Τῷ Φαραώ*. Legitur τοῦ Φαραώ in duobus codicibus, nempe Coisl. secundo et uno ex Regiis.

(15) *Μαθόντες*. Codex Medicæus μανθάνοντες.

(16) *Λόγος*. Deest ea vox in uno ex Regiis codicibus.

(17) *Ὑποσημαινούσης*. Codex Mædicæus ἐπισημαινούσης.

(18) *Τὴν θεότητα*. Legitur καὶ τὴν θεότητα in tribus codicibus non antiquissimis. Sic etiam paulo post in Regio secundo et uno ex Regiis εἴτε καὶ κατὰ τὰς τῶν πολλῶν.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛ'.

282 EPISTOLA CXC*.

Amphilochium admonet Basilius de ratione et modo episcopatus in Ecclesia Isaurorum restituendi. Tum narrat se cum Georgio collocutum esse et ad Valerium scripsisse, ut Amphilochius mandaveral. Breviter etium de rebus Nyssenis et ae inimicorum molitionibus. Philonis de manna sententiam, et Scripturæ de curribus Pharaonis testimonium exponit : et acceptas a Sympio communionis litteras commemorat.

Ἀμφιλοχίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰκονίου. A

Amphilochio, episcopo Iconii.

1. Ἀξίως τῆς σεαυτοῦ (19) ἐμμελείας καὶ σπουδῆς, ἧς ἀεὶ ἐπαινέτης εἰμὶ ἐγὼ, ἐμερίμνησας τὰ περὶ τῆς Ἐκκλησίας Ἰσαύρων (20). Ὅτι μὲν οὖν τῷ παντὶ λυσιτελέστερον ἦν εἰς πλείονας ἐπισκόπους καταδιαιρεθῆναι τὴν μέριμναν, αὐτόθεν εἶναι δῆλον καὶ τῷ τυχόντι νομίζω· οὐδὲ γὰρ τὴν σὴν σύνεσιν τοῦτο ἔλαθεν, ἀλλ' ὡς ἔχει καὶ ἐπεσημήνω καλῶς, καὶ ἐγνώρισας ἡμῖν· ἐπεὶ δὲ (21) οὐκ εὔκολον εὑρεῖν ἄνδρας ἀξίους, μήπου (22) ἕως βουλόμεθα τὸ ἐκ τοῦ πλήθους ἀξιόπιστον ἔχειν, καὶ ὑπὸ πλειόνων ἀκριβέστερον ποιεῖν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ οἰκονομεῖσθαι, λάθωμεν διὰ τὸ τῶν καλουμένων ἀδόκιμον εἰς εὐτέλειαν τὸν λόγον καταβαλόντες, ἀδιαφορίας μελέτην τοῖς λαοῖς ἐμποιεῖν; Οἶδας γὰρ καὶ αὐτὸς, ὅτι ὁποῖοι δ' ἂν ὦσιν οἱ προεστῶτες, τοιαῦτα ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ (23) καὶ τὰ ἤθη τῶν ἀρχομένων γίνεσθαι εἴωθεν. Ὥστε τάχα βέλτιον ἕνα τινὰ δόκιμον, εἴπερ καὶ τοῦτο ῥᾴδιον, προβαλέσθαι τῆς πόλεως προστάτην, καὶ ἐπιτρέψαι τῷ ἐκείνου κινδύνῳ οἰκονομεῖσθαι τὰ καθ' ἕκαστον· μόνον ἐὰν ᾖ τις δοῦλος Θεοῦ, ἐργάτης ἀνεπαίσχυντος, μὴ σκοπῶν τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν· ὃς, ἐὰν εἰδῇ ἑαυτὸν μικρότερον πρὸς τὴν φροντίδα, προσλήψεται ἐργάτας εἰς τὸν θερισμόν. Ἐὰν οὖν εὕρωμεν τοιοῦτον, ὁμολογῶ πολλῶν ἀντάξιον εἶναι τὸν ἕνα, καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις λυσιτελέστερον, καὶ ἡμῖν δὲ ἀκινδυνότερον, οὕτως οἰκονομῆσαι τῶν ψυχῶν τὴν ἐπιμέλειαν. Ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ ῥᾴδιον ᾖ (24), σπουδὴ γενέσθω ἡμῖν πρότερον (25) ταῖς μικροπολιτείαις ἤτοι μικροκωμίαις ταῖς ἐκ παλαιοῦ ἐπισκόπων θρόνον ἐχούσαις δοῦναι τοὺς προϊσταμένους· καὶ τότε τὸν τῆς πόλεως ἀναστήσομεν (26), μήποτε ἐμπόδιον ἡμῖν πρὸς τὴν μετὰ ταῦτα οἰκονομίαν γένηται ὁ προβαλλόμενος (27), καὶ εὐθὺς ἀρξώμεθα ἡμεῖς τοῖς οἴκοι πολεμεῖν, διὰ τὸ πλειόνων βούλεσθαι ἄρχειν· καὶ μὴ καταδέχηται τὰς χειροτονίας τῶν ἐπισκόπων. Ἐὰν

1. Prout dignum erat tua concinnitate ac diligentia, cujus semper ego laudator, curasti res Ecclesiæ Isaurorum. Illud autem universis utilius esse, ut in plures episcopos dividatur sollicitudo, sua sponte manifestum cuique esse arbitror. Neque enim tuam hoc prudentiam latet : sed quomodo res se habeat et recte observasti, et nobis significasti. Sed quia non facile est reperire qui digni sint, annon forte, dum volumus ex multitudine auctoritatem habere, ac perficere, ut Dei Ecclesia a pluribus accuratius gubernetur; imprudentes doctrinam ob eorum, qui vocati fuerint, indignitatem in contemptum adducentes, indifferentiæ populos assuefaciemus? Nam et ipse B nosti, quales sint qui præsunt, tales plerumque et eorum qui parent mores esse solere. Quamobrem forte satius esset unum aliquem probatum et spectatum, si et id facile fieri potest, præficere civitati, eique committere singula suo ipsius periculo dispensanda : tantum Dei servus sit, operarius non prave pudens, non suis, sed multorum attentus commodis, ut salutem adipiscantur : qui si se ipse noverit imparem sollicitudini, adjunget sibi operarios ad messem. Si quem ergo ejusmodi inveniamus, fateor multorum instar unum esse, ac Ecclesiis utilius esse et nobis tutius, sic animarum curam dispensare. Quod si id non facile, demus primum operam, ut parvis civitatibus sive C parvis pagis jam olim episcopalem sedem habentibus demus præpositos; ac tum demum civitatis restituemus episcopum, ne forte nobis ad futuram deinceps œconomiam obstet, qui ordinatus fuerit, ac statim incipiamus bello domestico laborare, dum pluribus præesse vult, nec consentit ordinationi episcoporum. Quod si hoc grave fuerit, nec per tempus liceat, id tua prudentia faciendum

(19) *Τῆς σεαυτοῦ.* Editio secunda Parisiensis et nonnulli mss. τῆς ἑαυτοῦ.

(20) *Ἰσαύρων.* Hoc negotium diu protractum est; nam Basilius anno 375 in Pisidiam profectus, ut episcopos, cum Amphilochio hæc de causa congregatos, consilio ac sententia sua juvaret. Ipse testatur in epist. 216, venisse se in Pisidiam, ut cum episcopis illius provinciæ ea constitueret, *quæ ad fratres Isauriæ spectant*, τὰ κατὰ τοὺς ἐν τῇ D Ἰσαυρίᾳ ἀδελφούς. Existimat Tillemontius non de Isauriæ provincia hic agi, sed tantum de civitate, quæ Isaurus dicebatur. Unde varias in conjecturas fertur : vel enim legendum esse putat ἐν τῇ Ἰσαύρᾳ, vel Isauriæ nomine hanc civitatem vocatam fuisse, ut in Testamento S Gregorii Nazianzeni appellatur : vel denique Amphilochium hanc urbem in Isauriæ provincia collocare, quamvis attributa aliæ provinciæ esset : quemadmodum etiam Iconium in Pisidia collocat. Libenter amplecterer doctissimi viri opinionem, nisi me deterrerent hæc epistolæ verba, *ut Isaurorum episcopo suus circumscribatur circulus, eo quod nonnullos vicinos ordinet.* Ex his enim perspicitur non de solo urbis episcopo, non de vicinis tantum episcopis, quos ille ordinabat, sed de pluribus aliis deliberationem fuisse.

(21) *Ἐπεὶ δέ.* Sic Reg. secundus et Coisl. secundus. Claromontanus ἐπειδὴ δέ. Editi ἐπειδή.

(22) *Μήπου.* Editi μήπω, quod emendavimus ope Coisl. primi.

(25) *Ἐπὶ τὸ πολύ.* Nonnulli codices recentiores ἐπὶ πολύ.

(24) *Ῥᾴδιον ᾖ.* Sic emendavimus ope Reg. secundi et Coisl. secundi quod prave in editis legebatur ῥᾴδιον, ἡ σπουδή.

(25) Vide Addenda.

(26) *Ἀναστήσομεν.* Coisl. primus ἀναστήσωμεν.

(27) *Ὁ προβαλλόμενος.* Duo mss. ὁ προβεβλημένος. Mox Coisl. secundus et Reg. secundus τοὺς οἴκοι. Ibidem malim καταδέχεσθαι.

* Alias CCCCVI Scripta anno 374.

Digitized by Google

curet, ut circumscribatur Isaurorum episcopo suus circulus, eo quod vicinos quosdam ordinet. Reliquum autem **283** nobis reservatum erit, ut reliquis omnibus episcopos demus, quos maxime idoneos ipsi judicaverimus multo examine præmisso.

2. Georgium, ut pietas tua jussit, percontati sumus: respondit autem ea quæ tua etiam religio retulit; sed de his rebus necesse est quieto animo simus, curam domus in Dominum projicientes. Confido enim Deo sancto, daturum illum intelligentiam, ut alio modo liberemur a necessitatibus, et vacuam molestiis vitam consequamur. Hoc certe si visum non fuerit, ipse digneris ad me commentarium mittere, de qua oporteat dignitate curam impendere, ut hoc beneficium a potentioribus quibusque amicis aggrediamur exposcere, sive gratis, sive etiam modico pretio, prout Dominus nobis faverit. Scripsi, ut præcepisti, ad fratrem Valerium. Res Nyssenæ eo in statu sunt, in quo erant a te relictæ, et ope tuarum precum cedunt in melius. Eorum autem, qui tunc a nobis abscissi sunt, alii quidem ad aulam se contulerunt, alii vero remanent, inde exspectantes rumorem. Potest autem Dominus tum horum spem frustrari, tum illorum reditum irritum reddere.

3. Manna Philo explicans ait, velut ex traditione quadam Judaica edoctus, illius qualitatem esse ejusmodi, ut pro comedentis desiderio mutaretur; ac per se quidem esse tanquam milium melli incocium; nunc autem panis, nunc carnis vicem explere: carnis autem, vel volatilium vel terrestrium animalium: modo etiam olerum saporem referre, idque pro uniuscujusque desiderio: piscium itidem, adeo ut proprietas qualitatis uniuscujusque

(28) *Τῷ Ἰσαύρων.* Ita Reg. secundus et Coisl. secundus. Editi τῷ Ἰσαύρῳ. Videtur Amphilochius hoc Basilii consilium secutus esse, id est, Isaurorum episcopo suum circulum circumscripsisse, ac sibi jus episcopatus in aliis civitatibus restituendi retinuisse. Nam cum Macedonius præcipuæ civitati præesset, ut perspicitur ex initio epistolæ tertiæ canonicæ; cumque alia superessent oppida episcopo destituta; Basilius, qui unum aliquem e suo clero promiserat, nec eum morbo debilitatum et imparem episcopalibus muniis factum mittere poterat, auctor est Amphilochio in eadem epistola canonica, ut a iquem ex recens baptizatis, *sive Macedonio videatur, sive non*, episcopum constituat.

(29) *Κυριωτέρους.* Quamvis ita habeant omnes mss. codices, vix tamen dubium quin legendum sit κατιριωτέρους, atque hanc lectionem in interpretando secutus sum.

(30) *Δώσει σὺν ἡμῖν.* Nullus ex his verbis sensus eruetur, nisi legamus δώσει σύνεσιν. Ibidem editi πρὸς τῷ, quod emendavimus ope Coisl. secundi. Paulo post vocem Κύριος addidimus ex codice Medicæo. Videtur autem illa dignitas, quam se amici alicujus causa petiturum promittit Basilius, non administratio aliqua fuisse, sed tantum codicillaria dignitas. Hoc enim consilio hanc dignitatem

δὲ τοῦτο βαρὺ ᾖ, καὶ ὁ χρόνος μὴ ἐπιτρέπῃ, ἐκεῖνο σπουδασάτω ἡ σὴ σύνεσις, τοῦ ποιῆσαι περιγράψαι τῷ Ἰσαύρων (28) τὸν ἴδιον κύκλον, διὰ τὸ χειροτονῆσαι αὐτὸν προσοίκους τινάς. Τὸ δὲ ἐφεξῆς ἡμῖν ὑπάρξει τεταμιευμένον, εἰς τὸ κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν δοῦναι πᾶσι τοῖς λοιποῖς ἐπισκόπους, οὓς ἂν κυριωτέρους (29) εἶναι κρίνωμεν αὐτοὶ, διὰ πολλῆς ἐξετάσεως δοκιμάσαντες.

2. Ἠρωτήσαμεν Γεώργιον, ὡς ἐκέλευσεν ἡ θεοσεβειά σου, καὶ εἶπεν ἃ καὶ ἡ σὴ εὐλάβεια ἀνήνεγκεν. ἐφ' οἷς ἀνάγκη ἡμᾶς τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, ἐπιῤῥίψαντας ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμναν τοῦ οἴκου. Πιστεύω γὰρ τῷ ἁγίῳ Θεῷ, ὅτι δώσει σὺν ἡμῖν (30), πρός τι ἑτέρῳ τρόπῳ ἐξελέσθαι τῶν ἀναγκῶν, καὶ ἡμῖν ἄλυπον (31) τὴν ζωὴν προξενῆσαι. Ἐὰν οὖν οὐ δοκῇ (32) τοῦτο, αὐτὸς καταξίωσον ὑπομνηστικόν μοι ἀποστεῖλαι, περί τίνος χρὴ ἀξιώματος σπουδὴν εἰσενέγκασθαι, ἵνα ἀρξώμεθα αἰτεῖν ἕκαστον τῶν ἐν δυνάμει φίλων τὴν χάριν ταύτην, εἴτε προῖκα, εἴτε καμετρίου τιμήματος, ὡς ἂν ἡμᾶς Κύριος εὐοδώσῃ. Ἐπέστειλα τῷ ἀδελφῷ Οὐαλερίῳ (33), ὡς προσέταξας. Τὰ Νύσσης πράγματα ὁμοιά ἐστι τοῖς παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας καταλειφθεῖσι (34), καὶ προκόπτει ἐπὶ τὸ βέλτιον τῇ συνεργίᾳ τῶν σῶν προσευχῶν. Οἱ μέντοι τότε ἀπορῥαγέντες ἡμῶν, οἱ μὲν ἀπῆλθον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, οἱ δὲ μένουσι, (35) τὴν ἐκεῖθεν ἀναμένοντες φήμην. Δυνατὸς δὲ ὁ Κύριος καὶ τούτων ματαιῶσαι τὰς ἐλπίδας, κἀκείνοις ἄπρακτον τὴν ἐπάνοδον ποιῆσαι.

3. Τὸ μάννα ὁ Φίλων ἑρμηνεύων ἔφη, ὥσπερ ἐκ παραδόσεώς τινος Ἰουδαϊκῆς δεδιδαγμένος, τοιαύτην αὐτοῦ εἶναι τὴν ποιότητα, ὥστε κατὰ τὴν φαντασίαν τοῦ ἐσθίοντος μεταχίρνασθαι· καὶ εἶναι μὲν καθ' ἑαυτὸ οἷονεὶ κέγχρον ἐψημένον (36) ἐν μέλιτι, παρέχειν δὲ νῦν μὲν ἄρτου, νῦν δὲ κρέως· καὶ κρέως τοιοῦδε, ἢ πετεινοῦ ἢ χερσαίου· νῦν δὲ λαχάνου, καὶ λαχάνου τοῦ κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν ἑκάστου· καὶ ἰχθύος, ὡς τὸ ἰδίωμα τῆς καθ' ἕκαστον γένος ποιότητος ἀκριβῶς

petere statuerat, ut amici domus magnum aliquod incommodum effugeret. Porro in hunc usum impetrari solebant codicilli, ut curia, vel saltem duumviratus et civitatis cura vitarentur. Pretio autem impetratos non modo nulla immunitas, sed etiam multa sequebatur, ut perspicitur ex *Cod. Theod.* lib. VI, tit. 22. Sic enim habet lex secunda imperatoris Constantii: *Ab honoribus mercandis per suffragia, vel qualibet ambitione quærendis, certa multa prohibuit: cui addimus, ut quicunque fugientes obsequia curiarum, umbras et nomina affectaverint dignitatum, tricenas libras argenti inferre cogantur, manente illa præterita inlatione auri, qua perpetua lege constricti sunt.* Unde mitor Basilium ab hac via tentanda non omnino alienum fuisse. Sed forte hæ leges non admodum accurate servabantur sub Valente.

(31) *Ἄλυπον.* Sic ope codicum mss. emendavimus. Male in editis ἄλυτον.

(32) *Οὐ δοκῇ.* Coisl. secundus δοκεῖ.

(33) *Οὐαλερίῳ.* Coisl. secundus Οὐαλλερίῳ.

(34) *Καταλειῳθεῖσι.* Coisl. primus καταληφθεῖσι, *in eo statu, in quo erant a te inventa.*

(35) Vide Addenda.

(36) *Ἐψημένον.* Nonnulli codices ἐψημένην

Digitized by Google

ἐν τῇ γεύσει τοῦ ἐσθίοντος διασώζεσθαι. Ἅρματα ἀναβάτας τριστάτας ἔχοντα οἶδεν ἡ Γραφή, διὰ τὸ τῶν λοιπῶν ἁρμάτων δύο εἶναι τοὺς ἐπιβάτας, τόν τε ἡνίοχον καὶ τὸν ὁπλίτην· τὰ δὲ τοῦ Φαραὼ δύο μὲν εἶχε τοὺς πολεμοῦντας, ἕνα δὲ τὸν τὰς ἡνίας τῶν ἵππων ἔχοντα. Σύμπιος ἡμῖν ἐπέστειλε θεραπευτικὴν ἐπιστολὴν καὶ κοινωνικήν, ᾧ ἡμεῖς ἀντιγράψαντες ἐπέμψαμεν τῇ εὐλαβείᾳ σου τὰ γράμματα, ἵνα ἄγαν ἐγκρίνας κελεύσῃς αὐτῷ ἀποσταλῆναι, δηλονότι μετὰ προσθήκης καὶ σῶν γραμμάτων. Ἐῤῥωμένος, εὔθυμος ἐν Κυρίῳ, ὑπερευχόμενός μου χαρισθείης μοι καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ τῇ τοῦ Ἁγίου φιλανθρωπίᾳ.

A speciei in comedentis gustu omnino servaretur. Currus qui sessores tres haberent, agnovit Scriptura, siquidem reliquorum curruum sessores duo erant, auriga et miles armatus : Pharaonis autem currus bellatores duos habebant, et unum equorum habenas tenentem. Scripsit mihi Sympius epistolam officii et communionis causa, cui ego rescribens, litteras meas ad tuam pietatem misi, ut diligenter probatas ad illum jubeas transmitti, additis videlicet et tuis ipsius litteris. Valens, in Domino hilaris, pro me precans, serveris mihi et Dei Ecclesiæ, per sancti misericordiam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΞΑ'.

284 EPISTOLA CXCI.

Gratias agit Basilius cuidam episcopo, qui prior scripserat; eumque hortatur, ut ipse agente cum vicinis episcopis locus et tempus synodi indicentur, ad pristinam communionem, quam variæ suspiciones interruperant, tandem aliquando inter remotas Ecclesias instaurandam.

Ἀμφιλοχίῳ (37), ἐπισκόπῳ Ἰκονίου.

Ἐντυχόντες τοῖς γράμμασι τῆς εὐλαβείας σου, πολλὴν τῷ Θεῷ τὴν χάριν ἔσχομεν, ὅτι ἀρχαίας ἀγάπης ἴχνη εὕρομεν ἐν τοῖς ῥήμασι τῆς ἐπιστολῆς· ὃς γε οὐκ ἔπαθες τὸ τῶν πολλῶν, οὐδὲ φιλονείκως ἔσχες πρὸς τὸ μὴ καὶ αὐτὸς κατάρξαι τῆς ἀγαπητικῆς ὁμιλίας· ἀλλ' ὡς πεπαιδευμένος τὸ ἐκ ταπεινοφροσύνης μεγαλεῖον περιγινόμενον τοῖς ἁγίοις, οὕτως εἶλου διὰ τῶν δευτερείων ἔμπροσθεν ἡμῶν ἀποφανθῆναι. Καὶ γὰρ οὗτος νόμος τῆς ἐν Χριστιανοῖς νίκης, καὶ ὁ ἔλαττον ἔχειν καταδεξάμενος στεφανοῦται. Ἵνα οὖν μὴ ἀπολειφθῶμεν τοῦ ἀγαθοῦ ζήλου, ἰδοὺ καὶ αὐτοὶ ἀντιφθεγγόμεθά σου τὴν σεμνότητα, καὶ δείκνυμεν τὴν προαίρεσιν ἡμῶν, ὅτι, Θεοῦ χάριτι τῆς κατὰ τὴν πίστιν συμφωνίας ἐῤῥωμένης ἡμῖν (38), οὐδὲν ἕτερόν ἐστι τὸ ἐμποδίζον πρὸς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἓν σῶμα καὶ ἓν πνεῦμα, καθὼς ἐκλήθημεν ἐν μιᾷ ἐλπίδι· διὰ τῆς κλήσεως. Τῆς οὖν σῆς ἐστιν ἀγάπης τῇ ἀγαθῇ ἀρχῇ καὶ τὰ ἑφεξῆς ἀποδοῦναι, συστατεῖν (39) μὲν περὶ σεαυτὸν τοὺς ὁμοψύχους, δηλῶσαι δὲ καὶ χρόνον καὶ τόπον τῆς συντυχίας, ἵνα οὕτω, τῇ

B *Amphilochio, episcopo Iconii.*

Lectis litteris pietatis tuæ, plurimas Deo gratias egi, quod antiquæ charitatis vestigia invenirem in verbis epistolæ; siquidem non quo plerique morbo laborasti, neque illud pertinaciter tenuisti, ne ipse inceptor esses amici colloquii : sed ut eductus quam magnifica ex humilitate merces sanctis eveniat, ita elegisti secundas tenendo, prior me inveniri. Hæc enim lex est Christianæ victoriæ, et qui minus habere non recusat, coronatur. Ne igitur desimus bono studio, ecce et nos gravitatem tuam resalutamus, et quid nobis sit sententiæ demonstramus : nempe firmato inter nos, Dei gratia, in fide consensu, nihil esse quod impediat, quominus simus unum corpus et unus spiritus, sicut C vocati sumus in una spe per vocationem. Itaque charitatis tuæ est, bono initio et quæ consequuntur adjicere, unanimes tuos tecum conjungere, ac tempus et locum congressus indicare, ut sic, Dei gratia nos invicem excipientes, ad priscam dilectionis formam Ecclesias gubernemus; fratres ex

(37) *Ἀμφιλοχίῳ.* Codices omnes, editi et mss., hanc epistolam inscribunt Amphilochio : sed luce clarius est ad eum scriptam non fuisse : nec difficile est conjicere ad illum episcopum datam fuisse, de quo mentio facta in epistola præcedenti. Suspicatur Tillemontius hanc epistolam scriptam esse ad aliquem ex Lyciæ episcopis, de quibus agit Basilius in epistola 218. Cum enim audiisset hos episcopos ab Arianis alienos esse, et ipsius communionem amplecti velle; scripsit Amphilochio, eumque hortatus est, ut illorum animos periclitaretur. Inde conjicit Tillemontius aliquem ex illis episcopis, accepta Amphilochii epistola, ad Basilium scripsisse. Sed tempus non quadrat. Cum enim verisimillimum sit hanc epistolam in præcedenti indicari et designari; cumque epistola 218, in qua de episcopis Lyciæ agitur, anno 375 scripta sit post reditum ex Ponto : necesse est hoc loco aliud negotium, ac alios, quam Lyciæ, episcopos intelligere. Deinde vero, ut observat idem doctissimus scriptor, videtur episcopus, cui scribit Basilius, metropolitanus fuisse; siquidem rogat Basilius ut unanimes suos consociet, ac locum et tempus conveniendi designet. At episcopus Myræ, qui Lyciæ metropolitanus erat, non recensetur inter eos qui Basilii communionem appetebant : sed tribus ejusdem urbis presbyteris hæc laus tribuitur, quod argumento est episcopum male audiisse. Longe ergo probabilior alia Tillemontii conjectura, hanc epistolam inscribi Sympio, de quo in epist. præcedenti, sive Symposio Seleuciæ episcopo, qui concilio Constantinopolitano interfuit anno 381. Hæc sententia confirmatur ex epist. 204, in qua Basilius Isauros enumerat inter suos communicatores. Porro nemo non videt facile fuisse librariis D in his Sympii et Symposii vocibus errare. Quæcunque autem statuatur opinio, facile perspicitur gravissimum esse in titulo epistolæ erratum. Neque enim de reconciliatione Basilius agere potuit cum Amphilochio, cum inter utrumque semper exstiterit arctissima conjunctio.

(38) *Ἡμῖν.* Quamvis in quatuor veteribus libris legatur ὑμῖν, magis tamen arridet scriptura codicum Coisl. primi et Med. qui cum editis consentiunt. In Harlæano autem non exstat hæc epistola. Paulo post idem Coisl. primus ἐλπίδι τῆς πίστεως· Medicæus ἐλπίδι τῆς κλήσεως.

(39) *Συστατεῖν.* Codices tres non antiquissimi συντάττειν.

* Alias CCCXCVIII. Scripta anno 374.

Digitized by Google

utraque parte venientes tanquam propria membra suscipiendo, tanquam ad amicos mittendo, et rursus tanquam ab amicis excipiendo. Hæc enim erat olim Ecclesiæ gloria, ut ab orbis termino ad terminum brevibus tesseris, veluti viatico instructi fratres ex unaquaque Ecclesia patres ac fratres omnes invenirent; quod ipsum cum aliis nunc hostis Ecclesiarum Christi de nobis prædatus est, ac singulis civitatibus circumscribimur, et unusquisque proximum suspectum habemus. Et **285** quid aliud dicam, nisi charitatem nostram refrixisse, qua sola Dominus noster suos discipulos dixit, veluti propria nota, dignosci? Ac prius quidem, si videbitur, ipsi vos ipsos mutuo cognoscite, ut sciamus quibuscum nobis futura sit consensio. Atque hoc pacto consensu uno locum aliquem utrisque commodum, tempusque itineri faciendo idoneum eligentes, alii ad alios convolabimus, nosque in via diriget Dominus. Valeas, lætusque sis ac preceris pro me, mihique Sancti benignitate doneris.

A τοῦ Θεοῦ χάριτι ἀπολαβόντες ἀλλήλους, τῷ ἀρχαίᾳ εἴδει τῆς ἀγάπης τὰς Ἐκκλησίας οἰκονομήσωμεν· τοὺς παρ' ἑκατέρου μέρους βαδίζοντας τῶν ἀδελφῶν ὡς ἴδια μέλη προσιέμενοι, προπέμποντες ὡς ἐπὶ οἰκείους, καὶ ὑποδεχόμενοι (40) πάλιν ὡς παρ' οἰκείων. Τοῦτο γὰρ ἦν ποτε τῆς Ἐκκλησίας τὸ καύχημα, ὅτι ἀπὸ τῶν περάτων τῆς οἰκουμένης ἐπὶ τὰ πέρατα μικροῖς συμβόλοις (41) ἐφοδιαζόμενοι οἱ ἐξ ἑκάστης Ἐκκλησίας ἀδελφοὶ πάντας πατέρας καὶ ἀδελφοὺς εὕρισκον· ὃ νῦν μετὰ τῶν ἄλλων ἀφῄρηται ἡμῶν ὁ ἐχθρὸς τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Χριστοῦ, καὶ κατὰ πόλεις περιγεγράμμεθα, καὶ ἕκαστος δι' ὑποψίας ἔχομεν τὸν πλησίον. Καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐψύξαμεν τὴν ἀγάπην, ἀφ' ἧς μόνης τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ Κύριος ἡμῶν εἶπε χαρακτηρίζεσθαι; Καὶ B εἰ δοκεῖ, πρότερον αὐτοὶ μετ' ἀλλήλων γνωρίσατε ἑαυτούς, ἵνα γνῶμεν πρὸς τίνας ἡμῖν ἔσται ἡ συμφωνία. Καὶ οὕτως ἐκ κοινῆς συγκαταθέσεως τόπον τινὰ τοῖς ἀμφοτέροις (42) ἀνεπαχθῆ, καὶ χρόνον ταῖς ὁδοιπορίαις πρέποντα ἐκλεξάμενοι, δραμούμεθα παρ' ἀλλήλους, καὶ ὁ Κύριος ἡμᾶς κατευοδώσει. Ἐρρωμένος καὶ εὔθυμος εἴης, ὑπερευχόμενός μου, καὶ χαρισθείης μοι τῇ τοῦ Ἁγίου (43) φιλανθρωπίᾳ.

EPISTOLA CXCII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΒ'.

Cum Sophronius petenti aliquid Basilio ita annuisset, ut seipse duplex beneficium accepisse diceret, nempe litteras Basilii et occasionem bene de eo merendi, Basilius gratias agit in hac epistola, sibique rem eo gratiorem fuisse significat, quod a Sophronio proficisceretur.

Sophronio magistro.

Si ipse duplex accepisti beneficium, quemadmodum mihi immensa quadam bene faciendi voluntate scripsisti, unum, quod acceperis litteras, alterum, quod tuam meo usui operam navaveris; quantam existimandum est me habere gratiam, qui et litteras suavissimæ tuæ vocis legi, et id quod

Σωφρονίῳ μαγίστρῳ.

C Εἰ αὐτὸς διπλῆν ἔλαβες χάριν, ὡς αὐτὸς τῇ ἀνυπερβλήτῳ προθυμίᾳ περὶ τὰ ἀγαθὰ ἔργα ἐπέστειλας ἡμῖν, μίαν μὲν τῷ δέξασθαι (44) γράμματα, δευτέραν δὲ τῷ ὑπουργῆσαι τῇ χρείᾳ ἡμῶν· πόσην τινὰ χρὴ νομίζειν ἡμᾶς ἔχειν τὴν χάριν, γράμμασί τε τῆς ἡδίστης φωνῆς ἐντυχόντας, καὶ τὴν ἐπιζητηθεῖσαν

* Alias CCCXXIX. Scripta anno 374.

(40) *Ὑποδεχόμενοι.* Ita septem mss. Editi ἀποδεχόμενοι.

(41) *Συμβόλοις.* Sic Coisl. primus et Med. Editi συμβολαίοις. Ad auctoritatem vetustissimorum codicum accedit ipsius Basilii testimonium, qui eadem voce utitur in loco simillimo ex epistola 203, in qua sic loquitur: Ἡμεῖς δὲ, ἐκείνων ὄντες τῶν πατέρων, οἳ ἐνομοθέτησαν διὰ μικρῶν χαρακτήρων τὰ τῆς ἐπιμιξίας σύμβολα ἀπὸ περάτων τῆς γῆς εἰς πέρατα περιφέρεσθαι, καὶ πάντας πᾶσι πολίτας καὶ οἰκείους εἶναι, νῦν ἀποτέμνομεν ἑαυτοὺς τῆς οἰκουμένης, καὶ οὔτε ἐπαισχυνόμεθα τῇ μονώσει, οὔτε ζημίαν φέρειν τὸν διασπασμὸν τῆς ὁμονοίας τιθέμεθα, οὔτε φρίσσομεν, ὅτι εἰς ἡμᾶς φθάνει ἡ φοβερὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν προφητεία, εἰπόντος, etc.: *Nos autem, qui filii sumus illorum patrum, qui legem tulerunt, ut brevibus notis commercii signa a terminis orbis terrarum usque ad terminos circumferrentur, ac omnes omnibus cives et propinqui essent, nunc abscindimus nosmetipsos ab orbe terrarum, neque nos pudet solitudinis, nec damnum ferre dissolutionem concordiæ ducimus; neque horrescimus, quod ad nos pervenerit terribilis Domini nostri prophetia dicentis*, etc. Sæpe alias Basilius luctuosa tempora deplorat. Sed tamen cum dissolutionem concordiæ in allato testimonio describit, vel, cum ait infra in hac epistola, *singulis civitatibus circumscribimur*, non de se ipso loquitur, sed aliorum mala deflet, ut sua propria. Quanto enim studio arserit fovendæ cum omnibus communionis, perspici potest, tum ex lætitia, quam ei litteræ ab Ecclesiis remotis scriptæ afferebant, tum ex iis quæ scripsit et gessit, ut maritimos episcopos, Neocæsarienses, Lyciæ Ecclesias sibi charitate devinciret. Testatur in epistola 204, secum communicare Pisidas, Lycaones, Isauros, Phryges, Armenos Neocæsariensibus vicinos, Macedones, Achæos, Illyrios, Gallos, Hispanos, totam simul Italiam, Siculos, Afros, et quidquid sani in Ægypto et Syria supererat.

(42) *Τοῖς ἀμφοτέροις.* Ita Coisl. primus et Med. Editi τὸν ἀμφοτέροις. Paulo post editi παρ' ἀλλήλους. D Uterque Coisl. et plures alii ut in textu. Utrum ad effectum perducta fuerint, quæ hic proponuntur a Basilio, nullo cognoscimus monumento. Semel eum in Pisidiam, nempe anno 375, venisse et cum Amphilochio ac vicinis episcopis consiliatum esse scimus. Sed ante hoc tempus jam Isauros inter communicatores suos enumeraverat in epist. 204, ex quo conjicimus Basilium, etiamsi cum his episcopis non convenerit, pacem cum illis et communionem per litteras redintegrasse. Præterquamquod nulla necessitas erat conveniendi, cum tota res per litteras confici posset; forte congressum animi tempestas et Basilii morbi interpellarunt.

(43) *Τοῦ ἁγίου.* Editi addunt Θεοῦ. Sed ea vox deest in codicibus Med. et Coisl. utroque et tribus aliis.

(44) *Τῷ δέξασθαι.* Legitur τό in utroque Coisl. et Reg. secundo, et paulo post τὸ ὑπουργῆσαι

Digitized by Google

χρείαν τοσουτῳ ταχει πληρωθεῖσαν ὁρῶντας! Ὥστε, ἡδέως δεξάμενοι τὸ ἀποσταλὲν (45) διὰ τὴν οἰκείαν αὐτοῦ φύσιν, πολλῷ ἥδιον αὐτὸ προσηκάμεθα τῷ σὲ εἶναι τὸν τῆς κατασκευῆς αὐτοῦ προεστῶτα. Παράσχοι δὲ ἡμῖν ὁ Κύριος ἰδεῖν σε ἐν τάχει, ὥστε ἀπὸ γλώττης ὁμολογῆσαι τὴν χάριν, καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν ἐν σοὶ καλῶν ἀπολαῦσαι.

A expetebam tam celeriter confectum vidi! Itaque id quod missum est sua sponte pergratum fuit: sed longe libentius hoc ipsum eo nomine suscepi, quod tu rei illius conficiendæ exstiteris dux et auctor. Det autem nobis Dominus te cito videre, ut lingua gratias referamus, omnibusque simul bonis tuis perfruamur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΓ'.

EPISTOLA CXCIII*.

Peracute Basilius sese cum gruibus comparat. Quominus se ad solitudinem Meletii conferret, tum negotiorum exteriorum occupationibus detentus fuerat, tum vehementibus ac continuis febribus, quæ illum ita debilitaverant, ut aranea infirmior videretur. Venturum se ad Meletium promittit verno tempore, si Dei ope ex hoc morbo evaserit.

Μελετίῳ ἀρχιάτρῳ (46).

Ἡμῖν (47) οὐδ' ὅσον ταῖς γεράνοις ὑπάρχει τὰ δυσχερῆ τοῦ χειμῶνος διαφυγεῖν· ἀλλ' ἕνεκα μὲν τοῦ προϊδέσθαι τὸ μέλλον, οὐδὲν ἴσως τῶν γεράνων χείρους (48) ἐσμέν· τῷ δὲ κατὰ τὸν βίον αὐτεξουσίῳ τοσοῦτον τῶν ὀρνίθων ἀπολιμπανόμεθα, ὅσον καὶ τοῦ πέτεσθαι δύνασθαι, μικροῦ δεῖν. Πρῶτον μὲν γάρ με ἀσχολίαι τινὲς τῶν κατὰ τὸν βίον πραγμάτων ἐπέσχον (49)· ἔπειτα δὲ πυρετοὶ συνεχεῖς καὶ λάβροι οὕτω μου τὸ σῶμα κατεδαπάνησαν, ὥστε ἐφάνη τι καὶ ἐμοῦ λεπτότερον, αὐτὸς ἐγὼ ἐμαυτοῦ· εἶτα τεταρταίων προσβολαὶ πρὸς πλεῖον ἢ εἴκοσι διαρκέσασαι κύκλους. Νυνὶ δὲ, ὅτε δοκῶ τῶν πυρετῶν ἀπηλλάχθαι, οὕτως ὑπὸ τῆς ἀδυναμίας διάκειμαι, ὥστε μηδὲν ἐν τούτῳ ἀποδεῖν ἀραχνίου. Ὅθεν μοι πᾶσα μὲν ὁδὸς ἄβατος, πᾶσα δὲ πνεύματος προσβολὴ πλείονα φέρει τὸν κίνδυνον ἢ αἱ τρικυμίαι τοῖς πλέουσιν. Ἀνάγκη τοίνυν ὑπὸ δωματίῳ κεκρύφθαι, καὶ ἀναμένειν τὸ ἔαρ, ἐάνπερ διαρκέσαι πρὸς αὐτὸ δυνηθῶμεν, ἀλλὰ μὴ προδιαμάρτοιμεν (50) ὑπὸ τοῦ κακοῦ τοῦ τοῖς σπλάγχνοις ἐνιδρυμένου. Ἐὰν δὲ διασώσῃ ἡμᾶς ὁ Κύριος τῇ μεγάλῃ αὐτοῦ χειρὶ, ἀσμενέστατα μὲν τὴν ἐσχατιὰν ὑμῶν καταληψόμεθα· ἀσμενέστατα δὲ σὲ τὴν φίλην ἡμῖν κεφαλὴν περιπτυξόμεθα. Μόνον εὔχου πρὸς τὸ συμφέρον τῇ ψυχῇ τὴν ζωὴν ἡμῶν οἰκονομεῖσθαι.

Melètio archiatro.

Nobis ne quantum quidem gruibus licet hiemis incommoda effugere; sed quantum quidem ad futuri prænotionem attinet, nihil forte deteriores gruibus sumus; quod vero ad vitæ libertatem spectat, tanto fere ab avibus distamus, quanto a volandi facultate. Primum quidem occupationes me nonnullæ negotiorum exteriorum detinuerunt deinde continuæ ac vehementes febres corpus meum usque adeo consumpserunt, ut visum sit aliquid etiam me tenuius, ego videlicet meipso. Præterea quartanarum accessus ultra viginti **286** vices perstiterunt. Nunc autem cum a febribus liberi esse videor, ita sum debilis, ut nihil in hoc ab aranea differam. Unde mihi omne iter impervium, et quilibet auræ impulsus periculosior, quam fluctus decumani navigantibus. Necesse est ergo domi latitare, et tempus vernum exspectare, si modo eo usque perdurare possim, nec prius spe excidam ob morbum visceribus insidentem. Quod si me Dominus magna sua manu servaverit, libentissime me conferam ad vestram solitudinem: libentissime te charum mihi caput amplectar. Tantum roga, ut de mea vita, prout animæ meæ conducit, statuatur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΙΔ'.

EPISTOLA CXCIV**.

Zoili litteris respondet Basilius, hortatur ut sæpe scribat. Morbi sui magnitudinem exprimi non posse dicit; sed vires a Deo exspectat ad patienter ferendum.

Ζωΐλῳ.

Οἷα ποιεῖς, ὦ θαυμάσιε, προλαμβάνων ἡμᾶς εἰς τὸ τῆς ταπεινώσεως μέτρον; ὃς γε, τοιοῦτος ὢν τὴν παίδευσιν, καὶ οὕτως εἰδὼς ἐπιστέλλειν, ὡς δηλοῖ τὰ γράμματα, ὅμως ἀξιοῖς, ὡς ἐπὶ τολμηροτέρᾳ ἰατρῷ.

Zoïlo

Quid agis, vir egregie, prævertens me humilitatis modo? qui cum tanta sis ornatus eruditione, ac scribendi adeo peritus, ut litteræ demonstrant, tamen postulas, ut in audaciore quodam conatu

(45) *Τὸ ἀποσταλέν.* Manifesta est necessitudo hujus epistolæ cum centesima nonagesima. Promiserat Basilius se apud potentiores amicos acturum, si ita Amphilochio videretur, et dignitatem aliquam petiturum, ut amici domus magnum aliquod incommodum effugeret. Observavimus hanc dignitatem non in aliqua administratione, sed in codicillis positam fuisse. Quod ergo tam celeriter confectum misit Sophronius magister officiorum, nihil aliud videtur esse, quam codicillaria aliqua dignitas. Id autem pretio impetratum fuisse, nec Sophronii liberalitas patitur suspicari, nec scriptæ ab eo ad Basilium perhonorifice litteræ.

(46) *Ἀρχιάτρῳ.* Medicæus codex et duo alii recentiores ἀρχιήτρῳ. Regius primus et Bigot. Ἡμῖν. Coisl. primus et Harl. Ἡμῖν δέ.

(47) *Χείρους.* Hanc vocem addidimus ex septem mss.

(48) *Ἐπέσχον.* Ita tres vetustissimi codices. Editi κατέσχον. Paulo post iidem codices cum tribus aliis οὕτω μου. Editi οὕτως μου.

(49) *Προδιαμάρτοιμεν.* Non male Vaticanus codex et ad marginem Claromontanus προδιαρπασθῶμεν, *nisi prius abripiar morbo visceribus insidente.* Nihil tamen mutandum duximus, quia vulgata scriptura nec sua sponte vitiosa est, et pluribus antiquis codicibus nititur.

* Alias CCCLXIX. Scripta anno 375.

** Alias CCCLXVIII. Scripta anno 375.

Digitized by Google

et meritis tuis majore, veniam tibi a nobis dari. Verum prætermissa hac ironia, scribe nobis ad omnem occasionem. Sive enim eloquentiæ non sum expers, eloquentis viri litteras libentissime legam : sive quantum sit charitatis bonum, e Scriptura didici, maximo prorsus in pretio est hominis me diligentis colloquium. Utinam autem perscribas quæ tibi precor bona, corporis valetudinem, ac domus totius prosperitatem ! Jam quod ad res nostras spectat, scito eas solito non esse tolerabiliores. Satis autem erit hoc dicere, ut tibi corporis nostri infirmitas demonstretur. Nam morbi nunc detinentis magnitudinem, nec verbis demonstrare facile, nec re persuadere : siquidem iis quæ noveras, majus quidpiam a nobis ad infirmitatem inventum est. Jam Dei boni opus est vires mihi sufficere, ut patienter feram inflictas corporis ad nostram utilitatem plagas ab eo qui bene nobis facit Deo.

τινὶ ἐγχειρήσει καὶ ὑπερβαινούσῃ σου τὴν ἀξίαν, συγγνώμης παρ' ἡμῶν τυγχάνειν. Ἀλλὰ, τῆς εἰρωνείας ταύτης ἀφέμενος, ἐπίστελλε ἡμῖν διὰ πάσης προφάσεως. Εἴτε γὰρ ἡμῖν λόγων μέτεστιν, ἥδιστα λογίου ἀνδρὸς γράμμασιν ἐντευξόμεθα (51)· εἴτε καὶ τὸ τῆς ἀγάπης καλὸν ὅσον ἐστὶ, παρὰ τῆς Γραφῆς πεπαιδεύμεθα, τοῦ παντὸς ἀξίαν τιθέμεθα ἀνδρὸς ἀγαπῶντος ἡμᾶς ὁμιλίαν. Εἴη δέ σε γράφειν ἃ εὐχόμεθά σοι ἀγαθὰ, ὑγείαν σώματος, καὶ εὐθηνίαν οἴκου παντός ! Τὰ δὲ ἡμέτερα μηδὲν ἀνεκτότερα γίνωσκε τῆς συνηθείας εἶναι. Ἀρκεῖ δὲ τοσοῦτον εἰπεῖν, καὶ ἐνδείξασθαί σοι τοῦ σώματος ἡμῶν τὴν ἀσθένειαν. Τὴν γὰρ νῦν κατέχουσαν ἡμᾶς εἰς τὸ ἀῤῥωστεῖν ὑπερβολὴν, οὔτε λόγῳ ἐνδείξασθαι ῥᾴδιον, οὔτε ἔργῳ πεισθῆναι· εἴπερ ἐκείνων, ὧν αὐτὸς ᾔδεις, εὑρέθη τι πλεῖον παρ' ἡμῶν εἰς ἀῤῥωστίαν. Θεοῦ δὲ τοῦ ἀγαθοῦ ἔργον δοῦναι ἡμῖν δύναμιν, πρὸς τὸ ἐν ὑπομονῇ φέρειν τὰς ἐπὶ συμφέροντι ἡμῖν ἐπαγομένας εἰς τὸ σῶμα πληγὰς παρὰ τοῦ εὐεργετοῦντος ἡμᾶς Κυρίου.

EPISTOLA CXCV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΕ'.

Rationem reddit Basilius cur raro scribat : ad postulandum a Deo reditum episcoporum hortatur.

Euphronio, episcopo Coloniæ Armeniæ.

Propterea quod longe dissita est a viis publicis Colonia, quam tibi Dominus gubernandam credidit, etiamsi sæpe cæteris minoris Armeniæ fratribus scribam, ægre tamen ad tuam pietatem litteras mitto, neminem sperans futurum, qui illas eo usque perferat. Cum autem nunc sperem aut te adfuturum, aut epistolam ab episcopis quibus scribo, esse **287** ad te transmittendam; et tuæ scribo pietati, et te per litteras saluto; cum te certiorem faciens videri me adhuc in terra versari; tum adhortans, pro me ut preceris, ut ærumnas ac calamitates minuat Dominus, et vehemens illud doloris pondus, nunc cordibus nostris incumbentis, veluti nubem quamdam, a nobis submoveat. Hoc autem continget, si celerem det reditum religiosissimis episcopis, qui nunc dispersi sunt, pœnas pro pietate pendentes.

Εὐφρονίῳ, ἐπισκόπῳ Κολωνείας Ἀρμενίας.

Διὰ τὸ μακρὰν ἀπῳκίσθαι τῶν ὁδευομένων τόπων τὴν Κολώνειαν, ἣν ὁ Κύριος ἔδωκεν ὑπὸ σοὶ διιθύνεσθαι, πολλάκις κἂν τοῖς ἄλλοις ἀδελφοῖς ἐπιστέλλωμεν τοῖς κατὰ τὴν μικρὰν Ἀρμενίαν, ὀκνηρῶς πέμπομεν γράμματα πρὸς τὴν εὐλάβειάν σου, μηδένα ἐλπίζοντες εἶναι τὸν μέχρις ἐκείνων διακομίζοντα. Ἀλλὰ νῦν ἢ αὐτόν σε παρέσεσθαι προσδοκῶντες, ἢ διαπεμφθήσεσθαι τὴν ἐπιστολὴν παρὰ τῶν ἐπισκόπων οἷς ἐπιστέλλαμεν, καὶ γράφομεν τῇ εὐλαβείᾳ σου, καὶ προσαγορεύομέν σε διὰ τοῦ γράμματος, ὁμοῦ μὲν σημαίνοντες, ὅτι δοκοῦμεν ἔτι εἶναι ὑπὲρ τῆς γῆς, ὁμοῦ δὲ παρακαλοῦντες προσεύχεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα ὁ Κύριος ἐλαττώσῃ τὰς θλίψεις, καὶ τὸ πολὺ τοῦτο βάρος τῆς ὀδύνης τῆς νῦν ἐπικειμένης ταῖς καρδίαις ἡμῶν, οἷόν τι νέφος, ἀφ' ἡμῶν ἀπαγάγῃ. Ἔσται δὲ τοῦτο ἐὰν ταχεῖαν δῷ τὴν ἐπάνοδον τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, οἳ νῦν εἰσιν ἐν τῇ διασπορᾷ, δίκας διδόντες ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας.

EPISTOLA CXCVI**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛϚ'.

Basilius Aburgio gratulatur summos honores, ac prosperum incepti exitum precatur, seque gravissimis morbis debilitatum significat.

Aburgio

Prosilire te instar stellarum, modo in hac, modo in illa barbarorum regione apparentem, nunc quidem annonam militibus subministrantem, nunc vero imperatori in splendido apparatu

Ἀβουργίῳ.

Διάττειν σε ὡς τοὺς ἀστέρας, ἄλλοτε κατ' ἄλλο μέρος τῆς βαρβαρικῆς ἀνίσχοντα, νῦν μὲν σιτηρέσια στρατιωτικὰ παρέχοντα (52), νῦν δὲ βασιλεῖ φαινόμενον μετὰ λαμπροῦ τοῦ σχήματος, ἢ τῶν

* Alias CCCXII. Scripta anno 375.
** Alias CCCLIX. Scripta anno 375.
(51) *Ἐντευξόμεθα.* Sic mss. codices et prima editio Parisiensis. Legitur in secunda ἐντευξοίμεθα.
(52) *Στρατιωτικὰ παρέχοντα.* Sic Harl. et uterque Coisl. cum Reg. secundo. Editi τῷ στρατιωτικῷ. Sæpe in provincias extra ordinem mittebantur qui annonam militarem expedirent et diligentius curarent, ut docet Gothofredus ad lib. VII cod. Theod. Munus ejusmodi Aburgio commissum gratulatur Basilius.

Digitized by Google

ἀγαθῶν ἄγγελος φήμη ἀγγέλλουσα ἡμῖν (53) οὐ διαλείπει. Εὐχόμεθα δὲ τῷ Θεῷ, κατὰ λόγον (54) σοι προϊοῦσαν τὴν ἐπιχείρησιν, ἐπὶ μέγα σε προελθεῖν, καὶ φανῆναί ποτε τῇ πατρίδι ἕως ἐσμὲν ὑπὲρ γῆς, καὶ τὸν ἀέρα τοῦτον ἀνέλκομεν (55). Τοσοῦτον γὰρ μέτεστιν ἡμῖν τοῦ βίου, ὅσον ἀναπνεῖν μόνον.

A astantem, nuntia bonorum fama nobis narrare non cessat. Deum autem precor, ut, incepto tibi pro meritis succedente, ad magnum quiddam evehasimilis : et tandem aliquando conspiciaris in patria, dum in terris versor atque hunc aerem duco. In hoc enim tantum vitæ particeps sum, quod respiro.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΡΛΖ'.

EPISTOLA CXCVII*.

Ambrosius missis clericis Basilium rogaverat, ut sibi corpus beati Dionysii Mediolanensis redderetur. Respondet ejus litteris Basilius, mirabilem gratulatur electionem, hortatur ad Patrum sequenda vestigia, narratque accurate, quomodo corpus beati Dionysii a fidelibus, qui illud custodiebant, impetratum fuerit, ac veras esse illius reliquias asseverat, et certissimis argumentis confirmat.

Ἀμβροσίῳ, ἐπισκόπῳ Μεδιολάνων.

Ambrosio, episcopo Mediolanensi.

1. Μεγάλαι ἀεὶ καὶ πολλαὶ τοῦ Δεσπότου ἡμῶν αἱ δωρεαί, καὶ οὔτε τὸ μέγεθος αὐτῶν μετρητὸν, οὔτε τὸ πλῆθος ἀριθμητόν. Μία δὲ τῶν μεγίστων δωρεῶν ἐστι τοῖς εὐαισθήτως δεχομένοις τὰς χάριτας καὶ ἡ παροῦσα αὕτη, ὅτι πλεῖστον (56) ἡμᾶς τῇ θέσει τοῦ τόπου διῃρημένους ἔδωκεν ἀλλήλοις συνάπτεσθαι διὰ τῆς ἐν τοῖς γράμμασι προσφωνήσεως. Καὶ γνώσεως τρόπον διττὸν ἡμῖν ἐχαρίσατο· ἕνα μὲν διὰ τῆς συντυχίας, ἕτερον δὲ τὸν διὰ τῆς τοῦ γράμματος ὁμιλίας. Ἐπεὶ οὖν ἐγνωρίσαμέν σε δι' ὧν ἐφθέγξω· καὶ ἐγνωρίσαμεν, οὐ τὸν σωματικὸν χαρακτῆρα ταῖς μνήμαις ἡμῶν ἐντυπωσάμενοι, ἀλλὰ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου τὸ κάλλος τῇ ποικιλίᾳ τῶν λόγων καταμαθόντες, ὅτι ἕκαστος ἡμῶν ἐκ τοῦ περισσεύματος τῆς καρδίας λαλεῖ· ἐδοξάσαμεν τὸν Θεὸν ἡμῶν, τὸν καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐκλεγόμενον τοὺς αὐτῷ εὐαρεστοῦντας· ὃς πρότερον μὲν ἐκ τῶν ποιμνίων τῶν προβάτων ἤγειρεν ἄρχοντα τῷ λαῷ αὐτοῦ· καὶ τὸν Ἀμὼς ἐκ τοῦ αἰπολίου ἐνδυναμώσας διὰ τοῦ Πνεύματος, ὕψωσεν εἰς προφήτην· νῦν δὲ ἄνδρα ἐκ τῆς βασιλευούσης πόλεως, ἀρχὴν ὅλου ἔθνους πεπιστευμένον, ὑψηλὸν τῷ φρονήματι, γένους λαμπρότητι, περιφανείᾳ βίου, λόγων δυνάμει, πᾶσι τοῖς (57) κατὰ τὸν βίον περιβλεπτον, εἵλκυσεν εἰς τὴν τῶν ποιμνίων τοῦ Χριστοῦ ἐπιμέλειαν. Ὃς, πάντα ῥίψας τὰ τοῦ βίου πλεονεκτήματα, καὶ ἡγησάμενος αὐτὰ ζημίαν ἵνα Χριστὸν κερδήσῃ (58), τοὺς οἴακας δέξασθαι ἐπετράπη τῆς μεγάλης καὶ περιβοήτου νηὸς ἐπὶ τῇ εἰς Θεὸν πίστει, τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησίας. Ἄγε τοίνυν, ὦ Θεοῦ ἄνθρωπε, ἐπειδὴ οὐ παρ' ἀνθρώπων παρέλαβες ἢ ἐδιδάχθης τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' αὐτός σε ὁ Κύριος ἀπὸ τῶν κριτῶν τῆς γῆς ἐπὶ τὴν καθέδραν (59) τῶν ἀποστόλων μετέθηκεν,

1. Magna semper et multa Domini nostri dona, nec eorum magnitudinem metiri, aut multitudinem fas est numerare. Unum autem ex maximis donis, illud etiam est his qui non sine sensu beneficia suscipiunt, quod nunc longissime nobis locorum intervallo distantibus dedit inter nos conjungi per litterarum allocutionem. Ac cognoscendi quidem modum duplicem nobis impertivit : unum per congressum, alterum vero per litterarum colloquium. Quoniam igitur cognovimus te ex his quæ locutus es : cognovimus autem, non corporis figuram memoriæ nostræ imprimentes, sed hominis interni pulchritudinem ex sermonum varietate perspicientes, siquidem unusquisque nostrum ex abundantia cordis loquitur[69]; glorificavimus Deum nostrum qui singulis ætatibus eligit eos qui ipsi placent, ac prius quidem ex ovium grege suscitavit principem populo suo, et Amos ex caprili corroboratum a Spiritu in prophetam evexit; nunc autem virum ex regia urbe, gentis totius rectorem, **288** animo sublimem, generis claritate, opum splendore, dicendi facultate omnibus in sæculo degentibus conspicuum, ad gregis Christi curam pertraxit. Qui projiciens omnia sæculi ornamenta, eaque damnum existimans ut Christum lucrifaciat, commissa gubernacula suscepit magnæ et ob fidem in Deum celeberrimæ navis, Christi Ecclesiæ. Age igitur, o homo Dei, quandoquidem non ab hominibus accepisti aut edoctus es Evangelium Christi, sed ipse te Dominus ex terræ judicibus ad cathedram apostolorum transtulit : certa bonum certamen : infirmitates populi cura, si quem forte Arianæ insaniæ labes attigit : renova vetera Patrum

[69] Matth. XII, 34.

(53) Ἀγγέλλουσα ἡμῖν. Duo vetustissimi codices Coisl. et Med. ἀγγέλλουσα ὑμᾶς.

(54) Κατὰ λόγον. Mallet Combefisius κατὰ νοῦν. Sed inutilis illius conjectura. Quemadmodum enim dicitur παράλογος συμφορά, *calamitas inopinata*, ut est apud Plutarchum initio libri *De consolatione*; cur non etiam dicatur inceptum aliquod κατὰ λόγον succedere, cum exspectationi et meritis respondet?

(55) Ἀνέλκομεν. Ita mss. sex, pro eo quod erat in editis ἕλκομεν.

(56) Ὅτι πλεῖστον. Ita mss. et antiquæ editiones. Editio Parisiensis ὅτι πλεῖον.

(57) Πᾶσι τοῖς. Ita Harl. uterque Reg. et uterque Coisl. Editi πράγμασι τοῖς. Editio Hagan. ἔργοις τοῖς, *rebus in sæculo gestis*.

(58) Κερδήσῃ. Harlæanus codex cum Mediceo κερδήσῃς, et mox ἐπετράπης. Ibidem deest δέξασθαι in utroque Regio et Coisl. secundo, quod quidem elegantius videtur abesse, nec tamen delevi, quia non omnino vitiosum est et in aliis antiquioribus codicibus legitur. Mox vitiose in utroque Regio et Coisl. secundo τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ.

XXVIII. Illud quidem mihi visum est ridiculum, vovere aliquem se a suillis carnibus abstenturum. Quamobrem dignare eos docere, ut ab ineptis votis et promissis abstineant; sed usum nihilominus indifferentem esse sine. Nulla enim Dei creatura, quæ cum gratiarum actione percipitur, rejicienda est [70]. Quare votum est ridiculum, abstinentia non necessaria.

ΚΘ'. Ἄρχοντας μέντοι ὀμνύειν, ἐπὶ τὸ κακοποιεῖν τοὺς ἀρχομένους, καὶ πάνυ θεραπεύεσθαι προσῆκε (92). Θεραπεία δὲ τούτων διττή· μία μὲν, μὴ ὀμνύειν αὐτοὺς διδάσκεσθαι προχείρως· ἑτέρα δὲ, μὴ ἐπιμένειν ἐν ταῖς πονηραῖς κρίσεσιν. Ὥστε, ὅρκῳ προληφθείς τις εἰς κακοποιίαν ἑτέρου, τὴν μὲν ἐπὶ τῇ προπετείᾳ τοῦ ὅρκου μετάνοιαν ἐπιδεικνύσθω, μὴ μέντοι προσχήματι εὐλαβείας τὴν πονηρίαν ἑαυτοῦ βεβαιούτω. Οὐδὲ γὰρ Ἡρῴδῃ συνήνεγκεν εὐορκήσαντι, ὃς, ἵνα μὴ ἐπιορκήσῃ δῆθεν, φονεὺς ἐγένετο τοῦ προφήτου. Ἅπαξ δὲ ὁ ὅρκος ἀπηγόρευται· πολλῷ δὲ δήπου εἰκὸς τὸν ἐπὶ κακῷ γινόμενον κατακεκρίσθαι. Ὥστε μεταφρονεῖν τὸν ὀμνύοντα χρὴ, οὐχὶ σπουδάζειν βεβαιοῦν ἑαυτοῦ τὸ ἀνόσιον. Ἐξέτασον γὰρ πλατύτερον τὴν ἀτοπίαν. Εἴ τις ὀμόσειεν (93) ἐνεξορύξειν τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ ἀδελφοῦ, εἰ καλὸν τὸ τοιοῦτον εἰς ἔργον ἀγαγεῖν αὐτῷ; εἴ τις φονεύσειν; εἴ τις ὅλως δι' ὅρκου ἐντολήν τινα παραβήσεσθαι; Ὤμοσα γὰρ καὶ ἔστησα, οὐχὶ τὴν ἁμαρτίαν, ἀλλὰ τοῦ φυλάξασθαι τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. Ὥσπερ δὲ τὴν ἐντολὴν ἀμεταθέτοις κρίμασι προσῆκε βεβαιοῦσθαι, οὕτω τὴν ἁμαρτίαν παντοίως καθήκει ἀκυροῦσθαι καὶ ἀφανίζεσθαι. B C

XXIX. Quod homines potestate præditi jurant, se male iis quibus præsunt facturos, illud et maxime curatum oportet. Medela autem eorum est duplex: una quidem, ut doceantur non facile jurare, altera vero, ne in malis consiliis persistant. Idcirco qui jurejurando ad alterius malefi-cium præoccupatus est, is suæ in jurando temeritatis pœnitentiam ostendat, non autem per causam pietatis improbitatem suam confirmet. Neque enim Herodi jusjurandum observasse profuit, qui videlicet, ne pejeraret, prophetam occidit [71]. Omnino quidem jusjurandum prohibitum est [72]: sed multo magis consentaneum est, ut quod ad malum interponitur, condemnetur. Quare is qui juravit, sententiam mutare debet, non id studio habere ut proprium nefas confirmet. Fac enim latius consideres absurditatem. Si quis juret effossurum se oculos fratris, an præclarum est ejusmodi jusjurandum ad opus perducere? si quis se interfecturum? si quis omnino mandatum aliquod transgressurum? Juravi enim et statui, non peccatum patrare, sed servare judicia justitiæ tuæ [73]. Quemadmodum enim præceptum immutabilibus consiliis confirmandum est, ita peccatum omnino infirmare et delere convenit.

Λ'. Περὶ τῶν ἁρπαζόντων κανόνα μὲν παλαιὸν οὐκ ἔχομεν, ἰδίαν δὲ γνώμην ἐποιησάμεθα· τρία ἔτη (94), καὶ αὐτοὺς καὶ τοὺς συναρπάζοντας αὐτοῖς ἔξω τῶν εὐχῶν γίνεσθαι. Τὸ δὲ μὴ βιαίως γινόμενον (95), ἀνεύθυνόν ἐστιν, ὅταν μὴ φθορὰ ᾖ μηδὲ κλοπὴ ἡγουμένη τοῦ πράγματος. Αὐτεξουσία δὲ ἡ χήρα, καὶ ἐπ' αὐτῇ τὸ ἀκολουθῆσαι. Ὥστε τῶν σχημάτων ἡμῖν οὐ φροντιστέον.

XXX. De iis qui rapiunt, canonem quidem antiquum non habemus, sed propriam sententiam **295** proferimus, ut et ipsi et qui una cum ipsis rapiunt, tribus annis sint extra preces. Quod autem violenter non fit, pœnæ nulli obnoxium est, si nec stuprum nec furtum rem præcesserit. Est autem vidua sui juris, et sequendi potestas penes ipsam est. Quare simulationum ac prætextuum cura nulla nobis habenda est.

[70] I Tim. IV, 4. [71] Matth. XIV, 10. [72] Matth. V, 34. [73] Psal. CXVIII, 106.

tiores mss. ἑτέροις καί, etc., *fleat coram aliis et coram Deo;* sicque legitur apud Balsamonem et Zonaram. Sed hæc desunt in omnibus aliis codicibus mss. et in concilio Trullano, ubi hic canon Basilii est inter canones concilii vicesimus sextus. Præterea repugnat ut Basilius eidem presbytero et honorem cathedræ conservet, et ad januas ecclesiæ flere præscribat.

(91) *Διδάσκειν.* Ita plerique mss. Editi διδάξαι.

(92) *Προσῆκε.* Sic legitur in omnibus mss. Editi προσήκει.

(93) *Ὀμόσειεν.* Editi ὀμόσει, et paulo post ἄγειν. Codices mss. vix ullo dissentiente habent ut in textu posuimus.

(94) *Τρία ἔτη.* Tres annos extra preces decernit, ac proinde quartus addetur inter consistentes. Nam supra, can. 22, quatuor annos decernit, ut fornicatoribus. Tres autem illos extra preces annos, inter audientes traduci existimant Zonaras et Balsamon inter substratos Aristenus. Zonaræ et Balsamonis sententia inde firmari possit, quod duo precum genera in his Basilii canonibus distinguuntur. Aliæ enim sunt fidelium, aliæ substratorum preces. Nam, can. 75, de eo qui cum sua sorore pollutus est decernit, ut postquam tres annos inter flentes traduxerit, postea alio triennio *ad solam auditionem admittatur, ac Scripturis doctrinaque auditis ejiciatur, nec dignus habeatur oratione.* Vide canones 56 et 82. Expelli a precibus idem est in canone 22, ac inter flentes amandari. Si tamen pœnæ raptoribus eædem imponantur ac fornicatoribus, ut fatetur Aristenus, non video cur quatuor anni non eodem modo in utroque peccato disponantur. Nam fornicatores per triennium excluduntur in canone 22 a precibus fidelium, ita ut primo anno inter flentes sint, secundo inter audientes, tertio inter substratos, quarto consistant cum fidelibus.

(95) *Γενόμενον.* Plures codices mss. γενόμενον. Quod autem de vidua statuit hoc loco Basilius, id clarius ipse explanat can. 53.

Digitized by Google

XXXI. Cujus vir discessit, nec comparet, ea antequam de ejus morte certior facta sit, una cum illio habitans mœchatur.

XXXII. Peccatum ad mortem peccantes clerici, de gradu dejiciuntur, a laicorum autem communione non arcentur. *Non enim vindicabis bis in idipsum*[74].

XXXIII. Mulier quæ in via peperit, et fetus sui curam non suscepit, cædis crimini subjiciatur.

XXXIV. Mulieres adulterio pollutas, et ob pietatem confitentes, aut quoquomodo convictas publicari patres nostri noluerunt, ne causam mortis præbeamus convictis; consistere autem illas sine communione jusserunt, donec impleatur tempus pœnitentiæ.

XXXV. In marito ab uxore derelicto considerandа derelictionis causa: ac si eam præter rationem secessisse constiterit, ille quidem dignus venia, hæc vero mulcta. Venia autem ei, ut Ecclesiæ communicet, dabitur.

XXXVI. Militum uxores, quæ maritis suis non comparentibus, nupserunt, rationi eidem subjiciuntur, cui et illæ, quæ ob peregrinationem maritorum, reditum non exspectavere: sed tamen res nonnullam hic veniam admittit, quod major sit mortis suspicio.

XXXVII. Qui aliena sibi ablata uxorem duxit, in prima quidem adulterii crimen sustinebit, in secunda vero reus non agetur.

XXXVIII. Puellæ, quæ præter patris sententiam secutæ sunt, fornicantur: reconciliatis autem parentibus videtur res remedium accipere; non tamen statim in communionem restituuntur, sed triennio punientur.

XXXIX. Quæ vivit cum adultero, adultera est omni tempore.

XL. Quæ præter heri sententiam se viro tradit, fornicata est; quæ vero postea matrimonio libero

ΛΑ'. Ἡ, ἀναχωρήσαντος (96) τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ἀφανοῦς ὄντος, πρὸ τοῦ πεισθῆναι περὶ τοῦ θανάτου αὐτοῦ, ἑτέρῳ συνοικήσασα μοιχᾶται.

ΛΒ'. Οἱ τὴν πρὸς θάνατον (97) ἁμαρτίαν ἁμαρτάνοντες κληρικοὶ τοῦ βαθμοῦ κατάγονται, τῆς κοινωνίας δὲ τῶν λαϊκῶν οὐκ ἐξείργονται. *Οὐ γὰρ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό.*

ΛΓ'. Ἡ γυνὴ, ἡ διὰ τῆς ὁδοῦ κυήσασα, καὶ ἀμελήσασα τοῦ κυήματος, τῷ τοῦ φόνου ἐγκλήματι ὑποκείσθω.

ΛΔ'. Τὰς μοιχευθείσας γυναῖκας καὶ ἐξαγορευούσας δι' εὐλάβειαν, ἢ ὁπωσοῦν ἐλεγχομένας, δημοσιεύειν οὐκ ἐκέλευσαν οἱ πατέρες ἡμῶν, ἵνα μὴ θανάτου αἰτίαν παράσχωμεν ἐλεγχθείσαις· ἵστασθαι δὲ αὐτὰς ἄνευ κοινωνίας προσέταξαν, μέχρι τοῦ συμπληροῦσθαι τὸν χρόνον τῆς μετανοίας.

ΛΕ'. Ἐπὶ δὲ τοῦ καταλειφθέντος ἀνδρὸς ὑπὸ τῆς γυναικὸς χρὴ σκοπεῖν τὴν αἰτίαν τῆς ἐγκαταλείψεως· κἂν φανῇ ἀλόγως ἀναχωρήσασα, ὁ μὲν συγγνώμης ἐστὶν ἄξιος, ἡ δὲ ἐπιτιμίου. Ἡ δὲ συγγνώμη τούτῳ πρὸς τὸ κοινωνεῖν τῇ Ἐκκλησίᾳ δοθήσεται.

ΛϚ'. Στρατιώτιδες, αἱ τῶν ἀνδρῶν ἀφανῶν ὄντων γαμηθεῖσαι, τῷ αὐτῷ ὑπόκεινται λόγῳ, ᾧπερ ἂν καὶ αἱ διὰ τὴν ἀποδημίαν τῶν ἀνδρῶν μὴ ἀναμείνασαι τὴν ἐπάνοδον· πλὴν ἔχει τινὰ συγγνώμην τὸ πρᾶγμα ἐνταῦθα, διὰ τὸ μᾶλλον πρὸς θάνατον εἶναι τὴν ὑπόνοιαν.

ΛΖ'. Μετὰ τὸ ἀφαιρεθῆναι τὴν ἀλλοτρίαν ὁ γαμήσας, ἐπὶ μὲν τῇ πρώτῃ μοιχείαν ἐγκληθήσεται· ἐπὶ δὲ τῇ δευτέρᾳ ἀνεύθυνος ἔσται.

ΛΗ'. Αἱ κόραι, αἱ παρὰ γνώμην πατρὸς ἀκολουθήσασαι, πορνεύουσι· διαλλαγέντων δὲ τῶν γονέων, δοκεῖ θεραπείαν λαμβάνειν τὸ γεγονός· οὐκ εὐθὺς δὲ εἰς τὴν κοινωνίαν ἀποκαθίστανται, ἀλλ' ἐπιτιμηθήσονται τρία ἔτη (98).

ΛΘ'. Ἡ τῷ μοιχῷ συζῶσα μοιχαλίς ἐστι πάντα τὸν χρόνον (99).

Μ'. Ἡ παρὰ γνώμην τοῦ δεσπότου ἀνδρὶ ἑαυτὴν ἐκδιδοῦσα (1) ἐπόρνευσεν· ἡ δὲ μετὰ ταῦτα πεπαιδ-

[74] Nah. I, 9.

(96) *Ἡ ἀναχωρήσαντος.* Synodi in Trullo nonagesimus tertius canon continet hunc canonem cum tricesimo sexto et quadragesimo sexto.

(97) *Τὴν πρὸς θάνατον.* Peccato *ad mortem* sive mortali sæpe veteres eamdem ac nos hodie adjungimus, sæpe aliam notionem subjiciunt. Sic ipse Basilius in cap. IV Isaiæ, n. 137, p. 475, peccata ad mortem vocat, quæ post acceptam cognitionem voluntarie admittuntur, ac ea opponit peccatis ignorantiæ. At in eodem Commentario, n. 166, p. 497, peccata ad mortem vocat quæcunque in infernum deducunt. Quænam ergo ad mortem peccata in hoc canone 32 intelligit? Id perspici potest ex canonibus 69 et 70. Ibi enim clericorum peccatis, quæ non gravissima quidem, sed tamen mortalia erant, et necessario confitenda, leviores pœnas inflixit, quam peccato *ad mortem* in canone 32. Videtur ergo hanc vocem paulo strictius in hoc canone 32 usurpasse, neque omnia peccata, quæcunque a Deo separant, sed graviora tantum designasse. Eodem sensu synodus Eliberitana vetat can. 32 apud presbyterum, si quis gravi lapsu in ruinam mortis inciderit, agere pœnitentiam debere, sed potius apud episcopum. Diaconus detectus in crimine mortis ante ordinationem commisso, pœnitentiæ subjicitur can. 76 ejusdem synodi.

(98) *Ἐπιτιμηθήσονται τρία ἔτη.* Zonaras, Balsamon et Aristenus hunc canonem accipiunt non de raptis virginibus, sed de iis quæ præter patris sententiam nubunt. Illis autem communionem post tres annos reddi existimant Balsamon et Zonaras. At Aristenus ait: τριετίαν ὑποπιπτέτω, *triennio substernatur.* Valde dubito an non præter tres annos substrationis alius inter consistentes præscriptus fuerit. Sic enim supra tres annos irrogat raptoribus, quibus tamen canone 22 itidem ut fornicatoribus quatuor annos imposuerat.

(99) *Πάντα τὸν χρόνον.* Sic mss. summo consensu. Sic etiam Zonaras, Balsamon et Alexius Aristenus. Editi pro his vocibus habent παντὶ τρόπῳ.

(1) *Ἐκδιδοῦσα.* Sic mss. quatuor, iique melioris notæ. Editi ἐκδοῦσα. Paulo post legitur in uno codice πεπαῤῥησιασμένη.

Digitized by Google

ρησιασμένῳ γάμῳ χρησαμένη ἐγήματο. Ὥστε ἐκεῖνο μὲν πορνεία, τοῦτο δὲ γάμος. Αἱ γὰρ συνθῆκαι τῶν ὑπεξουσίων οὐδὲν ἔχουσι βέβαιον.

ΜΑ'. Ἡ ἐν τῇ χηρείᾳ ἑαυτῆς ἐξουσίαν ἔχουσα ἀνδρὶ συνοικεῖν ἀνέγκλητος, εἰ μηδείς ἐστιν ὁ διασπῶν τὸ συνοικέσιον· τοῦ Ἀποστόλου εἰπόντος· *Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν, ᾧ θέλει, γαμηθῆναι· μόνον ἐν Κυρίῳ.*

ΜΒ'. Οἱ ἄνευ τῶν κρατούντων γάμοι πορνεῖαί εἰσιν. Οὔτε οὖν πατρὸς ζῶντος, οὔτε δεσπότου, οἱ συνιόντες ἀνεύθυνοί εἰσιν· ὡς, ἐὰν (2) ἐπινεύσωσιν οἱ κύριοι τὴν συνοίκησιν, τότε λαμβάνει τὸ τοῦ γάμου βέβαιον.

ΜΓ'. Ὁς θανάτου πληγὴν τῷ πλησίον ἔδωκε, φονεύς ἐστιν· εἴτε ἦρξε τῆς πληγῆς, εἴτε ἡμύνατο.

ΜΔ'. Ἡ διάκονος ἡ τῷ Ἕλληνι συμπορνεύσασα δεκτή ἐστιν εἰς μετάνοιαν (3), εἰς δὲ τὴν προσφορὰν δεχθήσεται τῷ ἑβδόμῳ ἔτει, δηλονότι, ἐν ἁγνείᾳ ζῶσα. Ὁ δὲ μετὰ τὴν πίστιν Ἕλλην πάλιν τῇ ἱεροσυλίᾳ προσιὼν, ἐπὶ τὸν ἔμετον ὑποστρέφει. Ἡμεῖς δὲ τῆς διακόνου τὸ σῶμα, ὡς καθιερωμένον, οὐκέτι ἐπιτρέπομεν ἐν χρήσει εἶναι σαρκικῇ.

ΜΕ'. Ἐάν τις, τὸ ὄνομα (4) λαβὼν τοῦ Χριστιανισμοῦ, ἐνυβρίζῃ τὸν Χριστὸν, οὐδὲν ὄφελος αὐτῷ ἀπὸ τῆς προσηγορίας.

ΜϚ'. Ἡ δὲ τῷ καταλειφθέντι πρὸς καιρὸν (5) παρὰ τῆς γυναικὸς κατὰ ἄγνοιαν γημαμένη, εἶτα ἀφεθεῖσα, διὰ τὸ ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτὸν τὴν προτέραν, ἐπόρνευσε μὲν, ἐν ἀγνοίᾳ δέ. Γάμου οὖν οὐκ εἰρχθήσεται. Κάλλιον δὲ, ἐὰν μείνῃ οὕτως.

ΜΖ'. Ἐγκρατῖται (6) καὶ σακκοφόροι, καὶ ἀποτακτῖται τῷ αὐτῷ (7) ὑπόκεινται λόγῳ, ᾧ καὶ Ναυα-

A **296** usa est, nupsit. Quare illud quidem fornicatio est: hoc vero matrimonium. Nam pacta eorum, qui sunt in alterius potestate, nihil habent firmi.

XLI. Quæ in viduitate habet sui potestatem, una cum viro habitare potest sine reprehensione, si nemo est qui conjugium divellat, cum Apostolus dicat: *Si mortuus sit maritus, libera est ut nubat cui velit; tantum in Domino* [78].

XLII. Matrimonia sine iis qui potestatem habent, fornicationes sunt. Neque ergo vivente patre, neque hero, qui conveniunt extra reprehensionem sunt, quemadmodum si annuant cohabitationi, quos penes hujus rei est arbitrium, tunc firmitatem conjugii accipit cohabitatio.

XLIII. Qui mortis ictum dedit proximo, est homicida, sive percutere incepit, sive ultus est.

XLIV. Diaconissa quæ cum Græco fornicata est, ad pœnitentiam admittenda est: ad oblationem vero admittetur anno septimo, si videlicet in castitate vitam agat. Græcus autem qui post fidem receptam rursus ad sacrilegium accedit, ad vomitum revertitur. Nos porro diaconissæ corpus, utpote consecratum, non amplius permittimus in usu esse carnali.

XLV. Si quis, accepto nomine Christianismi, Christum contumelia afficit, nihil ei prodest appellatio.

XLVI. Quæ viro ad tempus ab uxore derelicto insciens nupsit, ac deinde dimissa est, quod prior ad ipsum reversa sit, fornicata quidem est, sed imprudens. A matrimonio ergo non arcebitur, sed melius est si sic permaneat.

XLVII. Encratitæ, et Saccophori et Apotactitæ non subjiciuntur eidem rationi, cui et Novatiani,

[78] I Cor. VII, 39.

(2) *Ὡς ἐάν.* Codex Regius 3027 ὥστε ἐάν. Legitur in Pandectis ἕως ἄν.

(3) *Εἰς μετάνοιαν.* Hanc scripturam eruimus ex codice Regio 3027 antiquo et in membranis scripto. Eam confirmat Alexius Aristenus, qui Basilii voces hoc verbo commutat, ὑποπιπτέτω, *sit inter substratos.* Legitur in omnibus aliis codicibus mss. δεκτή ἐστιν εἰς τὴν κοινωνίαν, *recipienda est in communionem.* Sic habent Balsamon et Zonaras qui lapsam diaconissam ad communionem precum admitti existimant, eique, itidem ut clericis lapsis, non aliam quam depositionis pœnam imponi. Legitur in editionibus S. Basilii οὐ δεκτή ἐστιν, etc, *non recipienda in communionem.* Scriptura quam sequimur, præter auctoritatem codicis ms. et Aristeni, nititur etiam manifesto argumento. Nam communio apud Basilium non idem valet ac precum communio; et cum Basilius lapsæ diaconissæ Eucharistiam non concedat nisi anno septimo, quomodo videri possit eadem in illam indulgentia uti ac in clericos, quibus nihil pœnarum imponit, præter depositionem? Melius multo Alexius Aristenus duplicem pœnam huic diaconissæ irrogari observat, depositionem et pœnitentiam.

(4) *Ἐάν τις τὸ ὄνομα.* Satis apposite ad hanc sententiam Basilius in Commentario *in Isaiam* pag. 425, n. 64: *Nemo se ipse seducat,* inquit, *inanibus his verbis: tametsi peccator sum, at certe sum Christianus: non igitur incidam in gehennam, ubi idololatræ. Ipsum Christiani nomen erit mihi adjumento, etiamsi præcepta Christi violaverim.* Vide Reg. 7 Moral., pag. 240.

(5) *Πρὸς καιρόν.* Hic canon inter Trullanos est nonagesimus tertius. Diligenter autem observandum est illud, *ad tempus.* Nam si penitus ille vir dimissus et repudiatus fuisset ab uxore, mulierem illam non condemnasset S. Pater. Sic enim statuit can. 9. Sed cum matrimonium minime dissolutum censeret, quia prima uxor ad tempus tantum discesserat; secundam uxorem in fornicationis peccatum inscientem et imprudentem incidisse pronuntiat. In hac interpretatione consentiunt Balsamon, Zonaras et Aristenus.

(6) *Ἐγκρατῖται,* etc. Quemadmodum has sectas Basilius hoc loco Marcionitis, veluti quoddam germen, ascribit, ita a Theodosio Manichæis ascribuntur, *Cod. Theod.* tom. VI, p. 121. Cum enim duo principia admitterent impiæ illæ sectæ, itidem ut Marcionitæ et Manichæi, minime mirum si nunc ad illos referuntur. Saccophori in cod. Theodosiano vocantur etiam Hydroparastatæ.

(7) *Τῷ αὐτῷ.* Sanando hujus loci vulneri nec codices mss. conducunt, nec Balsamon, Zonaras et Aristenus. Quinetiam Basilium adeo lippis oculis legerunt Zonaras et Aristenus, ut Novatianos in hoc canone *Marcionistarum germen* appellari vu-

Digitized by Google

quia de illis editus canon, etsi varius; quæ autem ad istos pertinent, silentio sunt prætermissa. Nos autem una ratione tales rebaptizamus. Quod si apud vos prohibita est rebaptizatio, sicut et apud Romanos, œconomiæ **297** alicujus gratia, nostra tamen ratio vim obtineat. Quoniam enim veluti germen Marcionitarum est eorum hæresis, ut qui nuptias abhorreant, et vinum aversentur, ac dicant Dei creaturam inquinatam esse, idcirco ipsos in Ecclesiam non admittimus, nisi in nostrum baptisma fuerint baptizati. Etenim ne dicant: *In Patrem et Filium et Spiritum sanctum baptizati sumus;* qui videlicet Deum esse malorum effectorem existimant, exemplo Marcionis et reliquarum hæresum. Quamobrem, si hoc placuerit, oportet episcopos plures in unum convenire, et ita demum canonem edere, ut et is qui agit, periculo careat, et qui respondet, in dando ejusmodi quæstionibus responso auctoritatem habeat.

τιανοί, ὅτι περὶ μὲν ἐκείνων κανὼν ἐξεφωνήθη, εἰ καὶ διάφορος· τὰ δὲ κατὰ τούτους ἀποσεσιώπηται. Ἡμεῖς μέντοι ἑνὶ λόγῳ ἀναβαπτίζομεν (8) τοὺς τοιούτους. Εἰ δὲ παρ' ὑμῖν ἀπηγόρευται τὸ τοῦ ἀναβαπτισμοῦ, ὥσπερ οὖν καὶ παρὰ Ῥωμαίοις, οἰκονομίας τινὸς ἕνεκα· ἀλλ' ὁ ἡμέτερος λόγος ἰσχὺν ἐχέτω. Ὅτι ἐπειδὴ, ὥσπερ Μαρκιωνιστῶν ἐστιν ἀποβλάστημα ἡ κατ' αὐτοὺς αἵρεσις, βδελυσσομένων τὸν γάμον, καὶ ἀποστρεφομένων τὸν οἶνον, καὶ τὴν κτίσιν τοῦ Θεοῦ μεμιασμένην εἶναι λεγόντων, οὐ δεχόμεθα αὐτοὺς εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, ἐὰν μὴ βαπτισθῶσιν εἰς τὸ ἡμέτερον βάπτισμα. Μὴ γὰρ λεγέτωσαν ὅτι *Εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα ἐβαπτίσθημεν*, οἵ γε, κακῶν ποιητὴν ὑποτιθέμενοι τὸν Θεὸν, ἐφαμίλλως τῷ Μαρκίωνι καὶ ταῖς λοιπαῖς αἱρέσεσιν. Ὥστε, ἐὰν ἀρέσῃ τοῦτο, δεῖ πλείονας ἐπισκόπους ἐν ταυτῷ γενέσθαι, καὶ οὕτως ἐκθέσθαι τὸν κανόνα, ἵνα καὶ τῷ ποιήσαντι τὸ ἀκίνδυνον ᾖ, καὶ ὁ ἀποκρινόμενος τὸ ἀξιόπιστον ἔχῃ ἐν τῇ περὶ τῶν τοιούτων ἀποκρίσει.

XLVIII. Quæ a marito relicta est, mea quidem sententia, manere debet. Si enim Dominus dixit, *Si quis relinquat uxorem, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari*[76]; ex eo quod eam adulteram vocet, præclusit ei conjunctionem cum alio. Quomodo enim possit vir quidem esse reus, ut adulterii causa, mulier vero inculpata, quæ adultera a Domino ob conjunctionem cum alio appellata est?

ΜΗ'. Ἡ δὲ ἐγκαταλειφθεῖσα παρὰ τοῦ ἀνδρὸς, κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην, μένειν (9) ὀφείλει. Εἰ γὰρ ὁ Κύριος εἶπεν, ὅτι *Ἐάν τις καταλίπῃ γυναῖκα ἐκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐτὴν μοιχᾶσθαι*· ἐκ τοῦ μοιχαλίδα αὐτὴν ὀνομάσαι, ἀπέκλεισεν αὐτὴν τῆς πρὸς ἕτερον κοινωνίας. Πῶς γὰρ δύναται ὁ μὲν ἀνὴρ ὑπεύθυνος εἶναι, ὡς μοιχείας αἴτιος, ἡ δὲ γυνὴ ἀνέγκλητος εἶναι, ἡ μοιχαλὶς παρὰ τοῦ Κυρίου διὰ τὴν ποὸς ἕτεοον ἄνδοα κοινωνίαν προσαγορευθεῖσα,

XLIX. Stupra quæ per vim inferuntur, non sint accusationi obnoxia. Quare etiam serva, si vis ei a proprio hero illata sit, libera est a culpa.

ΜΘ'. Αἱ πρὸς ἀνάγκην (10) γενόμεναι φθοραὶ ἀνεύθυνοι ἔστωσαν. Ὥστε καὶ ἡ δούλη, εἰ ἐβιάσθη παρὰ τοῦ οἰκείου δεσπότου, ἀνεύθυνός ἐστιν.

L. Trigamiæ lex non est. Quare lege matrimonium tertium non contrahitur. Ac talia quidem, ut Ecclesiæ inquinamenta, habemus. Sed condemnationibus publicis non subjicimus ut soluta fornicatione magis eligenda.

Ν'. Τριγαμίας νόμος οὐκ ἔστιν. Ὥστε νόμῳ γάμος τρίτος οὐκ ἄγεται. Τὰ μέντοι τοιαῦτα ὡς ῥυπάσματα τῆς Ἐκκλησίας ὁρῶμεν· δημοσίαις δὲ καταδίκαις (11) οὐχ ὑποβάλλομεν, ὡς τῆς ἀνειμένης πορνείας αἱρετώτερα.

[76] Matth. v, 32.

tent. Luce clarius est legendum esse οὐ τῷ αὐτῷ, id quod in interpretando sum secutus. Vulgata lectio ferri non potest. Quomodo enim dicere potuisset Basilius Encratitas, Saccophoros et Apotactitas eidem subjici rationi, cui et Novatianos, quia magnum inter utrosque discrimen, ac de Novatianis canon editus fuit licet varius, de aliis vero nequaquam? Confirmatur hæc emendandi ratio ex canone primo, ubi Basilius Novatianorum baptisma ratum habet, *quoniam nonnullis Asiaticis omnino visum est, pluribus consulendi causa suscipiendum esse*: rejicit vero Encratitarum, *quoniam nihil de illis aperte dictum est.* Improbabile ergo prorsus est, quibus causis adductus fuit Basilius in canone primo, ut baptisma Novatianorum ratum haberet, Encratitarum autem rejiceret, iisdem illum adduci in canone 47, ut utrumque baptisma rejiciat.

(8) *Ἀναβαπτίζομεν.* Dicebat S. Cyprianus hæreticos non rebaptizari, sed baptizari, epist. 71 et 73. Unde Adelphius a Thasvalte in concilio Carthaginensi: *Sine causa quidam*, inquit, *falso et invidioso verbo impugnant veritatem, ut rebaptizare nos dicant, quando Ecclesia hæreticos non rebaptizet, sed baptizet*, p. 334 novæ edit. Cum Basilio consentit canon 19 Nicænus, in quo statuitur eos qui ex Paulianis ad Ecclesiam catholicam confugiunt, rebaptizari debere.

(9) *Μένειν.* Editi ἄγαμος μένειν, sed prima vox in nullo reperitur ms. codice, nec necessaria est.

(10) *Πρὸς ἀνάγκην.* Zonaras stupro per vim illato sic veniam concedi existimat, ut diaconissa, si hanc contumeliam passa sit, deponatur. Probat opinionem suam ex canone 28 Basilii et ex primo Ancyrano. Sed tamen magnum videtur esse discrimen inter diaconissam, quæ nullum prorsus peccato consensum præbuit, et presbyterum qui illegitimis nuptiis imprudens implicatus est, ut in canone 28 Basilii legitur; aut sacrificavit, et postea reluctatus est, ut refertur in canone primo Ancyrano.

(11) *Καταδίκαις.* Mirari subit cur id Basilius publice condemnari neget, quod in can. 4 ab Eucharistia quinquennium excludi decernit. Sed observandum est trigamos, etsi annis quinque ab Eucharistia removerentur, non tamen in flentium aut substratorum locum, velut in graviori peccato, amandatos fuisse. Erant enim hi duo ordines ad pœnitentiæ notam maxime insignes, ita ut sub-

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Σ'.

EPISTOLA CC*.

Basilius morbis et negotiis detentus nihil Amphilochio per totam hiemem scripserat, sed oblata occasione scribit per Meletium : hortatur ut sibi solutionem e corpore precetur, et Ecclesiæ suæ, sive se vivo, sive ad Dominum translato, curam suscipiat. Meletium et Melitium ei commendat, eumque invitat ad memoriam S. Eupsychii.

Ἀμφιλοχίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰκονίου. A *Amphilochio, Iconii episcopo.*

Ἡμᾶς ἀῤῥωστίαι ἐξ ἀῤῥωστιῶν τε διαδέχονται, καὶ ἀσχολίαι ἐκκλησιαστικῶν τε ὁμοῦ πραγμάτων καὶ τῶν ταῖς Ἐκκλησίαις ἐπηρεαζόντων (12), συνέσχον παρὰ πάντα τὸν χειμῶνα, καὶ τὸν μέχρι ταύτης τῆς ἐπιστολῆς χρόνον. Διὸ οὔτε ἀποστεῖλαί τινα, οὔτε ἐπισκέψασθαι (13) τὴν εὐλάβειάν σου δυνατὸν ἡμῖν ἐγένετο. Εἰκάζομεν δὲ καὶ τὰ σὰ τοιαῦτα ἕτερα εἶναι· οὐ κατὰ τὴν ἀῤῥωστίαν λέγω, μὴ γένοιτο· παράσχοι γὰρ ὁ Κύριος ὑγείαν τῷ σώματί σου διαρκῆ πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ· ἀλλ' ὅτι ἡ μέριμνα τῶν Ἐκκλησιῶν καὶ σοὶ τὸν αὐτὸν ἐμβάλλει περισπασμόν. Καὶ νῦν ἔμελλόν τινα ἀποστέλλειν αὐτοῦ τούτου ἕνεκεν, ὥστε γνωρίσαι ἡμῖν τὰ περὶ τῆς διαθέσεώς σου. Ἐπεὶ δὲ ὁ ποθεινότατος υἱὸς Μελέτιος, παραπέμπων τοὺς νεολέκτους, ὑπέμνησεν ἡμᾶς, ὅτι εἴη σε δι' αὐτοῦ προσειπεῖν, ἐδεξάμεθα τὴν ὑπόθεσιν τῶν γραμμάτων ἄσμενοι, καὶ τῷ διακόνῳ (14) τῶν ἐπιστολῶν ἐπεδράμομεν, ἀνδρὶ ἐξαρκοῦντι καὶ ἀντ' ἐπιστολῆς εἶναι, διά τε τὸ τοῦ τρόπου φιλάληθες, καὶ διὰ τὸ μηδὲν ἀγνοεῖν τῶν καθ' ἡμᾶς. Δι' οὗ παρακαλοῦμεν τὴν εὐλάβειάν σου προηγουμένως εὔχεσθαι ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα δῷ Κύριος ἐμοὶ μὲν ἀπαλλαγὴν τοῦ φορτικοῦ τούτου σώματος, ταῖς δὲ Ἐκκλησίαις αὐτοῦ εἰρήνην, σοὶ δὲ ἡσυχίαν καὶ ἄδειαν τοῦ, ἐπειδὰν ναυῇ (15) τὰ κατὰ τὴν Λυκαονίαν ἀποστολικῶς, ὡς ὑπῆρξω, ἐπισκέπτεσθαι καὶ τὰ ὧδε, κἂν τε ἐνδημῶμεν τῇ σαρκὶ, κἂν ἀποδημῆσαι ἤδη πρὸς τὸν Κύριον ἐπιταχθῶμεν, ἵνα αὐτὸς, ὡς ἰδίων, ὅπερ οὖν καὶ ἔστιν, ἀντέχῃ τῶν καθ' ἡμᾶς τόπων, καὶ στηρίζῃς μὲν τὰ σαθρὰ, ἐπεγείρῃς δὲ τὰ νωθρὰ, πάντα δὲ τῇ χάριτι τοῦ Πνεύματος, τοῦ ὄντος ἐν σοὶ, μεταχοσμήσῃς πρὸς τὸ εὐάρεστον τῷ Κυρίῳ. Τοὺς δὲ τιμιωτάτους υἱοὺς ἡμῶν Μελέτιον καὶ Μελίτιον (16), οὓς πόῤῥωθεν οἶδας καὶ ἑαυτοῦ κρίνεις, ἔχε ἐν παρακαταθήκῃ, εὐχόμενος ὑπὲρ αὐτῶν. Αὐταρκες γὰρ

Morbi me ex morbis excipiunt, et occupationes tum ex negotiis ecclesiasticis ortæ, tum ab iis qui Ecclesiis nocent, exhibitæ, per totam hiemem et usque ad hujus epistolæ tempus detinuerunt. Quare nec quemquam mittere, nec pietatem tuam invisere, integrum nobis fuit. Conjicio autem et reliquas tuas res similiter se habere ; non quoad valetudinem dico, absit ; det enim Dominus sanitatem corpori tuo continuam ad exsequenda ipsius **298** mandata : sed quod sollicitudo Ecclesiarum te quoque simili modo districtum teneat. Et nunc eram aliquem missurus hac ipsa de causa, ut de rerum tuarum statu certior fierem. At ubi desideratissimus filius Meletius, quj milites recens collectos deducit, B copiam esse indicavit, ut te ipsius opera salutarem, libenter amplexus sum scribendi occasionem, et ad ministrum litterarum accurri, virum qui possit etiam epistolæ esse loco, tum propter animum veri amantem, tum quod nihil rerum nostrarum ignoret. Per hunc tuam pietatem adhortamur, in primis ut pro me preceris, ut concedat Dominus mihi quidem solutionem ex hoc importuno corpore, suis autem Ecclesiis pacem, tibi vero quietem et facultatem, postquam more apostolico, ut cœpisti, res Lycaoniæ composueris, etiam huc nostra invisendi, sive in carne versemur, sive jam ad Dominum migrare jussi fuerimus, ut ipse tanquam tuarum, quod sane verum est, curam suscipias nostrarum regionum : ac infirma constabilias, languida excites, C et omnia Spiritus, qui in te est, gratia in id quod Domino placitum fuerit, transmutes. Cæterum valde honorandos filios nostros Meletium et Melitium, quos jamdudum nosti, quosque tuos esse judicas, commendatos habe, ac pro ipsis precare. Hoc enim ipsis satis erit ad omnem securitatem. Quare et

stratorum locus proprie vocetur *pœnitentia* can. 22, ubi Basilius jubet raptores primo anno *flere*, secundo *ad auditionem admitti*, tertio *ad pœnitentiam*. At obscurior erat inter consistentes pœnitentia ; mulierum adulterarum vita in periculum non veniebat, si in hoc ordine pœnitentiam agerent : nec usura et alia ejusmodi peccata, quæ inter consistentes expiata fuerant, aditum ad sacerdotium, Basilii judicio, præcludebant. Non immerito ergo Basilius publice trigamos condemnari negat, quos D can. 4 non inter flentes aut substratos rejecerat, sed duobus aut tribus annis audire, ac postea jusserat consistere. Vide canonem 80, ubi de trigamis longe severius statuit. Balsamon et Zonaras trigamiam publice non condemnari idem esse putant ac non dissolvi ; sed veriorem, mea quidem sententia, Aristenus hanc causam affert, quod cum flentibus non collocarentur.

(12) *Ἐπηρεαζόντων*. Eadem utitur excusatione in epist. 203 ad episcopos maritimos, ubi sua cum iis, qui doctrinam veritatis impugnant, certamina commemorat. Videtur autem in utraque epistola non solum exhibita ab hæreticis nunquam quiescentibus negotia indicare, sed etiam operam quam in scribendo ad eos refellendos libro *De Spiritu sancto* impendebat.

(13) *Ἐπισκέψασθαι*. Hunc locum corruperunt qui in editis post hanc vocem addiderunt τινὰ πρὸς τήν. Hæc enim desunt in novem mss.

(14) *Τῷ διακόνῳ*. Dubitat Tillemontius utrum litterarum minister intelligi debeat is qui fert litteras, an qui scribit. At liquet Meletium hic designari, eumque non alio quam perferendæ Basilii epistolæ munere perfunctum. Præterea διάκονος, sive minister litterarum, apud Basilium dici solet is qui eas perfert, ut perspici potest ex pluribus locis, quæ longum sit annumerare.

(15) *Διαθῇ*. Multi codices non tamen antiquissimi διαθῆς. Iidem infra μετακομίσῃς πρὸς τό

(16) *Καὶ Μελίτιον*. Legitur Μελέτιον καὶ Μελίτιον in omnibus fere melioris notæ codicibus, Harl., Med., Coisl. utroque et uno ex Regiis. Ibidem nonnulli veteres libri ἔχε ἐν παραθήκῃ.

* Alias CCCXCVII, scripta anno 375.

Digitized by Google

eos qui una cum tua sanctitate sunt, et clerum omnem, populumque qui a te pascitur, et religiosissimos fratres nostros ac comministros dignare nostro nomine salutare. Memoriæ beatissimi martyris Eupsychii memineris, nec exspectes ut moneam te iterum : neque des operam ut ad ipsum præstitutum diem accedas : sed ut hunc prævenias, nosque exhilares, si modo adhuc in terra versemur. Interim valens in Domino, ac pro nobis orans, serveris nobis et Dei Ecclesiis sancti gratia.

A αὐτοῖς τοῦτο πρὸς πᾶσαν ἀσφάλειαν. Ὥστε καὶ τοὺς συνόντας τῇ ὁσιότητί σου, καὶ πάντα τὸν κλῆρον, καὶ τὸν λαὸν τὸν ὑπὸ σοῦ ποιμαινόμενον, καὶ τοὺς θεοφιλεστάτους ἀδελφοὺς ἡμῶν (17) καὶ συλλειτουργοὺς προσειπεῖν παρ' ἡμῶν καταξίωσον. Τῆς μνήμης τοῦ μακαριωτάτου μάρτυρος Εὐψυχίου μέμνησο, καὶ μὴ ἀναμείνῃς δευτέραν ὑπόμνησιν, μηδὲ ἐμπρόθεσμον σπουδάσῃς ποιήσασθαι τὴν ἀπάντησιν, ἀλλὰ προλαβεῖν καὶ εὐφρᾶναι ἡμᾶς, ἐὰν ἄρα ἔτι ὦμεν ἐπὶ τῆς γῆς. Ἕως τότε ἐρρωμένος ἐν Κυρίῳ, ὑπερευχόμενος (18) ἡμῶν, διαφυλαχθείης ἡμῖν καὶ ταῖς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις χάριτι τοῦ ἁγίου.

EPISTOLA CCI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΑ'.

Pluribus de causis congredi cum Amphilochio cupiebat Basilius ; sed cum utrumque morbus delinuisset, veniam petit Basilius ac vicissim concedit.

Amphilochio, Iconii episcopo

B *Ἀμφιλοχίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰκονίου.*

Multis de causis cupio tecum congredi, ut et te consiliario utar de rebus quæ in manibus sunt, ac omnino ut te longo videns intervallo solatium aliquod habeam absentiæ. Sed cum eadem utrumque distinuerint, tum quæ tibi incidit infirmitas, tum mea illa vetustior ægrotatio, quæ nondum abscessit ; veniam utrique, si placet, uterque demus, ut per nosmetipsos culpam invicem dimittamus.

Πολλῶν ἕνεκεν ἐπιθυμῶ (19) συντυχεῖν σοι, ἵνα καὶ συμβούλῳ χρήσωμαι περὶ τῶν ἐν χερσὶ πραγμάτων, καὶ ὅλως, ἵνα διὰ μακροῦ θεασάμενός σε, ἔχω παραμυθίαν τινὰ τῆς ἀπολείψεως. Ἐπειδὴ δὲ τὰ αὐτὰ ἀμφοτέρους ἐπέσχεν, ἥ τε ὑμῖν συμβᾶσα ἀσθένεια, καὶ ἡ παλαιοτέρα ἡμῶν ἀῤῥωστία, μήπω ἀπολείψασα, ἀμφοτέροις δῶμεν συγγνώμην, εἰ βούλει, ἀμφότεροι· ὥστε δι' ἑαυτῶν ἀλλήλους ἀφεῖναι τοῦ ἐγκλήματος.

299 EPISTOLA CCII**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΒ'.

Basilius morbi reliquiis detentus Amphilochium rogat, ut synodus differatur in paucos dies : aut, si urgent negotia, ipse tanquam præsens numeretur.

Amphilochio, Iconii episcopo.

C *Ἀμφιλοχίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰκονίου.*

Et alias quidem pro magno ducerem cum gravitate tua congredi, sed nunc maxime, cum talis sit conveniendi causa. Sed quia reliquiæ morbi mei tales sunt, ut ne minimum quidem mihi motum permittant, quippe qui, postquam curru ad martyres usque profectus sum, rursus fere in eumdem reciderim morbum ; ideo veniam mihi a vobis dari necesse est. Quod si fieri potest ut res in paucos dies differatur, et adero vobiscum, Deo largiente, et sollicitudines partiar. Sin autem urgent negotia, peragite, Deo adjuvante, quæ in manibus sunt : me autem inter vos tanquam præsentem, et eorum, quæ præclare gerentur, socium annumerate. Sanus et in Domino lætus, et pro me orans serveris Dei Ecclesiæ, sancti gratia.

Καὶ ἄλλως μέν μοι πολλοῦ ἄξιον τὸ συντυγχανειν τῇ σεμνότητί σου, νῦν δὲ καὶ μάλιστα, ὅτε τοιοῦτόν ἐστι τὸ συνάγον ἡμᾶς πρᾶγμα. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ λείψανα τῆς ἀῤῥωστίας μου τοιαῦτα, ὡς μηδὲ τὴν βραχυτάτην μοι κίνησιν συγχωρεῖν, ὅς γε, ἵνα τὴν μέχρι τῶν μαρτύρων (20) ὁδὸν ὀχήματι πορευθῶ, πάλιν μικροῦ πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπέστρεψα νόσον, ἀνάγκη συγγνώμης τυχεῖν παρ' ὑμῶν. Κἂν μὲν ᾖ δυνατὸν ὑπερτεθῆναι τὸ πρᾶγμα ὀλίγαις ὕστερον ἡμέραις, καὶ συνέσομαι ὑμῖν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, καὶ κοινωνήσω τῶν φροντίδων. Ἐὰν δὲ ἐπείγῃ τὰ σπουδαζόμενα, πράξατε μὲν τῇ τοῦ Θεοῦ συνεργίᾳ τὰ ἐν χερσί· συναριθμήσατε δέ με ἑαυτοῖς, ὡς παρόντα, καὶ τῶν καλῶς γινομένων συνεφαπτόμενον. Ἐῤῥωμένος καὶ εὔθυμος ἐν Κυρίῳ, ὑπερευχόμενός μου, φυλαχθείης τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ χάριτι τοῦ ἁγίου.

* Alias CCII. Scripta anno 375.

** Alias CCCXCVI. Scripta anno 375.

(17) *Ἀδελφοὺς ἡμῶν.* Pro his vocibus legitur ἐπισκόπους in codice Claromontano. Revera episcopos designat Basilius ; sed hæc scriptura e margine videtur in textum irrepsisse.

(18) *Ὑπερευχόμενος.* Hanc vocem, quæ deerat in editis, reperimus in octo mss. codicibus.

(19) *Ἐπιθυμῶ.* Vat. ἐπεθύμουν.

(20) *Μέχρι τῶν μαρτύρων.* Conjicit Tillemontius Basilium curru vectum fuisse ad Memoriam S. Eupsychii. Sed non quadrant tempora. Scripta enim hæc epistola est multo ante mensem Septembrem, quo mense dies festus S. Eupsychii recolebatur. Multæ aliæ erant martyrum Memoriæ prope Cæsaream, velut S. Julittæ et S. Gordii, tom. II, p. 54 et 141. Neutrum tamen a Basilio designari puto ; quia utriusque anniversarius dies mense Januario redibat. Sed minime dubium quin plures alios habuerit Cæsarea. Nam Gregorius Nyssenus in epistola de iis qui adeunt Hierosolyma, declarat plura propemodum esse altaria in Cappadocia, quam in toto terrarum orbe, tom. III, p. 653.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΓ.

EPISTOLA CCIII.

Basilium cum episcopis maritimis congredi cupientem multa detinuere : exspectantem dum Cappadociam ab hæreticis vexatam inviserent, aut scriberent, spes fefellit. Prior itaque scribit; seque ait paratum esse accusatoribus coram eis respondere, ac sese eorum judicio committere. Sed rogat ne se indicta causa condemnent, nec aliorum communione videantur sibi non indigere, cum nihil hac cogitatione alienum magis sit ab unitate et ecclesiasticis institutis. Postulat ut vel ad se veniant, vel locum congressus indicent, nec sibi necessitatem afferant doloris, quem hactenus corde pressit, aliis Ecclesiis significandi. Hæc solus quidem scripsit, sed alibrum Cappadocum hortatu per fratrem Petrum presbyterum misit.

Τοῖς παραλιώταις ἐπισκόποις.

Maritimis episcopis

A

1. Ἐγένετό μοι πολλὴ ὁρμὴ τῆς συντυχίας ὑμῶν, καὶ ἀεί τι ἐπεγένετο (21) κώλυμα, ἐμποδίζον μου τῇ προθυμίᾳ. Ἡ γὰρ ἡ τοῦ σώματος ἀσθένεια συνεπόδισέ με (ἣν οὐκ ἀγνοεῖτε πάντως, ὅση μοί πάρεστιν ἐκ τῆς πρώτης ἡλικίας μέχρι τοῦ γήρως τούτου, συντραφεῖσά μοι, καὶ παιδεύουσά με, κατὰ τὴν δικαίαν κρίσιν τοῦ πάντα ἐν σοφίᾳ οἰκονομοῦντος Θεοῦ), ἢ αἱ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπιμέλειαι, ἢ οἱ πρὸς τοὺς ἐπανισταμένους τῷ λόγῳ τῆς ἀληθείας ἀγῶνες. Διὸ μέχρι τοῦ παρόντος ἐν θλίψει πολλῇ καὶ λύπῃ διάγω, συνειδὼς, ὅτι τὸ καθ' ὑμᾶς ἐλλέλειπταί μοι. Ἐγὼ γὰρ ἀκούσας παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῦ διὰ τοῦτο τὴν διὰ σαρκὸς ἐπιδημίαν καταδεξαμένου, ἵνα καὶ τοῖς ὑποδείγμασι τῶν πρακτέων ῥυθμίσῃ τὸν βίον ἡμῶν, καὶ διὰ τῆς ἰδίας φωνῆς ἀναγγείλῃ ἡμῖν τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, ὅτι *Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους* (22)· καὶ ὅτι ἐξιτήριον δῶρον (23) τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, μέλλων συμπληροῦν τὴν ἐν σαρκὶ οἰκονομίαν, τὴν ἑαυτοῦ εἰρήνην ὁ Κύριος κατέλιπεν εἰπών· *Εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν* (24)· οὐ δύναμαι πεῖσαι ἐμαυτὸν, ὅτι ἄνευ τῆς ἐν ἀλλήλοις ἀγάπης καὶ ἄνευ τοῦ, τὸ εἰς ἐμὲ ἧκον (25), εἰρηνεύειν πρὸς πάντας, δύναμαι ἄξιος κληθῆναι δοῦλος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πολὺν μὲν γὰρ ἀνέμεινα χρόνον, εἴποτε καὶ παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης γένηταί τις πρὸς ἡμᾶς ἐπίσκεψις. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε, ὅτι, δημοσίᾳ προκείμενοι πᾶσιν, ὥσπερ οἱ ἐν τῇ θαλάσσῃ προβεβλημένοι σκόπελοι, ἡμεῖς τὸν θυμὸν τῶν αἱρετικῶν κυμάτων ὑποδεχόμεθα, καὶ περὶ ἡμᾶς ῥηγνύμενοι (26), τὰ κατόπιν ἡμῶν οὐκ ἐπικλύζουσι. Τὸ δὲ, *ἡμεῖς*, ὅταν εἴπω, οὐκ εἰς τὴν ἀνθρωπίνην ἀναφέρω δύναμιν, ἀλλ' εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, τοῦ ἐν τῇ ἀσθενείᾳ τῶν ἀνθρώπων τὸ δυνατὸν ἑαυτοῦ δεικνύντος, καθά φησιν ὁ

1. Inerat mihi magnum desiderium vestri congressus, sed semper aliquid supervenit impedimenti, meæ obstans cupiditati. Vel enim me corporis infirmitas constrinxit (quam prorsus non ignoratis, quanta mihi adsit, a prima ætate ad hanc usque senectutem enutrita mecum, meque castigans secundum justum Dei judicium, qui omnia in sapientia moderatur), vel Ecclesiarum sollicitudines, vel cum iis, qui doctrinam veritatis impugnant, certamina. Quocirca in hunc usque diem in multa afflictione tristitiaque dego, eo quod mihi conscius sim vestra mihi deesse. Ego enim cum audiverim a Deo, qui eam ob causam carnem assumere voluit, ut et exemplis rerum agendarum B dirigeret vitam nostram, et propria voce annuntiaret nobis Evangelium regni : cum, inquam, ex eo audiverim : *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si diligatis invicem* [77], cumque extremum munus discipulis suis, suam **300** in carne dispensationem absoluturus, pacem suam Dominus reliquerit, dicens : *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis* [78] ; mihi ipse persuadere non queo, me sine mutua charitate, et nisi, quantum in me est, pacem cum omnibus habeam, dignum posse Jesu Christi servum vocari. Longo enim exspectavi tempore, an et vestra nos aliquando charitas visitaret. Non enim ignoratis, nos palam omnibus propositos, veluti scopulos in mari prominentes, furorem fluctuum hæreticorum excipere : eosque C dum circa nos franguntur, ea quæ retro nos sunt, non alluere. Illud autem, *nos*, cum dico, non ad humanas refero vires, sed ad Dei gratiam, qui in hominum imbecillitate potentiam suam declarat, quemadmodum ait propheta ex persona Domini

[77] Joan. XIII, 35. [78] Joan. XIV, 27.

(21) *Ἐπεγένετο.* Ita mss. septem. Editi ἐγένετο. Paulo post Harl. et Med. συνεπόδισέ με. Editi ἐνεπόδισέ μοι. Ibidem Vat. et Reg. primus τὴν προθυμίαν.

(22) *Ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους.* Ita tres vetustissimi codices, Harl. prima manu, Med. et Coisl. primus, qui ad marginem habet vulgatam lectionem eadem manu, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις. Habent etiam ἔχητε duo alii mss. Editi ἔχετε.

(23) *Ἐξιτήριον δῶρον.* Gregorius Nazianzenus orat. 14, p. 223, *Christus hinc discedens*, inquit, *pacem reliquit nobis*, ὥσπερ ἄλλο τι ἐξιτήριον, *veluti aliud quoddam extremum munus.* Ideo autem hoc testimonium Gregorii attuli, quia appositum videtur ad emendandum quod supra legitur in libro *De Spiritu sancto*, cap. 29, n. 73, nempe Athenogenem reliquisse hymnum discipulis suis ὥσπερ τι ἀλεξητήριον, *tanquam aliquod amuletum.* Satius videtur legere, ut in quatuor mss., ὥσπερ ἄλλο τι ἐξιτήριον.

(24) *Ὑμῖν.* Hanc vocem addidimus ex sex veteribus libris. Ibidem editi τῆς πρὸς ἀλλήλους. Quatuor mss. τῆς εἰς ἀλλήλους. Tres vetustissimi ut in textu.

(25) *Ἄνευ τοῦ, τὸ εἰς ἐμὲ ἧκον.* Emendavimus ope duorum codicum, Harl. et Med., quod prave D in aliis et editis legebatur, ἄνευ τοῦ εἰς ἐμὲ ἥκοντος. Paulo post etsi satis commode Reg. secundus et Coisl. secundus habent ἀξίως κληθῆναι, non tamen mutavimus scripturam aliorum mss. et editorum, quæ vitiosa non videtur.

(26) *Ῥηγνύμενοι.* Ita Haganoensis editio et Basileensis prima et sex mss. Editiones aliæ ῥηγνύμενα.

* Alias LXXVII. Scripta anno 375.

Digitized by Google

dicens : *An me non timebitis, qui arenam mari terminum posui* [79] ? nam omnium infirmissima ac vilissima res, arena, ingens ac grave pelagus constrinxit Omnipotens. Quoniam igitur et res nostræ sic se habent ; par erat a vestra charitate aliquos ex germanis fratribus continenter mitti, qui nos afflictos inviserent, et amicas litteras ad nos venire crebrius, quæ partim studium nostrum confirmarent, partim vero, si qua in re offendimus, corrigerent. Non enim negamus nos innumeris erratis obnoxios esse, cum homines simus et in carne vivamus.

προφήτης ἐκ προσώπου Κυρίου λέγων· *Ἐμὲ οὐ φοβηθήσεσθε, τὸν τιθέντα ἄμμον ὅριον τῇ θαλάσσῃ* ; τῷ γὰρ ἀσθενεστάτῳ πάντων (27) καὶ εὐκαταφρονήτῳ πράγματι, τῇ ψάμμῳ, τὴν μεγάλην καὶ βαρεῖαν θάλασσαν ἐπέδησεν ὁ δυνατός. Ἐπεὶ οὖν τοιοῦτόν τί ἐστι καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς, ἀκόλουθον ἦν παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης καὶ τῶν γνησίων τινὰς ἀποστέλλεσθαι συνεχῶς εἰς ἐπίσκεψιν ἡμῶν τῶν καταπονουμένων, καὶ γράμματα ἀγαπητικὰ φοιτᾷν πρὸς ἡμᾶς (28) συνεχέστερον, τοῦτο μὲν στηρίζοντα ἡμῶν τὴν προθυμίαν, τοῦτο δὲ, καὶ εἴ τι σφαλλόμεθα, ἐπανορθούμενα (29). Οὐκ ἀρνούμεθα γὰρ μυρίοις σφάλμασιν ὑποκεῖσθαι, ἄνθρωποι ὄντες καὶ ἐν σαρκὶ ζῶντες.

2. Sed quia superiori tempore, vel minus videntes quid deceret, non præstitistis quæ nobis debebantur, fratres in primis colendi, vel nonnullorum in nos calumniis præoccupati dignos non judicastis, quos ex charitate inviseretis ; ecce nunc priores scribimus : ac illata nobis crimina, profitemur paratos esse, coram vobis diluere ; modo tantum adducantur qui nobis injuriam faciunt, ut contra nos adversa fronte coram vestra pietate prodeant. Nam et nos convicti peccatum nostrum agnoscemus : et vobis postquam convicti fuerimus, venia erit apud Dominum, quod vos ex nostra peccatorum communione subtraxeritis : et qui convicerint, mercedem habebunt, ut qui occultam nostram malitiam patefecerint. Sed si antequam convincamur, nos condemnetis ; nos quidem nihil lædemur, nisi quod rei omnium nobis pretiosissimæ, charitatis vobiscum intercedentis, jacturam faciemus : vos vero et hoc idem pati, si nos non habeatis, et cum **301** Evangelio videbimini pugnare dicenti : *Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit, et cognoverit quid faciat* [80] ? Et qui in nos calumnias effundit, eorum quæ dicit argumenta non proferens, comperietur sibi ipse nomen pravum asciscere ex illegitimo verborum usu. Calumniantem enim quomodo vocare convenit, nisi ei cognomen, quod ex ipsa re profitetur, imponendo ? Neque igitur is qui nobis conviciatur, diabolus sit, sed accusator : imo vero

2. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν πρὸ τούτου χρόνον, ἢ διὰ τὸ μὴ συνιδεῖν τὸ πρέπον, παρελίπετε (30) τὰ ὀφειλόμενα ἡμῖν, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, ἢ διὰ τὸ προληφθῆναι παρά τινων εἰς τὰς καθ' ἡμῶν διαβολὰς, οὐκ ἐνομίσατε ἡμᾶς ἀξίους εἶναι ἀγαπητικῆς ἐπισκέψεως· ἰδοὺ νῦν καὶ κατάρχομεν τοῦ γράμματος αὐτοὶ, καὶ τὰς ἐπιφερομένας ἡμῖν αἰτίας ὁμολογοῦμεν ἑτοίμως ἔχειν (31) ὑφ' ὑμῶν ἀποδύσασθαι· μόνον ἐὰν καταδέχωνται οἱ ὑβρίζοντες ἡμᾶς, ἀντιπρόσωποι ἡμῖν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας καταστῆναι. Ἐλεγχθέντες μὲν γὰρ καὶ ἡμεῖς τὴν ἁμαρτίαν ἡμῶν ἐπιγνωσόμεθα· καὶ ὑμεῖς μετὰ τοὺς ἐλέγχους συγγνώμην ἔξετε παρὰ τῷ Κυρίῳ, ἐκ τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν (32) ἡμῶν κοινωνίας ἑαυτοὺς ὑποστέλλοντες· καὶ οἱ ἐλέγξαντες, μισθὸν ἕξουσιν, ὡς τὴν κεκρυμμένην ἡμῶν κακίαν δημοσιεύσαντες. Ἐὰν δὲ πρὸ τῶν ἐλέγχων καταδικάζητε ἡμᾶς, ἡμεῖς μὲν οὐδὲν ἐσόμεθα ἠδικημένοι, ἐκτὸς τοῦ ζημιωθῆναι τὸ πάντων ἡμῖν τιμιώτατον κτῆμα τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀγάπην (33). Ὑμεῖς δὲ, καὶ τοῦτο αὐτὸ πείσεσθαι (34) ἡμᾶς οὐκ ἔχοντες, καὶ τῷ Εὐαγγελίῳ δόξετε μάχεσθαι τῷ εἰπόντι· *Μὴ ὁ νόμος ἡμῶν κρίνει τὸν ἄνθρωπον, ἐὰν μὴ ἀκούσῃ πρῶτον, καὶ γνῷ τί ποιεῖ* ; Ὁ δὲ καταχέων ἡμῶν τὰς λοιδορίας, τὸν δὲ τῶν λεγομένων ἔλεγχον μὴ ἐπάγων, φανήσεται πονηρὰν ἑαυτῷ προσηγορίαν ἐπενεγκὼν, ἐκ τῆς ἀτόπου τῶν λόγων χρήσεως. Τὸν γὰρ διαβάλλοντα πῶς ἄλλως προσῆκεν ὀνομάζειν, ἢ οὐχὶ ἣν ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐπιτηδεύει προσηγορίαν αὐτῷ τιθεμένους ; Μήτε οὖν ὁ λοιδορῶν

[79] Jer. v, 22. [80] Joan. vii, 51.

(27) *Πάντων*. Deest in Vat. et duobus aliis. Paulo post editi τοιοῦτό τι. Uterque Coisl. et Harl. et uterque Reg. ut in textu.

(28) *Πρὸς ἡμᾶς*. Editi addunt ἐπιτρέψασθαι. Duo mss. ἐπιτρέψατε. Sed multo commodius hoc verbum deest in Harlæano, Medicæo et duobus aliis.

(29) *Ἐπανορθούμενα*. Ita Harl., Med. et Coisl. primus. Editi διορθούμενα.

(30) *Παρελίπετε*. Sic Harl. et Coisl. primus cum tribus aliis. Editi παραλείπεται. Ibidem Coisl. primus et alii nonnulli τὰ ὀφειλόμενα ὑμῖν. Sed præferenda videtur aliorum mss. et editorum scriptura.

(31) *Ἔχειν*. Ita mss. octo. Editi ἔχοντες. Ibidem editi μόνως ἐάν. Harl., Coisl. primus et alii nonnulli ut in textu.

(32) *Τῶν ἁμαρτωλῶν*. Harl. τῶν ἁμαρτιῶν.

(33) *Τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀγάπην*. Combefisius pronuntiat *plane legendum* πρὸς ἡμᾶς. Sed nihil prorsus mutandum. His enim verbis, τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀγάπην, designat Basilius charitatem sibi cum maritimis episcopis intercedentem. Simili sensu legimus in epist. 245, τὴν πρὸς σὲ ἀγάπην, *amicitiam mihi tecum intercedentem*. Unde etiam illud Plutarchi in libro Περὶ πολυφιλίας, Τὸ σφόδρα φιλεῖν καὶ φιλεῖσθαι πρὸς πολλοὺς οὐκ ἔστιν, *vehementer diligere ac diligi inter multos non contingit*.

(34) *Πείσεσθαι*. Sic cum Harl., Vat. et Coisl. primo legimus, referendo ad verbum quod sequitur, nempe δόξετε. Editi πείσεσθε. Paulo post Med. et Coisl. primus ὁ νόμος ὑμῶν. Legitur ἡμῶν in Harlæano codice. Quatuor alii mss. ὁ νόμος κοίνει.

Digitized by Google

ἡμᾶς διάβολος ἔστω, ἀλλὰ κατήγορος· μᾶλλον δὲ μηδὲ τὸ τοῦ κατηγόρου δεχέσθω ὄνομα, ἀλλ' ἀδελφὸς ἔστω ἐν ἀγάπῃ νουθετῶν, καὶ ἐπὶ διορθώσει ἐπάγων τὸν ἔλεγχον· μήτε ὑμεῖς λοιδοριῶν γένησθε (35) ἀκροαταὶ, ἀλλ' ἐλέγχων δοκιμασταί· μήτε ἡμεῖς ἀνιάτρευτοι καταλειφθῶμεν, μὴ φανερουμένης ἡμῖν τῆς ἁμαρτίας ἡμῶν.

A neque accusatoris accipiat nomen, sed frater sit admonens in charitate, et ad emendationem arguens ; neque vos conviciorum auditores sitis, sed argumentorum judices : neque nos incurati relinquamur, nostro nobis non indicato delicto.

3. Μὴ γὰρ ἐκεῖνος ὑμᾶς ὁ λογισμὸς κατεχέτω, ὅτι οἱ τὴν παραλίαν οἰκοῦντες ἔξω ἐσμὲν τοῦ πάθους τῶν πολλῶν, καὶ οὐδὲν τῆς παρ' ἑτέρων ἐπικουρίας δεόμεθα· ὥστε τίς ἡμῖν χρεία τῆς πρὸς ἑτέρους κοινωνίας; Ὁ γὰρ Κύριος τὰς μὲν νήσους τῆς (36) ἠπείρου διὰ θαλάσσης διέστησε, τοὺς δὲ νησιώτας τοῖς ἠπειρώταις διὰ τῆς ἀγάπης συνέδησεν. Οὐδὲν ἡμᾶς χωρίζει ἀπ' ἀλλήλων, ἀδελφοὶ, ἐὰν μὴ τῇ προαιρέσει τὸν χωρισμὸν ὑποστῶμεν. Εἷς ἡμῶν Κύριος, μία πίστις, ἐλπὶς ἡ αὐτή. Εἴτε κεφαλὴν ἑαυτοὺς τῆς καθόλου Ἐκκλησίας λογίζεσθε, οὐ δύναται ἡ κεφαλὴ εἰπεῖν τοῖς ποσὶ, Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχω· εἴτε καὶ ἐν ἄλλῃ τάξει τῶν ἐκκλησιαστικῶν μελῶν ἑαυτοὺς τάσσετε, οὐ δύνασθε λέγειν τοῖς ἐν τῷ αὐτῷ σώματι κατατεταγμένοις (37) ἡμῖν τὸ, Χρείαν ὑμῶν οὐκ ἔχομεν. Αἵ τε γὰρ χεῖρες ἀλλήλων δέονται, καὶ οἱ πόδες ἀλλήλους στηρίζουσι, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐν τῇ συμφωνίᾳ τὸ ἐναργὲς τῆς καταλήψεως ἔχουσιν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ὁμολογοῦμεν τὸ ἑαυτῶν ἀσθενές· καὶ ἐπιζητοῦμεν τὴν σύμπνοιαν ὑμῶν. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι, κἂν μὴ παρῆτε τῷ σώματι, τῇ διὰ τῶν εὐχῶν βοηθείᾳ μέγα παρέξετε ἡμῖν ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις καιροῖς ὄφελος. Ὑμᾶς δὲ οὐκ ἔστιν οὔτε παρὰ ἀνθρώποις εὐπρεπὲς, οὔτε τῷ Θεῷ εὐάρεστον ταῖς τοιαύταις κεχρῆσθαι φωναῖς, αἷς οὐδὲ τὰ ἔθνη κέχρηνται τὰ μὴ εἰδότα τὸν Θεόν. Ἀλλὰ κἀκεῖνα ἀκούομεν, κἂν εἰς πάντα αὐτάρκη τὴν χώραν νέμωνται, τῆς γοῦν τῶν μελλόντων ἕνεκεν ἀδηλίας τὴν πρὸς ἀλλήλους συμμαχίαν ἀσπάζεσθαι, καὶ τὴν ἐπιμιξίαν ὡς ἔχουσάν τι κέρδος μεταδιώκειν. Ἡμεῖς δὲ, ἐκείνων ὄντες τῶν πατέρων, οἳ ἐνομοθέτησαν διὰ μικρῶν χαρακτήρων τὰ τῆς κοινωνίας (38) σύμβολα ἀπὸ περάτων τῆς γῆς εἰς πέρατα περιφέρεσθαι, καὶ πάντας πᾶσι πολίτας καὶ οἰκείους εἶναι, νῦν ἀποτέμνομεν ἑαυτοὺς τῆς οἰκουμένης, καὶ οὔτε ἐπαισχυνόμεθα τῇ μονώσει, οὔτε ζημίαν φέρειν τὸν διασπασμὸν τῆς ὁμονοίας τιθέμεθα· οὔτε φρίσσομεν, ὅτι εἰς ἡμᾶς φθάνει ἡ φοβερὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν προφητεία, εἰπόντος, ὅτι *Διὰ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν.*

3. Non enim vos illa cogitatio detineat : Nos qui maritima loca incolimus, extra multorum malum sumus, nec aliorum indigemus auxilio : quamobrem quid nobis opus est cum aliis communio? Dominus enim insulas quidem a continente per mare divisit : insularum vero incolas per charitatem cum incolis continentis junxit. Nihil nos ab invicem, fratres, separat, nisi animi proposito B dissociemur. Unus nobis est Dominus, una fides [81], spes eadem. Sive caput vosipsos universæ Ecclesiæ existimatis, non potest caput dicere pedibus : Non est mihi opus vobis. Sive vos in alio membrorum ecclesiasticorum ordine reponitis, nobis in eodem corpore constitutis non potestis dicere : Vestri non indigemus [82]. Nam et manus altera alterius eget, et pes alter alterum firmat, et oculi per concordiam clare ac perspicue vident. Nos enim nostram ipsorum imbecillitatem confitemur, ac conspirationem vestram exposcimus. Novimus enim fore, ut etiamsi corpore non adsitis, precum subsidio non parum nobis emolumenti, temporibus maxime necessariis, afferatis. Vos autem nec coram hominibus decorum est, nec Deo placitum C ejusmodi uti vocibus, quibus ne gentes quidem utuntur, quæ Deum ignorant. Quin et illas audimus, etiamsi omnibus abundantem regionem incolant, saltem ob incertum futurorum eventum, fœdus inter se libenter inire, ac commercium tanquam alicui rei utile persequi. Nos autem ex illis orti patribus, qui legem tulerunt, ut brevibus notis communionis signa a terminis orbis terrarum usque ad terminos circumferrentur, atque omnes omnibus cives et propinqui essent : nunc nos ipsi abscindimus ab orbe terrarum, nec nos pudet solitudinis : nec damnum ferre distractionem concordiæ ducimus : neque horremus, quod ad nos pervenerit formidanda prophetia Domini nostri, D qui dixit : *Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet charitas multorum* [83].

4. Μὴ ταῦτα, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι, μὴ ἀνάσχησθε τοῦτο (39), ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς παρελθοῦσι παρακαλέσατε ἡμᾶς γράμμασιν εἰρηνικοῖς καὶ ἀγαπητικαῖς προσφωνήσεσιν, οἵονεὶ πραεία τινὶ ἐπαφῇ τὸ τῆς καρδίας ἡμῶν ἕλκος, ὃ ἐκ τῆς παρελθούσης ἀμελείας ἐνεποιήσατε ἡμῖν, παραμυθούμενοι. Καὶ εἴτε αὐτοὶ

4. Nolite, fratres reverendissimi, nolite hoc ferre, sed nos potius de præteritis consolemini, pacificis litteris et amicis salutationibus, veluti **302** leni quodam contactu, pectoris nostri vulnus, quod nobis per præteritam incuriam fecistis, demulcentes. Ac sive ipsi vultis ad nos accedere,

[81] Ephes. IV, 5. [82] I Cor. XII, 14-21. [83] Matth. XXIV, 12.

(35) *Γένησθε*. Harl. et Med. γίνεσθε.

(36) *Τὰς μὲν νήσους τῆς*. Ita sex mss. Editi τὰς νήσους μὲν ἀπὸ τῆς.

(37) *Κατατεταγμένοις*. Ita mss. septem. Editi τεταγμένοις. Ibidem Harl. et Med. οὐκ ἔχω.

(38) *Κοινωνίας*. Ita Harl., Med. et Coisl. primus, qui tamen habet in margine ἐπιμιξίας, ut editi.

(39) *Τοῦτο*. Hanc vocem apposuimus ex mss. septem, pro eo quod erat in editis ταῦτα. Deest primum ταῦτα in duobus codicibus non antiquissimis, nempe Regio primo et Coisl. secundo.

Digitized by Google

et per vos ipsi morbos nostros perscrutari, utrum A vere tales sint, quales auditis, an ex mendacii additamentis graviora vobis peccata nostra nuntientur, etiam id fiat. Parati sumus supinis manibus advenientes vos excipere, nosque ipsi ad diligens examen offerre; tantummodo iis quæ fient, præcat charitas. Sive vultis apud vos aliquem locum designare, in quo et debitum vobis visitationis officium persolvamus; et nos ipsi, quantum fieri potest, probandos exhibeamus, ut et præterita sanentur, et deinceps nullus calumniæ locus relinquatur; et hoc fiat. Omnino enim, quanquam infirmam circumferimus carnem, tamen quandiu respirabimus, nihil debemus eorum omittere, quæ ad ædificationem Ecclesiarum Christi pertinent. Itaque hanc nostram obtestationem ne eludatis, B neque nos eo necessitatis adducatis, ut et aliis dolorem nostrum aperiamus. Nam hactenus, quod quidem vos non lateat, fratres, mœstitiam in nobis ipsis premimus; cum pudeat remotioribus nostris communicatoribus, vestram a nobis alienationem declarare, ne et illos affligamus, et gaudium his qui nos oderunt, afferamus. Nunc solus hæc scripsi; sed de consilio omnium in Cappadocia fratrum misi, qui et me rogarunt ut ne quovis uterer ministro litterarum, sed idoneo viro, qui quæcunque omisimus in epistola, ne longius sermo protraheretur, sua ipsius prudentia, quam ex Dei gratia habet, expleat. Dicimus autem optatissimum nobis ac religiosissimum fratrem Petrum compresbyterum, quem et excipite in charitate, atque ad nos C cum pace dimittite, ut nobis bonorum nuntius sit.

βούλεσθε πρὸς ἡμᾶς ἀπαντῆσαι, καὶ δι' ἑαυτῶν ἐρευνῆσαι τὰ ἀῤῥωστήματα ἡμῶν, εἰ ὄντως τοιαῦτά ἐστιν οἷα ἀκούετε (40), ἢ ταῖς ἐκ τοῦ ψεύδους προσθήκαις βαρύτερα ὑμῖν ἀπαγγέλλεται τὰ ἁμαρτήματα ἡμῶν, γενέσθω καὶ τοῦτο· ἕτοιμοι ἡμεῖς ὑπτίαις χερσὶ τὴν παρουσίαν ὑμῶν ὑποδέξασθαι, καὶ προθεῖναι ἑαυτοὺς εἰς ἀκριβῆ βάσανον· μόνον ἀγάπη ἡγείσθω (41) τῶν γινομένων· εἴτε καὶ βούλεσθε παρ' ἑαυτοῖς ὑποδεῖξαί τινα τόπον, ἐν ᾧ γενόμενοι, καὶ ὑμῖν τὸ ὀφειλόμενον τῆς ἐπισκέψεως χρέος ἀποπληρώσομεν, καὶ ἑαυτῶν τὴν ἐνδεχομένην πεῖραν παρέξομεν, ὥστε καὶ τὰ προλαβόντα ἰάσασθαι, καὶ τοῦ λοιποῦ μηδεμίαν διαβολαῖς (42) χώραν καταλιπεῖν· καὶ τοῦτο γενέσθω. Πάντως γὰρ, εἰ καὶ ἀσθενῇ περιφέρομεν σάρκα, ἀλλ' ἕως ἀναπνέωμεν (43), ὑπεύθυνοί ἐσμεν μηδὲν ἐλλιμπάνειν τῶν εἰς οἰκοδομὴν τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Χριστοῦ. Μὴ οὖν παραλογίσησθε ἡμῶν τὴν παράκλησιν ταύτην, μὴ εἰς ἀνάγκην ἡμᾶς ἀγάγητε, καὶ πρὸς ἄλλους ἐξειπεῖν τὴν ὀδύνην ἡμῶν. Μέχρι γὰρ νῦν, γινώσκετε, ἀδελφοὶ, ἐν ἑαυτοῖς τὴν λύπην στέγομεν, αἰσχυνόμενοι τοῖς πόῤῥωθεν ἡμῶν κοινωνικοῖς τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀλλοτρίωσιν ὑμῶν διαγγέλλαι· ἵνα μὴ κἀκείνους θλίψωμεν, καὶ χαρὰν τοῖς μισοῦσιν ἡμᾶς ἐμποιήσωμεν. Ταῦτα μόνος ἐπέστειλα νῦν· γνώμῃ δὲ τῶν ἐν Καππαδοκίᾳ πάντων ἀδελφῶν ἔπεμψα (44), οἳ καὶ παρεκάλεσάν με, μὴ τῷ τυχόντι χρήσασθαι διακόνῳ τοῦ γράμματος, ἀλλ' ἀνδρὶ, ὃς δυνήσεται ὅσα διὰ τῆς ἐπιστολῆς παρήκαμεν, φοβούμενοι μὴ εἰς ἀμετρίαν πολλὴν τὸν λόγον ἐκβάλωμεν, ταῦτα διὰ τῆς ἑαυτοῦ συνέσεως, ἣν ἔχει ἐκ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, ἀναπληρῶσαι. Λέγομεν δὲ τὸν ποθεινότατον ἡμῖν καὶ εὐλαβέστατον ἀδελφὸν Πέτρον τὸν συμπρεσβύτερον, ὃν καὶ δέξασθε ἐν ἀγάπῃ καὶ προπέμψατε πρὸς ἡμᾶς εἰρηνικῶς, ἵνα γένηται ἡμῖν ἀγαθῶν ἄγγελος.

EPISTOLA CCIV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΔ'.

Queritur Basilius apud presbyteros Neocæsarienses, ac per eos apud totam civitatem, quod cum sibi tot ac tantæ cum illis necessitudines intercedant, absentem se condemnent et oderint, ac calumniis in vitam suam et fidem instructis aures præbeant. Declarat se non tam sua, quam illorum causa ad defensionem aggredi. Postulat ut si sanabilia sunt sua peccata, admoneatur; sin autem insanabilia, publice ab adversario prodeunte arguatur. Quod spectat ad fidem, rogat ut idoneis instructi sint præsidiis, qui de suis scriptis judicium ferent; ea tamen libenter illorum judicio committit. Fidem suam defendit et ex puerili institutione accepta ab avia Macrina; et ex perpetuo Arianæ hæresis odio, ex qua si quos redeuntes suscepit, fidem Nicænam confitentes recepit, idque comprobante beatissimo Athanasio. His addit suam cum plurimis Ecclesiis, quas recenset, communionem: unde demonstrat ab illarum Ecclesiarum communione discessuros, si a sua discedant, ac rogat ne se cogant apud has Ecclesias dolorem hactenus corde pressum depromere, sed potius meminerint antiquæ inter Ecclesiam Cæsariensem et Neocæsariensem conjunctionis.

Ad Neocæsarienses.

1. Multo tempore siluimus inter nos, fratres omni honore dignissimi nobis ac charissimi, non secus ac qui ad iram concitati **303** sunt. Quis autem ita iratus et implacabilis injuriæ auctori, ut ortam ex odio iracundiam per totam fere hominis

Τοῖς Νεοκαισαρεῦσιν (45).

1. Πολὺν χρόνον ἀπεσιωπήσαμεν πρὸς ἀλλήλους, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι ἡμῖν καὶ περιπόθητοι, ὥσπερ οἱ πρὸς ὀργὴν διαναστάντες. Καίτοι τίς οὕτω βαρύμηνις καὶ δυσδιάλλακτος τῷ λελυπηκότι, ὥστε ὅλῃ σχεδὸν ἀνθρώπου γενεᾷ τὴν ἐκ τοῦ μίσους ὀργὴν

* Alias LXXV. Scripta anno 375.

(40) *Οἷα ἀκούετε.* Ita mss. septem. Editi ἃ ἀκούετε.

(41) *Ἡγείσθω.* Ita tres vetustissimi codices. Editi προηγείσθω. Paulo post editi καὶ ἡμῖν τό. Sex mss. ut in textu. Ibidem legimus γενόμενοι et infra γενέσθω, quia sic habent plerique mss.

(42) *Διαβολαῖς.* Sic tres vetustissimi codices cum duobus aliis. Editi διαβολῆς.

(43) *Ἀναπνέωμεν.* Ita Harl. et Coisl. primus. Nonnulli alii ἀναπνέομεν. Editi ἂν πνέωμεν.

(44) *Ἔπεμψα.* Ita Harl. et Med. multo melius quam editi ἔγραψα.

(45) *Τοῖς Νεοκαισαρευσιν.* Scripta est hæc epistola presbyteris Neocæsariensibus, per quos ait infra, n. 2, se totam civitatem alloqui. Eamdem epistolam indicat in epist. 207, cum ait se antea toti scripsisse presbyterio, nec responsum accepisse.

Digitized by Google

συμπαρεκτεῖναι; Ὃ περὶ ἡμᾶς ἔστιν ἰδεῖν γινόμενον (46-47), οὐδεμιᾶς τοῦ διεζεῦχθαι δικαίας ἀφορμῆς ὑπαρχούσης, οὐκοῦν ὅσα γε ἴσμεν αὐτοί· ἀλλὰ τὸ ἐναντίον, πολλῶν καὶ μεγάλων πρὸς τὴν ἄκραν ἡμῖν φιλίαν καὶ ἕνωσιν ἐνυπαρχόντων τὸ ἐξ ἀρχῆς· ἑνὸς μὲν τοῦ μεγίστου καὶ πρώτου, τῆς ἐντολῆς τοῦ Κυρίου διαρρήδην εἰπόντος, ὅτι *Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους*· καὶ πάλιν τοῦ Ἀποστόλου σαφῶς τὸ τῆς ἀγάπης καλὸν παριστῶντος ἡμῖν, τοῦτο μὲν ἐν οἷς ἀποφαίνεται πλήρωμα νόμου εἶναι τὴν ἀγάπην, τοῦτο δὲ ὅταν προτίθηται πάντων ὁμοῦ τῶν μεγάλων τὸ τῆς ἀγάπης καλὸν, ἐν οἷς φησιν· *Ἐὰν ταῖς γλώσσαις τῶν ἀνθρώπων λαλῶ καὶ τῶν ἀγγέλων, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, γέγονα χαλκὸς ἠχῶν, ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον. Καὶ ἐὰν ἔχω προφητείαν, καὶ εἰδῶ τὰ μυστήρια πάντα, καὶ πᾶσαν τὴν γνῶσιν, καὶ ἔχω πᾶσαν τὴν πίστιν ὥστε ὄρη μεθιστᾶν* (48), *ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδέν εἰμι. Κἂν ψωμίσω πάντα τὰ ὑπάρχοντά μου, καὶ παραδῶ τὸ σῶμά μου ἵνα καυθῇ, ἀγάπην δὲ μὴ ἔχω, οὐδὲν ὠφελοῦμαι*· οὐχ ὡς δυναμένου ποτὲ τῶν ἀπηριθμημένων ἑκάστου δίχα τῆς ἀγάπης ἐνεργηθῆναι, ἀλλὰ βουλομένου τοῦ ἁγίου, ὡς αὐτὸς εἶπε, τῷ καθ' ὑπερβολὴν τρόπῳ τὴν κατὰ πάντων ὑπεροχὴν προσμαρτυρῆσαι τῇ ἐντολῇ.

2. Δεύτερον δὲ, ὅτι, εἴ τι μέγα συμβάλλεται πρὸς συνάφειαν καὶ τὸ τῶν αὐτῶν μετασχεῖν διδασκάλων, οἱ αὐτοὶ ὑμῖν τέ εἰσι καὶ ἡμῖν διδάσκαλοί τε τῶν μυστηρίων τοῦ Θεοῦ, καὶ πατέρες πνευματικοί, οἱ ἐξ ἀρχῆς τὴν Ἐκκλησίαν τὴν ὑμετέραν θεμελιώσαντες· Γρηγόριον λέγω τὸν πάνυ, καὶ ὅσοι ἐφεξῆς ἐκείνῳ τῆς παρ' ὑμῖν (49) ἐπισκοπῆς τὸν θρόνον διαδεξάμενοι, ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, ὥσπερ τινὲς ἀστέρες ἐπανατέλλοντες, κατὰ τῶν αὐτῶν ἴχνων ἐπέβησαν, ὥστε δι' ἀγνώστα καταλιπεῖν τῆς κατ' οὐρανὸν (50) πολιτείας τὰ σημεῖα τοῖς βουλομένοις. Εἰ δὲ καὶ αἱ σωματικαὶ οἰκειότητες οὐκ ἀπόβλητοι, ἀλλὰ καὶ μέγα (51) συμβαλλόμεναι πρὸς ἀρραγῆ συνάφειαν καὶ κοινωνίαν βίου· καὶ ταῦτα ἡμῖν ὑπῆρξε πρὸς ὑμᾶς τὰ δίκαια. Τίνος οὖν ἕνεκεν, ὦ σεμνοτάτη πόλεων (δι' ὑμῶν γὰρ τῇ πόλει πάσῃ διαλέγομαι), οὐ γράμμα ἦμερον (52) αὐτόθεν, οὐ φωνὴ δεξιὰ, ἀλλ' ἠνοίκται μὲν ὑμῶν τὰ ὦτα τοῖς διαβάλλειν ἐπιχειροῦσιν; ὥστε τοσοῦτον πλέον στενάζειν ὀφείλω, ὅσῳπερ ἂν

A ætatem extendat? Quod tamen videre est usu nobis evenisse : quamvis nulla sit justa disjunctionis causa, quod quidem sciamus ; sed contra, multa et magna ad summam nobis amicitiam et conjunctionem exstiterint ab initio ; unum quidem, illudque maximum et primum, Domini præceptum diserte dicentis : *In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si vos mutuo diligitis* [84]. Quod quidem charitatis bonum rursus Apostolus perspicue nobis exponit, modo quidem, cum pronuntiat complementum legis esse charitatem, modo vero, cum charitatis bonum omnibus simul magnis bonis præfert, dum ait : *Si linguis hominum loquar et angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum æs sonans, ut cymbalum tinniens. Et si habeam*

B *prophetiam, et noverim mysteria omnia, et omnem scientiam : et si habeam fidem omnem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si insumam in alimoniam omnes facultates, meas et tradam corpus meum ut comburatur, charitatem autem non habeam, nihil utilitatis capio* [85] ; non quod possint aliquando singula, quæ enumerata sunt, sine dilectione perfici : sed quod Sanctus voluerit, ut ipse dixit, adhibita hyperbolæ figura, præstantiam omnia superantem huic mandato tribuere.

2. Alterum huc accedit, quod, si quid magni affert ad conjunctionem, etiam iisdem uti magistris, iidem nobis sint ac vobis magistri mysterio-

C rum Dei, et patres spirituales, qui initio Ecclesiam vestram fundarunt : Gregorium dico summum illum virum, et quotquot post eum sedi apud vos episcopali succedentes, alius post alium, veluti stellæ quædam exorientes, iisdem vestigiis institerunt, adeo ut nemini obscura reliquerint cœlestis instituti monumenta. Quod si et corporeæ necessitudines contemnendæ non sunt, sed multum etiam ad firmam conjunctionem vitæque societatem conducunt, hæc quoque nobis jura vobiscum intercedunt. Quare ergo, o urbium ornatissima (per vos enim urbem totam alloquor), nullæ istinc mansuetæ litteræ, nulla vox optabilis, sed apertæ sunt aures vestræ, his qui calumniari conantur? unde eo plus ingemiscere debeo, quo magis video

D ad exitum perduci quod intendunt : siquidem

[84] Joan. XIII, 35. [85] I Cor. XIII, 1-3.

(46-47) *Γινόμενον*. Ita tres vetustissimi codices cum pluribus aliis. Editi γενόμενον.

(48) *Μεθιστᾶν*. Sic uterque Coisl., Harl. et Med. Editi μεθιστάνειν. Paulo post Harl. et Coisl. secundus κἂν παραδῶ. Non longe Med. et Coisl. primus μυστηρίων τοῦ Χριστοῦ.

(49) *Τῆς παρ' ὑμῖν*. Ita Coisl. primus et Harl. cum aliis nonnullis. Editi τῆς παρ' ὑμῶν.

(50) *Κατ' οὐρανόν*. Sic mss. sex pro eo quod erat in editis κατ' αὐτῶν. Ibidem editio Hagan. et Basileensis prima et septem mss. δύσγνωστα καταλειπεῖν, *obscura cœlestis instituti monumenta*. Quod erratum miror in tot codices irrepsisse. Cæterum recte emendatum est in editionibus recentioribus, quas secuti sumus.

(51) *Καὶ μέγα*. Ita sex mss. Editi καὶ μεγάλα. Paulo post editi ὑμῖν ὑπῆρξε πρὸς ἡμᾶς. Iidem mss. ut in textu.

(52) *Ἦμερον*. Quamvis hanc scripturam solus codex Reg. secundus suppeditet, eam tamen adsciscere in textum non dubitavi, tum quia illud, γράμμα ὑμέτερον, quod habent editi, idem prorsus sonat ac γράμμα αὐτόθεν, tum quia favent Harl. et uterque Coisl. in quibus legitur γράμμα ἡμέτερον. Ibidem vocula μὲν addita ex septem mss. Idem Reg. codex non multo post τοσούτῳ πλέον.

Digitized by Google

calumniæ opus auctorem manifestum habet : qui, cum ex multis malefactis notus sit, tamen hac maxime nequitia dignoscitur, ita ut nomen ei factum fuerit peccatum. Sed tamen ferte meam dicendi libertatem : utramque aurem meis sycophantis aperientes, omnia animo citra examen recipitis, nec quisquam **304** est qui mendacium a veritate secernat. Quis unquam malarum criminationum penuria laboravit, solus contendens? quis mentiens convictus, absente eo qui calumniis appetitur? quænam oratio non probabilis audientibus, si maledicus asseveret rem ita se habere, is autem cui maledicitur, nec adsit, nec contumelias audiat? Nonne et ipsa sæculi consuetudo hæc vos edocet, eum, qui æquus et communis auditor futurus est, non debere totum abduci a præoccupante, sed et defensionem exspectare ejus, qui reus agitur, ut sic ex collatione utriusque sermonis, veritas elucescat? *Justum judicium judicate* [86] : præceptum est unum ex maxime necessariis ad salutem.

3. Atque hæc dico, non oblitus verborum Apostoli, qui fugiens humana judicia, totam suam vitam illius judicii, quod decipi non potest, examini reservabat, ubi ait : *Mihi autem pro minimo est ut a vobis judicer, aut ab humano die* [87]. Sed tamen quia aures vestras falsæ criminationes præoccuparunt, ac calumniis petita est vita nostra, petita etiam nostra in Deum fides ; haud ignorans tres simul personas a calumniatore lædi : nocet enim et ei quem calumniatur, et iis quos alloquitur, et sibi ipse : de meo equidem damno tacuissem, probe sciatis, non quod vestram existimationem contemnam (quomodo enim qui, ne eam amittam, hæc scribo et nunc contendo?), sed quod videam ex tribus qui læduntur, eum qui minus lædatur, me esse. Ego enim vestri jacturam facio, vobis veritas eripitur ; et qui horum auctor est, me quidem a vobis sejungit, ipse vero se a Domino abalienat : fieri enim non potest ut quis Deo, vetita patrando, conjungatur. Vestra igitur causa magis quam mea loquor, et ut vos damno intolerabili eximam. Quod enim majus cuiquam malum accidat, quam si rem omnium pretiosissimam amittat veritatem?

4. Quid igitur dico, fratres? Non peccati expertem me esse, nec vitam meam refertam non esse innumeris delictis. Nam me ipse novi, nec cesso lacrymas ob peccata perfundere, si forte possim

μᾶλλον ἴδω τὸ σπουδαζόμενον· ἐπειδὴ τὸ τῆς διαβολῆς ἔργον φανερὸν ἔχει τὸν καθηγούμενον· ὃς, ἀπὸ πολλῶν ὑπάρχων ἀδικημάτων γνώριμος, ἀπὸ ταύτης μάλιστα τῆς πονηρίας χαρακτηρίζεται, ὥστε καὶ ὄνομα αὐτῷ γενέσθαι τὴν ἁμαρτίαν. Πλὴν ἀλλ' ὑμεῖς ἀνάσχεσθέ μου τῆς παῤῥησίας· ἀμφοτέρας τὰς ἀκοὰς τοῖς διαβάλλουσιν ἡμᾶς ἀναπετάσαντες, πάντα ἀνεξετάστως ταῖς ψυχαῖς παραδέχεσθε· καὶ οὐδεὶς ὁ τοῦ ἀληθοῦς τὸ ψεῦδος φυλοκρινῶν (53). Τίς ἠπόρησέ ποτε πονηρῶν ἐγκλημάτων μόνος ἀγωνιζόμενος; τίς ἠλέγχθη ψευδόμενος, μὴ παρόντος τοῦ συκοφαντουμένου; ποῖον ῥῆμα οὐκ ἔστι πιθανὸν τοῖς ἀκούουσιν, ἐὰν ὁ μὲν λοίδορος διατείνηται, ἢ μὴν οὕτως ἔχειν, ὁ δὲ λοιδορούμενος μήτε παρῇ, μήτε ἐπακούῃ τῶν βλασφημιῶν; Οὐδὲ αὐτὴ ἡ τοῦ βίου συνήθεια παιδεύει ὑμᾶς πρὸς ταῦτα, ὅτι δεῖ τὸν μέλλοντα ἴσον καὶ κοινὸν ἀκροατὴν γενήσεσθαι (54), μὴ ὅλον ἀπάγεσθαι παρὰ τοῦ προλαβόντος, ἀλλ' ἀναμένειν καὶ τὴν ἀπολογίαν τοῦ ἐναγομένου, ἵν' οὕτως ἐκ τῆς παραθέσεως, ἑκατέρων τῶν λόγων διαδειχθῇ ἡ ἀλήθεια; *Κρῖμα δίκαιον κρίνατε*· πρόσταγμά ἐστιν ἓν τῶν ἀναγκαιοτάτων εἰς σωτηρίαν.

5. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐκ ἐπιλελησμένος τῶν ἀποστολικῶν ῥημάτων, ὅτι, φεύγων ἐκεῖνος τὰ ἀνθρώπινα κριτήρια, ὅλον ἑαυτοῦ τὸν βίον ταῖς εὐθύναις τοῦ ἀνεξαπατήτου δικαστηρίου ἐταμιεύετο ἐν οἷς φησιν· *Ἐμοὶ δὲ εἰς ἐλάχιστόν ἐστιν ἵνα ὑφ' ὑμῶν ἀνακριθῶ, ἢ ὑπὸ ἀνθρωπίνης ἡμέρας.* Ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ προλαβοῦσαι διαβολαὶ ψευδεῖς κατέσχον ὑμῶν τὰς ἀκοὰς, καὶ διαβέβληται μὲν ἡμῶν ὁ βίος, διαβέβληται δὲ ἡ περὶ τὸν Θεὸν ἡμῶν πίστις, εἰδὼς, ὅτι τρισὶν ὁμοῦ προσώποις τὴν βλάβην προστρίβεται ὁ διαβάλλων· τόν τε γὰρ συκοφαντούμενον ἀδικεῖ, καὶ πρὸς οὓς ὁ λόγος ἐστὶν αὐτῷ, καὶ ἑαυτόν· τῆς μὲν ἐμαυτοῦ βλάβης κἂν ἀπεσιώπησα, εὖ ἴστε, οὐ καταφρονῶν τῆς παρ' ὑμῖν (55) ὑπολήψεως, (πῶς γὰρ ὅς γε, ἵνα μὴ ταύτην ζημιωθῶ, ταῦτα ἐπιστέλλω καὶ ἀγωνίζομαι νῦν;) ἀλλ' ὁρῶν, ὅτι ἐν τρισὶ τοῖς βλαπτομένοις ὁ τὰ ἐλάττονα ζημιούμενος, εἰμὶ ἐγώ. Ἐγὼ μὲν γὰρ ὑμᾶς ἀποστεροῦμαι, ὑμεῖς δὲ τὴν ἀλήθειαν ἀφαιρεῖσθε· καὶ ὁ τούτων αἴτιος ἐμὲ μὲν ὑμῶν διίστησιν, ἑαυτὸν δὲ ἀλλοτριοῖ τοῦ Κυρίου· διότι οὐκ ἔστι Θεῷ ἐκ τῶν ἀπηγορευμένων οἰκειωθῆναι. Ὑμῶν οὖν μᾶλλον ἕνεκεν ἢ ἐμαυτοῦ ποιοῦμαι τοὺς λόγους, καὶ τοῦ ὑμᾶς ἐξελέσθαι βλάβης οὐκ ἀνεκτῆς. Τί γὰρ ἂν καὶ μεῖζον πάθοι (56) κακόν τις τὸ τιμιώτατον τῶν ὄντων ζημιωθείς, τὴν ἀλήθειαν;

4. Τί οὖν φημι, ἀδελφοί; Οὐχ ὅτι ἀναμάρτητός τις ἐγὼ, οὔθ' ὅτι ὁ βίος ὁ ἐμὸς οὐχὶ πλήρης ἐστὶ μυρίων ἐλαττωμάτων· οἶδα γὰρ ἐμαυτὸν, καὶ οὐ διαλείπω γε στάζων τὸ δάκρυον ὑπὲρ τῶν ἁμαρτημά-

[86] Joan. VII, 24. [87] I Cor. IV. 3.

(53) *Φυλοκρινῶν*. Ita tres vetustissimi codices, nisi quod in Med. legitur φυλλοκρινῶν. Editi φιλοκρινῶν. Scriptura codicum mss. confirmatur ex libro *De Spiritu sancto* c. 29, p. 73, et epist. 237.

(54) *Γενήσεσθαι*. Med. et Coisl. primus γενέσθαι.

(55) *Τῆς παρ' ὑμῖν*. Ita tres vetustissimi codices et Reg. primus. Editi τῆς παρ' ὑμῶν. Mox editio 2 Paris. εἰμί. Ἐγὼ μὲν γάρ. Aliæ et mss. ut in textu.

(56) *Πάθοι*. Ita tres vetustissimi mss. et alii nonnulli. Editi πάθῃ, excepta tamen editione Hagan.

Digitized by Google

των, εἴ πως δυνηθείην ἐξιλάσασθαί μου τὸν Θεὸν, καὶ διαφυγεῖν τὴν ἀπειληθεῖσαν κόλασιν· ἀλλ' ὅτι ὁ τὰ ἡμέτερα κρίνων, εἰ μὲν καθαρὸν ἔχειν διαβεβαιοῦται τὸν ὀφθαλμὸν, καρφολογείτω ἡμῶν τὸ ὄμμα (57). Ὁμολογοῦμεν γὰρ δεῖσθαι πολλῆς τῆς ἐκ τῶν ὑγιαινόντων ἐπιμελείας· εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν εἴποι, καὶ τοσούτῳ γε πλέον οὐκ ἐρεῖ, ὅσῳπερ ἂν μᾶλλον ᾖ καθαρὸς (διότι ἴδιον τῶν τελείων τὸ μὴ ἑαυτοὺς ὑπεραίρειν· ἐπεὶ πάντως ὑπόδικοι τῇ ἀλαζονείᾳ τοῦ Φαρισαίου γενήσονται, ὃς, ἑαυτὸν δικαιῶν, κατέκρινε τὸν τελώνην), μετ' ἐμοῦ (58) ζητείτω τὸν ἰατρὸν, καὶ μὴ πρὸ καιροῦ κρινέτω, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ Κύριος, ὃς ἀποκαλύψει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. Μεμνήσθω δὲ καὶ τοῦ εἰπόντος· *Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε*· καὶ, *Μὴ καταδικάζετε, ἵνα μὴ καταδικασθῆτε*. Ὅλως δὲ, ἀδελφοὶ, εἰ μὲν ἰάσιμα ἡμῶν ἐστι τὰ πλημμελήματα, τί οὐχὶ πείθεται (59) τῷ διδασκάλῳ τῶν Ἐκκλησιῶν λέγοντι· *Ἔλεγξον, ἐπιτίμησον, παρακάλεσον*; Εἰ δὲ ἀνίατος ἡμῶν ἡ ἀνομία, τί οὐχὶ εἰς πρόσωπον ἡμῖν ἀντικαθίσταται, καὶ δημοσιεύσας ἡμῶν τὰ ἀνομήματα, ἐλευθεροῖ τῆς παρ' ἡμῶν βλάβης τὰς Ἐκκλησίας; Μὴ τοίνυν ἀνάσχησθε τῆς ὑπ' ὀδόντα λαλουμένης καθ' ἡμῶν λοιδορίας. Τοῦτο γὰρ κἂν παιδίσκη μία τῶν ἐκ μύλωνος ποιήσειε, κἂν τῶν ἀγοραίων τις μεθ' ὑπερβολῆς ἐπιδείξαιτο, οἷς ἡ γλῶσσα πρὸς πᾶσαν ἡκόνηται λοιδορίαν. Ἀλλ' εἰσὶν ἐπίσκοποι· κληθῶσιν εἰς ἀκρόασιν. Ἔστι κλῆρος κατὰ πᾶσαν τοῦ Θεοῦ παροικίαν· συναχθήτωσαν οἱ δοκιμώτατοι. Λεγέτω μετὰ παῤῥησίας ὁ βουλόμενος, ἵνα ἔλεγχος ᾖ τὸ γινόμενον, καὶ μὴ λοιδορία. Ὑπ' ὄψιν ἀγέτω τὰ λανθάνοντά μου τῆς πονηρίας· μισείτω δὲ μηδὲ τότε, ἀλλὰ νουθετείτω ὡς ἀδελφόν. Ἐλεεῖσθαί που δικαιότεροί ἐσμεν παρὰ τῶν μακαρίων ἀνδρῶν καὶ ἀναμαρτήτων οἱ ἁμαρτωλοὶ (60) ἡμεῖς μᾶλλον ἢ χαλεπαίνεσθαι.

5. Εἰ δὲ περὶ πίστιν τὸ σφάλμα, δειχθήτω ἡμῖν ἡ συγγραφή· πάλιν ἴσον καὶ κοινὸν κριτήριον καθιστάτω. Ἀναγνωσθήτω τὸ ἔγκλημα. Δοκιμασθήτω, εἰ μὴ ἀγνοίᾳ τοῦ ἐγκαλοῦντος ἔγκλημα εἶναι δοκεῖ μᾶλλον, ἢ τῇ ἑαυτοῦ φύσει κατεγνωσμένον ἐστὶ τὸ γράμμα. Πολλὰ γὰρ τῶν καλῶν οὐ δοκεῖ εἶναι τοιαῦτα τοῖς τὸ κριτήριον τῆς διανοίας οὐκ ἀκριβὲς κεκτημένοις. Ἐπεὶ καὶ τὰ ἰσοβαρῆ τῶν ὄγκων οὐκ ἴσα εἶναι δοκεῖ, ὅταν μὴ ἰσορρόπως ἔχωσι πρὸς ἀλλήλας αἱ πλάστιγγες. Καὶ τὸ μέλι ἤδη πικρόν τισι κατεφάνη, τὴν γευστικὴν αἴσθησιν ὑπὸ τοῦ πάθους διεφθαρμένοις. Ἀλλὰ καὶ ὀφθαλμὸς οὐχ ὑγιῶς ἔχων πολλὰ μὲν τῶν ὄντων οὐκ εἶδε, πολλὰ δὲ τῶν οὐκ ὄντων ὑπέθετο. Καὶ τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς τῶν λόγων δυνάμεως τὸ ἴσον ὁρῶ πολλάκις γινόμενον, ὅταν της τῶν

Deum meum placare, et supplicium intentatum effugere. Sed hoc dico: is qui nostra judicat, si purum quidem habere se oculum affirmat, festucas in nostris oculis investiget. Confitemur enim nos plurima bene valentium cura indigere. Quod si hoc non dixerit et certe tanto minus dicet, quanto purior fuerit (siquidem proprium est perfectorum sese non efferre; alioquin omnino obnoxii arrogantiæ Pharisæi essent, qui sese justificans publicanum condemnabat), mecum quærat medicum; nec ante tempus judicet, donec veniat Dominus, qui revelabit occulta tenebrarum, et deteget consilia cordium [88]. Meminerit autem et illius, qui dixit: *Nolite judicare ut non judicemini* [89]: item, *Nolite condemnare, ut non condemnemini* [90]. Omnino **305** autem, fratres, siquidem sanabilia sunt nostra delicta; cur morem non gerit doctori Ecclesiarum dicenti, *Argue, increpa, obsecra* [91]? Sin autem insanabilis nostra iniquitas, cur contra non stat adversa fronte et evulgans nostra delicta, liberat a pernicie, quam inferimus, Ecclesias? Itaque ne feratis prolatum intra dentes contra nos convicium. Id enim vel una aliqua ex pistrino ancilla fecerit; in hoc supra modum enituerit unus aliquis ex hominibus abjectissimis, quorum lingua ad omne exacuta convicium. Sed sunt episcopi: vocentur ad audiendum. Est clerus in unaquaque Dei parœcia: congregentur spectatissimi. Libere loquatur qui volet, ut quod fiet probatio sit, non convicium. Oculis subjiciatur occulta mea improbitas: oderit autem ne tunc quidem, sed admoneat ut fratrem. Æquum est ut misericordiam hominibus beatis et peccati expertibus nos peccatores moveamus, magis quam indignationem.

5. Quod si circa fidem error est, ostendatur nobis scriptum: rursus æquum et commune judicium sedeat. Legatur crimen. Expendatur an non magis accusantis ignoratione crimen esse videatur, quam scriptum sua sponte condemnandum sit. Multa enim ex his quæ præclare se habent, talia esse non videntur hominibus accuratum mentis judicium non habentibus. Nam et æqualis ponderis moles non videntur esse æquales, si lances inter se æquilibres non sint. Ipsum etiam mel nonnullis visum est amarum, quorum gustus morbo corruptus. Sed et oculus non sanus multa eorum quæ sunt non videt, et multa quæ non sunt comminiscitur. Atque etiam in judicio de scriptis ferendo idem plerumque video fieri, cum eorum,

[88] I Cor. IV, 5. [89] Matth. VII, 1. [90] Luc. VI, 37. [91] II Tim. IV, 2.

(57) *Ἡμῶν τὸ ὄμμα.* Coisl. primus et Med. habent ἡμῖν. Paulo post editi καθαρὸς αὐτός. Omnes mss. ut in textu.

(58) *Μετ' ἐμοῦ.* Sic libri veteres, pro eo quod erat in editis μήτ' ἐμοῦ. Paulo post editi κριθῆτε καὶ τοῦ. Deest articulus in omnibus mss.

(59) *Πείθεται.* Sic Med. et Harl. cum tribus aliis. Editi πείθεσθε. Confirmatur hæc scriptura, tum ex his quæ sequuntur, tum etiam ex aliis ad Neocæsarienses epistolis, in quibus Basilius odii et dissensionis causas in eorum episcopum videtur potissimum conferre. Sed ea de re uberius agemus in *Vita S. Basilii.*

(60) *Οἱ ἁμαρτωλοί.* Sic mss. sex. Editi εἰ ἁμαρτωλοί.

Digitized by Google

qui scripserunt, facultate judex inferior est. Nam iisdem fere præsidiis instructos esse oportet, et qui de scriptis judicat, et qui scribit. Nisi forte de agriculturæ operibus non potest judicare qui non est agricola; et quid dissonum consonumve in musicis modis non dignoscet musicæ non peritus: statim vero sermonum erit judex, quicunque voluerit; qui tamen nec præceptorem suum potest ostendere, nec tempus quo didicit, nec quidquam omnino majus minusve de litteris audivit. Jam vero ego novi et in Spiritus oraculis non licere cuilibet examen aggredi verborum; sed ei, qui Spiritum habet discernendi; quemadmodum docuit nos Apostolus, qui in donorum divisionibus dixit: *Huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii vero sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum: alii fides in eodem Spiritu: alii operationes virtutum: alii prophetia, alii discretiones spirituum* [59]. Quare si nostra quidem spiritualia sunt, ostendat se habere donum discretionis spiritualium, qui nostra judicare vult. Sin autem, ut ipse conviciatur, a **306** sapientia hujus mundi proficiscuntur; ostendat peritum sese mundi sapientiæ, et tunc ei suffragia judicii committemus. Nec quisquam putet hæc ad fugiendas probationes a me excogitari. Permitto enim vobis, fratres optatissimi, ut eorum, de quibus accusor, examen penes vos sit. An usque adeo tardo estis ingenio, ut omnibus patronis indigeatis ad veritatem inveniendam? Sed si per se minime controversa vobis videantur, persuadete nugatoribus, ut contentionis studium dimittant. Si vero non nihil videtur esse ambigui, interrogate nos per aliquos internuntios, qui nostra ministrare fideliter possint: aut etiam scriptas, si ita videbitur, exposcite a nobis explanationes. Omnino autem omni modo curate, ut ne ista citra examen relinquatis.

. Nostræ autem fidei quæ possit illustrior esse probatio, quam quod educati sumus sub avia beata muliere, ex vobis orta? Macrinam dico celeberrimam illam, a qua edocti sumus beatissimi Gregorii verba, quæcunque usque ad ipsam memoriæ con-

[59] I Cor. xii, 8-10.

συγγραψαμένων ἔξεως ὁ κριτὴς ἀπολιμπάνηται. Δεῖ γὰρ σχεδὸν ἐκ τῆς αὐτῆς παρασκευῆς ὡρμῆσθαι τόν τε κρίνοντα τοὺς λόγους καὶ τὸν συγγράφοντα. Ἢ τὰ μὲν γεωργίας ἔργα οὐ δυνατός (61) ἐστι κρίνειν ὅγε μὴ γεωργικὸς, καὶ τὸ ἐκμελές τε καὶ ἐμμελὲς τῶν κατὰ μουσικὴν ῥυθμῶν οὐ διαγνώσεται ὁ μὴ τὴν ἐπιστήμην ἔχων τῆς μουσικῆς· λόγων δὲ κριτὴς εὐθὺς ὁ βουλόμενος ἔσται (62), ὁ μήτε διδάσκαλον ἔχων ἑαυτοῦ δεικνύναι, οὔτε χρόνον ἐν ᾧ μεμάθηκεν, οὔτε ὅλως ἐπαΐων τι μικρὸν ἢ μεῖζον τῶν περὶ λόγους. Ἐγὼ δὲ ὁρῶ, ὅτι καὶ ἐν τοῖς λογίοις τοῦ Πνεύματος (63) οὐ παντὶ ἐξῆν ἐπιβάλλειν τῇ ἐξετάσει τῶν εἰρημένων, ἀλλὰ τῷ ἔχοντι τὸ Πνεῦμα τῆς διακρίσεως, καθὼς ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ Ἀπόστολος, ἐν ταῖς διαιρέσεσι τῶν χαρισμάτων εἰπών· *ὯΙ μὲν γὰρ διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ λόγος γνώσεως, κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα· ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι* (64)· *ἄλλῳ δὲ ἐνεργήματα δυνάμεων· ἄλλῳ προφητεία, ἄλλῳ διακρίσεις πνευμάτων.* Ὥστε εἰ μὲν πνευματικὰ τὰ ἡμέτερα, δεικνύτω ἑαυτὸν ἔχοντα τὸ χάρισμα τῆς διακρίσεως τῶν πνευματικῶν ὁ τὰ ἡμέτερα κρίνειν βουλόμενος· εἰ δὲ, ὡς αὐτὸς λοιδορεῖ, ἀπὸ τῆς σοφίας ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου, δειξάτω ἑαυτὸν ἔμπειρον τῆς σοφίας τοῦ κόσμου (65), καὶ τότε αὐτῷ τὰς ψήφους τῆς κρίσεως ἐπιτρέψομεν. Καὶ μηδεὶς οἰέσθω ταῦτα πρὸς ἀποφυγὴν τῶν ἐλέγχων ἐπινοεῖσθαι παρ' ἡμῶν. Ὑμῖν γὰρ ἐπιτρέπω, ποθεινότατοι ἀδελφοὶ, ἐφ' ἑαυτῶν ποιήσασθαι τῶν ἐγκαλουμένων ἡμῖν τὴν ἐξέτασιν. Οὕτως ἐστὲ βραδεῖς τὴν διάνοιαν, ὥστε πάντων δεῖσθαι (66) τῶν συνηγόρων πρὸς τὴν τοῦ ἀληθοῦς εὕρεσιν; Ἀλλ' ἐὰν μὲν ἀναντίῤῥητα ὑμῖν φανῇ ἐφ' ἑαυτῶν, πείσατε τοὺς ἐρεσχελοῦντας ἀφέσθαι πάσης φιλονεικίας· ἐὰν δέ τι δοκεῖ (67) καὶ ἀμφίβολον ἔχειν, ἐρωτήσατε ἡμᾶς διά τινων μεσιτῶν, δυναμένων πιστῶς διακονήσασθαι τὰ ἡμέτερα· ἢ καὶ ἐγγράφους, εἰ δοκεῖ, ἀπαιτήσατε ἡμᾶς τὰς ἀποδείξεις. Πάντως δὲ παντὶ τρόπῳ σπουδάσατε μὴ ἀνεξέταστα ταῦτα καταλιπεῖν.

6. Πίστεως δὲ τῆς ἡμετέρας τίς ἂν καὶ γένοιτο (68) ἐναργεστέρα ἀπόδειξις ἢ ὅτι τραφέντες ἡμεῖς ὑπὸ τίτθῃ μακαρίᾳ γυναικὶ, παρ' ὑμῶν ὡρμημένῃ; Μακρίναν λέγω τὴν περιβόητον, παρ' ἧς ἐδιδάχθημεν τὰ τοῦ μακαριωτάτου Γρηγορίου ῥήματα, ὅσα πρὸς

(61) *Οὐ δυνατός.* Harl. et duo alii ἀδύνατος.

(62) *Ὁ βουλόμενος ἔσται.* Ita mss. sex. Editi ἔσεται.

(63) *Λογίοις τοῦ Πνεύματος.* Ita mss. et vetustæ editiones. Basileensis secunda et Paris. habent λόγοις Πνεύματος ἁγίου.

(64) *Πνεύματι.* Addunt editi ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι. Sed hæc desunt in omnibus nostris mss.

(65) *Τοῦ κόσμου.* Editi addunt τούτου quod deest in sex nostris mss. Non difficile est ex hoc loco perspicere, episcopum illum Neocæsariensem, qui Basilio tantum molestiæ exhibuit, indoctum hominem fuisse. Atque id confirmatur ex epistola 207, n. 1, ubi eum Basilius ait lingua perstrepere, et cavillationibus suis verisimilitudinis colorem illinere non posse.

(66) *Πάντων δεῖσθαι.* Editio Basileensis secunda et Parisiensis πάντως δεῖσθαι, *ut omnino patronis indigeatis.* Etsi hæc scriptura videtur prima specie satis commode posita, tamen longe præferenda est ea quam in textum recepimus. Nititur enim auctoritate sex codicum mss., Harl., Med., Coisl. utriusque et utriusque Regii, et editionum Hagan. ac Basileensis primæ. Præterea melius conducit proposito Basilii, qui peracute declarat absurde facturos Neocæsarienses, si per se ipsi dijudicare nolint, quasi omnes patroni et ejusmodi judicium essent advocandi.

(67) *Δοκεῖ.* Sic tres vetustissimi codices. Editi δοκῇ, excepta tamen editione Haganoensi.

(68) *Καὶ γένοιτο.* Conjunctio addita ex sex mss.

Digitized by Google

αὐτὴν ἀκολουθίᾳ μνήμης διασωθέντα αὐτή τε ἐφύλασσε, καὶ ἡμᾶς ἔτι νηπίους ὄντας ἔπλαττε καὶ ἐμόρφου τοῖς τῆς εὐσεβείας δόγμασιν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτοὶ τὴν τοῦ φρονεῖν δύναμιν ἀπελάβομεν, τοῦ λόγου ἡμῖν διὰ τῆς ἡλικίας συμπληρωθέντος, πολλὴν ἐπελθόντες γῆν τε καὶ θάλασσαν, εἴ τινας εὕρομεν τῷ παραδοθέντι κανόνι τῆς εὐσεβείας στοιχοῦντας, τούτους καὶ πατέρας ἐπεγραψάμεθα, καὶ ὁδηγοὺς τῶν ψυχῶν ἡμῶν εἰς τὴν πρὸς Θεὸν πορείαν ἐποιησάμεθα. Καὶ μέχρι γε τῆς ὥρας ταύτης, χάριτι τοῦ καλέσαντος ἡμᾶς κλήσει ἁγίᾳ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπίγνωσιν, οὐδένα οἴδαμεν λόγον ἐχθρὸν τῆς ὑγιαινούσης διδασκαλίας ταῖς καρδίαις παραδεξάμενοι· οὐδὲ μολυνθέντες ποτὲ τὰς ψυχὰς τῇ δυσωνύμῳ τῶν Ἀρειανῶν βλασφημίᾳ. Ἀλλ' εἴ τινάς ποτε ὡρμημένους ἐξ ἐκείνου τοῦ διδασκάλου εἰς κοινωνίαν προσελαβόμεθα, ἐπικρυπτομένους τὴν ἐν τῷ βάθει νόσον, καὶ ῥήματα λαλοῦντας εὐσεβῆ, ἢ τοῖς γε παρ' ἡμῶν λεγομένοις μὴ ἀντιτείνοντας, οὕτω προσηκάμεθα, οὔτε πᾶσαν ἑαυτοῖς τὴν κατ' αὐτοὺς (69) κρίσιν ἐπιτρέψαντες, ἀλλὰ ταῖς προεξενεχθείσαις περὶ αὐτῶν ψήφοις παρὰ τῶν Πατέρων ἡμῶν ἀκολουθήσαντες. Ἐγὼ γὰρ δεξάμενος γράμματα (70) τοῦ μακαριωτάτου Πατρὸς Ἀθανασίου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου, ἃ καὶ ἔχω ἐν ταῖς χερσὶ, καὶ προβάλλομαι τοῖς ἐπιζητοῦσιν, ἐν οἷς φανερῶς διηγόρευσαν, εἴ τις ἐκ τῆς τῶν Ἀρειανῶν αἱρέσεως βούλοιτο μετατίθεσθαι, ὁμολογῶν τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν (71), τοῦτον προσίεσθαι, μηδὲν διακρινομένους ἐπ' αὐτῷ· καὶ τούτου τοῦ δόγματος κοινωνούς μοι παρεχομένου τούς τε τῆς Μακεδονίας καὶ τῆς Ἀχαΐας ἐπισκόπους ἅπαντας· νομίζων ἀναγκαῖον εἶναι ἀκολουθεῖν ἀνδρὶ τοσούτῳ διὰ τὸ ἀξιόπιστον τῶν νομοθετησάντων, ὁμοῦ δὲ καὶ ἐπιθυμῶν τὸν τῆς εἰρηνοποιίας μισθὸν ὑποδέξασθαι, τῇ μερίδι τῶν κοινωνικῶν.

tinatione conservata cum ipsa custodiebat, tum nos adhuc infantes fingebat et informabat pietatis dogmatibus. Postquam autem et nos sapiendi facultatem accepimus, ratione in nobis per ætatem completa, multum telluris ac pelagi peragrantes, si quos invenimus secundum traditam pietatis regulam ambulantes, eos et patrum loco habuimus, et duces animarum nostrarum, in via quæ ad Deum ducit, secuti sumus. Atque ad hanc usque horam, gratias illius, qui nos vocavit vocatione sancta ad sui cognitionem, nec sermonem ullum scimus sanæ doctrinæ inimicum in corda nostra intrasse; nec animas nostras infami Arianorum blasphemia contaminatas unquam fuisse. Sed si quos aliquando ab illo magistro profectos in communionem admisimus, morbum intimo corde occultantes, et pia verba loquentes, aut certe iis quæ a nobis dicebantur, non repugnantes, ita suscepimus; cum non omne de talibus judicium nobis ipsis permitteremus, sed sententiam, quæ prius lata de illis fuerat a Patribus nostris, sequerentur. Ego enim cum accepissem litteras beatissimi Patris Athanasii Alexandriæ episcopi, quas et in manibus habeo, et ostendo exposcentibus, in quibus clare pronuntiavit, si quis ex Arianorum hæresi voluerit transferri Nicænam fidem confitens, eum admittendum esse, nec esse in eo recipiendo hæsitandum; cumque ille mihi hujus decreti socios citasset, tum Macedoniæ, tum Achaiæ episcopos omnes; ratus **307** necesse esse tantum virum sequi ob eorum, qui legem tulerant, auctoritatem, simulque cupiens pacificationis mercedem consequi, fidem illam confitentes ascribebam numero communicatorum τοὺς ταύτην ὁμολογοῦντας τὴν πίστιν ἐγκατέτασσον

7. Δικαιότερον δὲ τὰ καθ' ἡμᾶς κρίνεσθαι μὴ ἐξ ἑνὸς ἢ δευτέρου τῶν μὴ ὀρθοποδούντων πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἀλλ' ἐκ τοῦ πλήθους τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐπισκόπων συνημμένων ἡμῖν χάριτι τοῦ Κυρίου. Ἐξετασθῶσι δὲ Πισίδαι, Λυκάονες, Ἴσαυροι, Φρύγες ἑκάτεροι, Ἀρμενίων ὅσον ὑμῖν ἐστι πρόσοικον, Μακεδόνες, Ἀχαιοὶ, Ἰλλύριοι, Γάλλοι, Ἱσπανοὶ (72), Ἰταλία σύμπασα, Σικελιῶται, Ἄφροι. Αἰγύπτου τὸ ὑγιαῖνον, τῆς Συρίας ὁπόσον λείψανον· οἵτινες πέμπουσί τε πρὸς ἡμᾶς γράμματα, καὶ πάλιν δέχονται παρ' ἡμῶν. Ὧν ἔστιν ὑμῖν ἔκ τε τῶν ἐκεῖθεν φερομένων γραμμάτων μαθεῖν καὶ ἐκ τῶν ἐντεῦθεν πάλιν ἀντιπεμπομένων αὐτοῖς διδαχθῆναι, ὅτι σύμψυχοι πάντες ἐσμὲν, τὸ ἓν φρονοῦντες. Ὥστε

7. Justius est autem res nostras judicari, non ex uno aut altero non recte in veritate ambulantibus, sed ex multitudine episcoporum, qui nobis in toto terrarum orbe per Domini gratiam conjuncti sunt. Interrogentur autem Pisidæ, Lycaones, Isauri, Phryges utrique, Armeniorum quidquid vobis est vicinum, Macedones, Achæi, Illyrii, Galli, Hispani, Italia tota, Siculi, Afri, Ægypti pars sana, quidquid est reliqui in Syria: qui et ad nos litteras mittunt, et rursus a nobis accipiunt. Ex quibus litteris, tum quæ illinc afferuntur, tum quæ rursus vice versa hinc ad ipsos mittuntur, discere vobis licet nos omnes esse unanimes, idemque sentire. Quapropter communionem nostram qui refugit,

(69) *Οὔτε... κατ' αὐτούς.* Ita mss. sex. Editi οὐ... κατὰ τοὺς τοιούτους. Ibidem Coisl. primus προσενεχθείσαις.

(70) *Γράμματα.* Editio Paris. addit παρά, sed præpositio deest in septem mss. et antiquioribus editionibus. Quod autem de Athanasii sententia testatur Basilius, id confirmatur cum ab ipso Athanasio, qui in epist. ad Rufianum non solum in Ægypto, sed etiam in Græcia, in Hispania et Gallia et ubique idem episcopis placuisse declarat; tum etiam a Liberio papa, qui in epist. 13 Ægyptios omnes et Achivos ejusdem sententiæ testes citat. Sed mirum est cur Occidentalium testimonium aut Athanasius in epistola ad Basilium prætermiserit, vel ipse Basilius hac in epistola prætermittat. Causam investigare conabimur in *Vita S. Basilii.*

(71) *Τὴν ἐν Νικαίᾳ πίστιν.* Ita mss. sex. Editi τῶν ἐν Νικαίᾳ τὴν πίστιν.

(72) *Ἱσπανοί.* Legitur Σπάνοι in codicibus Harl., Vat., Coisl. secundo et utroque Regio. Inter has provincias non recenset Basilius Ciliciam et Galatiam, quia his in regionibus grassabatur hæresis, neque etiam Asiæ diœcesim, quam Basilio valde suspectam fuisse perspicimus ex epist. 218.

Digitized by Google

sinceritas vestra noverit eum sese a tota Ecclesia separare. Circumspicite, fratres, quibuscum vobis sit communio : si eam a nobis non suscipiatis, quis jam vos agniturus est? Nos eo necessitatis ne perducatis, ut triste quidpiam de charissima nobis Ecclesia statuamus. Ne committatis, ut quæ nunc corde premo, mecum ingemiscens, et deplorans luctuosum tempus, quo citra ullam causam Ecclesiæ maximæ, et jam olim inter se fraternis animis conjunctæ, nunc dissident; ne committatis, inquam, ut hæc apud omnes simul communicatores deplorem. Ne cogatis me voces promere, quas hactenus rationis freno occultatas apud me contineo. Satius est nos e medio tolli et Ecclesias inter se consentire, quam propter pueriles nostras simultates tantum mali populis Dei inferri. Percontamini Patres vestros, et annuntiabunt vobis, parœcias, etsi locorum situ videbantur inter se divisæ, at animo unum fuisse, unoque consilio solitas gubernari. Frequentissime populus miscebatur; frequentissime e clero alii ad alios veniebant; ipsis vero pastoribus tantum inerat mutui amoris, ut uterque altero in iis, quæ ad Dominum attinent, magistro ac duce uteretur.

A ὁ τὴν πρὸς ἡμᾶς κοινωνίαν ἀποδιδράσκων μὴ λανθανέτω ὑμῶν τὴν ἀκρίβειαν, πάσης ἑαυτὸν τῆς Ἐκκλησίας ἀπορρήγνυς (73). Περιβλέψασθε (74), ἀδελφοί, πρὸς τίνας ἐστὶν ὑμῖν ἡ κοινωνία· ἐπειδὰν παρ' ἡμῶν μὴ δεχθῆτε, τίς λοιπὸν ὑμᾶς ἐπιγνώσεται; Μὴ ἀγάγητε ἡμᾶς εἰς ἀνάγκην σκυθρωπόν τι βουλεύσασθαι περὶ τῆς φιλτάτης ἡμῖν Ἐκκλησίας. Μὴ ποιήσητέ με, ἃ νῦν ἐν τῇ καρδίᾳ κρύπτω τῇ ἐμαυτοῦ, κατ' ἐμαυτὸν στενάζων καὶ ὀδυρόμενος τοῦ καιροῦ τὴν κακότητα, ὅτι, αἰτίας οὐκ οὔσης, αἱ μέγισται τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ ἐκ παλαιοῦ πρὸς ἀλλήλας ἀδελφῶν τάξιν ἐπέχουσαι (75), αὗται νῦν διεστήκασι· μή με ποιήσητε ταῦτα πρὸς πάντας ὁμοῦ τοὺς κοινωνικοὺς ἀποδύρασθαι. Μὴ ἐκβιάσησθέ με ἀφεῖναι ῥήματα, ἃ μέχρι τοῦ νῦν τῷ ἐκ τοῦ λογισμοῦ χαλινῷ B κεκρυμμένα ἔχω παρ' ἐμαυτῷ. Βέλτιόν ἐστιν ἡμᾶς ἐκ ποδῶν γενέσθαι, τὰς δὲ Ἐκκλησίας ὁμονοεῖν πρὸς ἀλλήλας, ἢ διὰ τὰς μειρακιώδεις ἡμῶν μικροψυχίας κακὸν τοσοῦτον ἐπάγεσθαι τοῖς λαοῖς τοῦ Θεοῦ. Ἐρωτήσατε τοὺς Πατέρας ὑμῶν, καὶ ἀναγγελοῦσιν ὑμῖν, ὅτι, εἰ καὶ τῇ θέσει τοῦ τόπου διηρῆσθαι ἐδόκουν αἱ παροικίαι (76), ἀλλὰ τῷ γε φρονήματι ἓν ἦσαν, καὶ μιᾷ γνώμῃ ἐκυβερνῶντο. Συνεχεῖς μὲν τοῦ λαοῦ αἱ ἐπιμιξίαι· συνεχεῖς δὲ τοῦ κλήρου ἐπιδημίαι· αὐτοῖς δὲ τοῖς ποιμεσι τοσοῦτον περιῆν τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀγάπης, ὥστε ἑκάτερον αὐτῶν διδασκάλῳ τῷ ἑτέρῳ καὶ ἡγεμόνι χρῆσθαι εἰς τὰ πρὸς Κύριον.

308 EPISTOLA CCV'.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΕ'.

Elpidium rogat, misso iterum Meletio presbytero, ut, eo agente cum episcopis maritimis, locus et tempus ad concordiam stabiliendam constituantur.

Elpidio episcopo.

Rursus dilectum et compresbyterum Meletium impulimus, ut tuæ dilectioni nostram salutationem perferat. Cui quanquam omnino statueram parcere ob infirmitatem, quam sponte sibi ipse ascivit, redigens carnem in servitutem ob Evangelium Christi; tamen cum mihi ipsi decorum esse existimans salutare te per ejusmodi viros, qui, quæcunque litteras effugerint, per se valeant supplere, et veluti loco epistolæ vivæ esse et scribenti et epistolam recipienti : tum etiam ipsius desiderium explens, quo semper tuam præstantiam prosequitur, ex quo bonorum quibus præditus es, periculum fecit; ipsum etiam nunc ut ad te proficiscatur exoravi, ac per eum et visitationis solvimus debitum, et rogamus ut pro nobis ac pro Ecclesia D

Ἐλπιδίῳ ἐπισκόπῳ.

C Πάλιν ἡμεῖς τὸν ἀγαπητὸν καὶ συμπρεσβύτερον (77) Μελέτιον ἐκινήσαμεν, ἐπὶ τὴν σὴν ἀγάπην προσηγορίας ἡμῶν διακομίζοντα. Οὗ εἰ καὶ πάνυ ἐγνώκειμεν φείδεσθαι διὰ τὴν ἀσθένειαν, ἣν ἑκουσίως ἑαυτῷ ἐπηγάγετο, δουλαγωγῶν τὴν σάρκα διὰ τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, ὅμως καὶ ἡμῖν αὐτοῖς πρέπον εἶναι κρίναντες (78) διὰ τοιούτων προσφθέγγεσθαί σε, τῶν δυναμένων ὅσα διαφεύγει τὸ γράμμα παρ' ἑαυτῶν ῥᾳδίως ἀναπληρῶσαι, καὶ οἱονεὶ ἀντ' ἐπιστολῆς ἐμψύχου γενέσθαι τῷ τε γράφοντι καὶ τῷ δεχομένῳ· καὶ τὸν αὐτοῦ δὲ πόθον ἀναπληροῦντες, ὃν ἔχει ἀεὶ περὶ τὴν σὴν τελειότητα, ἀφ' οὗ εἰς πεῖραν ἀφίκετο τῶν ἐν σοὶ καλῶν· καὶ νῦν αὐτὸν ἐλθεῖν ὡς σὲ (79) ἐδυσωπήσαμεν, δι' οὗ καὶ τὸ τῆς ἐπισκέψεως ἀποπληροῦμεν χρέος, καὶ παρακαλοῦμεν

Alias CCCXXII. Scripta anno 375.

(73) *Ἀποῤῥήγνυς.* Vetus est apud ecclesiasticos scriptores effatum, eum schismatis crimen incurrere, qui alium præter fas et jura excommunicat. Sed tamen ejusmodi schismatici non idcirco ab exteriore Ecclesiæ communione discedebant. At Basilius loquitur de hac exteriore communione, eaque carituros declarat, qui a sua discesserint. Quod quidem non accuratissime dictum videretur, nisi præcipue de Neocæsariensibus dictum esset. Nam Paulinus Antiochenus carebat communione Basilii, nec tamen Ecclesiarum Occidentalium communionem amiserat. At Neocæsarienses si in injuria Basilio facienda perstitissent, eumque coegissent apud communicatores suos querelas deferre, non dubium quin omnes illius causæ favissent, et justissima in Neocæsarienses indignatione exarsissent.

(74) *Περιβλέψασθε.* Editi addunt οὖν, quæ vocula deest in omnibus nostris mss.

(75) *Ἐπέχουσαι.* Coisl. primus κατέχουσαι.

(76) *Αἱ παροικίαι.* Editiones Basileensis secunda et Parisiensis addunt καὶ Ἐκκλησίαι, sed repugnant septem mss. et antiquiores editiones.

(77) Vide Addenda.

(78) *Κρίναντες.* Sic multi codices mss. Sed recentiores habent κρίνοντες.

(79) *Ἐλθεῖν ὡς σέ.* Hæc desunt in codicibus Med. et Harl.

Digitized by Google

προσεύχεσθαί σε ὑπὲρ ἡμῶν καὶ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ· ἵνα δῷ (80) ἡμῖν ὁ Κύριος ἥρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγειν, τῆς ἐκ τῶν ἐχθρῶν τοῦ Εὐαγγελίου ἐπηρείας ἀπαλλαγέντας (81). Εἰ δὲ καὶ τῇ σῇ συνέσει ἀκόλουθον καὶ ἀναγκαῖον καταφαίνεται εἰς ταυτὸν ἡμᾶς ἀλλήλους ἐλθεῖν, καὶ συντυχεῖν καὶ τοῖς λοιποῖς τιμιωτάτοις ἀδελφοῖς τοῖς τὴν παραλίαν κατοικοῦσιν ἐπισκόποις, αὐτὸς καὶ ἡμῖν ἀπόδειξον τόπον καὶ καιρὸν καθ' ὃν ἔσται τοῦτο, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐπίστειλον, ἵνα, ἐπὶ ὡρισμένοις καταλιπόντες ἕκαστος τὴν ἐν χερσὶν ἀσχολίαν, δυνηθῶμέν τι τῶν εἰς οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ποιῆσαι, καὶ ἀνελεῖν μὲν τὰς ἐξ ὑπονοιῶν νῦν ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους ἐγγινομένας λύπας, κυρῶσαι δὲ τὴν ἀγάπην. ἧς ἄνευ ἀτελῆ εἶναι πάσης ἐντολῆς ἐργασίαν αὐτὸς ἡμῖν ὁ Κύριος διωρίσατο.

A Dei preceris, ut Dominus det nobis ab injuria inimicorum Evangelii liberatis tranquillam ac quietam vitam agere. Quod si et tuæ prudentiæ consentaneum et necessarium videbitur, ut in unum veniamus, congrediamurque, etiam cum reliquis reverendissimis fratribus maritimarum civitatum episcopis, ipse etiam nobis designa locum et tempus, quo hæc fient, et scribe fratribus, ut præstituto tempore relinquentes unusquisque ea quæ in manibus negotia, possimus aliquid ad ædificationem Ecclesiæ navare, ac tollere insitas nobis nunc ex suspicionibus inter nos molestias, ac charitatem firmare, sine qua mancam et imperfectam esse cujusvis præcepti observationem ipse nobis Dominus declaravit.

B

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣϚ'.

EPISTOLA CCVI.

Consolatur Elpidium, nepotis morte afflictum, ac, speratum congressum ne dolor interpellet, hortatur.

Ἐλπιδίῳ ἐπισκόπῳ (82) *παραμυθητική.*

Elpidio episcopo consolatoria.

Νῦν μάλιστα τῆς τοῦ σώματος ἀσθενείας αἰσθάνομαι, ὅτε ὁρῶ μοι τοσοῦτον ἐμποδίζουσαν τῇ τῆς ψυχῆς ὠφελείᾳ. Εἰ γάρ μοι κατὰ νοῦν (83) ἐχώρει τὰ πράγματα, οὐκ ἂν δι' ἐπιστολῶν, οὐδὲ διὰ μέσων ἀνθρώπων προσεφθεγγόμην ὑμᾶς· ἀλλ' αὐτὸς ἂν δι' ἐμαυτοῦ καὶ τὸ τῆς ἀγάπης ἀπεπλήρουν χρέος, καὶ ἐγγύθεν ἀπέλαυον τοῦ πνευματικοῦ (84) κέρδους. Νῦν δὲ οὕτω διάκειμαι, ὡς ἀγαπητῶς καὶ τὰς τῆς πατρίδος κινήσεις ὑφίστασθαι, ἃς ἀναγκαίως ποιούμεθα ἐπισκεπτόμενοι τὰς κατὰ τὴν χώραν ἡμῶν παροικίας. Ἀλλὰ παράσχοι ὁ Κύριος καὶ ὑμῖν ἰσχὺν καὶ προθυμίαν, καὶ ἐμοὶ πρὸς τῇ σπουδῇ (85) ἣν ἔχω νῦν. καὶ δύναμιν, ὥστε, καθὼς παρεκάλεσα ὑμᾶς, πραγματεύσασθαι ἡμῖν τὴν ἀπόλαυσιν, γενομένοις ἐπὶ τῆς Κομανικῆς ἐνορίας. Φοβοῦμαι δὲ περὶ τῆς σῆς κοσμιότητος, μήπου σοι ἐμπόδιον γένηται ἡ περὶ τῶν οἰκείων λύπη. Καὶ γὰρ ἔμαθον, ὅτι σε ἔθλιψε παιδίου τελευτή· οὗ τὴν στέρησιν, ὡς μὲν πάππῳ, λυπηρὰν εἰκὸς εἶναι, ὡς δὲ ἀνδρὶ πρὸς τοσοῦτον ἤδη διαβεβηκότι τῆς ἀρετῆς, καὶ ἐπισταμένῳ τῶν ἀνθρωπίνων τὴν φύσιν ἐκ τῆς κατὰ τὸν χρόνον ἐμπειρίας, καὶ ἐκ τῆς πνευματικῆς διδασκαλίας, ἀκόλουθον μὴ πάντη δύσφορον εἶναι τῶν οἰκειοτάτων τὸν χωρισμόν. Καὶ γὰρ οὐ τὰ αὐτὰ ἀπαιτεῖ ἡμᾶς τε καὶ τοὺς τυχόντας τῶν ἀνθρώπων ὁ Κύριος. Οἱ μὲν γὰρ συνηθείᾳ ζῶσιν· ἡμεῖς δὲ κανόνι τῆς πολιτείας τῇ ἐντολῇ τοῦ Κυρίου κεχρήμεθα, καὶ τοῖς προλαβοῦσι

Nunc maxime corporis infirmitatem sentio, cum eam video mihi tantopere obstare animæ utilitati. Si enim mihi res succederent ex sententia, non vos per litteras, neque per internuntios alloquerer, sed ipse per me et charitatis exsolverem debitum, et cominus perfruerer spirituali emolumento. Nunc autem ita me habeo, ut præclare mecum agi putem si vel in patria motus sustinere possim, quos mihi necesse est nostræ paræciæ pagos visitanti suscipere. Sed et vobis Dominus robur et alacritatem et mihi præter studium, quod nunc **309** habeo largiatur et vires, ut, quemadmodum vos rogavi, fiat mihi copia vobis fruendi, cum in fines Comanicos venero. Metuo autem tuæ dignitati, ne te domesticus dolor interpellet. Didici namque afflictum te fuisse filioli interitu : cujus jacturam, ut avo, molestam quidem esse par est; sed ut viro tantos jam in virtute progressus adepto, et perspectam habenti rerum humanarum naturam tum ex temporis experientia, tum ex spirituali doctrina, consentaneum est intolerabilem non esse propinquissimorum disjunctionem. Non enim idem a nobis Dominus exposcit, quod a quibuslibet hominibus. Hi enim vivunt ex consuetudine : nobis autem vivendi regula, Domini præceptum ac præterita beatorum virorum exempla, quorum magnitudo animi adversis temporibus maxime declarata est.

C

D

(80) Δῷ. Nonnulli mss. δώῃ.

(81) *Ἀπαλλαγέντας*. Ita Med. et Harl. quæ quidem scriptura Basilio usitata et familiaris, sed a recentioribus librariis videtur fuisse mutata in ἀπαλλαγεῖσιν, ut habent editi.

(82) *Ἐλπιδίῳ ἐπισκόπῳ*. Hunc titulum sic reposuimus, quia in tribus antiquissimis codicibus legitur : Τῷ αὐτῷ παραμυθητική· *Eidem consolatoria*. Præcedit autem in his codicibus epistola 205 ad eumdem Elpidium. Deest episcopi vox in editis. At in codicibus Vat. et Reg. primo legitur tantum : Παραμυθητική, omisso Elpidii nomine. In codice Regio secundo legitur ἑτέρῳ ὁμοία ἐπὶ ἐκγόνου ἀποβολῇ, et in codice Parisiensis Ecclesiæ : Παραμυθητική τινι ἐπὶ ἐκγόνου ἀποβολῇ· *Cuidam consolatoria ob mortem nepotis*. Præter auctoritatem vetustissimorum codicum, tanta est necessitudo huic epistolæ cum præcedenti, ut dubium esse non possit, quin ad Elpidium episcopum scripta sit.

(83) *Κατὰ νοῦν*. Harl. κατὰ χοῦν.

(84) *Πνευματικοῦ*. Editi addunt τούτου quod deest in sex mss.

(85) *Πρὸς τῇ σπουδῇ*. Ita tres vetustissimi codices cum pluribus aliis. Editi πρὸς τὴν σπουδήν. Paulo post iidem editi πραγματεύσασθαι ὑμῖν. Novem mss. ἡμῖν Subinde sex mss. μή που σοί. Editi μή πως σοί.

Alias CCCXLVIII. Scripta anno 375.

Digitized by Google

Ut igitur et ipse fortitudinis ac veræ ob sperata bona animi affectionis exemplum hominibus relinquas, invictum te a dolore ac molestis rebus excelsiorem exhibe, patiens in afflictione, spe lætus. Horum itaque nihil speratum nobis congressum impediat. Infantibus namque satis est ætas ut inculpati sint : nos autem debemus præscripta nobis ministeria Domino exhibere, atque in omnibus parati et expediti esse ad Ecclesiarum administrationem, cujus magna præmia fidelibus et prudentibus administris Dominus noster reservavit.

A τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ὑποδείγμασιν, ὧν τὸ μεγαλοψυὲς τῆς διανοίας ἐπὶ τῶν περιστατικῶν καιρῶν μάλιστα διεδείκνυτο. Ἵνα οὖν καὶ αὐτὸς ὑπόδειγμα ἀνδρείας καὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἐλπιζομένοις ἀληθινῆς διαθέσεως καταλίπῃς τῷ βίῳ, δεῖξον σαυτὸν μὴ καμπτόμενον τῷ πάθει, ἀλλ' ὑψηλότερον ὄντα τῶν λυπηρῶν, τῇ μὲν θλίψει ὑπομένων, τῇ δὲ ἐλπίδι χαίρων Μηδὲν οὖν τούτων γένηται κώλυμα πρὸς τὴν ἐλπιζομένην ἡμῖν συντυχίαν. Τοῖς μὲν γὰρ νηπίοις αὐτάρκης ἡ ἡλικία πρὸς τὸ ἀνέγκλητον· ἡμεῖς δὲ ὑπεύθυνοί ἐσμεν τὰ διατεταγμένα ἡμῖν ὑπηρετεῖν τῷ Δεσπότῃ, καὶ εἰς πάντα εὔθετοι εἶναι τῇ οἰκονομίᾳ τῶν Ἐκκλησιῶν, ἧς μεγάλους τοὺς μισθοὺς τοῖς πιστοῖς καὶ φρονίμοις οἰκονόμοις ὁ Κύριος ἡμῶν ἐταμιεύσατο.

EPISTOLA CVII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΖ'.

Cum Neocæsarienses clerici omnes ad unum in odio Basilii cum episcopo suo consentirent; Basilius admonet eos, ut ne assententur homini errorem Sabellii inducenti, nere patiantur populum ab eo decipi. Is Basilium fugiebat, argui metuens : somnia fingebat, ut Basilii doctrinam persuaderet esse perniciosam. Causam odii rogatus, non aliam afferebat præter psalmos et cautum ac monasticam vitam : quæ instituta, nondum in Neocæsariensi Ecclesia recepta, vigebant in Cæsariensi. Utrumque illud institutum Basilius et sibi honori esse, et in aliis Ecclesiis vigere demonstrat. Objicientibus, hæc non fuisse tempore Gregorii, respondet nec litanias tunc fuisse, nec quidquam fere ex illius institutis apud eos superesse. Unde eos monet ut trabem ex oculis suis ejiciant, ac hæresim vitent; alioquin tacere se non posse in tanta animarum pernicie.

Ad clericos Neocæsarienses.

B

Τοῖς κατὰ Νεοκαισάρειαν (86) *κληρικοῖς.*

1. Consensus in mei odio, et quod omnes ad unum belli nobis illati ducem sequimini, suadebat mihi, ut erga omnes pariter conticescerem, neque amici scripti, aut ullius colloquii essem inceptor, sed in silentio mœrorem meum concoquerem. Sed quia calumniæ silentio non prætermittendæ, non ut contradicendo nos ipsi ulciscamur, sed ne mendacium progredi et deceptos lædi patiamur, necessarium visum est hoc etiam omnibus proponere, et prudentiæ vestræ scribere, quamvis cum nuper toti presbyterio communiter scripsissem, nulla me responsione dignati sitis. Nolite assentari, fratres, iis, qui prava dogmata in animos vestros inducunt : neque despicite, dum populus C Dei, vobis scientibus, **310** per impia dogmata subvertitur. Sabellius Afer et Marcellus Galata, soli ex omnibus ea ausi sunt et docere, et scribere, quæ nunc apud vos, velut sua ipsorum inventa, proferre aggrediuntur populi duces, lingua perstrepentes, sed ne verisimilitudinis quidem colorem his tricis et cavillationibus illinere valentes. Hi fanda atque nefanda in nos concionantur, et omni modo congressum nostrum declinant. Quamobrem? Nonne quia timent ne de pravis suis dogmatibus arguantur? Hi videlicet eo usque impudentiæ contra nos devenere ut et somnia quædam in nos

1. Ἡ μὲν συμφωνία τοῦ καθ' ἡμῶν μίσους, καὶ τὸ μέχρις ἑνὸς πάντας ἀκολουθῆσαι τῷ προεστῶτι τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου, ἔπειθέ με ὁμοίως ἀποσιωπᾷν πρὸς ἅπαντας, καὶ μήτε γράμματος φιλικοῦ μήτε τινὸς ὁμιλίας κατάρχειν, ἀλλ' ἐν ἡσυχίᾳ πέττειν τὴν ἐμαυτοῦ λύπην· ἐπειδὴ δὲ χρὴ πρὸς τὰς διαβολὰς μὴ (87) ἀποσιωπᾷν, οὐχ ἵνα διὰ τῆς ἀντιλογίας ἡμᾶς αὐτοὺς ἐκδικῶμεν, ἀλλ' ἵνα μὴ συγχωρήσωμεν εὐοδωθῆναι τῷ ψεύδει, καὶ τοὺς ἠπατημένους μὴ ἐναφῶμεν τῇ βλάβῃ, ἀναγκαῖον ἐφάνη μοι καὶ τοῦτο προθεῖναι τοῖς πᾶσι, καὶ ἐπιστεῖλαι ὑμῶν τῇ συνέσει, εἰ καὶ, ὅτι πρώην κοινῇ παντὶ τῷ πρεσβυτερίῳ γράψας, οὐδεμιᾶς παρ' ὑμῶν ἀποκρίσεως ἠξιώθην (88). Μὴ κολακεύετε, ὦ ἀδελφοί, τοὺς τὰ πονηρὰ δόγματα ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐπάγοντας· μηδὲ καταδέξησθε περιορᾷν ἐν γνώσει ὑμετέρᾳ τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν ἀσεβῶν διδαγμάτων καταστρεφόμενον. Σαβέλλιος ὁ Λίβυς καὶ Μάρκελλος ὁ Γαλάτης μόνοι ἐκ πάντων ἐτόλμησαν καὶ διδάξαι ταῦτα καὶ γράψαι, ἅπερ νῦν παρ' ὑμῖν, ὡς ἴδια ἑαυτῶν εὑρέματα, ἐπιχειροῦσι προφέρειν οἱ καθηγούμενοι τοῦ λαοῦ, βαμβαίνοντες (89) τῇ γλώσσῃ, καὶ οὐδὲ εἰς πιθανὴν κατασκευὴν ἄγειν (90) τὰ σοφίσματα ταῦτα καὶ τοὺς παραλογισμοὺς ἐξαρκοῦντες. Οὗτοι ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα καθ' ἡμῶν δημηγοροῦσι, καὶ πάντα τρόπον τὰς συντυχίας ἡμῶν ἐκκλίνουσι. Τίνος ἕνεκεν; Οὐχὶ τὸν

* Alias LXIII. Scripta anno 375.

(86) *Κατὰ Νεοκαισάρειαν.* Ita mss. tres vetustissimi cum duobus Regiis et Coisl. secundo. Male in editis κατὰ Νεοκαισαρείας. Non enim sic loqui solet Basilius. Post ope veterum codicum emendavimus quod minus accurate scriptum erat in editis μέχρις ἑνός et πεσεῖν τὴν ἐμαυτοῦ λύπην. In duobus tamen recentioribus mss. et in editionibus Hag. et Basil. legitur πέσσειν. Paris. 2 πέπτειν.

87) *Πρὸς τὰς διαβολὰς μή.* Quinque codices non antiquissimi μήτε πρὸς τὰς διαβολάς. *Ne calumniæ quidem silentio prætermittendæ.* Post nonnulli codices recentiores προσθεῖναι τοῖς πᾶσι. *Hoc etiam omnibus addere.* D

(88) *Γράψας... ἠξιώθην.* Ita tres vetustissimi codices. Editi γράψαντες... ἠξιώθημεν.

(89) *Προφέρειν... βαμβαίνοντες.* Ita Harl., Med., Coisl. uterque cum tribus Regiis. Editi προσφέρειν... βομβαίνοντες.

(90) *Ἄγειν.* Ita tres vetustissimi codices; quinque alii ἀγαγεῖν. Editi ἐξαγαγεῖν.

Digitized by Google

(10) *Ἡ χήρα δούλη.* Idem jam statuerat Basilius, can. 30, de vidua, quæ secundi cupida matrimonii, sed verecundia quadam, ut interpretatur Balsamon, ab eo ineundo deterrita ad raptus simulationem confugit. Quod autem ait idem Balsamon hanc viduam olim quidem ancillam fuisse, sed tacite liberam, domino primis nuptiis consentiente, evasisse, id et Basilii verbis repugnat, qui eam nominatim ancillam vocat, et a Zonara ac Alexio Aristeno refellitur, qui tum demum huic viduæ veniam concedi existimant, si heri consensus accedat.

(11) *Ἔξω μὲν ὄντες.* Balsamon et Zonaras in Pandectis habent: Ἔξω μὲν ὄντες τῆς Ἐκκλησίας, εἴργονται τῆς κοινωνίας τοῦ ἀγαθοῦ· *Si sint quidem extra Ecclesiam, arcentur boni communione.* Legen-

Digitized by Google

κληρικοὶ δὲ ὄντες, τοῦ βαθμοῦ καθαιροῦνται. *Πᾶς γάρ, φησὶν, ὁ λαβὼν μάχαιραν ἐν μαχαίρᾳ ἀποθανεῖται.*

ΝΣ'. Ὁ ἑκουσίως φονεύσας, μετὰ δὲ τοῦτο μεταμεληθείς, εἴκοσιν ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται τοῖς ἁγιάσμασι. Τὰ δὲ εἴκοσιν ἔτη οὕτως οἰκονομηθήσεται ἐπ' αὐτῷ. Ἐν τέσσαρσιν ἔτεσι προσκλαίειν ὀφείλει, ἔξω τῆς θύρας ἑστὼς τοῦ εὐκτηρίου οἴκου, καὶ τῶν εἰσιόντων πιστῶν δεόμενος εὐχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ ποιεῖσθαι, ἐξαγορεύων τὴν ἰδίαν παρανομίαν. Μετὰ δὲ τὰ τέσσαρα ἔτη εἰς τοὺς ἀκροωμένους δεχθήσεται· καὶ ἐν πέντε ἔτεσι μετ' αὐτῶν ἐξελεύσεται. Ἐν ἑπτὰ ἔτεσι μετὰ τῶν ἐν ὑποπτώσει προσευχόμενος (12) ἐξελεύσεται. Ἐν τέσσαρσι συστήσεται μόνον τοῖς πιστοῖς, προσφορᾶς δὲ οὐ μεταλήψεται. Πληρωθέντων δὲ τούτων μεθέξει τῶν ἁγιασμάτων.

NZ'. Ὁ ἀκουσίως φονεύσας ἐν δέκα ἔτεσιν (13) ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων. Οἰκονομηθήσεται δὲ τὰ δέκα ἔτη ἐπ' αὐτῷ οὕτω. Δύο μὲν ἔτη προσκλαύσει· τρία δὲ ἔτη (14) ἐν ἀκροωμένοις διατελέσει, τέσσαρσιν ὑποπίπτων, καὶ ἐνιαυτῷ συσταθήσεται μόνον· καὶ τῷ ἕξῃ εἰς τὰ ἅγια δεχθήσεται.

NH'. Ὁ μοιχεύσας ἐν ιε' ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων (15)· ἐν τέσσαρσι μὲν προσκλαίων ἔτεσιν, ἐν πέντε δὲ ἀκροώμενος· ἐν τέσσαρσιν ὑποπίπτων, ἐν δυσὶ συνεστὼς ἄνευ κοινωνίας.

NΘ'. Ὁ πόρνος ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν (16) ἀκοινώνητος ἔσται τῶν ἁγιασμάτων· δύο προσκλαίων, καὶ δύο ἀκροώμενος· καὶ δύο ὑποπίπτων, καὶ ἑνὶ συνεστὼς μόνον· τῷ ὀγδόῳ δεχθήσεται εἰς τὴν κοινωνίαν.

Ξ'. Ἡ παρθενίαν ὁμολογήσασα, καὶ ἐκπεσοῦσα τῆς ἐπαγγελίας, τὸν χρόνον τοῦ ἐπὶ τῆς μοιχείας (17)

clerici, a gradu dejiciuntur. *Quisquis enim*, inquit, *gladium accepit, gladio peribit* [11].

LVI. Qui voluntarie interfecit, et postea pœnitentia ductus est, annis viginti sacramentorum non erit particeps. Viginti autem anni sic in eo dispensabuntur. Annis quatuor flere debet, stans extra fores domus orationis, et ingredientes fideles rogans, ut pro ipso precentur, suamque iniquitatem confitens. Post quatuor autem annos inter audientes recipietur, et quinque annis cum ipsis exibit. Annos septem una cum iis, qui in substratione sunt, orans egredietur. Annos quatuor stabit solum cum fidelibus, sed oblationis non erit particeps. His autem expletis particeps erit sacramentorum.

LVII. Qui non voluntarie interfecit, per decem annos sacramentorum non erit particeps. Anni autem decem sic in eo dispensabuntur. Duos quidem annos flebit, tres autem annos inter audientes perseverabit, quatuor substratus, et anno uno consistet tantum; et deinceps ad sancta admittetur.

LVIII. Qui mœchatus est, per quindecim annos sacramentorum non erit particeps: quatuor annis flens, quinque audiens, quatuor substratus, per duos consistens sine communione.

LIX. Fornicator septem annis sacramentorum non erit particeps, duobus flens, et duobus audiens, et duobus substratus, et uno consistens tantum: octavo ad communionem admittetur.

LX. Quæ virginitatem professa, a suo promisso lapsa est, peccati adulterii tempus in con-

[11] Matth. xxvi, 52.

dum pronuntiat Combefisius τῆς Ἐκκλησίας, et delendum τῆς κοινωνίας. Consentit Alexius Aristenus cum omnibus nostris codicibus mss. et editis. Legitur tamen in uno aut altero codice ἔξω μὲν ὄντες, εἴργονται τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγαθοῦ. Sed hæc scriptura eodem redit ac vulgata. Cæterum hanc legem Balsamon variis interpretationibus demitigat, æquo duriorem existimat Zonaras; nihil in ea animadvertit Aristenus, quod aut obscurum aut reprehendendum videatur.

(12) *Προσευχόμενος*. Sic mss. summo consensu. Editi, exceptis Pandectis, προσευχομένων. Lenior est Basilius quam synodus Ancyrana quæ voluntariis cædibus communionem in fine vitæ concedit.

(13) *Ἐν δέκα ἔτεσι*. Synodus Ancyrana quinque annos imponit huic peccato: septem a patribus impositos testatur. Severior his Basilius: non tamen videtur eadem pœna omnes involuntarias cædes comprehendere, quas canone 8 recensuit, sed eas tantum, quas ibidem ad voluntarium accedere declarat.

(14) *Τρία δὲ ἔτη*. Sic mss. melius quam editi τρία μὲν ἔτη.

(15) *Τῶν ἁγιασμάτων*. Editi addunt οἰκονομηθήσεται τὰ ιε' ἔτη ἐπ' αὐτῷ οὕτως, *quindecim anni sic in eo dispensabuntur*. Sed hæc non leguntur nisi in recentioribus nonnullis codicibus.

(16) *Ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν*. Laborant Balsamon et Zonaras in hoc canone conciliando cum vicesimo secundo, atque id causæ afferunt, cur in vicesimo secundo quatuor anni, septem in altero decernantur, quod Basilius in vicesimo secundo antiqua Patrum placita sequatur, suam in altero propriam sententiam exponat. Eumdem hunc canonem Alexius Aristenus, ut clarum et perspicuum, negat explicatione indigere. Videbat nimirum doctissimus scriptor duplicem a Basilio distingui fornicationem, leviorem alteram, alteram graviorem. Levior dicitur, quæ inter personas matrimonio solutas committitur: gravior, cum conjugati hominis libido in mulierem solutam erumpit. Priori anni quatuor, septem alteri imponuntur. Manifesta res est ex canone 21, ubi conjugati peccatum cum soluta fornicationem appellat Basilius, ac longioribus pœnis coerceri, non tamen instar adulterii, testatur. In canone autem 77 eum qui legitimam uxorem dimittit, et aliam ducit, adulterum quidem esse ex Domini sententia testatur, sed tamen ex canonibus Patrum annos septem decernit, non quindecim, ut in adulterio cum aliena uxore commisso. Secum ergo non pugnat cum fornicationi nunc annos quatuor, nunc septem, adulterio nunc septem, nunc quindecim indicit. Eamdem in sententiam videtur accipiendus canon quartus epistolæ Sancti Gregorii Nysseni ad Letoium. Nam cum fornicationi novem annos, adulterio decem et octo imponit, gravior illa intelligenda fornicatio, quam conjugatus cum soluta committit. Hinc illam adulterium videri fatetur his qui accuratius examinant.

(17) *Τῆς μοιχείας*. Hæc consentanea sunt canoni 18, in quo decernit Basilius adulteram esse

Digitized by Google

tinentiæ præscripto complebit. Idem et in iis qui vitam monasticam professi sunt, et labuntur.

LXI. **327** Qui furatus est, siquidem sponte pœnitentia motus, seipsum accusarit, annum a sola sacramentorum communione arcebitur : sin autem convictus fuerit, annos duos. Dividetur autem ei tempus in substrationem et consistentiam; et tunc communione dignus habeatur.

LXII. Qui turpitudinem in maribus patravit, tempus illius qui adulterii scelus admisit, ei dispensabitur.

LXIII. Qui suam in brutorum concubitu impietatem confitetur, idem tempus in pœnitentia servabit.

LXIV. Perjurus annis decem non erit communionis particeps : annis duobus flens, tribus audiens, quatuor substratus, uno consistens tantum; et tunc communione dignus habebitur.

LXV. Qui præstigias vel veneficium confitetur, is homicidæ tempus in pœnitentia ducet; et cum illo agetur, velut cum eo qui se ipse in hoc peccato prodit.

LXVI. Qui sepulcra effodit, annis decem carebit communione : duobus flens, tribus audiens, quatuor substratus, uno consistens : et tunc admittetur.

LXVII. Cum sorore coitus, homicidæ tempus in pœnitentia explebit.

LXVIII. Cognationis in humanis nuptiis prohibitæ conjunctio, si in peccatis deprehendatur, adulterorum pœnas subibit.

LXIX. Lector, si cum sua sponsa ante matrimonium commercium habuerit, postquam anno cessaverit, ad legendum suscipietur; non tamen ul-

A ἁμαρτήματος ἐν τῇ οἰκονομίᾳ τῆς καθ' ἑαυτὴν ζωῆς (18) πληρώσει. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν βίον μοναζόντων ἐπαγγειλαμένων, καὶ ἐκπιπτόντων.

ΞΑ'. Ὁ κλέψας, εἰ μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ μεταμεληθεὶς κατηγορήσειεν ἑαυτοῦ, ἐνιαυτὸν κωλυθήσεται μόνον τῆς κοινωνίας τῶν ἁγιασμάτων· εἰ δὲ ἐλεγχθείη, ἐν δυσὶν ἔτεσι. Μερισθήσεται δὲ αὐτῷ ὁ χρόνος εἰς ὑπόπτωσιν καὶ σύστασιν· καὶ τότε ἀξιούσθω (19) τῆς κοινωνίας.

ΞΒ'. Ὁ τὴν ἀσχημοσύνην ἐν τοῖς ἄρρεσιν ἐπιδεικνύμενος τὸν χρόνον τοῦ ἐν τῇ μοιχείᾳ παρανομοῦντος οἰκονομηθήσεται.

ΞΓ'. Ὁ ἐν ἀλόγοις τὴν ἑαυτοῦ ἀσέβειαν ἐξαγορεύων τὸν αὐτὸν χρόνον ἐξομολογούμενος παραφυ-
B λάξεται.

ΞΔ'. Ὁ ἐπίορκος ἐν δέκα ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται· δυσὶν ἔτεσι προσκλαίων, τρισὶν ἀκροώμενος, τέσσαρσιν ὑποπίπτων, ἐνιαυτὸν συνεστὼς μόνον· καὶ τότε τῆς κοινωνίας ἀξιούμενος.

ΞΕ'. Ὁ γοητείαν ἢ φαρμακείαν ἐξαγορεύων τὸν τοῦ φονέως χρόνον ἐξομολογήσεται, οὕτως οἰκονομούμενος, ὡς ἐν ἐκείνῳ (20) τῷ ἁμαρτήματι ἑαυτὸν ἐλέγξας.

ΞϚ'. Ὁ τυμβωρύχος ἐν δέκα (21) ἔτεσιν ἀκοινώνητος ἔσται· ἐν δυσὶ προσκλαίων, ἐν γ' ἀκροώμενος, ἐν δ' ὑποπίπτων, ἐνιαυτὸν συνεστώς· καὶ τότε δεχθησόμενος.

ΞΖ'. Ἀδελφομιξία τὸν τοῦ φονέως χρόνον ἐξομολο-
C γηθήσεται.

ΞΗ'. Ἡ τῆς ἀπειρημένης συγγενείας εἰς γάμον ἀνθρώπων (22) σύστασις, εἰ φωραθείη ἐν ἁμαρτήμασι γεγενημένη, τὰ τῶν μοιχῶν (23) ἐπιτίμια δέξεται.

ΞΘ'. Ἀναγνώστης, εἰ τῇ ἑαυτοῦ μνηστῇ πρὸ τοῦ γάμου συναλλάξειεν, ἐνιαυτὸν ἀργήσας, εἰς τὸ ἀναγινώσκειν δεχθήσεται, μένων ἀπρόκοπος. Κλεψιγα-

tenter rapuit, et sponte confessus est, non addicit gradibus pœnitentiæ, sed, itidem ut Basilius, inter consistentes curandum censet, can. 6. Mox editi τῷ χρόνῳ. Mss. ut in textu.

(20) *Ἐν ἐκείνῳ.* Labbeus, Beveregius et Combefisius legunt ἐν ἑκάστῳ, *in unoquoque peccato.*

(21) *Ἐν δέκα.* Hervetus, Labbeus et Beveregius, quasi legerent ἔνδεκα, reddiderunt *undecim.* Simile erratum ab Hervelo commissum in interpretatione canonum 56 et 66.

(22) *Ἀνθρώπων.* Hanc vocem quæ deerat in editis, reperimus in plerisque omnibus codicibus mss. Ibidem legitur στάσις in pluribus mss. Habebant enim editi ὡς ἐν ἁμαρτήμασιν ἀνθρώπων, sed deest ὡς in omnibus mss., ἀνθρώπων in vetustissimis.

(23) *Τὰ τῶν μοιχῶν.* Hunc canonem sic interpretatur Aristenus : Matrimonium cum propinqua legibus prohibitum, eadem ac adulterium pœna castigatur : et cum diversæ sint adulterorum pœnæ; sic etiam pro ratione propinquitatis tota res temperabitur. Hinc duas sorores ducenti septem anni pœnitentiæ irrogantur, ut in adulterio cum muliere libera commisso, non quindecim, ut in graviore adulterio.

virginem lapsam. Multi alii Patres cum Basilio faciunt. Augustinus, qui rem subtilius persequitur, negat adulterium esse hujusmodi peccatum, sed tamen adulterio gravius fatetur. *Quapropter non possum dicere,* inquit lib. *De bono viduitatis*, n. 14, *a proposito meliore lapsas, si nupserint, feminas, adulteria esse, non conjugia : sed plane non dubitaverim dicere, lapsus et ruinas a castitate sanctiore, quæ vovetur Domino, adulteriis esse pejores.*

(18) *Τῆς καθ' ἑαυτὴν ζωῆς.* Continentia ejusmodi verbis apud antiquos designari solet; cujus rei satis erit illud exemplum afferre ex Hermæ lib. II, cap. 4 : *Qui nubit, non peccat, sed si per se manserit, magnum sibi conquirit honorem apud Dominum.* Confirmatur hæc explicatio ex canonibus 18 et 44, quorum in primo Basilius lapsis virginibus, itidem ut adulteris, non prius reddendam communionem decernit, quam a peccato recesserint; in altero autem lapsæ cum Græco diaconissæ communionem post septem annos ea conditione concedit, ut perpetuam castitatem colat.

(19) *Ἀξιούσθω.* Ita plerique mss. Editi ἀξιωθήσεται, exceptis Pandectis. Tres anni convicto furi decernuntur in recentissimo codice Coislimiano. S. Gregorius Nyssenus eum qui aliena la-

Digitized by Google

μήσας δὲ ἄνευ μνηστείας, παυθήσεται τῆς ὑπηρεσίας. Τὸ αὐτὸ καὶ ὑπηρέτης (24).

A tra promovendus. Quod si absque desponsatione furtim coierit, cessabit a ministerio. Eadem et ministri ratio.

Ο'. Διάκονος ἐν χείλεσι μιανθεὶς (25) καὶ μέχρι τούτου ἡμαρτηκέναι ὁμολογήσας, τῆς λειτουργίας ἐπισχεθήσεται· τοῦ δὲ μετέχειν τῶν ἁγιασμάτων μετὰ τῶν διακόνων ἀξιωθήσεται. Τὸ δὲ αὐτὸ καὶ πρεσβύτερος. Εἰ δέ τι τούτου πλεῖον φωραθείη τις ἡμαρτηκὼς, ἐν οἵῳ ἂν ᾖ βαθμῷ, καθαιρεθήσεται (26).

LXX. Diaconus qui pollutus est in labris, seque eo usque peccasse confessus est, a ministerio amovebitur; sed ei concedetur, ut cum diaconis particeps sit sacramentorum. Idipsum autem presbyter quoque. Si quid autem amplius quis peccasse deprehensus fuerit, in quocunque sit gradu, deponetur.

ΟΑ'. Ὁ συνεγνωκὼς ἑκάστῳ τῶν προειρημένων ἁμαρτημάτων, καὶ μὴ ὁμολογήσας, ἀλλ' ἐλεγχθεὶς, τοῦ τοσούτου χρόνου, εἰς ὃν ἐργάτης τῶν κακῶν ἐπιτετίμηται, καὶ αὐτὸς ἔσται ἐν ἐπιτιμίῳ.

328 LXXI. Qui uniuscujusque prædictorum peccatorum conscius est, nec confessus, sed convictus est, tanto tempore, quanto malorum auctor punitus est, ipse quoque punietur.

ΟΒ'. Ὁ μάντεσιν ἑαυτὸν (27) ἐπιδοὺς, ἢ τισι τοιούτοις, τὸν χρόνον τοῦ φονέως καὶ αὐτὸς οἰκονομηθήσεται.

B LXXII. Qui se vatibus vel ejusmodi aliis tradit, ipse quoque homicidæ tempore punietur

ΟΓ'. Ὁ τὸν Χριστὸν ἀρνησάμενος καὶ παραβὰς τὸ τῆς σωτηρίας μυστήριον, ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ (28) τῆς ζωῆς αὐτοῦ προσκλαίειν ὀφείλει, καὶ ἐξομολο-

LXXIII. Qui negavit Christum et salutis mysterium violavit, toto vitæ suæ tempore flere, et pœnitentiam agere debet, sic tamen, ut tempore

(24) *Καὶ ὑπηρέτης.* Balsamon et Zonaras ministri nomine intelligunt subdiaconum : Aristenus vero ejusmodi clericos interpretatur, *quibus manus non imponebatur*, ἀχειροτονήτους ὑπηρέτας. Minus probabilis videtur Aristeni sententia. Nam qui erant in ejusmodi ministerio, non solebant ulterius promoveri, ut observavimus ad canonem 51. At ministro, de quo agitur in hoc canone, itidem ut lectori, in pœnæ loco imponitur, ut altius non provehatur. Longe ergo satius, ministri nomine subdiaconum intelligere, ut in epist. 54 ad chorepiscopos. C

(25) *Ἐν χείλεσι μιανθείς.* Balsamon, Zonaras et Aristenus varia commentantur in hunc canonem, sed a mente Basilii multum abludentia. Liquet enim hoc labiorum peccatum, cui remissior pœna infligitur, ipsa actione, quam Basilius minime ignoscendam esse judicat, levius existimari debere. Simili ratione sanctus Pater in cap. VI Isaiæ n. 185, p. 516, labiorum peccata actionibus, ut leviora, opponit, ac prophetæ delicta non ad actionem et operationem erupisse, sed labiis tenus constitisse observat. In eodem commentario n. 170, p. 501, impuritatis peccatum variis gradibus constare demonstrat, inter quos enumerat ῥήματα φθοροποιά, *verba ad corruptelam apta*, ὁμιλίας μακρὰς, *longas confabulationes*, quibus ad stuprum pervenitur. Ex his perspici arbitror peccatum aliquod in hoc canone designari, quod ipsa D actione levius sit; nedum ea suspicari liceat, quæ Basilii interpretibus in mentem venerunt. Sed tamen cum dico Basilium in puniendis labiorum peccatis leniorem esse, non quodlibet turpium sermonum genus, non immunda colloquia (quomodo enim presbyteris hoc vitio pollutis honorem cathedræ reliquisset?), sed ejusmodi intelligenda est peccandi voluntas, quæ foras quidem aliquo sermone prodit, sed tamen quominus in actum erumpat, subeunte meliori cogitatione, reprimitur. Quemadmodum enim peccata, quæ sola cogitatione committuntur, idcirco leviora esse pronuntiat Basilius, comment. *in Isaiam* n. 115, pag. 459, et n. 243, p. 564, quia repressa est actionis turpitudo; ita hoc loco non quælibet labiorum peccata, non calumnias, non blasphemias, sed ea tantum lenius tractat, quæ adeo gravia non erant, vel etiam ob declinatam actionis turpitudinem, ut patet ex his verbis, *seque eo usque peccasse confessus est*, aliquid indulgentiæ merere videbantur.

(26) *Καθαιρεθήσεται.* In his canonibus quos de clericorum peccatis edidit Basilius, duo videntur silentio prætermissa. Quæri enim possit 1° Cur suspensionis pœnam soli lectori ac ministro, sive subdiacono, imponat, diaconis autem et presbyteris depositionem absque ulla prorsus exceptione infligat, nisi quod eis communionem cum diaconis et presbyteris relinquit, si peccatum non ita grave fuerit. Erat tamen suspensionis pœna in ipsos presbyteros non inusitata, ut patet ex pluribus apostolicis canonibus, in quibus presbyteri ac ipsi etiam episcopi segregantur, ac postea, si sese non emendaverint, deponuntur. Forte hæc Basilius reliquit episcopo dijudicanda, quemadmodum ejusdem arbitrio permittit in canonibus 74 et 84, ut pœnitentiæ tempus imminuat, si bonus evaserit is qui peccavit. 2° Hæc etiam possit institui quæstio, utrumne in gravissimis quidem criminibus pœnitentiam publicam depositioni adjecerit. Adhibita ratio in canone 3, cur aliquid discriminis clericos inter et laicos ponendum sit, non solum ad gravia peccata, sed etiam ad gravissima pertinet. Ait enim æquum esse ut, cum laici post pœnitentiam in eumdem locum restituantur, clerici vero non restituantur, liberalius et mitius cum clericis agatur. Nolebat ergo clericos lapsos quadruplicem pœnitentiæ gradum percurrere. Sed quemadmodum lapso in fornicationem diacono non statim communionem reddit, sed ejus conversionem et morum emendationem probandam esse censet, ut ad eumdem canonem tertium observavimus, ita dubium esse non potest, quin ad criminis magnitudinem probandi modum et tempus accommodaverit.

(27) *Ἑαυτόν.* Eos intelligit qui se vatibus tradunt ad eorum artem ediscendam. Sic enim interpretatur Aristenus. Iis autem qui vates consulunt aut in suam domum introducunt, sex anni irrogantur in canone 83.

(28) *Ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ.* Basilius, ut ipsius interpretes observant, etsi discedit a vetustiorum Patrum decretis, non tamen ab eorum mente discedit. Illi enim pacem dederunt post aliquot annorum pœnitentiam his qui persecutionis tempore Christum negaverant. At æquum fuit severiora in eos exempla statui, qui tranquillis temporibus hoc scelus admitterent.

Digitized by Google

quo e vita excedit, sacramento dignus habeatur ob fidem in Dei clementiam.

LXXIV. Quod si unusquisque eorum, qui in præactis peccatis fuere, pœnitentiam agens, bonus evaserit, is cui a Dei benignitate ligandi atque solvendi credita potestas, si clementior fiat, perspecta illius qui peccavit pœnitentiæ magnitudine, ad diminuendum pœnarum tempus, non erit dignus condemnatione, cum ea quæ est in Scripturis, historia nos doceat, eos qui cum majore labore pœnitentiam agunt, cito Dei misericordiam consequi.

LXXV. Qui cum sua ex patre vel ex matre sorore pollutus est, in domum orationis ne permittatur accedere, donec ab iniqua et nefaria actione desistat. Postquam autem in horrendi peccati sensum et animadversionem venerit, triennio fleat, stans propter fores domus orationis, et rogans populum ingredientem ad orationem, ut unusquisque misericorditer pro ipso intensas ad Dominum preces fundat. Postea autem alio triennio ad solam auditionem admittatur, et, Scripturis doctrinaque auditis, ejiciatur, nec dignus habeatur oratione. Deinde, si modo illam cum lacrymis exquisierit, et Domino cum cordis contritione et valida humiliatione supplex prociderit, detur ei substratio per alios tres annos. Et, postquam pœnitentiæ fructus dignos ostenderit, anno decimo in fidelium orationes suscipiatur sine oblatione: et ubi annis duobus una cum fidelibus steterit ad orationem, ita demum dignus habeatur boni communione.

LXXVI. Eadem est ratio de iis quoque qui suas nurus accipiunt.

329 LXXVII. Qui relinquit legitime sibi copulatam mulierem, et aliam ducit, ex Domini sententia spectetur, secus, si canones Patrum. Quamobrem eamdem pœnam imponit ac graviori fornicationi in canone 59, cum hoc tamen levi discrimine quod in canone 59 duo anni inter flentes assignantur, unus vero in hoc septuagesimo septimo. Hoc autem matrimonium, quod legitima uxore dimissa contrahitur, etsi Basilius instar adulterii non jubet puniri, minime tamen dubium, quin penitus dissolvendum esse duxerit, nec ante restituerit communionem, quam illegitima uxor esset dimissa. Illud autem difficilius est statuere, quid de matrimonio post ejectam uxorem adulteram contracto senserit. Ratum a Basilio habitum fuisse ejusmodi matrimonium pronuntiat Aristenus. Atque id quidem Basilius conceptis verbis non declarat; sed tamen videtur hac in re a saniori ac meliori sententia discessisse. Nam 1° maritum injuste dimissum ab alio matrimonio non excludit, ut vidimus in canonibus 9 et 35. Porro non videtur jure dimittenti denegasse, quod injuste dimisso concedebat. 2° Cum jubeat uxorem adulteram ejici, vix dubium est quin matrimonium adulterio uxoris dissolutum existimaverit. Præterea dura admodum fuisset mariti, ac multo durior, quam uxoris conditio, si nec adulteram retinere, nec aliam ducere integrum fuisset

(28') *Τῆς ἐν ταῖς Γραφαῖς.* Observat Zonaras sanctum Patrem ad ea, quæ narrantur de Manasse, Ezechia et aliis ejusmodi, digitum intendere. Hanc autem canonis esse sententiam contendit Balsamon, ut episcopi non solum pœnarum tempus imminuant, sed ipsas etiam pœnas commutent: in quo quidem sibi nonnullos ait non assentiri. Ipse tamen fatetur magnam esse debere cautionem. Narrat enim cum miles voluntarii homicidii reus a quodam episcopo post breve admodum pœnitentiæ tempus absolutus fuisset tempore Lucæ patriarchæ, synodum jussu imperatoris graviter id ferentis convocatam, de episcopi facto deliberasse. Ac episcopum quidem sese hujus canonis et aliorum similium auctoritate defendisse, sed ad tempus a ministerio remotum fuisse, et militem rursus pœnitentiæ subjectum: pronuntiante synodo licere quidem episcopis canonicas pœnas augere et minuere, sed aranearum filis ligare, quæ debent tribus rudentibus alligari, non licere.

(29) *Καταλιμπάνων.* Loquitur S. Pater de viro injuste legitimam uxorem dimittente. Nam si adulterium intercessisset, non jam legitima uxor esset ex sententia Basilii, qui adulteram ejici jubet, non modo permittit. Atque hoc quidem peccatum hominis legitimam uxorem dimittentis et aliam ducentis, adulterium fatetur esse, si Domini sen-

γεῖσθαι χρεωστεῖ, ἐν τῷ καιρῷ ᾧ ἐκβαίνει τοῦ βίου, τοῦ ἁγιάσματος ἀξιούμενος, πίστει τῆς παρὰ Θεοῦ φιλανθρωπίας.

ΟΔ'. Ἐὰν μέντοιγε ἕκαστος τῶν ἐν τοῖς προγεγραμμένοις ἁμαρτήμασι γενομένων σπουδαῖος γένηται, ἐξομολογούμενος· ὁ πιστευθεὶς παρὰ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας λύειν καὶ δεσμεῖν, εἰ φιλανθρωπότερος γένοιτο, τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἐξομολογήσεως ὁρῶν τοῦ ἡμαρτηκότος, εἰς τὸ ἐλαττῶσαι τὸν χρόνον τῶν ἐπιτιμίων, οὐκ ἔσται καταγνώσεως ἄξιος· τῆς ἐν ταῖς Γραφαῖς (28') ἱστορίας γνωριζούσης ἡμῖν τοὺς μετὰ μείζονος πόνου ἐξομολογουμένους ταχέως τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν καταλαμβάνειν.

ΟΕ'. Ὁ ἀδελφῇ ἰδίᾳ ἐκ πατρὸς ἢ ἐκ μητρὸς συμμιανθεὶς εἰς οἶκον προσευχῆς μὴ ἐπιτρεπέσθω παρεῖναι, ἕως ἂν ἀποστῇ τῆς παρανόμου καὶ ἀθεμίτου πράξεως. Μετὰ δὲ τὸ ἐλθεῖν εἰς συναίσθησιν τῆς φοβερᾶς ἁμαρτίας ἐκείνης, τριετίαν προσκλαιέτω, τῇ θύρᾳ τῶν εὐκτηρίων οἴκων παρεστηκὼς, καὶ δεόμενος τοῦ λαοῦ εἰσιόντος ἐπὶ τὴν προσευχήν, ὥστε ἕκαστον μετὰ συμπαθείας ὑπὲρ αὐτοῦ ἐκτενεῖς ποιεῖσθαι πρὸς τὸν Κύριον τὰς δεήσεις. Μετὰ δὲ τοῦτο ἄλλην τριετίαν εἰς ἀκρόασιν μόνην παραδεχθήτω, καὶ ἀκούων τῶν Γραφῶν καὶ τῆς διδασκαλίας ἐκβαλλέσθω, καὶ μὴ καταξιούσθω προσευχῆς. Ἔπειτα, εἴπερ μετὰ δακρύων ἐξεζήτησεν αὐτὴν, καὶ προσέπεσε τῷ Κυρίῳ μετὰ συντριμμοῦ καρδίας καὶ ταπεινώσεως ἰσχυρᾶς, διδόσθω αὐτῷ ἡ ὑπόπτωσις ἐν ἄλλοις τρισὶν ἔτεσι. Καὶ οὕτως, ἐπειδὰν τοὺς καρποὺς τῆς μετανοίας ἀξίους ἐπιδείξηται, τῷ δεκάτῳ ἔτει εἰς τὴν τῶν πιστῶν εὐχὴν δεχθήτω χωρὶς προσφορᾶς· καὶ δύο ἔτη συστὰς εἰς τὴν εὐχὴν τοῖς πιστοῖς, οὕτω λοιπὸν καταξιούσθω τῆς τοῦ ἁγαθοῦ κοινωνίας.

ΟΣ'. Ὁ αὐτὸς τύπος καὶ περὶ τῶν τὰς νύμφας ἑαυτῶν λαμβανόντων.

ΟΖ'. Ὁ μέντοι καταλιμπάνων (29) τὴν νομίμως αὐτῷ συναφθεῖσαν γυναῖκα, καὶ ἑτέραν συναγόμενος,

Digitized by Google

κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου ἀπόφασιν, τῷ τῆς μοιχείας ὑπόκειται κρίματι. Κεκανόνισται δὲ παρὰ τῶν Πατέρων ἡμῶν τοὺς τοιούτους ἐνιαυτὸν προσκλαίειν, ὀιετίαν ἐπακροᾶσθαι, τριετίαν ὑποπίπτειν· τῷ δὲ ἑβδόμῳ συνίστασθαι τοῖς πιστοῖς· καὶ οὕτω τῆς προσφορᾶς καταξιοῦσθαι, ἐὰν μετὰ δακρύων μετανοήσωσιν.

tia adulterii subjicitur judicio. Sed statutum est Patrum nostrorum canonibus, ut ii anno fleant, biennio audiant, triennio substernantur, septimo consistant cum fidelibus, et ita oblatione digni habeantur, si cum lacrymis pœnitentiam egerint.

ΟΗ'. Ὁ δὲ αὐτὸς τύπος κρατείτω καὶ ἐπὶ τῶν τὰς δύο ἀδελφὰς λαμβανόντων εἰς συνοικέσιον εἰ καὶ κατὰ διαφόρους χρόνους.

LXXVIII. Eadem autem forma observetur et in eos qui sorores duas in matrimonium ducunt, etsi diversis temporibus.

Οθ'. Οἱ δὲ ταῖς μητρυιαῖς ταῖς ἑαυτῶν ἐπιμαινόμενοι τῷ αὐτῷ ὑπόκεινται κανόνι, ᾧ καὶ οἱ ταῖς ἑαυτῶν ἀδελφαῖς (30) ἐπιμαινόμενοι.

LXXIX. Qui autem in suas novercas insaniunt, sunt eidem canoni obnoxii, cui et ii, qui insaniunt in suas sorores.

Π'. Τὴν δὲ πολυγαμίαν (30) οἱ Πατέρες ἀπεσιώπησαν, ὡς κτηνώδη, καὶ παντελῶς ἀλλοτρίαν τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. Ἡμῖν δὲ παρίσταται πλέον τι πορνείας εἶναι τὸ ἁμάρτημα. Διὸ εὔλογον τοὺς τοιούτους ὑποβάλλεσθαι τοῖς κανόσι· δηλονότι ἐνιαυτὸν προσκλαύσαντας, καὶ ἐν τρισὶν ὑποπεσόντας, οὕτω δεκτοὺς εἶναι (31).

LXXX. Polygamiam Patres silentio prætermisere, ut belluinam, prorsusque ab hominum genere alienam. Ea autem nobis videtur peccatum esse fornicatione majus. Quapropter consentaneum est eos subjici canonibus, ut scilicet postquam anno fleverint, et tribus substrati fuerint, sic suscipiantur.

ΠΑ'. Ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ ἐν τῇ τῶν βαρβάρων καταδρομῇ παρέβησαν τὴν εἰς Θεὸν πίστιν, ὅρκους ἐθνικοὺς ἐπιτελέσαντες, καὶ ἀθεμίτων τινῶν γευσάμενοι, τῶν ἐν τοῖς εἰδώλοις (32) τοῖς μαγικοῖς προσενεχθέντων αὐτοῖς, οὗτοι κατὰ τοὺς ἤδη παρὰ τῶν Πατέρων ἡμῶν (33) ἐξενεχθέντας κανόνας (34) οἰκονομείσθωσαν. Οἱ μὲν γὰρ ἀνάγκην χαλεπὴν ἐκ βασάνων ὑπομείναντες, καὶ μὴ φέροντες τοὺς πόνους, καὶ ἑλκυσθέντες πρὸς τὴν ἄρνησιν, ἐν τρισὶν ἔτεσιν ἀδέκτους εἶναι, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροᾶσθαι· καὶ ἐν τρισὶν ὑποπεσόντας, οὕτω δεκτοὺς γενέσθαι εἰς τὴν κοινωνίαν· οἱ δὲ ἄνευ ἀνάγκης μεγάλης προδόντες τὴν εἰς Θεὸν πίστιν, καὶ ἀψάμενοι τῆς τραπέζης τῶν δαιμονίων, καὶ ὁμόσαντες ὅρκους Ἑλληνικοὺς, ἐκβάλλεσθαι μὲν ἐν γ' ἔτεσι, καὶ ἐν β' ἀκροᾶσθαι· ἐν

LXXXI. Quoniam autem multi in barbarorum incursione fidem in Deum violarunt, sacramenta gentilia jurantes, et nefanda quædam gustantes, quæ ipsis in magicis idolorum templis apposita fuere, ii secundum canones jam a Patribus nostris editos dispensentur. Nam qui vim gravem per tormenta sustinuere, nec ferentes labores, ad negationem tracti sunt, tribus annis non recipiantur, et duobus audiant, et ubi annis tribus substrati fuerint, sic ad communionem admittantur. Qui vero sine magna vi fidem in Deum prodiderunt, mensamque attigerunt dæmoniorum, et gentilium sacramenta jurarunt, ejiciantur quidem tribus annis, duobus audiant: ubi vero annis tribus in substratione oraverint, et per **330** alios tres cum

(30) *Ταῖς ἑαυτῶν ἀδελφαῖς.* Prima specie non omnino perspicuum est utrum sorores ex utroque parente intelligat, an tantum ex alterutro. Nam cum in canone 79 eos qui suas nurus accipiunt non severius puniat, quam cui cum sorore ex matre vel ex patre rem habent, forte videri posset idem statuere de iis qui in novercas insaniunt. Sed tamen multo probabilius est eamdem illis pœnam imponi, ac iis qui cum sorore ex utroque parente contaminantur. Non enim distinctione utitur Basilius ut in canone 75; nec mirum si peccatum cum noverca gravius quam cum nuru, ob factam patri injuriam, judicavit.

(30') *Τὴν δὲ πολυγαμίαν.* Polygamiæ nomine Zonaras et Balsamon non trigamiam interpretantur, sed tetragamiam. Trigamiam canonibus et legibus permissam esse, vetitam autem tetragamiam testantur. Unde nihil in hoc canone durius aut justo severius animadvertunt. Videtur idem sentire Aristenus, qui polygamiam, de qua in hoc canone agitur, scelus appellat. Valde mihi arridet hæc interpretatio; demitigat enim hujus canonis asperitatem. Sed tamen magnis illis interpretibus assentiri non possum. Nam ipsam trigamiam polygamiæ nomine notari ait Basilius in canone 4, eamque ex lege contrahi negat in canone 50. Præterea animadvertendum est Basilii propositum. Cur enim polygamos in hoc canone octogesimo subjicit canonibus, id est inter flentes pœnitentiam agere jubet, nisi quia eos publicis condemnationibus subjici non solere dixerat in canone 50? At canon ille 50 de trigamis nominatim agit. Videtur ergo ad eosdem referendus octogesimus. Justo sane severior hæc doctrina videbitur: sed ita de trigamis statuisse Basilium minime mirabitur quisquis similia plurium Patrum dicta pensabit, imprimis Gregorii Nazianzeni apud quem in orat. 31 tertiæ nuptiæ *παρανομία, iniquitas* dicuntur. Vide Addenda.

(31) *Οὕτω δεκτοὺς εἶναι.* Recipi eos in consistentium locum existimant Balsamon et Zonaras, in ipsam communionem Aristenus, qui quatuor tantum annos numerat, hanc tamen conditionem addens, ut matrimonium dissolvatur. Confirmari potest Zonaræ et Balsamonis sententia ex canone 4, ubi quinque anni trigamis decernuntur. De hac severitate non videtur detrahere hic canon octogesimus, qui ad intendendas potius quam remittendas trigamorum pœnas institutus est.

(32) *Εἰδώλοις.* Lego cum Combefisio εἰδωλείοις.

(33) *Πατέρων ἡμῶν.* Ancyranos Patres designat, quorum magna videtur fuisse in Cappadocia et finitimis provinciis auctoritas. Quanquam in hoc tantum eos sequitur, quod eorum exemplo discrimen ponat inter eos, qui tormentis cesserunt, et eos qui facilius superati sunt. Nam Ancyrani Patres multo sunt leniores, ac iis qui solis supplicii aut bonorum direptionis aut exilii minis cesserunt, non longiorem sexennio pœnitentiam imponunt can. 6.

(34) *Κανόνας.* Sic nostri codices mss. Editi νόμους καὶ κανόνας.

Digitized by Google

fidelibus ad orationem steterint, sic admittantur ad boni communionem.

LXXXII. De iis etiam qui pejerarunt, si vi quidem atque necessitate juramenta transgressi sunt, pœnis levioribus subjiciuntur, sic ut post sex annos possint suscipi. Sin autem, vi non illata, fidem suam prodiderunt, ubi duobus annis fleverint et duobus annis audierint, et per quinque oraverint in substratione, et per alios duos sine oblatione ad precationis communionem fuerint admissi, ita demum, digna videlicet pœnitentia ostensa, in corporis Christi communionem restituentur.

LXXXIII. Qui vates consulunt, et consuetudines gentium sequuntur, aut aliquos in suas ædes introducunt ad remediorum inventionem, et expiationem, hi in canonem cadant sexennii. Postquam anno fleverint, et anno audierint, et annis tribus fuerint substrati, et anno cum fidelibus steterint, sic admittantur.

LXXXIV. Hæc autem omnia scribimus, ut fructus probentur pœnitentiæ. Non enim omnino tempore dijudicamus res ejusmodi, sed ad modum pœnitentiæ attendimus. Quod si qui difficile avellantur a propriis moribus, carnisque voluptatibus servire malint quam Domino, et vitam secundum Evangelium instituere nolint, nulla est nobis cum illis communis ratio. Nos enim in populo inobsequenti et contradicenti edocti sumus audire : *Servans serva animam tuam* [12]. Ne igitur committamus, ut cum talibus pereamus : sed grave judicium formidantes, et terribilem retributionis Domini diem ob oculos habentes, ne velimus una cum alienis peccatis perire. Si enim nos non erudierunt terribilia Domini, nec tales plagæ adduxerunt, ut nos a Domino propter nostram iniquitatem derelictos, barbarorumque in manus traditos sentiremus, et populum apud hostes captivum abductum esse, ac dispersioni traditum, quia hæc audebant qui Christi nomen circumferunt : si non noverunt, neque intellexerunt, propterea venisse in nos iram Dei ; quæ res nobis cum his communis est ? Sed tamen obtestari eos et noctu et interdiu, et publice et privatim debemus ; nos autem simul

[12] Gen. xix, 17.

(35) *Ἐν πέντε*. Sic codices melioris notæ. Nonnulli habent ἐν πέμπτῳ, *in quinto*. Sic videtur legisse interpres. Sed hæc scriptura minime probabilis. Vix enim gravius puniretur jusjurandum libere et sponte infractum, quam vi et impressione violatum; nec aliud esset inter utrumque, quam unius anni discrimen. Legitur ἐν πέμπτῳ in Pandectis. Sed Balsamon et Zonaras et Aristenus in suis interpretationibus agnoscunt undecim annos. Præterea decem anni imponuntur perjuris in canone 64, cui quidem canoni aliqua videtur inesse cum hoc octogesimo secundo discrepantia ; forte quia in priore nulla statuitur distinctio coacti et voluntarii perjurii.

(36) *Φαρμακειῶν*. Longe alio sensu usurpatur hoc loco ea vox ac in canone 65, in quo venefica ad perniciem inventa designat : hic autem remedia ad

Ὑποπτώσει δὲ εὐξαμένους ἐν γ' ἔτεσι, καὶ ἐν ἄλλοις γ' συστάντας τοῖς πιστοῖς εἰς τὴν δέησιν, οὕτω δεκτοὺς εἶναι τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίᾳ.

ΠΒ'. Καὶ περὶ τῶν ἐπιορκησάντων, εἰ μὲν ἐκ βίας καὶ ἀνάγκης παρέβησαν τοὺς ὅρκους, κουφοτέροις ὑπόκεινται ἐπιτιμίοις, ὥστε μετὰ ς' ἔτη εἶναι αὐτοὺς δεκτούς· εἰ δὲ ἄνευ ἀνάγκης προδόντες τὴν ἑαυτῶν πίστιν, ἐν δυσὶν ἔτεσι προσκλαύσαντες, καὶ ἐν δυσὶν ἀκροασάμενοι, καὶ ἐν πέντε (35) ἐν ὑποπτώσει εὐξάμενοι, καὶ ἐν δυσὶν ἄλλοις ἄνευ προσφορᾶς εἰς τὴν κοινωνίαν τῆς προσευχῆς παραδεχθέντες, οὕτω τελευταῖον ἀξιόλογον, δηλαδὴ, τὴν μετάνοιαν ἐπιδειξάμενοι, ἀποκαταστήσονται εἰς τὴν κοινωνίαν τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ.

ΠΓ'. Οἱ καταμαντευόμενοι, καὶ ταῖς συνηθείαις τῶν ἐθνῶν ἀκολουθοῦντες, ἢ εἰσάγοντές τινας εἰς τοὺς ἑαυτῶν οἴκους ἐπὶ ἀνευρέσει φαρμακειῶν (36), καὶ καθάρσει, ὑπὸ τὸν κανόνα πιπτέτωσαν τῆς ἐξαετίας. Ἐνιαυτὸν προσκλαύσαντες, καὶ ἐνιαυτὸν ἀκροασάμενοι, καὶ ἐν γ' ἔτεσιν ὑποπίπτοντες, καὶ ἐνιαυτὸν συστάντες τοῖς πιστοῖς, οὕτω δεχθήτωσαν.

ΠΔ'. Πάντα δὲ ταῦτα γράφομεν, ὥστε τοὺς καρποὺς δοκιμάζεσθαι τῆς μετανοίας. Οὐ γὰρ πάντως τῷ χρόνῳ κρίνομεν τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ τῷ τρόπῳ τῆς μετανοίας προσέχομεν. Ἐὰν δὲ δυσαποσπάστως ἔχωσι τῶν ἰδίων ἐθῶν, καὶ ταῖς ἡδοναῖς τῆς σαρκὸς μᾶλλον δουλεύειν θέλωσιν ἢ τῷ Κυρίῳ, καὶ τὴν κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ζωὴν μὴ καταδέχωνται, οὐδεὶς ἡμῖν πρὸς αὐτοὺς κοινὸς λόγος. Ἡμεῖς γὰρ ἐν λαῷ ἀπειθεῖ καὶ ἀντιλέγοντι δεδιδάγμεθα ἀκούειν, ὅτι *Σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν*. Μὴ τοίνυν καταδεξώμεθα συναπόλλυσθαι τοῖς τοιούτοις· ἀλλὰ φοβηθέντες τὸ βαρὺ κρῖμα, καὶ τὴν φοβερὰν ἡμέραν τῆς ἀνταποδόσεως τοῦ Κυρίου πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν λαβόντες, μὴ θελήσωμεν ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις συναπόλλυσθαι. Εἰ γὰρ μὴ ἐπαίδευσεν ἡμᾶς τὰ φοβερὰ τοῦ Κυρίου, μηδὲ αἱ τηλικαῦται πληγαὶ εἰς αἴσθησιν ἡμᾶς ἤγαγον (37), ὅτι διὰ τὴν ἀνομίαν ἡμῶν ἐγκατέλιπεν ἡμᾶς ὁ Κύριος, καὶ παρέδωκεν εἰς χεῖρας βαρβάρων, καὶ ἀπήχθη αἰχμάλωτος εἰς τοὺς πολεμίους ὁ λαὸς, καὶ παρεδόθη τῇ διασπορᾷ, διότι ταῦτα ἐτόλμων οἱ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ περιφέροντες· εἰ μὴ ἔγνωσαν (38), μηδὲ συνῆκαν, ὅτι διὰ ταῦτα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς ἡ ὀργὴ τοῦ Θεοῦ· τίς ἡμῖν κοινὸς πρὸς τούτους λόγος ; Ἀλλὰ διαμαρτύρεσθαι αὐτοῖς καὶ

morbos pellendos, ut observant Balsamon et Zonaras. Hinc multo lenior in hoc canone pœnitentia, quam in sexagesimo quinto. Distinctione utitur S. Gregorius Nyssenus in statuenda hujus peccati pœnitentia. Sancit enim canone 3 ut qui se convertunt ad præstigiatores, aut vates, aut eos qui dæmonum opera piacula quædam et malorum avertendorum artem profitentur, hi si fidei negandæ consilio id fecerint, iisdem pœnis ac apostatæ subjiciantur ; sin autem gravissimo quodam dolore et damno perculsi, eodem modo puniantur, ac qui tormentis tempore confessionis cesserunt.

(37) *Ἤγαγον*. Sic mss. codices melioris notæ. Editi ἦγον. Pandectæ cum codicibus mss. consentiunt.

(38) *Εἰ μὴ ἔγνωσαν*. Sic antiquissimi codices et Pandectæ. Editiones Basilii εἰ μὴ συνέγνωσαν.

Digitized by Google

νυκτὸς καὶ ἡμέρας, καὶ δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ ὀφείλομεν· συναπάγεσθαι δὲ αὐτῶν ταῖς πονηρίαις μὴ καταδεχώμεθα, προσευχόμενοι μάλιστα μὲν κερδῆσαι αὐτοὺς καὶ ἐξελέσθαι τῆς παγίδος τοῦ πονηροῦ· ἐὰν δὲ τοῦτο μὴ δυνηθῶμεν, σπουδάσωμεν τὰς γοῦν ἑαυτῶν ψυχὰς τῆς αἰωνίου κατακρίσεως περισώσασθαι.

A abripi eorum improbitatibus, ne feramus, maxime quidem optantes eos lucrifacere, et a maligni laqueo eripere; sed si hoc non possumus, studeamus saltem animas nostras ab æterna condemnatione servare.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΗ'.

331 EPISTOLA CCXVIII'.

Basilius, paucis de Æliani negotio et de suo post iter Ponticum morbo præmissis, Amphilochium rogat, ut episcoporum Lyciæ, quos audierat ab Asianorum hæresi alienos esse, ac suam communionem amplecti velle, sententium exploret, probo aliquo viro in hanc regionem misso.

Ἀμφιλογίῳ. ἐπισκόπῳ Ἰκονίου.

Amphilochio, Iconii episcopo.

Τὴν μὲν χρείαν, ἧς ἕνεκεν παρεγένετο ὁ ἀδελφὸς Αἰλιανὸς, κατώρθωσεν ἐφ' ἑαυτοῦ, οὐδεμιᾶς παρ' ἡμῶν συνεργίας προσδεηθείς· ἡμῖν δὲ διπλῆν ἔδωκε χάριν, κομίσας τε γράμματα τῆς σῆς θεοσεβείας, καὶ ἀφορμὴν τῶν πρὸς σὲ γραμμάτων ἡμῖν παρασχόμενος. Καὶ προσαγορεύομεν οὖν δι' αὐτοῦ τὴν ἀληθινήν σου καὶ ἀμίμητον ἀγάπην· καὶ παρακαλοῦμεν προσεύχεσθαι περὶ ἡμῶν, νῦν, εἴπερ ποτὲ, τῆς ἐκ τῶν προσευχῶν σου βοηθείας προσδεομένων. Τὸ γὰρ σῶμά μου, ἐκ τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὸν Πόντον συντριβὲν, ὑπὸ ἀῤῥωστίας συνέχεται οὐκ ἀνεκτῶς. Ἐκεῖνο δὲ καὶ πάλαι ἐβουλόμην γνώριμον ποιῆσαι τῇ σῇ συνέσει (οὐχ ὡς (39) ὑπ' ἄλλης προηγουμένης αἰτίας διακρουσθεὶς ἐξελαθόμην)· νῦν δὲ ὑπομιμνήσκω, ἵνα καταξιώσῃς ἄνδρα σπουδαῖον πέμψαι εἰς τὴν Λυκίαν, κατασκέψασθαι, τίνες εἰσὶν οἱ τῆς ὀρθῆς πίστεως. Δεῖ γὰρ τάχα μὴ παροφθῆναι αὐτοὺς, εἴπερ ἀληθῆ ἐστιν ἃ τις τῶν ἐκεῖθεν παραγενομένων πρὸς ἡμᾶς εὐλαβῶν διηγήσατο· ὅτι, πάντη πρὸς τὸ Ἀσιανὸν φρόνημα ἀπηλλοτριωμένοι, ἡμᾶς καταδέχονται ἐπιγράφεσθαι κοινωνούς. Εἰ δὲ μέλλει τις ἀπιέναι, ἐπιζητησάτω ἐν Κορυδάλοις Ἀλέξανδρον ἀπὸ μοναζόντων ἐπίσκοπον, καὶ ἐν Λιμύρᾳ Διάτιμον, καὶ ἐν Κύροις (40) Τατιανὸν καὶ Πολέμωνα καὶ Μακάριον πρεσβυτέρους, ἐν Πατάροις ἐπίσκοπον Εὔδημον, ἐν Τελμεσῷ Ἱλάριον ἐπίσκοπον, ἐν Φέλῳ Λολλιανὸν (41) ἐπίσκοπον. Τούτους καὶ ἔτι πλείους ἀνεγνώρισέ τις ἡμῖν, ὡς ὑγιαίνοντας περὶ τὴν πίστιν· καὶ πολλὴν ἔσχον (42) χάριν τῷ Θεῷ, εἴ τινες ὅλως ἐν τῷ κλίματι τῷ Ἀσιανῷ ἔξω εἰσὶ τῆς βλάβης τῶν αἱρετικῶν·

Illud quidem negotium, cujus causa venerat frater Ælianus, ipse per se confecit, nec ulla nostra ope indiguit. Duplicem autem a nobis iniit gratiam, et quod litteras pietatis tuæ attulit, et quod litterarum ad te occasionem nobis subministravit. Per eum igitur et tuam salutamus genuinam ac non imitabilem charitatem, ac rogamus ut pro nobis preceris, qui nunc, si unquam alias, precum tuarum ope indigemus. Nam meum corpus ex itinere Pontico confractum, morbo afflictatur intolerabili. Illud autem et dudum volebam tuæ prudentiæ notum facere, non quod alia potiore interpellante causa oblitus sim; sed nunc commonefacio, ut virum diligentem digneris in Lyciam mittere, qui veræ fidei quinam sint sectatores exploret. Fortasse enim non sunt negligendi, siquidem vera sunt, quæ unus aliquis ex piis viris illinc ad nos venientibus narravit, eos ab Asianorum sententia prorsus alienos, communionem nostram amplecti velle. Si quis autem iturus est, perquirat Corydalis Alexandrum ex monacho episcopum, Limyræ Diatimum, Cyris Tatianum et Polemona et Macarium presbyteros, Pataris Eudemum episcopum, Telmesi Hilarium episcopum, Pheli Lollianum episcopum. Hos et plures adhuc indicavit mihi aliquis recte de fide sentire: ac gratias Deo habui plurimas, si qui omnino in Asiano tractu extra labem hæreticorum sint. Itaque si fieri potest, interim eos sine litteris exploremus: re autem perspecta, tum demum et litteras dabimus. cura-

(39) *Οὐχ ὡς.* Legit Combefisius οὗ ὡς. *Cujus rei oblitus eram cespitante memoria ob aliam rem majoris momenti.* Sed displicet hæc emendatio, non solum quia nullo nititur vetere libro, sed etiam maxime quia non redolet summam Basilii pietatem, cui nihil antiquius erat pace et unitate Ecclesiarum.

(40) *Ἐν Κύροις.* Codex Claromontanus ἐν Νώροις. Sed legendum ἐν Μύροις. Non Tatianus ille factus est episcopus Myrensis, ac interfuit concilio C. P. Nondum ad hanc dignitatem pervenerat, cum hæc scriberetur epistola; nam ei Basilius non alium quam presbyteri titulum defert, qui ei cum Polemone et Macario communis est. Videtur etiam Diatimus nequaquam Limyræ episcopus fuisse; sed tantum presbyter. Illum enim episcopi nomine non designat Basilius; et presbyteri titulus ad eum, itidem ut ad tres alios, videtur referri. Silentium Basilii de episcopis Limyræ et Myræ argumento est

D eos male audiisse. Porro non mirum in tanta rerum ecclesiasticarum perturbatione, si ejusmodi presbyterorum communionem appetebat, quorum cum episcopis non communicabat. Sic enim cum presbyteris Tarsensibus, minime vero cum episcopo Tarsensi conjunctus erat: plures in Sebastiæ presbyterio communicatores habebat, quamvis ab Eustathii communione discessisset, ut patet ex epistolis 113, 114, 237. Paulo ante legitur in codice Vaticano ἀπὸ μοναζόντων καὶ ἐπίσκοπον, *monachum et episcopum.*

(41) *Λολλιανόν.* Ita Med., Vat. et Clarom. Editi Λουκιανόν. Coisl. primus Λουλιανόν. Scriptura quam sequimur consentit cum subscriptionibus concilii C. P. inter quas legitur Lollianus. Ibidem codex Vaticanus ἐν Φελλῷ.

(42) *Ἔσχον.* Sic veteres libri, pro eo quod erat in editis ἔχον.

* Alias CCCCIII. Scripta anno 375.

Digitized by Google

bimusque ut aliquem ex illis ad congressum nostrum advocemus. Cedant autem omnia commode ac prospere Ecclesiæ Iconiensi nobis desideratissimæ. Honorandum omnem clerum et eos qui una cum tua pietate sunt, per te salutamus.

Ἐὰν μὲν οὖν ᾖ δυνατὸν, τέως ἄνευ γραμμάτων αὐτοὺς κατασκεψώμεθα (43)· πεισθέντες δὲ, λοιπὸν καὶ ἀποστέλλομεν ἐπιστολὴν, καὶ σπουδάζομέν τινα ἐξ αὐτῶν προσκαλέσασθαι εἰς τὴν συντυχίαν ἡμῶν. Γένοιτο δὲ πάντα ἐν καιρῷ περὶ τὴν ποθεινοτάτην ἡμῖν Ἐκκλησίαν τὴν Ἰκονίου. Πάντα τὸν τίμιον κλῆρον καὶ τοὺς συνόντας τῇ θεοσεβείᾳ σου ἀσπαζόμεθα διὰ σοῦ.

332 EPISTOLA CCXIX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΘ'.

Cum Basilius a Theodoro subdiacono didicisset dissensiones in clero Samosatensi exortas esse ; etsi sciebat Eusebium ea de re ad illos scripsisse, suum quoque illis dolorem significat, hortaturque ne laudem ex persecutione comparatam dissensionibus amittant.

Clero Samosatensi.

Τῷ Σαμοσατέων κλήρῳ.

1. Qui omnia in pondere et mensura [12] definit nobis Dominus, et tentationes inducit [14] quæ vires nostras non superent, sed probat quidem pietatis athletas per afflictionem, nec tamen ultra quam ferre queunt, sinit tentari [15], datque potum in lacrymis in mensura [16] iis, qui debent ostendere, an in afflictionibus gratum Deo animum servent ; in hac maxime circa vos dispensatione suam benignitatem declaravit, non sinens vobis ab inimicis persecutionem ejusmodi inferri, quæ posset aliquos evertere, aut de fide in Christum commovere. Vos enim cum levibus et quos facile sit superare adversariis conjungens, præmium vobis patientiæ in illis vincendis præparavit. Sed communis ille nostræ vitæ hostis, qui suis artificiis benignitati Dei adversatur, postquam vos vidit validi muri instar assultum extrinsecus contemnere, id, ut audio, excogitavit, ut inter vos mutuæ quædam offensiones et pusilli animi dissidia nascerentur : quæ initio quidem parva, et facile sanabilia, temporis progressu per contentionem aucta in malum prorsus insanabile vergere solent. Quapropter adductus sum ut per hanc epistolam vos adhortarer. Quod si fieri posset, venissem ipse, vosque per me ipse rogassem. Sed quia id tempora non sinunt, hanc vobis epistolam, veluti aliquod supplicantis insigne, prætendimus, ut adhortationes nostras reveriti, solvatis omnem inter vos contentionem, mihique cito bonum nuntium mittatis dimissarum inter vos offensionum.

1. Ὁ πάντα μέτρῳ καὶ σταθμῷ ὁρίζων ἡμῖν Κύριος, καὶ τοὺς πειρασμοὺς ἐπάγων μὴ ὑπερβαίνοντας ἡμῶν τὴν δύναμιν, ἀλλὰ δοκιμάζων μὲν διὰ τῆς περιστάσεως τοὺς ἀγωνιστὰς τῆς εὐσεβείας, οὐκ ἐῶν δὲ πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνανται ὑπενεγκεῖν, καὶ ποτίζων δάκρυσιν (44) ἐν μέτρῳ τοὺς ὀφείλοντας διδαχθῆναι (45), εἰ ἐν ταῖς θλίψεσι τὸ πρὸς τὸν Θεὸν εὐχάριστον διασώζουσι· μάλιστα ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τῆς καθ' ὑμᾶς τὸ ἑαυτοῦ φιλάνθρωπον ἐφανέρωσε, μὴ συγχωρήσας ὑμῖν τὸν παρὰ τῶν ἐχθρῶν διωγμὸν τοιοῦτον ἐπενεχθῆναι, οἷον δύνασθαι περιτρέψαι τινὰς ἢ διασαλεῦσαι ἀπὸ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως. Κούφοις γὰρ καὶ εὐκαταγωνίστοις ἀντιπάλοις παραζεύξας ὑμᾶς, ἐν τῇ κατ' αὐτῶν νίκῃ τὸ βραβεῖον ὑμῖν τῆς ὑπομονῆς ηὐτρέπισεν. Ἀλλ' ὁ κοινὸς ἐχθρὸς τῆς ζωῆς ἡμῶν, ὁ ταῖς ἑαυτοῦ μεθοδείαις ἀντιμαχόμενος τοῦ Θεοῦ τῇ χρηστότητι, ἐπειδὴ εἶδεν ὑμᾶς ὡς τεῖχος κραταιὸν τῆς ἔξωθεν προσβολῆς καταφρονοῦντας, ἐν ὑμῖν αὐτοῖς, ὡς ἀκούω, ἐπενόησε γενέσθαι τινὰς λύπας πρὸς ἀλλήλους καὶ μικροψυχίας· αἳ παρὰ μὲν τὴν πρώτην μικραὶ εἰσι καὶ εὐθεράπευτοι, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ὑπὸ φιλονεικίας αὐξανόμεναι (46), εἰς ἀνίατον παντελῶς ἐκπίπτειν πεφύκασι. Διὸ ὥρμησα πρὸς τὴν διὰ τοῦ γράμματος τοῦδε παράκλησιν. Εἰ μὲν ἦν (47) δυνατὸν, αὐτὸς ἂν παρεγενόμην, καὶ δι' ἐμαυτοῦ ἱκέτευσα ὑμᾶς· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οἱ καιροὶ οὐκ ἐπιτρέπουσι, τὴν ἐπιστολὴν ταύτην ἀνθ' ἱκετηρίας ὑμῖν προτείνομεν· ἵνα, αἰδεσθέντες ἡμῶν τὰς παρακλήσεις, καταλύσητε πᾶσαν τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαν (48), καὶ ταχέως μοι διαπέμψησθε τὴν ἀγαθὴν ἀγγελίαν, ὅτι ἀφῆκατε ἀλλήλοις τὰς μέμψεις.

[12] Sap. xi, 21. [14] Matth. vi, 13. [15] I Cor. x, 13. [16] Psal. lxxix, 6.

* Alias CCLXXX. Scripta anno 375.

(43) *Κατασκεψώμεθα.* Clarom. ἐπισκεψώμεθα. Paulo post legimus cum codicibus Med. et Coisl. primo ἀποστέλλομεν et σπουδάζομεν. Deest hæc epistola in Harlæano. Pro hac autem loquendi ratione habebant editi ἀποστελοῦμεν et σπουδάσομεν, quod quidem librariis nimium ad grammaticæ leges attentis tribuendum videtur. Scriptura, quam in contextum recepimus, confirmatur simili loco epistolæ 244, n. 5, ubi Basilius Patrophilo significat dubium sibi non esse, quin Eustathii contumeliosa scripta noverit. Tum addit : Εἰ δ' οὐκ ἦλθεν εἰς σὲ τὰ γράμματα, ἀλλ' ἐγώ σοι ἀποστέλλω· *Quod si ad te scripta illa non pervenerunt, at ego ad te mittam.*

(44) *Δάκρυσιν.* Editi præmittunt ἐν quæ præpositio deest in sex mss.

(45) *Διδαχθῆναι.* Duo Regii codices, Vat., Paris. et Coisl. secundus διαδειχθῆναι. Clarom. δειχθῆναι. Nihil mutandum. Illud enim διδαχθῆναι idem valet ac δειχθῆναι, id est, ostendere et docere, ut perspici potest ex epist. 244, n. 3.

(46) *Αὐξανόμεναι.* Med. et Coisl. primus αὐξόμεναι.

(47) *Εἰ μὲν ἦν... παρεγενόμην καὶ.* Ita tres vetustissimi codices et Clarom. Editi Εἰ μὲν οὖν ἦν... παραγενόμενος δι' ἐμαυτοῦ.

(48) *Πρὸς ἀλλήλους.* Coisl. primus εἰς ἀλλήλους. Paulo post idem codex cum Med. καταλειθεῖς. Clarom. ὑποκλιθεῖς. Ibidem nonnulli codices καὶ... δεξάμενος τά, alii δειξάμενος τά.

Digitized by Google

2. Ἐκεῖνο γὰρ εἰδέναι βούλομαι τὴν σύνεσιν ὑμῶν, A ὅτι ἐκεῖνος μέγας παρὰ Θεῷ, ὁ ταπεινοφρόνως ὑποκατακλιθεὶς τῷ πλησίον, καὶ ἀνεπαισχύντως ἐφ' ἑαυτὸν ἀναδεξάμενος τὰ ἐγκλήματα, κἂν μὴ ἀληθῆ ᾖ, ὑπὲρ τοῦ τὸ μέγα ὄφελος τὴν εἰρήνην χαρίσασθαι τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ. Γενέσθω οὖν ἐν ὑμῖν ἅμιλλα ἀγαθή, τίς πρῶτος καταξιωθῇ υἱὸς Θεοῦ κληθῆναι, διὰ τῆς εἰρηνοποιίας ἑαυτῷ τὸ ἀξίωμα τοῦτο περιποιησάμενος. Ἐπέστειλε δὲ καὶ ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος ὑμῖν τὰ πρέποντα, καὶ ἐπιστελεῖ (49) πάλιν τὰ ἐπιβάλλοντα αὐτῷ. Πλὴν ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς, διὰ τὸ ἔτι (50) συγκεχωρῆσθαι ἐγγύτεροι ὑμῶν εἶναι, ἀμελεῖν τῶν καθ' ὑμᾶς οὐ δυνάμεθα. Ὅθεν καὶ παραγενομένου τοῦ εὐλαβεστάτου ἀδελφοῦ Θεοδώρου τοῦ ὑποδιακόνου, καὶ εἰπόντος τὴν Ἐκκλησίαν ἐν λύπῃ εἶναι καὶ ταραχῇ, σφοδρῶς συντριβέντες καὶ βαθείᾳ ὀδύνῃ τὴν καρδίαν πληγέντες, ἡσυχάσαι οὐκ ἠνείχόμεθα· ἀλλὰ παρεκαλέσαμεν ὑμᾶς, πᾶσαν δικαιολογίαν τὴν πρὸς ἀλλήλους ῥίψαντας, καταπράξασθαι τὴν εἰρήνην, ἵνα μήτε ἡδονὴν τοῖς ἐναντίοις παράσχησθε, μήτε τὸ καύχημα τῆς Ἐκκλησίας προδῶτε, ὃ νῦν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διαβεβόηται, ὅτι οἱ πάντες, ὡς ὑπὸ μιᾶς ψυχῆς καὶ καρδίας οἰκονομούμενοι, ἐν ἑνὶ σώματι οὕτω διάγετε. Πάντα τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ, τούς τε ἐν ἀξιώμασι καὶ δυναστείαις πολιτικαῖς (51), καὶ τοῦ παντὸς κλήρου τὸ πλήρωμα διὰ τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας κατασπαζόμεθα, καὶ παρακαλοῦμεν ὁμοίους ἑαυτοῖς διαμεῖναι. Οὐδεμίαν γὰρ προσθήκην ἐπιζητοῦμεν, διὰ τὸ πᾶσαν ὑπερβολὴν προλαβόντας αὐτοὺς διὰ τῆς τῶν ἀγαθῶν C ἔργων ἐπιδείξεως ἀποκλεῖσαι (52).

2. Sciat enim hoc, vestra, prudentia, illum magnum esse apud Deum, qui se proximo humiliter submittit, ac citra verecundiam crimina in seipso recipit, etiamsi vera non sint, ut pacem, magnum illud emolumentum, Dei Ecclesiæ conciliet. Sit itaque inter vos certamen bonum, quis prior consequatur, ut filius Dei vocetur, hanc sibi dignitatem ob pacem compositam comparans. Scripsit autem et religiosissimus episcopus vobis quæ conveniunt, ac rursus scribet quæ ipsum decent. Verumtamen et nos, eo quod adhuc concessum sit, ut vobis propiores simus, negligere res vestras non possumus. Unde et cum advenisset religiosissimus frater Theodorus subdiaconus, dixissetque Ecclesiam in mœstitia esse ac perturbatione, tum valde contriti, B **333** et imo cordis dolore perculsi, conticere non potuimus : sed vos adhortati sumus, ut omnem inter vos juris disceptationem projicientes, pacem componatis, ne afferatis lætitiam adversariis, neve hanc Ecclesiæ gloriationem prodatis, quæ nunc per totum terrarum orbem prædicatur, vos videlicet tanquam anima una et corde uno gubernatos, ita in uno corpore versari. Omnem Dei populum, honoratos et magistratus, et totius cleri cœtum per vestram pietatem salutamus, adhortamurque ut sui ipsorum semper permaneant similes. Nam incrementum nullum exposcimus, eo quod accessionem omnem jam ipsi per edita bonorum operum specimina excluserint.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚ'.

EPISTOLA CCXX*.

Testatur Basilius clericis Berœensibus, se ad eorum amorem exarsisse, lectis eorum litteris, et ipsorum ac totius populi virtute cognita ex sermone Acacii presbuteri. Pacem illis orat post tot certamina, et ad perseverantiam hortatur.

Πρὸς τοὺς ἐν Βεροίᾳ

Μεγάλην ὁ Κύριος ἔδωκε παραμυθίαν τοῖς ἀπολιμπανομένοις τῆς κατ' ὀφθαλμοὺς συντυχίας, τὴν διὰ τοῦ γράμματος ὁμιλίαν, ἐξ ἧς ἔστι μανθάνειν οὐ τὸν σωματικὸν χαρακτῆρα, ἀλλ' αὐτῆς τῆς ψυχῆς τὴν διάθεσιν. Ὅθεν καὶ νῦν, δεξάμενοι τὰ γράμματα τῆς εὐλαβείας ὑμῶν, ὁμοῦ τε ἐγνωρίσαμεν ὑμᾶς, καὶ τὴν περὶ ὑμᾶς (53) ἀγάπην ταῖς καρδίαις ἡμῶν ἀνελάβομεν, οὐ δεηθέντες χρόνου μακροῦ συνήθειαν ἐμποιοῦντος ἡμῖν. Ἐξ αὐτῆς γὰρ τῆς ἐναποκειμένης τοῖς γράμμασι διανοίας εἰς τὸ φίλτρον τοῦ κάλλους τῆς ψυχῆς ὑμῶν ἐξεκαύθημεν. Καὶ γὰρ πρὸς τοῖς ἐπεσταλμένοις, τοιούτοις οὖσιν, ἔτι καὶ ἡ τῶν μεσιτευόντων ἀδελφῶν ἐπιτηδειότης ἐναργέστερον ἡμῖν ἐδείκνυ τὰ καθ' ὑμᾶς. Ὁ γὰρ ποθεινότατος καὶ εὐλαβέστατος συμπρεσβύτερος ἡμῶν Ἀχάκιος, πλείονα τῶν ἐπεσταλμένων διηγούμενος, καὶ ὑπ' ὄψιν

Berææis.

4. Εἴ τις ἐν Συρίᾳ συγγράφει, τοῦτο οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς. *Ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου δικαιωθήσῃ*, φησί, *καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ* (68). Οἱ ἐμοὶ λόγοι ἐμὲ κρινέτωσαν· ὑπὲρ δὲ ἀλλοτρίων ἡμᾶς σφαλμάτων μηδεὶς καταδικαζέτω, μηδὲ τὰς πρὸ εἴκοσιν ἐτῶν γραφείσας παρ' ἡμῶν ἐπιστολὰς εἰς ἀπόδειξιν προβαλλέσθω τοῦ νῦν κοινωνικοὺς ἡμᾶς εἶναι τοῖς ἐκεῖνα συγγράψασιν. Ἡμεῖς γὰρ πρὸ τῶν συγγραμμάτων, λαϊκοὶ ὄντες πρὸς λαϊκοὺς ἐπεστέλλομεν (69), πρὸ τοῦ τινὰ καὶ ὑπόνοιαν τοιαύτην κατ' αὐτῶν κινεῖσθαι· καὶ ἐπεστέλλομεν οὐδὲν περὶ πίστεως, οὐδ' οἷα νῦν ἐπὶ τῇ καθ' ἡμῶν διαβολῇ περιφέρουσιν οὗτοι, ἀλλὰ ψιλὰς προσηγορίας, ἀγαπητικὴν προσφώνησιν ἀποπληρούσας. Ἡμεῖς γὰρ ὁμοίως καὶ τοὺς τὰ Σαβελλίου νοσοῦντας, καὶ τοὺς τὰ Ἀρείου δόγματα ἐκδικοῦντας, ὡς ἀσεβεῖς, ἀποφεύγομεν καὶ ἀναθεματίζομεν. Εἴ τις τὸν αὐτὸν Πατέρα λέγει καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, καὶ ἓν πρᾶγμα πολυώνυμον ὑποτίθεται, καὶ μίαν ὑπόστασιν ὑπὸ τριῶν προσηγοριῶν ἐκφωνουμένην, τὸν τοιοῦτον ἡμεῖς ἐν τῇ μερίδι τῶν Ἰουδαίων τάσσομεν. Ὁμοίως καὶ εἴ τις ἀνόμοιον λέγει κατὰ τὴν οὐσίαν τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, ἢ εἰς κτίσμα κατάγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀναθεματίζομεν, καὶ ἐγγὺς εἶναι τῆς Ἑλληνικῆς τιθέμεθα πλάνης. Ἀλλὰ τὰ μὲν στόματα τῶν κακηγορούντων ἡμᾶς ἐπισχεθῆναι διὰ τῶν ἡμετέρων γραμμάτων ἀμήχανον· μᾶλλον μὲν οὖν εἰκὸς καὶ ἐρεθίζεσθαι αὐτοὺς ἐπὶ ταῖς ἀπολογίαις ἡμῶν, καὶ μείζονα καὶ χαλεπώτερα καθ' ἡμῶν κατασκευάζειν· τὰς μέντοι ὑμετέρας ἀκοὰς φυλαχθῆναι οὐ χαλεπόν. Ὥστε, ὃ ἐστιν ἐφ' ὑμῖν, τοῦτο ποιήσατε. Ἀκεραίαν ἡμῖν καὶ ἀπρόληπτον ταῖς διαβολαῖς τὴν καρδίαν ὑμῶν φυλάξατε· καὶ πρὸς τὰ προβαλλόμενα ἐγκλήματα ἀπαιτεῖτε ἡμᾶς τὰς εὐθύνας. Καὶ εἰ μὲν εὕρητε παρ' ἡμῖν τὴν ἀλήθειαν, μὴ δῶτε χώραν τῷ ψεύδει· ἐὰν δὲ ἀτονούντων ἡμῶν πρὸς τὴν ἀπολογίαν αἰσθησθε, τότε πιστεύσατε τοῖς κατηγόροις ἡμῶν ὡς ἀληθεύουσιν. Ἀγρυπνοῦσιν ἐκεῖνοι πρὸς τὸ ἡμᾶς κακοποιῆσαι· τοῦτο παρ' ὑμῶν οὐκ ἐπιζητοῦμεν. Ἐμπορικὸν βίον

B 4. Si quis in Syria scribit, hoc nihil ad nos. *Ex tuis enim*, inquit, *verbis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis* [41]. Mea me verba judicent; propter alienos vero errores nemo nos condemnet, neque ante viginti annos scriptas a nobis epistolas proferat, ut demonstret nunc communicatores nos esse eorum qui ista scripserunt. Nos enim, antequam hæc scriberent, laici ad laicos scripsimus, antequam vel suspicionem ejusmodi quisquam in illos moveret; nec de fide quidquam scripsimus nec qualia illi nunc ad invidiam nobis creandum circumferunt, sed salutationes nudas, quæ amicam compellationem persolvebant. **349** Nos enim pariter et eos qui Sabellii morbo laborant, et eos qui Arii dogmata tuentur, ut impios fugimus, et anathematizamus. Si quis eumdem Patrem dicit ac Filium et Spiritum sanctum, ac rem unam multis nominibus designatam esse statuit, unamque hypostasim tribus appellationibus expressam; talem nos in Judæorum parte numeramus. Sic etiam, si quis Filium Patri secundum essentiam dissimilem dicit, aut ad creaturam detrahit Spiritum sanctum, anathematizamus, et a gentilium errore non longe abesse ducimus. Sed ora accusatorum nostrorum comprimi litteris nostris non possunt; imo verisimile est, illos etiam defensionibus nostris irritari, et majora ac graviora in nos machinari. Cæterum aures vestras custodiri non difficile. Quare quod in vobis situm est, præstate. Sincerum nobis et minime præoccupatum calumniis cor vestrum servate : atque objectorum nobis criminum rationem a nobis postulate. Ac veritatem quidem si apud nos inveneritis, ne detis locum mendacio. Sin autem nos ad defensionem infirmos senseritis, tunc credite accusatoribus nostris, ut vera dicentibus. Vigilant illi, nobis ut noceant : hoc a vobis non exposcimus. Nundinariam vitam agentes, structam nobis calumniam ad lucri accessionem convertunt : vos autem adhortamur, ut maneatis domi, ac

C

D

[40] Philipp. IV. 5, 6. [41] Matth. XII, 37.

(68) *Καταδικασθήσῃ*. Ita mss. sex. Editi *κατακριθήσῃ*.

(69) *Ἐπεστέλλομεν*. Coisl. primus et Med. ἐπεσταίλαμεν.

Digitized by Google

decore vos geratis, opus Christi in quiete perficientes [42], illorum vero congressus, qui ad auditores evertendos dolose fiunt, declinetis : ut et dilectionem erga nos sinceram custodiatis, patrumque fidem servetis integram ac inoffensam, et probati ac spectati, tanquam veritatis amici, apud Dominum comperiamini.

A μεταχειριζόμενοι, παρεμπόρευμα ποιοῦνται τὴν ἡμετέραν διαβολήν· ὑμᾶς δὲ οἴκοι μένειν καὶ εὐσχημονεῖν, ἐν ἡσυχίᾳ τὸ ἔργον τοῦ Χριστοῦ (70) πληροῦντας, παρακαλοῦμεν, τὰς μέντοι συντυχίας αὐτῶν, τὰς δολερῶς ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων γινομένας, ἐκκλίνειν· ἵνα καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀγάπην ἀκεραίαν φυλάξητε (71), καὶ τὴν τῶν πατέρων πίστιν ἄθραυστον διασώσητε, καὶ παρὰ τῷ Κυρίῳ εὐδόκιμοι φανῆτε, ὡς φίλοι τῆς ἀληθείας.

EPISTOLA CCXXVII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚΖ'.

Cum Euphronium Coloniensem episcopi ad sedem Nicopolitanam transferendum decrevissent, permolestum id accidit clericis Coloniensibus, quorum nonnulli iracundiam eo perduxerunt, ut se ad tribunalia abituros minarentur, ac res suas hominibus evertendarum Ecclesiarum cupidis commissuros. Basilius laudat eorum amorem in episcopum, sed modum requirit. Demonstrat eis provideri, dum Nicopoli providetur, nec eos deserturum episcopum. Spem affert amplioris solatii, seque ad eos venturum.

Clericis Coloniensibus consolatoria.

Τοῖς ἐν Κολωνείᾳ (72) *κληρικοῖς παραμυθητική.*

Et quid ita pulchrum et spectatum apud Deum et homines, ut charitas perfecta, quam complementum totius esse legis [43] a sapiente didicimus magistro? Quapropter approbo vestri in pastorem amoris ardorem. Nam nec tenero filio boni patris privatio, nec Christi Ecclesiæ pastoris ac magistri secessus tolerabilis. Quare præclaræ ac bonæ voluntatis indicium in hac præstantissima erga episcopum vestrum animi affectione præbuistis. Sed tamen vestrum illud præclarum erga patrem spiritualem studium, si modo et ratione contineatur, laudandum est; sin autem **350** limites transcendat, non jam eadem approbatione dignum est. Præclara œconomia erga religiosissimum fratrem nostrum et comministrum Euphronium ab his, quibus Ecclesiæ commissæ sunt gubernandæ, facta est, necessaria tempori, perutilis et Ecclesiæ ad quam translatus est, et vobis ipsis a quibus assumptus. Hanc ne existimetis humanam, aut ex cogitationibus susceptam hominum terrena sentientium; sed eos, quibus Ecclesiarum Dei sollicitudo incumbit, ex consuetudine et conjunctione quam habent cum Spiritu, id fecisse persuasum habete, atque hoc eorum inceptum animis vestris mandate, et operam date ut perficiatur. Suscipite igitur tranquille et cum gratiarum actione id quod factum est, habentes

B Καὶ τί οὕτω καλὸν καὶ εὐδόκιμον παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ὡς ἀγάπη τελεία, ἣν πλήρωμα παντὸς εἶναι νόμου παρὰ τοῦ σοφοῦ δεδιδάγμεθα διδασκάλου; Ὥστε ἀποδέχομαι ὑμῶν τὸ διάπυρον τῆς περὶ τὸν ποιμένα ὑμῶν διαθέσεως. Οὔτε γὰρ παιδὶ φιλοπάτορι πατρὸς ἀγαθοῦ στέρησις ἀνεκτή, οὔτε Ἐκκλησίᾳ Χριστοῦ (73) ποιμένος καὶ διδασκάλου ἀναχώρησις φορητή. Ὥστε καλῆς καὶ ἀγαθῆς προαιρέσεως ἀπόδειξιν (74) ἐν τῇ ὑπερβαλλούσῃ περὶ τὸν ἐπίσκοπον ὑμῶν διαθέσει παρέχεσθε. Ἀλλὰ τὸ χρηστὸν ὑμῶν τοῦτο καὶ περὶ τὸν πνευματικὸν πατέρα ἐνδιάθετον, μέτρῳ καὶ λογισμῷ γινόμενον, ἀπόδεκτόν ἐστιν· ἐκβαῖνον δὲ τοὺς ὅρους (75), οὐκ ἔτι τῆς αὐτῆς ἀποδοχῆς ἄξιον γίνεται. Οἰκονομία καλὴ περὶ τὸν θεοφιλέστατον ἀδελφὸν ὑμῶν τὸν συλλειτουργὸν Εὐφρόνιον C παρὰ τῶν οἰκονομεῖν τὰς Ἐκκλησίας πεπιστευμένων γεγένηται, ἀναγκαία τῷ καιρῷ, λυσιτελὴς καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ πρὸς ἣν μετετέθη (76), καὶ ὑμῖν αὐτοῖς ἀφ' ὧν ἐλήφθη. Ταύτην μὴ ἀνθρωπίνην νομίσητε, μηδὲ ἐκ λογισμῶν κεκινῆσθαι τὰ γήινα φρονούντων ἀνθρώπων· ἀλλὰ τῇ συνηθείᾳ τοῦ Πνεύματος τοὺς τὴν μέριμναν ἀνηρτημένους (77) τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τοῦτο ποιῆσαι πέπεισθε, καὶ ἐμβάλλεσθε τῇ διανοίᾳ τὴν ὁρμὴν ταύτην, καὶ σπουδάσατε αὐτὴν τελειῶσαι. Δέξασθε οὖν ἡσυχῇ (78) καὶ μετ' εὐχαριστίας τὸ γενόμενον, ἐκεῖνο πεπεισμένοι, ὅτι οἱ μὴ δεχόμενοι παρὰ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ

[42] I Thess. IV, 11. [43] Rom. XIII, 10.

* Alias CCXCII. Scripta anno 375.

(70) *Τοῦ Χριστοῦ.* Ita tres vetustissimi codices, pro eo quod erat in editis τοῦ Κυρίου.

(71) *Φυλάξητε.* Ita sex mss. Editi διαφυλάξητε.

(72) *Τοῖς ἐν Κολωνείᾳ.* Coisl. primus et Med. non sine manifesto errore πρὸς Νικοπόλει κληρικοὺς παραμυθητική, *Ad clericos Nicopolitanos consolatoria.* Deest παραμυθητική in duobus Regiis codicibus.

(73) *Χριστοῦ.* Non male in codice insignis Ecclesiæ Parisiensis χρηστοῦ, *boni pastoris secessus.*

(74) *Ἀπόδειξιν.* Editi addunt ἡμῖν. Sed melius ea vox abesse visa est a codicibus vetustissimis Med. et Coisl. primo. Paulo post idem Coisl. ἀγάπῃ παρέχεσθε.

(75) *Τοὺς ὅρους.* Ita Coisl. primus et Med. Deest hæc epistola in Harlæano codice. Editi τοῦ ὅρου.

(76) *Μετετέθη.* Ita mss. summo consensu. Editio Paris. μετέθη. Paulo post satis commode Coisl. primus et Med. τῇ συνηθείᾳ τοῦ Πνεύματος, *ex consuetudine Spiritus*, id est, ex societate et conjunctione, quam habent cum sancto Spiritu. In hanc sententiam Tatianus, orat. *adversus Græcos:* Γέγονε μὲν οὖν συνδίαιτον ἀρχῆθεν τὸ Πνεῦμα τῇ ψυχῇ, *erat quidem ab initio Spiritus convictor animæ.* Legebatur in editis τῇ συνεργίᾳ τοῦ Πνεύματος, *ope Spiritus.* Quæ quidem scriptura facilis et plana est. Sed quo planior et facilior, eo minus proclive fuit eam immutare, præsertim antiquioribus librariis, qui non tantum sibi licentiæ sumebant, quantum recentiores. Alteram autem, quam in contextum recepimus, cum obscura nonnullis videri potuerit, non miror immutatam fuisse.

(77) *Ἀνηρτημένους.* Reg. secundus et Coisl. secundus ἀνηρημένους. Mox Coisl. primus et Med. ἐμβάλεσθε.

(78) *Ἡσυχῇ.* Ita sex mss. Editi ἡσύχως. Ibidem Coisl. primus et tres alii τὸ γινόμενον.

Digitized by Google

Θεοῦ τὰ ταῖς Ἐκκλησίαις διατυπούμενα τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθίστανται. Μὴ δικαιολογεῖσθε πρὸς τὴν μητέρα ὑμῶν τὴν ἐν Νικοπόλει Ἐκκλησίαν. Μὴ τραχύνεσθε πρὸς τοὺς τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀναδεδεγμένους (79) τὴν μέριμναν. Ἐν γὰρ τῷ τὰ τῆς Νικοπόλεως συνεστάναι πράγματα καὶ τὸ καθ' ὑμᾶς μέρος συνδιασωθήσεται (80)· ἐὰν δὲ ἐκείνης ἅψηταί τις σάλος, κἂν μυρίους ἔχητε τοὺς φυλάσσοντας ὑμᾶς, συμπαραναλωθήσεται τῷ κεφαλαίῳ καὶ τὸ μέρος. Ὡς οὖν οἱ τοῖς ποταμοῖς παροικοῦντες, ἐπειδὰν ἴδωσί τινας πόρρωθεν ὀχυρώματα καταβαλλομένους (81) τοῖς ῥεύμασιν, ἴσασιν, ὅτι αὐτοῖς προδιοικοῦνται τὴν ἀσφάλειαν, τὰς ἐπιδρομὰς τῶν ῥευμάτων ἀποκρουόμενοι· οὕτω καὶ οἱ νῦν τὸ βάρος τῆς φροντίδος τῶν Ἐκκλησιῶν (82) ἀναδεξάμενοι ἐν τῇ τῶν ἄλλων φυλακῇ τὴν καθ' ὑμᾶς ἄδειαν διοικοῦνται· καὶ ἐν σκέπῃ γενήσεσθε πάσης ταραχῆς, ἑτέρων ὑποδεχομένων τοῦ πολέμου τὰς προσβολάς. Πρὸς δὲ κἀκεῖνο (83) ἐνθυμεῖσθαι ὑμᾶς προσῆκεν, ὅτι οὐχ ὑμᾶς ἀπέβαλεν, ἀλλ' ἑτέρους προσέλαβεν. Οὐ δήπου γὰρ βάσκανοί τινές ἐσμεν ἡμεῖς, ὥστε τὸν δυνάμενον καὶ ἄλλοις τῶν ἑαυτοῦ χαρισμάτων μεταδιδόναι ἀναγκάζειν ὑμῖν (84) ἐναποκλείειν τὴν χάριν, καὶ τὸ καθ' ὑμᾶς μόνῳ χωρίῳ στενοχωρεῖν. Οὔτε γὰρ ὁ πηγὴν περιφράσσων, καὶ ὕδατος ἔξοδον λυμαινόμενος, οὔτε ὁ διδασκαλίαν διαρκῆ κωλύων ἐπὶ πλεῖον χωρεῖν ἔξω τοῦ πάθους τῆς βασκανίας ἐστίν. Ἐχέτω τοίνυν καὶ τὴν Νικοπόλεως μέριμναν, καὶ τὸ ὑμέτερον προσθήκη ἔστω τῶν ἐκεῖ φροντισμάτων. Τῷ μὲν γὰρ ἀνδρὶ πλείων προσῆλθεν (85) ὁ κόπος, ὑμῶν δὲ οὐδὲν ἐλαττοῦται ἡ ἐπιμέλεια. Ἐκεῖνο δέ με πάνυ ἐλύπησε, καὶ ἔξω ἐφάνη τοῦ μέτρου, τὸ εἰρῆσθαι, ὅτι, ἀποτυχόντες τῶν ἐπιζητουμένων, τὰ δικαστήρια καταληψόμεθα, καὶ ἐπιστήσομεν (86) ἀνθρώπους τοῖς πράγμασιν, οἷς ἡ καταστροφὴ τῶν Ἐκκλησιῶν εὐχῆς ἐστι τὸ κεφάλαιον. Μή ποτε οὖν ἄφρονι θυμῷ φερόμενοί (87) τινες παραπείσωσιν ὑμᾶς φθέγξα-

A pro certo, eos qui res in Ecclesiis a Dei electis constitutas non admittunt, Dei ordinationi resistere. Cavete litigetis cum vestra matre Ecclesia Nicopolitana; nec animum in eos, qui vestrarum animarum curam suscepere, exasperate. Dum enim res Nicopolitanæ consistent, vestra etiam pars simul servabitur; sed si illam aliqua tempestas attigerit, etiamsi adsint vobis custodes innumeri, pars quoque una cum capite absumetur. Quemadmodum igitur qui ad fluvios habitant, si quos procul videant valida præsidia aquis objicere, intelligunt securitati suæ provideri, dum incursus aquarum repelluntur; ita etiam qui nunc pondus sollicitudinis Ecclesiarum sustinent, in aliorum custodia securitati vestræ provident, tutique eritis ab omni tumultu, aliis belli impetum B sustinentibus. Ad hæc illud etiam vobis considerandum est, non vos ab eo repudiatos, sed alios assumptos. Non enim invidi quidam sumus, ut qui sua dona etiam cum aliis communicare possit, eum cogamus gratiam inter vos concludere, et solis loci vestri finibus coerceamus. Nam nec qui fontem circumsepit, et aquarum exitum labefactat, nec qui doctrinam uberem prohibet latius fluere, extra invidiæ crimen est. Suscipiat itaque et Nicopolis curam, et ad futuras illic sollicitudines vestri cura accedat. Illi enim plus accessit **351** laboris, sed de vestri cura nihil decessit. Hoc autem mihi et maxime doluit, et modum mihi visum est excedere, quod videlicet dixistis: votoC rum compotes si non sumus, ad judicum tribunalia abibimus, ac res hominibus committemus, quibus Ecclesiarum eversio caput est votorum. Cavete igitur ne qui unquam insano furore acti vobis persuadeant, ut quidquam apud publica subsellia proferatis, atque inde aliqua accidat eversio, cujus pondus in eorum capita, qui causam præbue-

(79) *Ἀναδεδεγμένους*. Coisl. primus ἀναδεδειγμένους. Paulo post Medicæus codex ἐστάναι πράγματα.

(80) *Συνδιασωθήσεται*. Coisl. primus συνδιασώζεται. Infra Vat., Reg. secundus, Coisl. secundus, Paris. et ad marginem Clarom. τῷ κεφαλαίῳ καὶ τὸ ὑμέτερον. Ὡς οὖν.

(81) *Καταβαλλομένους*. Med. codex προκαταβαλλομένους.

(82) *Τῶν ἐκκλησιῶν*. Ita Coisl. uterque, Med., Reg. secundus et Paris. Editi τῶν ἐκκλησιαστικῶν.

(83) *Πρὸς δὲ κἀκεῖνο*, etc. Dubitarunt eruditi viri, utrum Euphronius, relicta Coloniensi Ecclesia, ad Nicopolitanam translatus fuerit, an utramque simul regendam susceperit. Utrumvis factum fuerit, cum ad summam Ecclesiæ utilitatem necessario tempore factum sit, maxima laude dignum videri, et Spiritui sancto attribui debet. Sed perspicere mihi videor, ita rem constitutam fuisse ut alius Coloniæ, præter Euphronium, episcopus non daretur. Promittit enim Coloniensibus Basilius, eos et communem cum aliis provinciæ Ecclesiis utilitatem percepturos, et Euphronium ab illis proprie regendis non discessurum. *In aliorum custodia*, inquit, *securitati vestræ provident, tutique eritis ab omni tumultu, aliis belli impetum sustinentibus.* Hæc communia Coloniensibus erant futura cum aliis provinciæ Ecclesiis. Quid autem Colo-

niensibus proprie servaretur, indicant quæ sequuntur: *Ad hæc illud etiam vobis considerandum est, non vos ab eo repudiatos, sed alios assumptos... Suscipiat itaque et Nicopolis curam, et ad futuras illic sollicitudines vestri cura accedat*, etc. Similia leguntur in epistola sequenti, in qua Basilius Colonienses magistratus rogat, ut boni vasis usum communem habere cum vicinis non recusent; ac Euphronium Coloniæ et Nicopolis communem patrem futurum pollicetur. Ridicula sane et absurda promissa, si Euphronium Colonia non cum Nicopoli, sed cum aliis Ecclesiis episcopalibus Nicopoli subjectis communem patrem erat habitura.

(84) *Ὑμῖν*. Ita mss. summo consensu, et paulo post τῷ καθ' ὑμᾶς. Editi ἡμῖν et τῷ καθ' ἡμᾶς. Paulo post λυμαινόμενος ἐπαινετός. Sed postrema vox multo melius deest in codicibus Med. et Coisl. primo. Ibidem Coisl. primus κωλύων μὴ ἐπὶ πλεῖον.

(85) *Πλείων προσῆλθεν*. Coisl. primus προῆλθεν. Med. πλεῖον προῆλθεν. Paulo post deest τὸ in quinque mss. ante εἰρῆσθαι, non tamen deest in Coisl. primo et Med.

(86) *Ἐπιστήσομεν*. Coisl. primus ἐπεισείσομεν. Vat., Paris., Coisl. secundus et Reg. secundus ἐπισείσομεν.

(87) *Φερόμενοι*. Coisl. primus περιφερόμενοι. Paulo post deest in eodem codice et in Medicæo

Digitized by Google

rint, convertatur. Sed recipite et consilium nostrum, quod vobis in paternis visceribus damus, et religiosissimorum episcoporum dispensationem, quæ secundum Dei voluntatem facta est. Quin et exspectate nos, qui ubi advenerimus, si nobis Dominus faverit, quæcunque vestram pietatem per epistolam commonere non licuit, ea coram suggeremus, et ipsa re et opere, quantum in nobis erit, vos solari conabimur.

σθαί τι εἰς τὸ δημόσιον, καὶ γένηται μέν τις ἐντεῦθεν καταστροφὴ (88), περιτραπῇ δὲ τῶν γινομένων τὸ βάρος ταῖς κεφαλαῖς τῶν τὴν αἰτίαν παρασχομένων. Ἀλλὰ δέξασθε καὶ τὴν ἡμετέραν συμβουλὴν ἐν πατρικοῖς ὑμῖν σπλάγχνοις προσαγομένην, καὶ τὴν τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων οἰκονομίαν, κατὰ βούλησιν Θεοῦ γενομένην (89). Καὶ ἀναμείνατε καὶ ἡμᾶς, οἳ παραγενόμενοι, ἐὰν ὁ Κύριος ἡμῖν συνεργήσῃ, ὅσα οὐκ ἐνεχώρει διὰ τῆς ἐπιστολῆς παρακαλέσαι τὴν εὐλάβειαν ὑμῶν, δι' ἑαυτῶν παραινέσομεν, καὶ τὴν ἐνδεχομένην παραμυθίαν δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἐπαγαγεῖν ὑμῖν πειρασόμεθα.

EPISTOLA CCXXVIII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚΗ'.

Laudat Coloniæ magistratus, quod res ecclesiasticas non negligant : mœrentes discessu episcopi sui hortatur, ut matri Nicopoli communem parentem cedant, qui eos regere non desinet, ac temporum difficultate considerata, episcopis ignoscant, qui hoc consilium necessitate adducti ceperunt. Promittit majus solatium eorum quæ facta fuerant, si Dominus dederit, ut ad eos veniat.

Coloniæ magistratibus.

Πολιτευομένοις Κολωνείας.

Accepi litteras dignitatis vestræ, et gratias egi Deo sanctissimo, quod rerum publicarum curis occupati, ecclesiasticas haud parvi penditis ; sed de iis unusquisque velut de proprio negotio et ex quo vita sua pendeat, ita solliciti fuistis mihique scripsistis mœrentes discessu religiosissimi episcopi vestri Euphronii : quem non abstulit vobis Nicopolis, sed si ex jure ageret, suum proprium recepisse se diceret ; sed liberalius agens, vocem edet teneræ matri decoram, se communem vobiscum patrem habituram, qui ex parte utrisque de sua communicabit gratia : neque illos quidquam pati sinet ab adversariorum incursibus, neque vos consueta sollicitudine privabit. Igitur et temporis difficultatem considerantes, et œconomiæ necessitatem prudenter intelligentes, episcopis ignoscite, qui hanc viam ad constituendum Domini nostri Jesu Christi Ecclesiarum ordinem inierunt ; vobis autem ipsi ea suggerite, quæ viris et perfecta propria intelligentia præditis, et amantium consilia ad usus suos adjungere scientibus congruant. Vos enim verisimile est multa eorum quæ commoventur ignorare, eo quod sitis in extrema Armenia constituti : nos vero qui mediis in rebus versamur, et quorum aures undique unoquoque die rumore eversarum ecclesiarum percutiuntur, valde anxii sumus, ne forte communis **352** hostis diuturnæ vitæ vestræ tranquillitati invidens, in vestris quoque locis sua ipsius zizania serere possit, cedatque et Armeniorum regio in escam adversariis. Sed nunc quidem tranquilli et quieti sitis, veluti boni vasis usum communem habere cum vicinis vestris non recusantes. Paulo post autem, si

Ἐδεξάμην τὰ γράμματα τῆς κοσμιότητος ὑμῶν, καὶ εὐχαρίστησα τῷ παναγίῳ Θεῷ, ὅτι, ἄσχολοι ὄντες περὶ τὴν μέριμναν τῶν δημοσίων, οὐκ ἐν παρέργῳ τίθεσθε τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν· ἀλλ' ἕκαστος, ὡς ὑπὲρ (90) ἰδίου πράγματος καὶ συνέχοντος αὐτοῦ τὴν ζωὴν, οὕτως ἐμερίμνησε, καὶ ἐπεστείλατε ἡμῖν ἀνιώμενοι ἐπὶ τῷ χωρισμῷ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου ὑμῶν Εὐφρονίου· ὃν οὐκ ἀφείλετο ὑμῶν ἡ Νικόπολις, ἀλλὰ δικαιολογουμένη μὲν εἴποι ἄν, ὅτι τὸν οἰκεῖον ἀπέλαβε· θεραπευομένη δὲ φθέγξεται ὑμῖν φωνὴν μητρὶ φιλοστόργῳ πρέπουσαν, ὅτι κοινὸν ἕξει πρὸς ὑμᾶς τὸν πατέρα, ὃς ἐν μέρει ἑκατέροις τῆς ἑαυτοῦ μεταδώσει χάριτος, οὔτε ἐκείνους (91) ἐάσει τι παθεῖν ἐκ τῆς τῶν ἐναντίων ἐπιδρομῆς, καὶ ὑμᾶς τῆς συνήθους κηδεμονίας οὐκ ἀποστερήσει. Τοῦ τε οὖν καιροῦ τὴν χαλεπότητα λογισάμενοι, καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας ἀναγκαῖον σώφρονι γνώμῃ καταμαθόντες, σύγγνωτε μὲν τοῖς ἐπισκόποις ἐπὶ ταύτην ἐλθοῦσι τὴν ὁδὸν τῆς καταστάσεως τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· παραινέσατε δὲ ἑαυτοῖς, ὃ πρέπει ἀνδράσι τέλειον μὲν τὸν οἰκεῖον νοῦν κεκτημένοις, εἰδόσι δὲ καὶ τὰς παρὰ τῶν ἀγαπώντων ὑποθήκας προσίεσθαι. Ὑμᾶς μὲν γὰρ εἰκὸς πολλὰ τῶν κινουμένων ἀγνοεῖν, διὰ τὸ ἐν ἐσχατιᾷ τῆς Ἀρμενίας τετάχθαι· ἡμεῖς δὲ οἱ μέσοις ἐμβεβηκότες τοῖς πράγμασι, καὶ πανταχόθεν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὰς ἀκοὰς βαλλόμενοι (92) τῶν καταστρεφομένων ἐκκλησιῶν ἐν πολλῷ ἀγῶνί ἐσμεν, μήποτε ὁ κοινὸς ἐχθρὸς, τῇ μακρᾷ εἰρήνῃ τοῦ βίου ὑμῶν (93) βασκήνας, ἐπισπείραι δυνηθῇ τὰ ἑαυτοῦ ζιζάνια καὶ τοῖς καθ' ὑμᾶς τόποις, καὶ γένηται καὶ τὸ τῶν Ἀρμενίων μέρος κατάβρωμα τῶν ὑπεναντίων. Ἀλλὰ νῦν μὲν ἡσυχάσατε, ὥσπερ σκεύους ἀγαθοῦ χρῆσιν

περὶ τούτων, quod in editis legebatur post φθέγξασθαι.

* Alias CCXC. Scripta anno 375.

(88) *Ἐντεῦθεν*. Tres mss. recentiores ἐνταῦθα.

(89) *Γενομένην*. Coisl. uterque et Reg. secundus γινομένην. Infra Coisl. primus ἐγχωρεῖ.

(90) *Ὡς ὑπέρ*. Ita omnes mss. Editi ὥσπερ.

(91) *Οὔτε ἐκείνους*. Codex Medicæus οὔτε ἐκείνοις.

(92) *Τὰς ἀκοὰς βαλλόμενοι*. Tres codices recentiores ταῖς ἀκοαῖς βαλλόμενοι.

(93) *Τοῦ βίου ὑμῶν*. Quatuor mss. τοῦ βίου ἡμῶν. Sed Coisl. primus et Med. cum editis consentiunt. Nihil mutandum esse inde patet, quod longa illa pax non ad Basilium, qui in ipso incendio versabatur, sed ad Coloniam referenda sit.

Digitized by Google

κοινὴν ἔχειν πρὸς τοὺς γείτονας ὑμῶν καταδεξάμενοι· μικρὸν δὲ ὕστερον, ἂν δῷ ὁ Κύριος τὴν ἐπιδημίαν ἡμῶν, καὶ τελεωτέραν παραμυθίαν τῶν γενομένων ἐκδέξεσθε (94), ἐὰν τοῦτο ὑμῖν ἀναγκαῖον καταφανῇ.

A Dominus dederit ut ad vos veniam, majus etiam eorum quæ facta sunt solatium accipietis, si modo id vobis necessarium videbitur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΚΘ'.

EPISTOLA CCXXIX*.

Spiritus sancti consilio factum esse non dubitat, quod apud eos factum fuerat. Laudat Pœmenii prudentiam et in re lata-tum perficienda fortitudinem Hortatur ne Colonienses irritent : spem effert se ad eos venturum.

Τοῖς κληρικοῖς Νικοπόλεως.

Clericis Nicopolitanis.

1. Καὶ παρ' ἑνὸς εὐλαβοῦς καὶ δευτέρου γενόμενον ἔργον πληροφορεῖ ἡμᾶς τῇ συμβουλίᾳ τοῦ Πνεύματος γίγνεσθαι. Ὅταν γὰρ μηδὲν ᾖ ἀνθρώπινον πρὸ ὀφθαλμῶν κείμενον, μηδὲ σκοπῷ οἰκείας ἀπολαύσεως πρὸς τὰς ἐνεργείας ὁρμῶσιν οἱ ὅσιοι (95). ἀλλ' ὅ τι εὐάρεστον τῷ Θεῷ προθέμενοι, δῆλον, ὅτι Κύριός ἐστιν ὁ τὰς καρδίας αὐτῶν κατευθύνων. Ὅπου δὲ ἄνδρες πνευματικοὶ τῶν βουλευμάτων κατάρχουσιν, ἕπεται δὲ τούτοις λαὸς Κυρίου ἐν συμφωνίᾳ τῆς γνώμης, τίς ἀμφιβαλεῖ μὴ οὐχὶ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ τὸ αἷμα αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκχέαντος (96), τὴν βουλὴν γεγενῆσθαι; Ὅθεν καὶ αὐτοὶ καλῶς εἰκάσατε τὸν θεοφιλέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸν Ποιμένιον (97) κατὰ Θεὸν κεκινῆσθαι, ὃς καὶ ἐπέστη ὑμῖν ἐν καιρῷ, καὶ ἦλθεν ἐπὶ τὸν τρόπον τοῦτον τῆς παραμυθίας. Οὗ ἐγὼ οὐχὶ τὴν εὕρεσιν μόνον τοῦ συμφέροντος ἐπαινῶ, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς γνώμης γενναῖον θαυμάζω, ὅτι, μὴ εἰς ὑπερθέσεις ἀγαγὼν τὸ πρᾶγμα, ἐξέλυσε μὲν τὴν σπουδὴν τῶν ἐπιζητούντων, ἔδωκε δὲ καιρὸν φυλακῆς τοῖς ἀντιποιουμένοις, ἐπήγειρε δὲ τὰς ἐπιβουλὰς τῶν ἐφεδρευόντων, ἀλλ' εὐθὺς τῷ καλῷ βουλεύματι τὸ τέλος ἐπήγαγεν. Ὃν πανέστιον (98) φυλάξειεν ὁ Κύριος τῇ ἑαυτοῦ χάριτι (99), ὥστε τὴν Ἐκκλησίαν ὁμοίαν ἑαυτῇ διαμεῖναι ἐν τῇ ὁμοτίμῳ τοῦ προλαβόντος διαδοχῇ, καὶ μὴ δοῦναι χώραν τῷ πονηρῷ, ὃς νῦν, εἴπερ ποτὲ, τῇ καταστάσει τῶν Ἐκκλησιῶν δυσχεραίνει.

1. Quod vel ab uno aut altero homine pio factum est, id nobis certo persuadet, rem consilio Spiritus fieri. Etenim ubi nihil humani ob oculos positum, neque studio proprii commodi ad agendum sancti feruntur, sed quod Deo gratum est, sibi proponunt ; liquet Dominum esse, qui eorum corda dirigit. Cum autem spirituales viri consiliorum auctores sunt, eosque sequitur plebs Domini concordi sententia, quis dubitabit, quin communicatione Domini nostri Jesu Christi, qui suum sanguinem pro Ecclesiis effudit, consilium captum sit? Unde et ipsi recte existimastis religiosissimum fratrem nostrum et comministrum Pœmenium divinitus fuisse permotum : qui et adfuit vobis opportune, et hanc consolandi rationem invenit. Quem quidem ego non solum ob rem utilem excogitatam laudo, sed animi etiam fortitudinem admiror ; quod nequaquam dilationibus rem protrahens, debilitaverit efflagitantium studium, dederitque tempus adversariis sibi providendi, ac insidiatorum insidias exsuscitaverit, sed confestim præclarum consilium ad exitum perduxerit. Quem quidem cum omni familia custodiat Dominus gratia sua, ut Ecclesia sui similis permaneat in successione non degenere ab antecessoris virtute, nec detur locus maligno, qui nunc, si unquam alias, ægre fert præclarum Ecclesiarum statum.

2. Τοὺς δὲ ἐν Κολωνείᾳ ἀδελφοὺς πολλὰ μὲν καὶ ἡμεῖς παρεκαλέσαμεν διὰ γραμμάτων· καὶ ὑμεῖς δὲ ἀποδέχεσθαι αὐτῶν ὀφείλετε τὴν διάθεσιν μᾶλλον ἢ παροξύνειν αὐτοὺς, ὡς διὰ σμικρότητα παροφθέντας, μηδὲ τῇ καταφρονήσει προάγειν αὐτοὺς εἰς φιλονεικίαν. Διότι πεφύκασί πως οἱ φιλονεικοῦντες ἀβουλότεροι γίνεσθαι, καὶ πολλὰ τῶν ἰδίων κακῶς διατίθεσθαι ὑπὲρ τοῦ λυπῆσαι τοὺς ἐναντιουμένους. Οὐδεὶς δὲ οὕτω μικρὸς ὡς μὴ δύνασθαι νῦν κακῶν μεγάλων ἀφορμὴν παρασχεῖν τοῖς ἐθέλουσιν ἀφορμὴν Καὶ τοῦτο αὐ στοχαζόμενοι λέγομεν, ἀλλὰ πείρᾳ κακῶν οἰκείων δεδιδαγμένοι, ἃ παραγάγοι ὁ Θεὸς ταῖς ὑμετέραις προσευχαῖς (1). Συνεύξασθε δὲ καὶ ἡμῖν τὴν εὐ-

2. Fratres autem qui in Colonia sunt, pluribus quidem et nos adhortati sumus per litteras : sed et vos debetis eorum studium probare magis, quam quasi ob tenuitatem contemptos irritare, aut contemptu ad contentionem provocare. Solent enim qui contendunt, inconsultius se gerere, et multis rebus suis male consulere, ut molestiam exhibeant adversariis. Nemo autem adeo parvus est, qui nunc non possit magnorum malorum occasionem subministrare iis, qui occasionem quærunt. Neque id ex conjecturis dicimus, sed experientia propriorum malorum edocti, quæ **353** Deus precibus vestris avertat. Simul autem

(94) *Τῶν γενομένων*. Hæc addidimus ex mss. quinque. Coisl. primus ibidem δέξεσθε. Quatuor alii ἐκδέξασθε. Medicæus δέξασθε. Solatii autem nomine his in locis intelligitur remedium quoddam et temperamentum, ut in difficilibus et molestis rebus. Vide Notas ad epist. 126.

(95) *Οἱ ὅσιοι*. Ita mss. omnes, uno Bigotiano excepto, qui ad marginem habet οἱ ὅσιοι, et in textu, ut editi οἱ ἅγιοι. Ibidem Paris., Bigot. et Vat. ἀλλ' ἢ τοῦ εὐαρεστεύειν. Duo alii ἀλλ' ἢ τὸ εὐαρεστεύειν. Consentit cum editis Coisl. primus.

(96) *Ἐκχέαντος*. Ita mss. septem. Edit. ἐκχέοντος

(97) *Ποιμένιον*. Addidimus hoc nomen ex octo mss.

(98) *Πανέστιον*. Male interpres *Panestium*.

(99) *Χάριτι*. Coisl. secundus, Reg. secundus et Bigot. χρηστότητι.

(1) *Προσευχαῖς*. Coisl. primus et Med. εὐχαῖς.

* Alias CXCIII. Scripta anno 375.

Digitized by Google

et nobis prosperum iter precemini, ut advenientes vobiscum gaudeamus de præsenti pastore, nosque mutuo de obitu communis patris nostri consolemur.

οδίαν (2), ἵνα παραγενόμενοι ἐφησθῶμεν (3) ὑμῖν ἐπὶ τῷ παρόντι ποιμένι, καὶ συμπαρακληθῶμεν ἐπὶ τῇ ἀναχωρήσει τοῦ κοινοῦ πατρὸς ἡμῶν.

EPISTOLA CCXXX*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΛ'.

Magistratus Nicopolis hortatur ut, cum impletum sit quod penes episcopos erat, jam ipsi confirment id quod ab episcopis constitutum est, et, eorum opera, omnium et in urbe et rure consensus in suscipiendo episcopo et repellendis externis tentationibus conspiret. Summum desiderium significat invisendæ Ecclesiæ Nicopolitanæ, quam rectæ doctrinæ metropolim vocat.

Magistratibus Nicopolitanis.

Πολιτευομένοις Νικοπόλεως (4).

Ecclesiasticæ œconomiæ ab iis quidem fiunt, quibus Ecclesiarum commissa sunt gubernacula : sed a plebe confirmantur. Quare quod penes religiosissimos episcopos erat, impletum est : quod autem reliquum est, jam ad vos spectat, si velitis prompto animo complecti datum vobis episcopum, et tentationes externas strenue repellere. Nihil enim adeo pudorem incutit sive potestatibus, sive reliquis, quicunque invident vestræ tranquillitati, ut concors in datum episcopum amor, et in resistendo firmitas. Id enim illos in desperationem conjicit nefarii omnis conatus, si viderint artificia sua neque a clero neque a plebe admitti. Quo ergo in bonum estis animo, date operam, ut eodem civitas animetur ; et tum populos, tum omnes rure degentes, ut par est, alloquimini ; bona eorum proposita roborantes, adeo ut vera vestra in Deum charitas omnium fama celebretur. Utinam autem nos quoque digni habeamur, qui veniamus aliquando ad vos, et Ecclesiam pietatis altricem invisamus : quam ut rectæ doctrinæ metropolim veneramur, quod jamdudum a viris perquam venerandis, et Dei electis, atque amplectentibus cum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, gubernetur : quibus dignum esse eum, qui nunc designatus est, et vos judicastis, et nos consensimus. Tantum Dei gratia custodiamini, qui et prava inimicorum consilia dissolvat, et robur ac constantiam vestris animis ad ea, quæ præclare decreta sunt, tuenda inspiret.

Αἱ περὶ τὰς Ἐκκλησίας οἰκονομίαι γίνονται μὲν παρὰ τῶν πεπιστευμένων τὴν προστασίαν αὐτῶν, βεβαιοῦνται δὲ παρὰ τῶν λαῶν. Ὥστε (5) ὃ μὲν ἦν ἐπὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, πεπλήρωται· τὸ δὲ λειπόμενον ἤδη πρὸς ὑμᾶς βλέπει, ἐὰν καταξιώσητε ἐκθύμως (6) περιέχεσθαι τοῦ δεδομένου ὑμῖν ἐπισκόπου, καὶ τὰς παρὰ τῶν ἔξωθεν πείρας ἰσχυρῶς ἀποκρούεσθαι. Οὐδὲν γὰρ οὕτω δυσωπεῖ οὔτε ἄρχοντας οὔτε τοὺς λοιποὺς, ὅσοι βασκαίνουσιν ὑμῶν τῇ εἰρηνικῇ καταστάσει, ὡς σύμφωνον περὶ τὴν τοῦ δεδομένου ἀγάπην, καὶ τὸ ἰσχυρὸν τῆς ἐνστάσεως (7). Ἀπόγνωσιν γὰρ ἐμποιεῖ αὐτοῖς πάσης ἐπιχειρήσεως πονηρᾶς, ἐὰν ἴδωσι μήτε κλῆρον μήτε λαὸν τὰς αὐτῶν ἐπινοίας παραδεχόμενον. Ἣν οὖν γνώμην ἔχετε περὶ τοῦ καλοῦ, ταύτην κοινὴν ποιήσασθε τῆς πόλεως· καὶ τοῖς δήμοις, καὶ πᾶσι τοῖς οἰκοῦσι τὴν χώραν διαλέχθητε ἐπιῤῥώσοντες (8) αὐτῶν τὰς καλὰς προαιρέσεις, ὥστε διαδοηθῆναι παρὰ πᾶσι τὸ γνήσιον ὑμῶν τῆς εἰς Θεὸν ἀγάπης. Ἐὰν δὲ (9) καὶ αὐτοὶ καταξιωθῶμέν ποτε παραγενέσθαι καὶ ἐπισκέψασθαι τὴν Ἐκκλησίαν τὴν τροφὸν τῆς εὐσεβείας, ἣν ὡς μητρόπολιν τῆς ὀρθοδοξίας τιμῶμεν, διὰ τὸ ἐκ παλαιοῦ ὑπὸ τιμιωτάτων (10) ἀνδρῶν καὶ ἐκλεκτῶν τοῦ Θεοῦ οἰκονομεῖσθαι αὐτὴν ἀντεχομένων τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ὧν ἄξιον εἶναι τὸν νῦν (11) ἀναφανέντα καὶ ὑμεῖς ἐδοκιμάσατε, καὶ ἡμεῖς συνεθέμεθα. Μόνον φυλαχθείητε (12) παρὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ, παραλύοντος (13) μὲν τὰ πονηρὰ βουλεύματα τῶν ἐχθρῶν, ἰσχὺν δὲ καὶ εὐτονίαν πρὸς φυλακὴν τῶν καλῶς δεδογμένων ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἐμποιοῦντος.

* Alias CXCIV. Scripta anno 375.

(2) *Τὴν εὐοδίαν*. Coisl. primus τὴν ὑγείαν. Clarom. τὴν ὑγείαν καὶ τὴν εὐοδίαν. Ibidem Medicæus Συνεύξασθε ἀεί μοι καὶ ὑμῖν.

(3) *Ἐφησθῶμεν*. Coisl. uterque, Med., Vat., Reg. secundus et Bigot. ὁρμισθῶμεν, *acquiescamus*.

(4) *Νικοπόλεως*. Editi et plures mss. recentiores addunt διὰ τὸν χειροτονηθέντα ἐπίσκοπον, *ordinati causa episcopi*. Sed hæc melius desunt in antiquioribus codicibus. Non enim ordinatus fuit episcopus Euphronius, qui dudum Coloniæ Ecclesiam regebat. Scribit autem ad magistratus Basilius, non solum quia plurimum poterant in temperandis populi animis, sed etiam quia eorum ad electionem confirmandam consensus requirebatur. Unde Cœlestinus papa in epist. 7 : *Nullus*, inquit, *invitis detur episcopus. Cleri, plebis et ordinis consensus, et desiderium requiratur*. Gregorius Theologi pater in epist. 22, quam scripsit vacante sede Cæsariensi, Basilium presbyterum commendat clero, honoratis, et curialibus, ac toti populo.

(5) *Ὥστε*. Editi addunt καὶ νῦν. Sed hæc desunt in omnibus mss. Ibidem Coisl. et Med. ὃ μὲν ἦν ἐν τοῖς.

(6) *Ἐκθύμως*. Ita septem mss. Editi εὐθύς.

(7) *Ἐνστάσεως*, etc. Ita mss. Editi ἀναστάσεως. Ἐμποιεῖ γοῦν ἀπόγνωσιν.

(8) *Ἐπιῤῥώσοντες*. Ita Med., Coisl. primus et et Paris. Editi ἐπιῤῥώσαντες.

(9) *Ἐὰν δέ*, etc. Ita septem mss. Editi Εἴθε δὲ καταξιωθείημεν, quod eodem redit. Sed videntur typographi nimio grammaticæ studio contextum immutasse.

(10) *Τιμιωτάτων*. Coisl. primus et Med. τιμίων.

(11) *Τὸν νῦν*. Posterior vocula addita ex octo mss.

(12) *Φυλαχθείητε*. Coisl. primus et Med. φυλαχθείη, *custodiatur*. Quæ quidem scriptura eo magis arridet, quod idem Basilius de Euphronio dicit in epistola præcedenti. Sed tamen nihil immutandum duxi, quia quæ sequuntur, non ad Pœmenium, sed ad Nicopolitanos referuntur.

(13) *Παραλύοντος*. Regius uterque, Coisl. secundus, Vat., Paris. et Bigot. alter παραλύοντες, et paulo post ἐμποιοῦντες. Ibidem Coisl. primus et alii nonnulli ψυχὰς ἡμῶν.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΛΑ'.

354 EPISTOLA CCXXXI*.

Basilius Amphilochio commendat Elpidium, nuntiat de fratris fuga, de insidiis inimicorum suorum, et de Doarorum Ecclesiæ perturbatione. Hortatur ut se invisat, promittit se brevi missurum opus de Spiritu sancto, quod erat absolutum.

Ἀμφιλοχίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰκονίου. A

Ὀλίγας εὑρίσκω τοῦ γράφειν πρὸς τὴν θεοσέβειάν σου τὰς ἀφορμὰς, καὶ λυπεῖ με τοῦτο οὐ σμικρῶς. Ὅμοιον γὰρ, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ ἐξὸν πολλάκις ὁρᾷν σε καὶ ἀπολαύειν σου, ὀλιγάκις ἐποίουν τοῦτο. Ἀλλ' οὐκ ἔξεστί μοι γράφειν δι' ἀπορίαν τῶν ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς ἀφικνουμένων· ἐπεὶ οὐδὲν ἐκώλυεν, οἶονεὶ ἐφημερίδα τοῦ ἐμοῦ βίου τὰ γράμματα εἶναι, τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν συμπίπτοντα διαγγέλλειν (14) σου τῇ ἀγάπῃ. Ἐμοί τε γὰρ κουφισμὸν φέρει τὸ ἀνακοινοῦσθαί σοι τὰ καθ' ἡμᾶς, σέ τε οἶδα οὐδὲν οὕτω μεριμνῶντα, ὡς τὰ ἡμέτερα. Ἀλλὰ νῦν Ἐλπίδιος, πρὸς τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην ἐπειγόμενος, τοῦ ἀποδύσασθαι τὰς διαβολὰς τὰς ψευδῶς αὐτῷ παρά τινων ἐχθρῶν κατασκευασθείσας, ᾔτησεν ἡμᾶς τὴν ἐπιστολήν. Δι' οὗ καὶ προσφθεγγόμεθά σου τὴν B εὐλάβειαν, καὶ συνιστῶμέν σοι τὸν ἄνδρα διά τε τὸ δίκαιον ἄξιον ὄντα τῆς παρὰ σοῦ προστασίας, καὶ δι' ἡμᾶς· οἶεί καὶ (15) μηδὲν ἄλλο ἔχομεν αὐτῷ μαρτυρεῖν, ἀλλ' ὅτι περὶ πολλοῦ ἐποιήσατο γραμμάτων ἡμετέρων γενέσθαι διάκονος, τοῦτόν τε ἔχε ἐν τοῖς οἰκείοις, καὶ ἡμῶν μέμνησο, καὶ ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας εὔχου. Γίνωσκε δὲ, ὅτι ὁ μὲν θεοφιλέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν ὑπερόριός ἐστι, τὰς ὀχλήσεις μὴ φέρων τῶν ἀναισχύντων. Δόαρα δὲ χειμάζεται, τοῦ κήτους τοῦ πολυσάρκου τὰ ἐκεῖ συνταράσσοντος. Ἡμῖν δὲ οἱ ἐχθροὶ τὰς ἐπιβουλὰς ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου τυρεύουσιν, ὡς ὁ τῶν εἰδότων λόγος· ἡ δὲ χεὶρ τοῦ Κυρίου τέως ἐστὶ μεθ' ἡμῶν. Μόνον εὔχου μὴ ἐγκαταλειφθῆναι ἡμᾶς εἰς τέλος. Καὶ γὰρ καὶ ὁ ἀδελφὸς διάγει ἀνε- C τος· καὶ Δόαρα τὸν παλαιὸν ἀπέλαβε μουλίωνα· πλέον δὲ ἔχει οὐδέν· καὶ τὰς βουλὰς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν διασκεδάσει (16) Κύριος. Πάντων μέντοι καὶ τῶν παρόντων καὶ τῶν προσδοκωμένων λυπηρῶν λύσις ἡμῖν τὸ σὲ θεάσασθαι. Ὥστε, ἐὰν γένηταί σοί ποτε δυνατὸν, ἕως ἔτι ἐσμὲν ὑπὲρ γῆς, καταξίωσον ἡμᾶς ἰδεῖν. Τὸ περὶ τοῦ Πνεύματος (17) βιβλίον γέγραπται μὲν ἡμῖν καὶ ἐξείργασται, ὡς αὐτὸς οἶδας· ἀποστεῖλαι δὲ ἐν χάρτῃ γεγραμμένον ἐκώλυσάν με οἱ μετ' ἐμοῦ ἀδελφοὶ, εἰπόντες παρὰ τῆς εὐγενείας σου ἐντολὰς ἔχειν ἐν σωματίῳ γράψαι. Ἵν' οὖν μή τι δόξωμεν ὑπεναντίον ποιεῖν τῷ προστάγματί σου, ἐπέσχομεν νῦν, ἀποστελοῦμεν δὲ μικρὸν ὕστερον, μόνον ἐάν τινος ἐπιτηδείου τοῦ διακομίζοντος ἐπιτύχωμεν. Ἐρ- ρωμένος καὶ εὔθυμος εὐχόμενος (18) τῷ Κυρίῳ ὑπὲρ D ἡμῶν χαρισθείης μοι καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ τῇ τοῦ ἁγίου φιλανθρωπίᾳ.

Amphilochio, Iconii episcopo.

Paucas invenio scribendi pietati tuæ occasiones, idque me angit non leviter. Perinde enim est, ac si videre te sæpe cum possem, teque fruirer raro hoc facerem. Sed scribere mihi non licet, eo quod desint, qui hinc ad vos proficiscantur; siquidem nihil impediret, quominus veluti quædam vitæ meæ ephemeris essent litteræ, quæ quotidie contingunt nuntiantes dilectioni tuæ. Nam et mihi solatium affert de rebus meis tecum communicare : teque novi nihil magis curantem, quam res meas. Nunc autem Elpidius ad suum herum festinans, ut propulset calumnias sibi ab inimicis nonnullis structas, petiit a me epistolam. Per quem et tuam saluto pietatem ac tibi hominem commendo, cum suo jure patrocinio tuo dignum, tum nostra causa : cui etiamsi nullum aliud testimonium dare possemus, at profecto quia permagni fecit, ut meas ad te litteras perferret, hunc inter familiares recense, meique sis memor, et pro Ecclesia precare. Notum autem tibi sit religiosissimum fratrem meum exsulare, cum molestias sibi ab hominibus impudentibus exhibitas haud ferret. Doara autem valde exagitantur, ceto obeso res hujus loci perturbante. Nobis autem inimici insidias in aula struunt, ut rerum gnari referunt : manus autem Domini hactenus nobiscum est. Tantum precare, ut ne perpetuo deseramur. Nam et frater tranquillo est animo; et Doara antiquum receperunt mulionem; nihil autem habent amplius : ac consilia inimicorum nostrorum dissipabit Dominus. Porro omnium et præsentium et impendentium molestiarum solutio in eo posita, ut te videam. Quare siquando tibi licuerit, dum adhuc in terra versamur, ne graveris nos invisere. De Spiritu liber scriptus quidem a nobis est et absolutus, ut ipse nosti. Quominus autem mitterem in charta descriptum, prohibuere qui mecum sunt fratres, cum se a te mandata habere dicerent, ut in membranis describant. Ne quid igitur contra præceptum tuum facere videamur, nunc procrastinavimus, sed paulo post mittemus, si quem idoneum ad perferendum nanciscamur. Valens lætusque et pro me apud Dominum deprecator doneris mihi et Dei Ecclesiæ, per sancti benignitatem

(14) *Διαγγέλλειν*. Vel legendum διαγγέλλοντα, ut secunda manu scriptum invenitur in codice insignis Ecclesiæ Parisiensis; vel verbum εἶναι delendum. Idem codex habuit prima manu διαγγέλλων, itidem ut Clarom. et Bigot. alter.

(15) *Οἶ εἰ καί*. Ita septem mss. Editi εἰ καί. Sed ut plena sit hujus loci emendatio, legendum ἔχοιμεν, ut in interpretando expressimus. Hunc enim hominem Basilius Amphilochii patrocinio dignum esse asseverat; nedum ei nullum testimonium tribuere possit; ut omittam ejusmodi commendationem longe a Basilii urbanitate distare.

(16) *Διασκεδάσει*. Duo mss. διασκεδάσοι.

(17) *Πνεύματος*. Editi addunt ἁγίου. Sed ea vox nullo in codice mss. reperta.

(18) *Εὐχόμενος*. Regius uterque, Bigot. alter et Coisl. secundus ὑπερευχόμενος.

* Alias CCCXCV. Scripta anno 375.

Digitized by Google

355 EPISTOLA CCXXXII*

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΛΒ'.

Perurbane gratias agit Basilius Amphilochio ob missa ad Natale Domini munuscula. Nuntiat de fratris fuga; hortatur ut se invisat; mittit in commentario responsa Amphilochii quæstionibus.

Amphilochio, Iconii episcopo.

Quicunque dies litteras habeat tuæ pietatis, festus mihi dies est, et festorum dierum maximus. Cum autem accedunt etiam festi symbola, quid aliud appellare oportet, nisi festum festorum, quemadmodum lex vetus Sabbata Sabbatorum solebat appellare? Deo igitur gratias ago, ex quo didici te et corpore valere, et Ecclesia in pace constituta salutiferæ dispensationis commemorationem peregisse. Nos autem turbarunt quidam tumultus; nec sine summo dolore fuimus, eo quod religiosissimus frater noster fugatus sit. Sed pro ipso precare, ut det illi Deus aliquando Ecclesiam suam videre a morsuum hæreticorum vulneribus curatam. Nos autem etiam atque etiam velis invisere, dum adhuc in terra versamur. Fac rem tibi quidem consentaneam, a me autem maximis votis expetendam. Mirari autem licet ipsam etiam eulogiarum sententiam : quippe quia per ænigmata validam mihi precatus es senectutem. Ostendisti enim te per lampenas ad labores nocturnos excitare : per bellaria vero integram partium omnium valetudinem spondere. Non enim mihi est ætas ad rodendum, cum jampridem dentes et tempore et infirmitate sint extriti. Quod quidem ad interrogata attinet, factæ sunt in commentario responsiones quædam, quales potui, et ut per tempus licuit.

A

B

Ἀμφιλοχίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰκονίου

Πᾶσα ἡμέρα γράμματα ἔχουσα τῆς θεοσεβείας σου ἑορτὴ ἡμῖν ἐστι, καὶ ἑορτῶν ἡ μεγίστη. Ὅταν δὲ καὶ σύμβολα ἐπιφέρηται ἑορτῆς, τί ἄλλο χρὴ ὀνομάζειν ἢ οὐχὶ ἑορτὴν ἑορτῶν, ὥσπερ ὁ παλαιὸς νόμος Σάββατα (19) Σαββάτων προσαγορεύειν εἰώθει; Εὐχαριστοῦμεν οὖν τῷ Κυρίῳ, μαθόντες, ὅτι καὶ ἔρρωσαι τῷ σώματι, καὶ εἰρηνευούσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ τῆς σωτηρίου οἰκονομίας τὴν ἀνάμνησιν ἐτέλεσας. Ἡμᾶς δὲ θόρυβοί τινες διετάραξαν· οὐ μὴν ἕξω κατηφείας διηγάγομεν, τῷ τὸν θεοφιλέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν πεφυγαδευμένον εἶναι. Ἀλλ' ὑπὲρ μὲν ἐκείνου προσεύχου, ἵνα δῴη αὐτῷ ὁ Θεός ποτε ἐπιδεῖν τὴν ἑαυτοῦ Ἐκκλησίαν τῶν αἱρετικῶν δηγμάτων (20) τὰ τραύματα ἰαθεῖσαν· ἡμᾶς δὲ λίαν καταξίωσον ἐπιαχέψασθαι, ἕως ἔτι ἐσμὲν ἐπὶ γῆς. Ποίησον ἔργον σαυτῷ μὲν ἀκόλουθον, ἡμῖν δὲ εὐχῆς ἄξιον τῆς μεγίστης. Θαυμάσαι δὲ ἔστι καὶ τὴν διάνοιαν τῶν εὐλογιῶν· ὅτι δι' αἰνιγμάτων ἠῦξω ἡμῖν γῆρας ἰσχυρόν. Ἔδειξας γὰρ, ὅτι διὰ μὲν τῶν λαμπηνῶν (21) πρὸς τοὺς νυκτερινοὺς διεγείρεις καμάτους· διὰ δὲ τῶν τραγημάτων τὸ πᾶσι τοῖς μέρεσι τετονῶσθαι κατεγγυᾷ. Οὐ γὰρ ἔμοιγε καθ' ἡλικίαν τὸ τρώγειν, πάλαι τῶν ὀδόντων ἔκ τε τοῦ χρόνου καὶ τῆς ἀῤῥωστίας ἐκτετριμμένων. Πρὸς μὲν οὖν τὰ ἐπερωτηθέντα γεγόνασί τινες ἐν τῷ ὑπομνηστικῷ ἀποκρίσεις, οἵας ἐμοὶ δυνατὸν ἦν, καὶ ὡς ὁ καιρὸς ἐδίδου (22).

EPISTOLA CCXXXIII**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΛΓ'.

Contra Eunomianos, qui sibi divinæ essentiæ comprehensionem arrogabant, demonstrat Basilius bonum quiddam mentem esse ac mentis operationem, eamque si Spiritui sancto se tradat, ad Dei cognitionem evehi; sed tantum cognoscere, quantum fas est infinitam majestatem a tenuissimo cognosci.

Amphilochio, qui eum consuluerat.

1. Scio me et ea de re audivisse, nec ignoro hominum constructionem. Quid ergo dicemus ad hæc? Nempe præclarum quiddam mens est : et in ea habemus id quod est ad imaginem creatoris. Præclarum etiam quiddam est mentis operatio, quæ

C

Ἀμφιλοχίῳ (23) ἐρωτήσαντι.

1. Οἶδα καὶ αὐτὸς ἀκούσας τούτου, καὶ γνωρίζω τῶν ἀνθρώπων τὴν κατασκευήν. Τί οὖν ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα; Ὅτι καλὸν μὲν ὁ νοῦς· καὶ ἐν τούτῳ ἔχομεν τὸ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος. Καὶ καλὸν τοῦ νοῦ ἡ ἐνέργεια· καὶ ὅτι, ἀεικίνητος ὢν οὗτος, πολλά-

* Alias CCCXCIV. Scripta anno 376.

** Alias CCCXCIX. Scripta anno 376.

(19) *Σάββατα.* Hanc vocem addidimus ex codicibus Med., Coisl. primo et Clarom. Plures in hanc epistolam non habuimus. Festi symbola pariter apud Greg. Naz in epist. 53 et 54 de acceptis ab Helladio muneribus intelligi debent, non, ut visum est Billio, de litteris quaquaversum missis ut dies festus nuntiaretur. Interdum etiam præsentibus clericis ejusmodi munera dari solebant. Legimus enim apud Facundum lib. v, c. 2. Ibam solitum esse *in die sancto Paschæ, aut ante diem, dare de manu clericis quædam pro festivitate.*

(20) *Δηγμάτων.* Sic ope codicis Clarom. emendatum quod corrupte in editis legebatur τραυμάτων. Favent huic emendationi Coisl. primus et Med. in quibus legitur δεσμάτων, *terrorum.*

(21) *Λαμπηνῶν.* Vertit interpres *gestatorios currus.* Combefisius *rhedas nobiles, tectos currus.* Sed quid ejusmodi rhedæ et currus ad nocturnos labores prodesse poterant? Lampades ergo vel candelas cereas sententia hujus loci interpretari cogit : quo sensu lampenas interdum usurpari probant Martinius et Cangius. Ingeniosam munusculorum explicationem habemus apud Hieronymum in epistola 46 *ad Marcellam*, quæ cum ei varia munera, in his cereos, misisset, in singulis Hieronymus aliqua mysteria tum sibi tum virgini convenientia peracute exquirit. Cereos autem non ut Basilius ad nocturnos labores revocat : sed in virgine hanc vim habere dicit, *ut accenso lumine, sponsi expectetur adventus:* in seipso autem, *ut et propter nocturnos metus, et animos semper malo conscientiæ formidantes, cereos quoque accendisse sit gratum.*

(22) *Ἐδίδου.* Coisl. ἐνεδίδου. Med. ἀνεδίδου.

(23) *Ἀμφιλοχίῳ*, etc. Hunc titulum eruimus ex codicibus Med., Coisl. primo et Vaticano. Addunt quinque codices τίς ἡ τοῦ νοῦ ἐνέργεια, *qui quæsierat quænam sit mentis operatio.* Editi habebant τῷ αὐτῷ.

Digitized by Google

κις μὲν φαντασιοῦται περὶ τῶν οὐκ ὄντων ὡς ὄντων, πολλάκις δὲ εὐθυβόλως ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν φέρεται. Ἀλλ' ἐπειδὴ τούτῳ δίτται δυνάμεις παραπεφύκασι (24), κατὰ τὴν ἡμετέραν τῶν εἰς Θεὸν πεπιστευκότων ὑπόληψιν, ἡ μὲν πονηρὰ, ἡ τῶν δαιμόνων, πρὸς τὴν ἰδίαν ἀποστασίαν ἡμᾶς συνεφελκομένη, ἡ δὲ θειοτέρα καὶ ἀγαθὴ πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ ὁμοίωσιν ἡμᾶς ἀνάγουσα· ὅταν μὲν ἐφ' ἑαυτοῦ μένῃ ὁ νοῦς, μικρὰ καθορᾷ καὶ τὰ ἑαυτῷ (25) σύμμετρα· ὅταν δὲ τοῖς ἀπατῶσιν ἑαυτὸν ἐπιδῷ, ἀφανίσας τὸ οἰκεῖον κριτήριον, φαντασίαις σύνεστιν ἀλλοκότοις. Τότε καὶ τὸ ξύλον οὐχὶ ξύλον εἶναι νομίζει, ἀλλὰ Θεόν· καὶ χρυσὸν οὐχὶ χρήματα εἶναι κρίνει, ἀλλὰ σεβάσματα. Ἐὰν δὲ πρὸς τὴν θειοτέραν ἀπονεύσῃ μερίδα, καὶ τὰς τοῦ Πνεύματος ὑποδέξηται χάριτας, τότε γίνεται τῶν θειοτέρων καταληπτικὸς, ὅσον αὐτοῦ τῇ φύσει σύμμετρον. Τρεῖς οὖν εἰσιν εἰονεὶ βίων καταστάσεις· καὶ ἰσάριθμοι τούτοις αἱ τοῦ νοῦ ἡμῶν ἐνέργειαι. Ἡ γὰρ πονηρὰ ἡμῶν τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ πονηρὰ ἡμῶν δηλονότι τὰ τοῦ νοῦ κινήματα· οἷον μοιχεῖαι, κλοπαὶ, εἰδωλολατρείαι, συκοφαντίαι, ἔριδες, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, φυσιώσεις, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ἔργοις τῆς σαρκὸς ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἀπηριθμήσατο· ἡ μέση τίς ἐστι τῆς ψυχῆς ἡ ἐνέργεια, οὔτε κατεγνωσμένον τι ἔχουσα, οὔτε ἐπαινετόν· ὡς ἡ τῶν βαναύσων τούτων (26) τεχνῶν ἀνάληψις, ἃς δὴ καὶ μέσας προσαγορεύομεν, οὐδὲν τῷ ἑαυτῶν λόγῳ πρὸς ἀρετὴν ἢ κακίαν ἀποκλινούσας. Ποία γὰρ κακία κυβερνητικῆς ἢ ἰατρικῆς; Οὐ μέντοιγε οὐδὲ ἀρεταὶ αὐταὶ καθ' ἑαυτὰς, ἀλλ' ἐκ τῆς τῶν κεχρημένων (27) προαιρέσεως πρὸς τὴν τοῦ ἑτέρου τῶν ἀντικειμένων ἀποκλίνουσι μοῖραν. Ὁ μέντοι τῇ θεότητι τοῦ Πνεύματος ἀνακραθεὶς νοῦς, οὗτος ἤδη τῶν μεγάλων ἐστὶ θεωρημάτων ἐποπτικὸς, καὶ καθορᾷ τὰ θεῖα κάλλη, τοσοῦτον μέντοι, ὅσον ἡ χάρις ἐνδίδωσι (28), καὶ ἡ κατασκευὴ αὐτοῦ ὑποδέχεται.

2. Ὥστε, ἀφέντες ἐκείνας τὰς διαλεκτικὰς ἐρωτήσεις, μὴ κακεντρεχῶς, ἀλλ' εὐλαβῶς ἐξεταζέτωσαν τὴν ἀλήθειαν. Δέδοται ἡμῖν τὸ τοῦ νοῦ κριτήριον εἰς τὴν τῆς ἀληθείας σύνεσιν. Ἔστι δὲ ἡ αὐτοαλήθεια ὁ Θεὸς ἡμῶν. Ὥστε προηγούμενόν ἐστιν τῷ νῷ τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐπιγινώσκειν· ἐπιγινώσκειν δὲ οὕτως ὡς

cum in perpetuo motu versetur, sæpe vanas species sibi effingit de iis quæ non sunt, quasi sint; sæpe etiam recta ad veritatem fertur. Sed quia duæ illi adsunt virtutes, secundum nostram, qui **356** in Deum credimus, sententiam, prava una, quæ dæmonum est, ad propriam defectionem nos attrahens; divinior altera et bona, quæ nos ad Dei similitudinem deducit; mens intra se cum manserit, parva intuetur ac suo modulo æqualia: cum vero decipientibus se tradiderit, proprium judicium obliterans, in visis versatur absurdis. Tunc lignum non lignum esse existimat, sed Deum: et aurum non pecuniam esse judicat, sed numen. Si vero ad diviniorem sese converterit partem, ac Spiritus susceperit gratias, tunc percipit diviniora, quantum ipsius natura potest attingere. Tres igitur sunt veluti vitæ conditiones, totidemque mentis nostræ operationes. Vel enim prava sunt studia nostra, ac pravi nostræ videlicet mentis motus; ut adulteria, furta, idololatria, calumniæ, rixæ, iræ, contentiones, animi tumor, et quæcunque inter opera carnis apostolus Paulus recensuit [a]. Vel media quædam est mentis operatio, nec damnandum quidquam habens nec laudabile, velut artium cognitio et perceptio, quas videlicet medias et indifferentes vocamus, nec ad virtutem nec ad vitium ex seipsis propendentes. Ecquid enim mali habet ars gubernandi aut medendi? Neque etiam ipsæ per se sunt virtutes, sed ex utentium proposito ad utramvis oppositorum partem deflectunt. Quæ autem Spiritus divinitati mens immiscetur, ea jam speculatur magna, divinasque intuetur pulchritudines, quantum quidem gratia impertit, ipsiusque capit constitutio.

2. Quare, omissis illis dialecticis quæstionibus, non subdole, sed pie expendant veritatem. Datum nobis est mentis judicium ad veritatis intelligentiam. Est autem ipsa veritas Deus noster. Menti itaque præcipuum ac primarium est Deum nostrum cognoscere; cognoscere autem quantum cognosci

[a] Galat. v, 19.

(24) *Παραπεφύκασι*. Ita octo mss. Editi πεφύκασιν. Illud autem παραπεφύκασι idem sonat ac *adsunt*, sive assectantur. Sic in epist. 272 ait magnis potestatibus illiberales assentationes solere παραφύεσθαι. Multi autem ex antiquis scriptoribus duos genios nobis adesse dixerunt, ut pluribus testimoniis probat Cotelerius in Notis ad librum II *Hermæ*. Hic autem Basilius bonæ potestatis nomine non angelum intelligit, sed *diviniorem potestatem, quæ nos ad Dei similitudinem deducit, diviniorem partem, Spiritus sancti gratias*. Similia habemus in Commentario *in Isaiam* n. 21, p. 394, ubi docet Basilius Spiritum sanctum ab anima infructuosa recedere, tumque cadere sepes, angelorum custodiam; et peregrinos irruere, nempe *potestates peccatorum circa scientiam effectrices*. Ibidem unus codex κατὰ γε. Tres alii, in his Medicæus, κατά τε.

(25) *Τὰ ἑαυτῷ*. Coisl. primus τὰ ἐν ἑαυτῷ.

(26) *Τῶν βαναύσων τούτων*. Id est, *illiberalium illarum artium*. Si quis faveret ms. codex, libenter eliminassem hæc verba, quæ spuria esse nullus dubito, et idcirco in Latina interpretatione omittenda esse duxi. Totam enim Basilii sententiam penitus deformant, quæ cum artes generatim complectitur, immerito illiberalium artium angustiis coerceretur. Præterea profert Basilius exempli loco artem gubernandi et medicinam, quas absurdum sit inter artes illiberales numerare, præsertim medicinam. Hanc artem ipse Basilius apprime callebat, teste Gregorio Naz., orat. xx, pag. 333. Quanti medicos faceret, perspici potest ex epist. 189 *ad Eustathium archiatrum*, ubi assentiri se profitetur iis, qui omnibus rebus, quæ quidem in vita studio habentur, medicorum scientiam anteponunt. Vide epist. 84, num. 1.

(27) *Κεχρημένων*. Ita decem mss. Editi κεκτημένων.

(28) *Ἐνδίδωσι*. Medicæus codex δίδωσι.

Digitized by Google

potest infinita majestas a tenuissimo. Neque enim propterea quod oculi ad res visibiles percipiendas destinantur, ideo jam res omnes visibiles cadunt in conspectum. Non enim cœli hæmisphærium uno obtutu conspicitur, sed objecta quidem oculis specie nos circumstat, at reipsa multa, ut ne dicam omnia, in ipso ignorantur : stellarum natura, earum magnitudo, distantia, motus, concursus, declinationes, habitudines reliquiæ, ipsa firmamenti natura, altitudo quæ se a concava circumferentia ad usque convexam superficiem extendit. Non tamen dixerimus cœlum esse invisibile, ob ea quæ ignorantur : sed visibile, ob pauca quæ in eo cognoscuntur. Ita et de Deo. Si labefacta est a dæmonibus mens, **357** simulacra colet, aut in aliam aliquam speciem impietatis abducetur. Si vero Spiritus sese dederit auxilio, veritatem intelliget, et Deum cognoscet. Cognoscet autem, ut ait Apostolus, ex parte, sed in futura vita perfectius ; *Cum enim venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est* [48]. Quocirca et bona est mentis judicandi facultas, et ad finem utilem, Dei cognitionem, tendit, sed tamen tantum operatur, quantum assequi potest.

(45) *Τὴν ἐκδίκησιν.* Editi addunt ἡμῶν, quod deest in tribus vetustissimis codicibus et in uno ex Regiis. Harlæani codicis non parum arridet hæc scriptura, διὰ τὸ ἀναπληρωθῆναι τὴν ἐκδίκησιν, *eo quod vindicta impleatur.*

(46) *Ὑποβάλωσι.* Ita Harl., Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi ὑποβάλλωσι. In alio codice Regio, qui est 1824, legitur ὑπολάβητε. Paulo post editi παριστάντα. Septem mss. ut in textu.

(47) *Οἱ μὲν κακούμενοι.* Ita septem mss. Editi οἱ κακουχούμενοι. Ibidem nonnulli codices οἱ δὲ λαοὶ οὐκ ἐν, etc. Sæpe alias Basilius, dum persecutiones Orientis describit, hoc incommodum commemorat, quod non idem sit martyrii splendor ac sub ethnicis imperatoribus. Non idcirco tamen de eorum qui patiebantur merito detrahi putabat. Nam in epist. 257 testatur persecutores ipsos Christianum nomen objicere, ut adversariis martyrii existimationem eripiant, ac simpliciores hac cavillatione decipi : at revera ejusmodi persecutionis, quæ a tribulibus accidit, eo uberiora esse contendit præmia, quo et gravior et ad cavendum difficilior est, ac minus ad martyrii laudem insignis, quam si ab ethnicis excitaretur. Sic etiam Cyprianus in epistola 55 : *Nihil interest quis tradat aut sæviat, cum Deus tradi permittat quos disponit coronari. Neque enim nobis ignominia est pati a fratribus quod passus est Christus, nec illis gloria est facere quod fecerit Judas.* Idem docet concilium Sardicense in epistola ad Julium papam, et Liberius papa in epistola septima ad Dionysium, Eusebium et Luciferum in exsilio constitutos. Gregorius Nazianzenus orat. XXIII, p. 416, de Valentis persecutione sic loquitur : Ἄρτι δὲ ὁ ἁρπεπὴς ἄρχεται, καὶ τὸ ἀμύνειν Χριστιανοῖς πρόσχημα ἔχων τῆς ἀσεβείας, τοῖς ἀληθῶς Χριστιανοῖς ἐπιφύεται· καὶ τοσοῦτον ἐκείνου χαλεπώτερος γίνεται, ὅσῳ τότε μὲν ἡ ἄθλησις περιφανεστέρα καὶ λαμπροτέρα, νῦν δὲ καὶ τὸ παθεῖν ἀφιλότιμον, παρά γε τοῖς οὐ δικαίοις τῶν παθῶν λογισταῖς· *Nunc autem turpis et indecora persecutio cooritur; quæ, Christianorum patrocinium ad defensionem impietati suæ prætexens, veros Christianos aggreditur : hoc utique nomine superiore persecutione acerbior, quod tum quidem minime dubia et obscura erat martyrum decertatio : nunc autem res eo rediit, ut cruciatus quoque ipse laude careat, saltem apud iniquos cruciatuum judices.*

(48) *Οὐ πολλὰ τοῖς.* Simplicior hæc scriptura codicum Harl. et Coisl. primi, quam vulgata οὐ πολλὰ παρὰ τοῖς.

Digitized by Google

κίας αἰδέσιμος, οὐκ ἄσκησις εὐσεβείας, οὐ πολιτεία κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον ἐκ νεότητος εἰς γῆρας διανυσθεῖσα. Ἀλλὰ κακοῦργος μὲν οὐδεὶς ἄνευ ἐλέγχων καταδικάζεται· ἐπίσκοποι δὲ ἀπὸ μόνης (49) συκοφαντίας ἑάλωσαν, καὶ μηδεμιᾶς ἀποδείξεως τοῖς ἐγκλήμασιν ἐπενεχθείσης ταῖς τιμωρίαις ἐκδίδονται. Τινὲς δὲ οὔτε ἐγνώρισαν (50) κατηγόρους, οὔτε εἶδον δικαστήρια, οὔτε ἐσυκοφαντήθησαν τὴν ἀρχήν, ἀλλ' ἀωρὶ τῶν νυκτῶν βιαίως ἁναρπασθέντες εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐφυγαδεύθησαν, ταῖς ἐκ τῆς ἐρημίας κακοπαθείαις παραδοθέντες εἰς θάνατον. Τὰ δὲ τούτοις ἑπόμενα γνώριμα παντὶ, κἂν ἡμεῖς σιωπήσωμεν· φυγαὶ πρεσβυτέρων, φυγαὶ διακόνων, καὶ παντὸς τοῦ κλήρου λεηλασία (51). Ἀνάγκη γὰρ ἢ προσκυνῆσαι τῇ εἰκόνι, ἢ τῇ πονηρᾷ φλογὶ τῶν μαστίγων παραδοθῆναι. Στεναγμοὶ (52) λαῶν, δάκρυον διηνεκὲς καὶ κατ' οἴκους καὶ δημοσίᾳ, πάντων πρὸς ἀλλήλους ὀδυρομένων ἃ πάσχουσιν. Οὐδεὶς γὰρ οὕτω λίθινος τὴν καρδίαν, ὥστε, πατρὸς στερηθεὶς, πρᾴως φέρειν τὴν ὀρφανίαν. Ἦχος θρηνούντων ἐν πόλει, ἦχος ἐν ἀγροῖς, ἐν ὁδοῖς, ἐν ἐρημίαις. Μία φωνὴ ἐλεεινὰ πάντων (53) καὶ σκυθρωπὰ φθεγγομένων. Ἐξῆρται χαρὰ καὶ εὐφροσύνη πνευματική. Εἰς πένθος ἐστράφησαν ἡμῶν αἱ ἑορταί· οἶκοι προσευχῶν ἐπεκλείσθησαν· ἀργὰ τὰ θυσιαστήρια τῆς πνευματικῆς λατρείας. Οὐκέτι σύλλογοι Χριστιανῶν, οὐκέτι διδασκάλων προεδρίαι, οὐ διδάγματα σωτήρια, οὐ πανηγύρεις, οὐχ ὑμνῳδίαι νυκτεριναὶ, οὐ τὸ μακάριον (54) ἐκεῖνο τῶν ψυχῶν ἀγαλλίαμα, τὸ ἐπὶ ταῖς συνάξεσι καὶ τῇ κοινωνίᾳ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ταῖς ψυχαῖς ἐγγινόμενον τῶν πιστευόντων εἰς Κύριον. Ἡμῖν πρέπει λέγειν, ὅτι *Οὐκ ἔστιν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ἄρχων, οὔτε προφήτης, οὔτε ἡγούμενος, οὔτε προσφορὰ, οὔτε θυμίαμα, οὐ τόπος τοῦ καιρῶσαι ἐνώπιον Κυρίου, καὶ εὑρεῖν ἔλεος.*

3. Ταῦτα εἰδόσιν ἐπιστέλλομεν, διότι οὐδὲν μέρος ἐστὶ τῆς οἰκουμένης, ὃ τὰς ἡμετέρας λοιπὸν ἠγνόησε συμφοράς. Ὥστε οὐ διδασκαλίας ἕνεκεν τοὺς λόγους τούτους ποιεῖσθαι ἡμᾶς νομίζειν προσῆκεν, οὐδὲ τοῦ (55) ὑπομνῆσαι ὑμῶν τὴν ἐμμέλειαν. Οἴδαμεν γὰρ, ὅτι οὐκ ἄν ποτε ἐπιλάθοισθε ἡμῶν, οὐ μᾶλλόν γε ἢ ἡ μήτηρ τῶν ἐκγόνων τῆς κοιλίας αὐτῆς. Ἀλλ' ἐπειδὴ οἱ περιωδυνίᾳ (56) τινὶ κατεχόμενοι διὰ τῶν στεναγμῶν κουφίζειν πως τὰς ἀλγηδόνας πεφύκασι, τοῦτο καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν· οἷον ἀποσκευα-

A exercitatio pietatis, non vita secundum Evangelium a juventute ad senectam usque transacta. Sed sceleratus quidem nullus sine certis indiciis condemnatur : episcopi autem ex sola calumnia damnati sunt, ac nullo argumento criminationibus adjecto, suppliciis traduntur. Imo nonnulli neque accusatores agnoverunt, neque viderunt tribunalia, neque omnino calumniis appetiti fuerunt, sed intempesta nocte violenter rapti, in longinquas regiones fugati sunt, ex solitudinis incommodis ad mortem objecti. Quæ autem ex his sequuntur, nota sunt omnibus, etiamsi taceamus; fugæ presbyterorum, fugæ diaconorum, ac cleri totius depopulatio. Necesse enim est aut imaginem adorare [86], aut pravæ flammæ flagellorum tradi. Populorum gemitus,

B continuæ privatim ac publice lacrymæ, omnibus inter se mala sua deflentibus. Nemo enim corde est adeo lapideo, ut patre privatus, animo æquo ferat orbitatem. Sonus lamentantium in urbe, sonus in agris, in viis. **374** in solitudinibus. Vox una auditur, miseranda omnibus ac tristia loquentibus. Sublatum est gaudium, et lætitia spiritualis. Versi sunt in luctum festi dies nostri [86]; conclusæ precationum domus; vacant altaria cultu spirituali. Non jam conventus Christianorum, non jam præsidentes doctores, non documenta salutaria, non solemnitates, non hymnorum nocturni cantus, neque beata illa animarum exsultatio, quæ ex synaxibus et communicatione donorum spiri-

C tualium animabus credentium in Dominum innascitur. Decet nos dicere : *Non est in tempore hoc princeps, neque propheta, neque dux, neque oblatio, neque suffitus, neque locus sacrificandi coram Domino, et inveniendi misericordiam* [87].

3. Scribimus hæc scientibus, cum pars nulla sit orbis terrarum, quæ jam calamitates nostras ignoret. Quare non docendi causa hæc a nobis disseri credendum, aut ut commonefaciamus vestram diligentiam. Novimus enim nunquam vos nostri oblitteros esse, non magis sane quam matrem filiorum uteri sui [88]. Sed quoniam qui dolore aliquo detinentur, gemitibus levare aliquo modo angores solent, idem et nos facimus; excutimus quodammodo

D mœroris pondus, dum dilectioni vestræ multipli-

[86] Dan. III, 10. [86] Amos VIII, 10. [87] Dan. III, 38, 39. [88] Isa. XLIX, 15.

(49) Ἀπὸ *μόνης*. Quatuor codices non antiquissimi ὑπὸ μόνης.

(50) *Οὔτε ἐγνώρισαν*. *Neque agnoverunt*, id est, accusatores producti coram illis non fuerunt. Designat illa vox ἐγνώρισαν eum cognoscendi modum qui certis et exploratis constat indiciis. Sic Basilius in epist. 202 : Πρότερον αὐτοὶ μετ' ἀλλήλων γνωρίσατε ἑαυτοὺς, ἵνα γνῶμεν πρὸς τίνας ἡμῖν ἔσται ἡ συμφωνία.

(51) *Λεηλασία*. Ita veteres libri septem. Editi λεηλασίαι.

(52) *Στεναγμοὶ*. Codices recentiores non pauci στεναγμός. Ibidem δακρύων διηνεκές in prima editione Paris. Aliter alius in codicibus editis et mss.

(53) *Πάντων*. Sic omnes mss. Editi ἁπάντων. Hic autem occurrit insignis varietas in quatuor mss. non vetustissimis, in quibus sic legitur : Μία φωνὴ ἐλεεινὴ· πάντων τὰ σκυθρωπὰ φθεγγομένων.

(54) *Οὐ τὸ μακάριον*. Ita codices mss. octo. Editi οὗτε. Paulo post editi ὃ ἐπὶ ταῖς... ἐγγίνεται. Tres vetustissimi codices ut in textu.

(55) *Οὐδὲ τοῦ*. Tres vetustissimi codices οὐδὲ τῷ. Paulo post editi ἐπιλάθησθε. Harl. et Coisl. primus ut in textu.

(56) *Οἱ περιωδυνίᾳ*. Sic tres vetustissimi codices, quibus favent tres alii in quibus legitur ὥσπερ οἱ ὀδύνῃ. Legitur in Regio 1824, οἱ περὶ εὐδοκείᾳ. Editi ὀδύνῃ. Paulo post editi διαγγέλλομεν. Tres vetustissimi codices ἐξαγγέλλομεν.

Digitized by Google

ces nostras calamitates nuntiamus, si quo modo vehementius ad precandum pro nobis commoti, Dominum exoretis ut reconcilietur nobis. Quod si ærumnæ quæ nos affligunt solæ essent, statuissemus utique apud nosmetipsos tacere, atque in incommodis pro Christo perferendis gaudere : *Non enim sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis* [89]. Nunc autem veremur, nequando ingravescens malum, velut flamma quædam ardentem materiam pervadens, postquam consumpserit quæ proxima sunt, attingat etiam et remotiora. Depascitur enim hæreseos malum, et timor est ne, voratis Ecclesiis nostris, serpat postea usque ad sanam partem vestræ paroeciæ. Fortasse igitur, quia apud nos abundavit peccatum, primi in escam traditi sumus crudelibus inimicorum Dei dentibus. Fortasse etiam, quod et verisimilius est, quoniam Evangelium regni, capto a nostris locis initio, in omnem pervenit terrarum orbem, idcirco communis animarum nostrarum hostis perficere conatur, ut defectionis semina, sumpto ab iisdem locis initio, in totum terrarum orbem diffundantur. Quibus enim affulsit illuminatio cognitionis Christi [90], ad eos ut veniant etiam impietatis tenebræ, machinatur.

4. Vestras igitur existimate afflictiones nostras, ut veri discipuli Domini. Non de pecuniis, non **375** de gloria, non de ulla alia ex rebus temporariis bellum sustinemus : sed de communi hæreditate, patrio thesauro sanæ fidei stamus decertantes. Dolorem nostrum dolete, o vos fratrum amantes, quoniam occlusa sunt apud nos piorum ora, aperta vero omnis audax et blasphema lingua loquentium adversus Deum iniquitatem [91]. Columnæ et fulcrum veritatis in dispersione ; nos vero, qui ob tenuitatem contempti fuimus, loquendi destituimur libertate. Decertate pro populis, nec spectate modo vestrum statum, videlicet quod in portibus tranquillis statis, Dei gratia omnino a turbine malorum ventorum vos protegente. Sed manum etiam Ecclesiis tempestate exagitatis porrigite, nequando derelictæ, penitus fidei naufra-

A ζόμεθα τῆς λύπης τὸ βάρος, δι' ὧν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην τὰς πολυειδεῖς ἡμῶν συμφορὰς ἐξαγγέλλομεν, εἴ πως ἂν σφοδρότερον εἰς τὰς ὑπὲρ ἡμῶν προσευχὰς κινηθέντες, δυσωπήσητε (57) τὸν Κύριον διαλλαγῆναι ἡμῖν. Εἰ μὲν οὖν αἱ θλίψεις ἦσαν μόναι αἱ καταπονοῦσαι ἡμᾶς, κἂν συνεβουλεύσαμεν ἑαυτοῖς τὴν ἡσυχίαν ἄγειν, καὶ χαίρειν τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ παθήμασιν, ἐπειδὴ *Οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθήσεσθαι εἰς ἡμᾶς* · νῦν δὲ φοβούμεθα, μήποτε αὐξανόμενον τὸ κακὸν, ὥσπερ τις φλὸξ διὰ τῆς καιομένης ὕλης βαδίζουσα (58), ἐπειδὰν καταναλώσῃ τὰ πλησίον, ἅψηται καὶ τῶν πόρρω. Ἐπινέμεται γὰρ τὸ κακὸν τῆς αἱρέσεως · καὶ δέος ἐστὶ, μὴ, τὰς

B ἡμετέρας Ἐκκλησίας καταφαγοῦσα, ἔρῃ λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὸ ὑγιαῖνον μέρος τῆς καθ' ὑμᾶς παροικίας. Τάχα μὲν οὖν, διὰ τὸ παρ' ἡμῖν πλεονάσαι τὴν ἁμαρτίαν, πρῶτοι παρεδόθημεν εἰς κατάβρωσιν τοῖς ὠμοφάγοις ὀδοῦσι τῶν ἐχθρῶν τοῦ Θεοῦ (59) · τάχα δὲ, ὃ καὶ μᾶλλόν ἐστιν εἰκάσαι, ὅτι, ἐπειδὴ τὸ Εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας, ἀπὸ τῶν ἡμετέρων τόπων ἀρξάμενον, εἰς πᾶσαν ἐξῆλθε τὴν οἰκουμένην · διὰ τοῦτο ὁ κοινὸς τῶν ψυχῶν ἡμῶν ἐχθρὸς, τὰ τῆς ἀποστασίας σπέρματα, ἀπὸ τῶν αὐτῶν τόπων τὴν ἀρχὴν λαβόντα, εἰς πᾶσαν οἰκουμένην διαδοθῆναι φιλονεικεῖ. Ἐφ' οὓς γὰρ ἔλαμψεν ὁ φωτισμὸς τῆς γνώσεως τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ τούτους ἐλθεῖν καὶ τὸ τῆς ἀσεβείας σκότος ἐπινοεῖ.

4. Ὑμέτερα οὖν λογίσασθε τὰ πάθη ἡμῶν, ὡς

C γνήσιοι μαθηταὶ τοῦ Κυρίου. Οὐχ ὑπὲρ χρημάτων, οὐχ ὑπὲρ δόξης, οὐχ ὑπὲρ ἄλλου τινὸς τῶν προσκαίρων καταπολεμούμεθα (60) · ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ κτήματος, τοῦ πατρικοῦ θησαυροῦ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, ἐστήκαμεν ἀγωνιζόμενοι. Συναλγήσατε ἡμῖν, ὦ φιλάδελφοι, ὅτι ἀποκέκλεισται μὲν παρ' ἡμῖν τῶν εὐσεβούντων τὰ στόματα, ἠνοίκται (61) δὲ πᾶσα θρασεῖα καὶ βλάσφημος γλῶσσα τῶν λαλούντων κατὰ τοῦ Θεοῦ ἀδικίαν. Οἱ στῦλοι καὶ τὸ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας ἐν διασπορᾷ · ἡμεῖς δὲ, οἱ διὰ σμικρότητα (62) παροφθέντες, ἀπαρρήσιαστοι. Ἀγωνιάσατε ὑπὲρ τῶν λαῶν · καὶ μὴ τὸ καθ' ἑαυτοὺς σκοπεῖτε μόνον, ὅτι ἐν λιμέσιν εὐδίοις ὁρμίζεσθε, τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος πᾶσαν ὑμῖν σκέπην χαρισαμένης (63) ἀπὸ τῆς ζάλης τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας. Ἀλλὰ καὶ

D ταῖς χειμαζομέναις τῶν Ἐκκλησιῶν χεῖρα ὀρέξατε

[89] Rom. VIII, 18. [90] II Cor. IV, 6. [91] Psal. LXXIV, 6.

(57) *Δυσωπήσητε*. Ita sex mss. Editi δυσωπήσετε.

(58) *Βαδίζουσα, ἐπειδὰν καταναλώσῃ*. Ita octo mss., nisi quod in nonnullis recentioribus legitur βαδίσασα. Editi βαδίζουσα, ἐπειδὰν καταλάβοι καὶ καταναλώσει.

(59) *Εἰς κατάβρωσιν τοῖς... τοῦ Θεοῦ*. Ita tres vetustissimi codices. Editi εἰς κατάβρωμα τοῖς... τοῦ Χριστοῦ. Paulo post quinque codices non antiquissimi ἀποστασίας ῥήματα.

(60) *Καταπολεμούμεθα*. Quinque codices recentiores πολεμούμεθα. Sic etiam habent editiones Haganoensis et Frobenianæ. Ibidem editi ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ θησαυροῦ τοῦ πατρικοῦ κτήματος. Codices mss. omnes ut in textu. In codice Vaticano legitur πνευματικοῦ κτήματος.

(61) *Ἠνοίκται*. Ita tres vetustissimi codices. Editi ἠνοίγη.

(62) *Οἱ διὰ σμικρότητα*. His ex verbis concludit Combefisius hanc epistolam a solo Basilio scriptam non fuisse. *Id enim*, inquit, *in sua Basilius persona, idque solius, non facile dicat, tantæ sedis antistes, ipseque sic clarus*. Nulla ratione nititur eruditi viri observatio. Ut omittam loca pene innumerabilia, in quibus de se ipso Basilius demississime loquitur ; certe in epistola 225 contemptum se fuisse dicit a judicibus, qui furorem suum in Gregorium Nyssenum verterant.

(63) *Χαρισαμένης*. Ita tres vetustissimi codices cum uno ex Regiis Editi χαριζομένης.

Digitized by Google

μήποτε, ἐγκαταλειφθεισαι, παντελῶς ὑπομείνωσι τῆς πίστεως τὸ ναυάγιον. Στενάξατε ἐφ' ἡμῖν, ὅτι ὁ Μονογενὴς βλασφημεῖται, καὶ ὁ ἀντιλέγων οὐκ ἔστι. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀθετεῖται, καὶ ὁ δυνάμενος ἐλέγχειν ἀποδιώκεται. Πολυθεΐα κεκράτηκε. Μέγας Θεὸς παρ' αὐτοῖς καὶ μικρός. Υἱὸς (64) οὐχὶ φύσεως ὄνομα, ἀλλὰ τιμῆς τινος εἶναι προσηγορία νενόμισται· τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον οὐ συμπληρωτικὸν εἶναι τῆς ἁγίας Τριάδος, οὐδὲ κοινωνὸν τῆς θείας καὶ μακαρίας φύσεως, ἀλλ' ἕν τι τῶν ἐκ τῆς κτίσεως, εἰκῇ, καὶ ὡς ἔτυχε, Πατρὶ καὶ Υἱῷ προσερρίφθαι. *Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς* (65) *μου πηγὴν δακρύων;* καὶ κλαύσομαι τὸν λαὸν ἡμέρας πολλὰς, τὸν ταῖς πονηραῖς ταύταις διδασκαλίαις πρὸς τὴν ἀπώλειαν συνωθούμενον. Παρασύρονται τῶν ἀκεραιοτέρων αἱ ἀκοαὶ· εἰς συνήθειαν λοιπὸν ἦλθον τῆς αἱρετικῆς δυσσεβείας. Συνεκτρέφεται τὰ νήπια τῆς Ἐκκλησίας τοῖς λόγοις τῆς ἀσεβείας. Τί γὰρ καὶ ποιήσουσι; Βαπτίσματα παρ' ἐκείνοις (66), προπομπαὶ τῶν ἐξοδευόντων, ἐπισκέψεις τῶν ἀσθενούντων, παρακλήσεις (67) τῶν λυπουμένων, βοήθειαι τῶν καταπονουμένων, ἀντιλήψεις παντοδαπαὶ, μυστηρίων κοινωνίαι· ἃ πάντα, δι' ἐκείνων ἐπιτελούμενα, σύνδεσμος γίνεται τοῖς λαοῖς τῆς πρὸς αὐτοὺς ὁμονοίας· ὥστε, μικροῦ χρόνου προελθόντος, μηδ' εἰ γένοιτό τις ἄδεια, ἐλπίδα λοιπὸν εἶναι τοὺς ὑπὸ τῆς χρονίας ἀπάτης κατασχεθέντας, πάλιν πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἀνακληθῆναι.

A gium perpetiantur. Ingemiscite nostra causa, quia Unigenitus blasphematur, nec est qui contradicat. Spiritus sanctus rejicitur, et qui redarguere potest, fugatur. Multitudo obtinuit deorum. Magnus Deus apud illos et parvus. Filius non naturæ nomen, sed dignitatis alicujus appellatio esse; Spiritus sanctus non complere Trinitatem sanctam; neque particeps esse divinæ ac beatæ naturæ, sed una aliqua ex rebus creatis, temere et fortuito Patri et Filio adjectus existimatur. *Quis dabit capiti meo aquam, et palpebris meis fontem lacrymarum*[99]? et diebus multis populum deflebo pravis istis doctrinis ad exitium impulsum. Seducuntur simpliciorum aures, jamque assuetæ sunt hæreticæ impietati. Enutriuntur Ecclesiæ infantes in doB ctrinis impiis. Quid enim facient? Baptismata apud illos, deductiones proficiscentium, visitationes ægrotantium, consolationes mœrentium, adjumenta omnis generis, mysteriorum communiones: quæ omnia, per eos administrata, populis vinculum sunt concordiæ cum eis ineundæ; adeo ut intra breve tempus, etiamsi qua libertas detur, nulla jam spes sit futura homines diuturna deceptione detentos, iterum ad veritatis agnitionem revocatur iri.

5. Τούτων ἕνεκεν πολλοὺς ἡμᾶς ἐχρῆν συνδραμεῖν πρὸς τὴν ὑμετέραν σεμνότητα, καὶ Ἕκαστον τῶν ἐκυτοῦ πραγμάτων ἐξηγητὴν γενέσθαι. Νῦν δὲ καὶ C αὐτὸ τοῦτο δεῖγμα γενέσθω ὑμῖν τῆς κακοπαθείας, ἐν ᾗ διάγομεν, ὅτι οὐδ' ἀποδημίας ἐσμὲν κύριοι. Εἰ γάρ τις καὶ πρὸς τὸ βραχύτατον τῆς Ἐκκλησίας ἑαυτοῦ (68) ἀποσταίη, ἐκδότους ἀφήσει τοὺς λαοὺς τοῖς ἐφεδρεύουσιν. Ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ἕνα ἀπ-

5. His de causis plures ex nobis oportebat ad vestram dignitatem accurrere, et unumquemque **376** rerum suarum narratorem fieri. Nunc vero et hoc ipsum vobis indicio sit illius in qua degimus afflictionis, quod ne facultas quidem nobis est itineris suscipiendi. Etenim si quis vel brevissimo tempore a sua Ecclesia abfuerit, traditos relinquet populos insidiantibus. Sed, Dei gratia, unum misimus vicarium non fuisset sub hæretico imperatore, sed etiam eos ecclesiastica munia ita sibi arrogasse, ut Catholicos excluderent. Non alio consilio Ariani presbyteros Antiochenos, ut discimus ex canone 17 Basilii, jurare coegerunt, se nunquam sacerdotio publice perfuncturos. Quinetiam ambitionem suam ad alias Ecclesias extendebant. Nam Eustathius, qui eorum ingenium noverat, hac arte eorum captavit benevolentiam : advocavit eos in Ecclesiam D suam, concionati sunt summa cum potestate, traditus est eis populus, traditum altare, ac totam regionem peragrarunt, ubique episcopalem honorem et observationem habentes, ut perspicitur ex epistolis 244 et 251.

(68) *Ἑαυτοῦ*. Sic codices plerique mss. pro eo quod erat in editis αὐτοῦ. Non sine causa Orientales hac excusatione utebantur. Metuendi enim locus erat, ne Occidentales suboffenderentur, si episcopi non venirent. Anno 371, cum Orientales diaconum misissent, diaconum pariter miserunt Occidentales. Anno 372 nemo missus ab Orientalibus, sed per litteras suppliciter petierunt, ut plures episcopi ad ferendum Orienti auxilium mitterentur. At nullam prorsus responsionem impetrarunt : imo rediens Roma Evagrius presbyter nuntiavit Basilio, ipsius scripta Romanis displicuisse, ac viros autoritate præditos Romam esse mittendos.

[99] Jerem. IX, 1.

(64) *Υἱός*. Editi præmittunt articulum, qui deest in tribus vetustissimis codicibus.

(65) *Τοῖς ὀφθαλμοῖς*. Sic tres vetustissimi codices. Editi τοῖς βλεφάροις.

(66) *Παρ' ἐκείνοις*. Hic etiam sequimur tres vetustissimos codices. Editi παρ' ἐκείνων. Sequentia verba sic interpretaretur Combefisius : *excedentium pompæ funebres, deducta funera*. Si cui magis arrideat hæc interpretatio, libera datur optio eligendi. Sed cum Basilius hoc loco recenseat præcipuos Arianorum aditus ad errorem insinuandum, multo aptior videtur hunc ad usum fuisse proficiscentium deductio, quam pompæ funebres. Supra observavimus morem fuisse, ut si quis episcopus ad concilium aut ad celebritatem aliquam vocaretur, mitteretur qui eum deduceret. Unde Basilius hoc officium in se advocando prætermissum a Theodoro et Meletio queritur in epist. 98. Negat se adfuturum in epist. 58, nisi, ut par est, advocetur. Eustathii clerici Arianos per totam diœcesim perhonorifice deduxerunt, epist. 251.

(67) *Παρακλήσεις*. In pluribus mss. recentioribus legitur παράκλησις et βοήθεια. Paulo post editi ἅπαντα. Harl., Coisl. primus et plures alii ut in textu. Quæ autem hic recensentur a Basilio, magna ex parte officia sunt episcoporum et presbyterorum. Indicant autem hæc verba non solum Arianos ad has dignitates evehi solitos esse, quod sane

Digitized by Google

multorum, religiosissimum et dilectissimum fratrem nostrum Dorotheum compresbyterum : qui et quæcunque effugerunt litteras nostras sua ipsius narratione potest supplere, cum omnia secutus sit accurate, et defensor sit rectæ fidei. Hunc suscipientes in pace, celeriter dimittite, bonum nobis nuntium afferentem studii vestri ad fratres adjuvandos.

A εστείλαμεν ἀντὶ πολλῶν, τὸν εὐλαβέστατον καὶ ἀγαπητὸν ἀδελφὸν ἡμῶν Δωρόθεον (69) τὸν συμπρεσβύτερον· ὃς καὶ ὅσα διαπέφευγεν ἡμῶν τὰ γράμματα τῇ παρ' ἑαυτοῦ διηγήσει δυνατός ἐστιν ἀναπληρῶσαι, παρηκολουθηκὼς πᾶσι μετὰ ἀκριβείας, καὶ ζηλωτὴς ὑπάρχων τῆς ὀρθῆς πίστεως. Ὃν προσδεξάμενοι ἐν εἰρήνῃ διὰ ταχέων ἡμῖν (70) ἀποπέμψατε, ἀγαθὰ ἡμῖν εὐαγγέλια φέροντα τῆς σπουδῆς ὑμῶν, ἣν ἔχετε πρὸς τὸ ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς ἀδελφότητος.

EPISTOLA CCXLIV*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΔ'.

Cum Patrophilus miraretur disruptam inter Basilium et Eustathium amicitiam, ac Basilium reprehendere videretur, exponit ei Basilius omnes ab origine dissensionis causas et modos. Declarat sibi in exigenda ab Eustathio fidei formula propositum aliud nihil fuisse, nisi ut a se et ab ipso Eustathio calumnias propulsaret. Narrat quomodo Eustathii et Theophili agendi ratione afflictus, litteras acceperit ab Eustathio, quæ communionem Basilio renuntiabant, eo quod scripsisset ad Apolinarium, et cum Diodoro presbytero communicaret. His litteris attonitum et stupentem Basilium aliæ exceperunt, quæ erant ad Dazizam scriptæ, et Basilio perfidiam et corruptionem Ecclesiarum exprobrabant, in primis vero quod ex dolo et insidiis formulam proposuisset. Testem conscientiæ suæ Deum invocat Basilius, sed mirari se dicit, cur Eustathius tantopere exarserit ob ejusmodi formulam, quæ ipsius manu subscripta Romæ asservabatur, quamque ipse synodo Tymensi obtulerat Sed hanc fidem damnat nunc Eustathius, eamdemque in actionibus inconstantiam declarat. Nam qui a quingentis episcopis damnatus, acquiescere noluerat, sed eos episcopos non esse contendebat, nunc aperte conjungitur cum iis, quos illi ordinaverunt. Quali vita et moribus sint ejusmodi homines, tacere mavult Basilius: sed narrat quid sibi post morbum gravissimum anno præterito in mentem venerit de hominum inconstantia. Quo in genere nemini Eustathium cedere ait, idque probat ex variis illius partium mutationibus, et ex variis formulis, quibus subscripsit. Postremo rogat Patrophilum ut ad se scribat, utrum idem erga se permanere velit, an ex congressu cum Eustathio mutatus sit.

Patrophilo, Ægeensis Ecclesiæ episcopo.

Πατροφίλῳ, ἐπισκόπῳ τῆς ἐν Αἰγεαῖς (71) Ἐκκλησίας.

B

1. Legi litteras tuas, quas per fratrem nostrum Strategium compresbyterum misisti, et legi libenter. Quidni enim libenter legerem, et a viro prudente scriptas, et a corde, quod dilectionem erga omnes ex Domini præcepto edoctum est servare? Et fere cognovi cur præterito tempore silueris. Hærenti enim similis eras et stupenti, quod Basilius ille, qui cuidam a puero taliter inserviit, qui talibus quibusdam temporibus hæc et illa fecit, qui bellum cum innumeris aliis unius colendi causa suscepit, is nunc alius ex alio factus sit, et bellum pro charitate præ se ferat, et quæcunque alia scripsisti, satis animi stuporem in hac rerum præter opinionem mutatione demonstrans. **377** Quod si me aliquantum etiam perstrinxisti, id ægre non tuli. Non enim ita sum indocilis, ut amicas objurgationes fratrum moleste feram. Tantum enim abest, ut iis quæ scripsisti, fuerim offensus, ut fere etiam mihi risum moverint, quod cum tot ac tanta sint, quæ nobis videbantur mutuam amicitiam antea firmare, ipse ob exilia, quæ usque ad te pervenerunt, in tantum te scriberes stuporem incidisse. Itaque et tibi idem, quod multis usu venit, qui omisso naturæ rerum examine, hominibus, de quibus agitur,

1. Ἐνέτυχόν σου τοῖς γράμμασιν, ἃ διὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Στρατηγίου τοῦ συμπρεσβυτέρου ἀπέστειλας, καὶ ἐνέτυχον ἡδέως. Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον, καὶ παρὰ ἀνδρὸς συνετοῦ γεγραμμένοις, καὶ παρὰ καρδίας τὴν πρὸς πάντας ἀγάπην ἐκ τῆς ἐντολῆς τοῦ Κυρίου κατορθοῦν δεδιδαγμένης; Καὶ σχεδὸν ἐγνώρισα τῆς ἐν τῷ παρελθόντι χρόνῳ σιωπῆς τὴν αἰτίαν. Ἀπορουῦντι γὰρ ἐῴκεις καὶ ἐκθαμβουμένῳ, εἰ Βασίλειος ἐκεῖνος, ὁ τοιῶσδε δουλεύσας ἐκ παιδὸς τῷ δεῖνι, ὁ τάδε ποιήσας ἐπὶ τῶν καιρῶν τῶνδε καὶ τάδε, ὁ τὸν πρὸς τοὺς μυρίους πόλεμον τῆς πρὸς τὸν ἕνα θεραπείας ἕνεκεν καταδεξάμενος· οὗτος νῦν ἕτερος γέγονεν ἐξ ἑτέρου, καὶ πόλεμον ἀντὶ τῆς ἀγάπης ἀνήρηται, καὶ ὅσα ἄλλα ἐπέστειλας, ἱκανῶς τῆς ψυχῆς τὴν ἔκπληξιν ἐν τῇ παραλόγῳ τῶν πραγμάτων μεταβολῇ ἐνδεικνύμενος. Καὶ εἴ τι ἡμῶν καὶ καθήψω (72), οὐκ ἐδεξάμην τοῦτο δυσκόλως. Οὐ γὰρ οὕτως εἰμὶ ἀνουθέτητος, ὡς πρὸς τὰς ἀγαπητικὰς ἐπιπλήξεις τῶν ἀδελφῶν δυσχεραίνειν. Τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τοῖς ἐπεσταλμένοις ἄχθεσθαι, ὥστε μικροῦ καὶ ἐγέλασα ἐπ' αὐτοῖς· εἰ, τοσούτων ὄντων καὶ τηλικούτων, ἃ ἡμῖν ἐδόκει τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλίαν πρότερον βεβαιοῦν, αὐτὸς ἐπὶ μικροῖς τοῖς μέχρι σοῦ φθάσασι τηλικαύτην ἔγραψας (73) τὴν

C

D

* Alias LXXXII. Scripta anno 376.

(69) *Δωρόθεον.* Missus etiam cum Dorotheo presbyter Sanctissimus, ut patet ex epist. 253 et sequentibus. Quinetiam in epist. 263 gratias agunt Occidentalibus Orientales ob litteras per compresbyteros missas. Mirum autem videri non debet, quod solus Dorotheus nominetur. Sæpe enim in ejusmodi litteris solus ille nominatur, qui præcipuas commissi muneris partes sustinebat. Sic in epist. 220 solus Acacius, in epist. 264 solus Domninus commemorantur, quamvis utrique comites adjunctos fuisse pateat, Acacio quidem ex epist. 220, Domino autem ex 267. Initio epist. 48 unum epistolæ bajulum memorat Basilius, sed tamen plures missos fuisse patet ex his ejusdem epistolæ verbis, *ut ipsi illi narrabunt.* Similiter Cyprianus in epist. 43 solum Mettium subdiaconum nominat, quamvis ei socium adjunxisset Nicephorum acolythum : et in epist. 46, quæ est S. Cornelii, de solo Nicephoro fit mentio, ac prætermittitur Mettius.

(70) *Ἡμῖν.* Hanc vocem addidimus ex tribus vetustissimis codicibus.

(71) *Ἐν Αἰγεαῖς.* Sic legitur in sex veteribus libris. Editi habent τῆς ἐν Ἀγαΐς. Vox Ἐκκλησίας addita ex codicibus Harl., Med. et Coisl. primo

(72) *Καὶ καθήψω.* Deest vocula in Coisl. secundo.

(73) *Ἔγραψας.* Ita tres vetustissimi codices. Editi ἔγραφες

Digitized by Google

ἐκπλῆξιν πεπονθέναι. Ἆρ' οὖν καὶ σὺ τὸ τῶν πολλῶν πέπονθας, οἱ, καταλιπόντες τῶν πραγμάτων ἐξετάζειν τὴν φύσιν, τοῖς ἀνθρώποις προσέχουσι, περὶ ὧν οἱ λόγοι, καὶ γίνονται οὐχὶ τῆς ἀληθείας ἐξεταστὰί, ἀλλὰ τῆς διαφορᾶς τῶν προσώπων δοκιμασταί, ἐπιλαθόμενοι τῆς παραινέσεως, ὅτι *Ἐπιγινώσκειν πρόσωπον ἐν κρίσει* (74), *οὐ καλόν*.

A attendunt, fiuntque non veritatis inquisitores, sed differentiæ personarum æstimatores, obliti admonitionis illius, *Cognoscere personam in judicio non est bonum*[93].

2. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ Θεὸς πρόσωπον ἐν κρίσει ἀνθρώπου οὐ λαμβάνει, ἣν πρὸς τὸ μέγα δικαστήριον ἀπολογίαν παρεσκεύασα, ταύτην καὶ σοὶ γνωρίσαι οὐ παραιτήσομαι. Ὅτι οὐδὲν παρ' ἡμῶν τὸ ἐξ ἀρχῆς, οὔτε μικρὸν οὔτε μεῖζον γέγονε τῆς διαστάσεως αἴτιον· ἀλλ' ἄνθρωποι μισοῦντες ἡμᾶς, δι' ἃς ἴσασιν προφάσεις (75) αὐτοὶ (οὐ γὰρ ἐμὲ χρὴ λέγειν περὶ αὐτῶν οὐδέν), συνεχεῖς ἐποιοῦντο τὰς διαβολάς. Καὶ ἅπαξ μὲν ταύτας καὶ δὶς ἀπεδυσάμεθα· ὡς δὲ ἀπέ- B ραντον ἦν τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐδὲν ὄφελος τῆς συνεχοῦς ἀπολογίας, ἡμῶν μὲν μακρὰν ἀπῳκισμένων, τῶν δὲ ψευδολόγων ἐγγύθεν ἐχόντων ταῖς καθ' ἡμῶν τιτρώσκειν διαβολαῖς καρδίαν εὐκαταγώνιστον, καὶ οὐ δεδιδαγμένην τὴν ἑτέραν τῶν ἀκοῶν ἀκεραίαν φυλάττειν τῷ μὴ παρόντι· τῶν Νικοπολιτῶν ἀπαιτούντων τινὰ πληροφορίαν πίστεως (ὃ πάντως οὐδὲ ὑμεῖς ἠγνοήσατε), ἔδοξεν ἡμῖν τὴν διακονίαν τοῦ γράμματος ὑποδέξασθαι. Ἐλογισάμεθα γὰρ δύο κατορθώσειν ἐν ταυτῷ· τούς τε Νικοπολίτας πείσειν μὴ κακῶς φρονεῖν περὶ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τῶν διαβαλλόντων ἡμᾶς ἐμφράξειν τὰ στόματα, τῆς κατὰ τὴν πίστιν συμφωνίας τὰς ἑκατέρωθεν συκοφαντίας ἀποκλειούσης. Καὶ δὴ καὶ συγγέγραπτο μὲν ἡ πίστις, προσηνέχθη δὲ παρ' ἡμῶν· ὑπεγράφη δέ. Ὡς C ὑπεγράφη (76), καὶ χωρίον ὑπεδείχθη συνόδου δευτέρας, καὶ καιρὸς ἕτερος· ὥστε καὶ τοὺς κατὰ τὴν παροικίαν ἀδελφοὺς ἡμῶν συνελθόντας ἑνωθῆναι ἀλλήλοις, καὶ γνησίαν καὶ ἄδολον τοῦ λοιποῦ εἶναι τὴν κοινωνίαν. Ἡμεῖς μὲν οὖν ἀπηντήσαμεν κατὰ τὴν προθεσμίαν, καὶ οἱ σὺν ἡμῖν ἀδελφοὶ οἱ μὲν παρῆσαν, οἱ δὲ ἐπέρρεον, φαιδροὶ πάντες καὶ πρόθυμοι, ὡς ἐπὶ εἰρήνην τρέχοντες· καὶ γράμματα παρ' ἡμῶν, καὶ ἡμεροδρόμοι σημαίνοντες, ὅτι πάρεσμεν· καὶ γὰρ ἡμέτερον ἦν τὸ χωρίον τὸ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑποδοχὴν τῶν συντρεχόντων. Ὡς δὲ ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους οὐδεὶς ἦν, οὔτε προτρέχων, οὔτε εὐαγγελιζόμενος τὴν παρουσίαν τῶν προσδοκωμένων· οἱ δὲ παρ' ἡμῶν ἀποσταλέντες ἐπανῆλθον κατήφειαν πολλὴν καὶ γογγυσμὸν τῶν ἐκεῖ διηγούμενοι, ὡς καινῆς D πίστεως παρ' ἡμῶν καταγγελθείσης· καὶ ἐλέγοντο διορίζεσθαι, ἢ μὴν μὴ ἐπιτρέψειν τῷ ἐπισκόπῳ αὐτῶν πρὸς ἡμᾶς διαβῆναι· ἦλθε δέ τις καὶ γράμμα φέρων ἡμῖν ἀφωσιωμένον, καὶ οὐδεμίαν ἔχον μνήμην τῶν ἐξ ἀρχῆς συγκειμένων· καὶ ὁ πάσης δέ μοι αἰδοῦς καὶ τιμῆς ἄξιος ἀδελφὸς Θεόφιλος, ἕνα τῶν αὐτῷ συνόντων ἀποστείλας, ἐδήλωσέ τινα, ἃ ἐνόμισε καὶ αὐτῷ ἐπιβάλλοντα εἶναι εἰπεῖν, καὶ ἡμῖν ἀκοῦσαι

2. Sed quia Deus personam in hominis judicio non accipit, quam mihi apud magnum tribunal defensionem paravi, eam et tibi notam facere non recusabo. Nimirum nulla a nobis ab initio neque parva neque major orta est dissidii causa: sed homines nobis non amici, ob quas ipsi sciunt causas (non enim opus est me quidquam de his dicere), continuas mihi calumnias struxerunt. Ac illas quidem repulimus semel atque iterum: sed cum finem illi non facerent, nec quidquam prodesset continua defensio, propterea quod, nobis procul dissitis, mendacii auctores cominus poterant suis contra nos vulnerare calumniis cor facile superabile, nec edoctum aurem alteram absenti integram servare; Nicopolitanis aliqua fidei indicia ad persuadendum apta exposcentibus (quod ne vos quidem prorsus ignorastis), nobis visum est scripti ministerium suscipere. Putavi enim me duo perfecturum una et eadem opera; et Nicopolitanis persuasurum, ne male de viro sentirent, et calumniatorum nostrorum ora obturaturum, fidei consensu calumnias utrinque excludente. Ac fides quidem conscripta est, et a nobis allata: subscripta est etiam. Postquam subscripta, locus designatus est alterius conventus, et tempus aliud constitutum, ut et fratres nostri, qui in parœcia sunt, convenientes, conjungerentur inter se, et genuina ac sincera deinceps foret communio. Itaque nos quidem advenimus præstituto tempore, et qui mecum conjuncti erant fratres, partim aderant, partim confluebant, læti omnes atque alacres, ut ad pacem currentes: litteræ etiam a nobis ac cursores, qui nos adesse significarent, siquidem noster erat ille locus ad eos qui concurrebant excipiendos designatus. Sed cum ex altera parte nemo adesset, aut præcurrens, aut nuntians adventum eorum qui exspectabantur; qui autem a nobis missi erant, cum redissent multam eorum qui illic sunt tristitiam ac murmurationem enarrantes, quasi nova fides a nobis promulgata esset, hique statuisse dicerentur, se certe suo episcopo ad nos proficiscendi copiam facturos non esse; cumque venisset quidam afferens nobis **378** epistolam perfunctorie scriptam, et quæ nullam eorum de quibus ab initio convenerat, mentionem habebat; et cum omni mihi reverentia et honore dignus frater Theophilus uno ex his qui cum eo sunt missi, nonnulla declarasset, quæ nec sibi

[93] Deut. 1, 17; Prov. XVIII, 5.

(74) *Ἐν κρίσει*. Hæc desunt in quinque nostris codicibus, leguntur in Coisl. primo.

(75) *Προφάσεις*. Ita septem omnes nostri codices. Editi αἰτίας. Paulo post editio Parisiensis ἀπεκδυσάμεθα. Coisl. uterque, Harl. et Med. et vetustæ editiones ut in textu.

(76) *Ὡς ὑπεγράφη*. Editi his vocibus præmittunt *καί*, quæ conjunctio deest in sex mss. et editione Hagan. et Basil. prima. Ibidem editi ἀπεδείχθη. Tres vetustissimi codices ut in textu.

Digitized by Google

indecora dictu et nobis auditu congruentia esse ducebat. Scribere enim non dignatus est, non tam metuens ne ex litteris argueretur, quam sollicitus ne nos necesse haberet ut episcopos salutare; sed certe verba erant vehementia, et ex pectore fervente prolata. In his discessimus, pudore affecti, concidentesque animo, nec habentes quod interrogantibus responderemus. Interim non multum tempus, et iter in Ciliciam: inde reditus, ac statim litteræ communionem nobis renuntiantes.

3. Ruptæ autem communionis causa, quod Apolinario, aiebat, scripsissemus, et quod compresbyterum nostrum Diodorum haberemus communicatorem. Ego autem Apolinarium quidem nunquam inimicum duxi, imo non desunt ob quæ etiam reverear virum: sed tamen non ita me homini conjunxi, ut illius crimina ipse suscipiam, cum certe et ipse nonnulla habeam, quæ in illo reprehendam, lectis illius libris nonnullis. Non tamen de Spiritu sancto aut librum me ab eo petere memini, aut missum accipere. Sed copiosissimum illum audio omnium scriptorum exstitisse: legi autem perpauca ex illius scriptis, neque enim mihi otium est talia scrutandi; ac præterea difficilis quidam sum ac morosus ad recentiora admittenda; quippe cum mihi per corpus ne in lectione quidem divinitus inspiratæ Scripturæ laboriose atque ut par est, perstare liceat. Quid hoc igitur ad me, si quis quid scripsit, quod cuidam non placeat? Quanquam et oportet alium pro alio rationem reddere, is qui me accusat de Apolinario, respondeat nobis de Ario proprio suo magistro, et de Aetio proprio suo discipulo. Nos autem neque discipulum ulla in re habuimus, neque magistrum hunc hominem, cujus crimina in nos convertunt. Diodorum autem, ut beati Sylvani alumnum, ab initio suscepimus: nunc vero et diligimus et complectimur ob insitam illi sermonis gratiam, qua multi ex iis qui illum conveniunt, meliores fiunt.

4. Propter has litteras, ut decebat, affectus, et ad tam inexspectatam ac subitam mutationem obstupescens, ne respondere quidem potui. Constrictum enim erat mihi cor, resoluta lingua, manus torpebat, atque in animi non fortis vitium incidi (dicetur enim quod verum est, sed tamen venia dignum): prope factum est, ut me generis humani odium caperet, nec ulli mores suspecti mihi non essent, crederemque non esse in hominis natura charitatis bonum; sed nomen esse speciosum his qui illud pronuntiant aliquid honoris ferens, non tamen revera inesse hominis cordi hanc affectionem. Si enim qui videbatur a puero ad **379** sum-

(77) *Κοινωνικόν*. Ita sex mss. Editi κοινωνόν.

(78) *Συνταγμάτων*. Ita tres vetustissimi codices cum pluribus aliis. Editi συγγραμμάτων. Paulo post editi ὃν γε τὸ σῶμα. Uterque Coisl., Med., Harl. et Reg. primus ut in textu. Editio Hagan. et Basileensis prima ὡς γε τὸ σῶμα.

(79) *Ἀπολογείσθω*. Harl. et Coisl. primus ἀπο-

πρέποντα. Ἐπιστεῖλαι γὰρ οὐκ ἠξίωσεν, οὐ τὸν ἐν τῶν γραμμάτων ἔλεγχον ὑφορώμενος τοσοῦτον, ὅσοι φροντίζων τοῦ μὴ εἰς ἀνάγκην ἐλθεῖν προσειπεῖν ἡμᾶς ὡς ἐπισκόπους· πλὴν γε δὴ, ὅτι σφοδρὰ ἦν τὰ ῥήματα, καὶ ἀπὸ καρδίας ἐκθερμανθείσης ἐξενεχθέντα. Ἐπὶ τούτοις διελύθημεν κατησχυμμένοι, καὶ συμπεπτωκότες τῇ γνώμῃ, οὐκ ἔχοντες ὅ τι τοῖς ἐρωτῶσιν ἀποκρινούμεθα. Χρόνος δὲ οὐ πολὺς ἐν τῷ μέσῳ, καὶ ἀποδημία μέχρι Κιλίκων· κἀκεῖθεν ἐπάνοδος, καὶ γράμματα εὐθὺς, ἀπαγόρευσιν ἔχοντα τῆς πρὸς ἡμᾶς κοινωνίας.

3. Ἡ δὲ αἰτία τῆς ἀπορρήξεως, ὅτι Ἀπολιναρίῳ, φησὶν, ἐπεστείλαμεν, καὶ τὸν συμπρεσβύτερον ἡμῶν Διόδωρον ἔχομεν κοινωνικόν (77). Ἐγὼ δὲ Ἀπολινάριον μὲν ἐχθρὸν οὐδέποτε ἡγησάμην, ἀλλ' ἔστιν ἐφ' οἷς καὶ αἰδοῦμαι τὸν ἄνδρα· οὐ μὴν οὕτως ἐμαυτὸν τῷ ἀνθρώπῳ συνῆψα, ὥστε τὰ ἐκείνου ἐγκλήματα αὐτὸς ὑποδέχεσθαι· ὅπου γε ἔχω τινὰ καὶ αὐτὸς ἐγκαλεῖν αὐτῷ, ἐντυχών τισι τῶν συνταγμάτων αὐτοῦ. Οὐ μὴν περὶ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἢ αἰτήσας αὐτὸν οἶδα βιβλίον, ἢ ἀποσταλὲν ὑποδεξάμενος. Ἀλλὰ πολυφωνότατον μὲν αὐτὸν ἀκούω πάντων συγγραφέων γεγενῆσθαι· ὀλίγοις δὲ ἐντετύχηκα τῶν συνταγμάτων (78) αὐτοῦ· οὐδὲ γὰρ σχολή μοί ἐστι τὰ τοιαῦτα διερευνᾶσθαι, καὶ ἅμα δυσχερής τις εἰμὶ πρὸς τὴν τῶν νεωτέρων παραδοχὴν, ᾧ γε τὸ σῶμα οὐδὲ τῇ ἀναγνώσει τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν φιλοπόνως καὶ καθ' ὃν δεῖ τρόπον συγχωρεῖ παραμένειν. Τί οὖν πρὸς ἐμὲ τοῦτο, εἴ τις συνέγραψέ τι μὴ ἀρέσκον τῷ δεῖνι; Καίτοι εἰ δεῖ ἄλλον ὑπὲρ ἄλλου τὰς εὐθύνας ὑπέχειν, ὁ ἐμοὶ ἐγκαλῶν ὑπὲρ Ἀπολιναρίου ἀπολογείσθω (79) ἡμῖν, ὑπὲρ Ἀρείου τοῦ ἰδίου διδασκάλου, καὶ ὑπὲρ Ἀετίου τοῦ ἰδίου αὐτοῦ μαθητοῦ. Ἡμεῖς δὲ οὔτε ἐδιδάχθημέν τι, οὔτε ἐμαθητεύθημεν τῷ ἀνδρὶ, οὗ τὰ ἐγκλήματα ἡμῖν περιτρέπουσι. Διόδωρον δὲ, ὡς θρέμμα τοῦ μακαρίου Σιλουανοῦ, τὸ ἐξ ἀρχῆς ὑπεδεξάμεθα (80)· νῦν δὲ καὶ ἀγαπῶμεν καὶ περιέπομεν διὰ τὴν προσοῦσαν αὐτῷ τοῦ λόγου χάριν, δι' ἧς πολλοὶ τῶν ἐντυγχανόντων βελτίους γίνονται.

4. Ἐπὶ τούτοις τοῖς γράμμασι διατεθεὶς, ὡς εἰκὸς ἦν, καὶ ἐκπλαγεὶς πρὸς τὴν οὕτω παράλογον καὶ ἀθρόαν μεταβολὴν, οὐδὲ ἀντιφθέγξασθαι ἠδυνήθην. Συνδέδετο μὲν γάρ μοι ἡ καρδία, παρεῖτο δὲ ἡ γλῶσσα, νεναρκήκει δὲ ἡ χεὶρ· καὶ ἔπαθον πάθος ψυχῆς ἀγεννοῦς (εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς, πλὴν ἀλλὰ συγγνώμης ἄξιον)· μικροῦ καὶ εἰς μισανθρωπίαν ἐξέπεσον, καὶ πᾶν μοι ἦθος ὕποπτον ἐνομίσθη, καὶ μὴ εἶναι ἐν ἀνθρώπου φύσει (81) τὸ τῆς ἀγάπης καλόν· ἀλλὰ ῥῆμα εἶναι εὐπρόσωπον καλλωπισμόν τινα παρέχον τοῖς κεχρημένοις, οὐ μὴν ἐνυπάρχειν κατ' ἀλήθειαν καρδίᾳ ἀνθρώπου τὴν διάθεσιν ταύτην. Εἰ γὰρ ὁ δοκῶν ἐκ παιδὸς εἰς γῆρας βαθὺ ἐπιμέλειαν

λογησάσθω.

(80) *Ὑπεδεξάμεθα*. Ita mss. sex et vetustæ editiones. Parisiensis ἀπεδεξάμεθα.

(81) *Φύσει. In natura hominis*, id est, non esse in homine veram et sinceram charitatem. Vide supra notas in epist. 23.

Digitized by Google

ἑαυτοῦ πεποιῆσθαι ἐκ τοιούτων προφάσεων οὕτω ῥᾳδίως ἐξηγριώθη, μηδὲν τῶν ἡμετέρων ὑπολογισάμενος, μηδὲ τὴν ἐν τῷ παρελθόντι πεῖραν τῆς οὕτως εὐτελοῦς διαβολῆς κυριωτέραν θέμενος· ἀλλ' οἷόν τις πῶλος ἀδάμαστος, οὔπω φέρειν καλῶς τὸν ἀναβάτην δεδιδαγμένος, ἐκ μικρᾶς ὑποψίας ἀνεχαίτισε καὶ ἀπεσείσατο, καὶ χαμαὶ ἔῤῥιψεν οἷς πρότερον ἐπηγάλλετο· τί χρὴ περὶ τῶν ἄλλων ὑπονοεῖν, πρὸς οὓς οὔτε ἡμῖν τοσαῦτα τῆς φιλίας ἐστὶν ἐνέχυρα, οὔτε παρ' αὐτῶν τοιαύτη τῆς τῶν τρόπων ἐπιμελείας ἐπίδειξις; Ταῦτα κατ' ἐμαυτὸν ἀνελίσσων ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ συνεχῶς στρέφων ἐν τῇ καρδίᾳ, μᾶλλον δὲ ἀναστρεφόμενος (82) ὑπ' αὐτῶν τὴν καρδίαν, οὕτω δακνόντων με καὶ νυσσόντων διὰ τῆς μνήμης, οὐδὲν ἐκείνοις ἀπεκρινάμην τοῖς γράμμασιν· οὐχ ὑπεροψίᾳ σιωπήσας (μὴ τοῦτο οἰηθῇς, ἀδελφέ· οὐ γὰρ ἀνθρώποις ἀπολογούμεθα, ἀλλὰ κατενώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν), ἀπορίᾳ δὲ καὶ ἀμηχανίᾳ καὶ τῷ μὴ ἔχειν εἰπεῖν τι τῆς λύπης ἄξιον.

A mam usque senectam sibi ipsi invigilasse, talibus de causis ita facile efferatus est, nullam habens rerum nostrarum rationem, nec præteriti temporis experientiam calumnia adeo vili potiorem ducens: sed veluti quidam pullus indomitus ascensorem recte ferre nondum edoctus, ob exiguam suspicionem recalcitravit, excussitque et humi projecit eos de quibus antea gloriabatur. Quid de aliis suspicandum, quibuscum neque nobis tot ac tanta sunt amicitiæ pignora, quique tot ac tanta non dederunt morum probitatis specimina? Hæc mecum animo cum volverem, ac indesinenter corde versarem, imo potius cum ab his cor meum versaretur, sic mordentibus me et recordatione pungentibus, nihil illis respondi litteris; non ex contemtu silens (ne id cogites, frater; non enim apud homines causam dicimus, sed coram Deo in Christo loquimur), sed hæsitatione ac consilii inopia et quod nihil mœrore dignum dicere possemus.

B

5. Ἕως ἐν τούτοις ἦμεν, ἐπικατέλαβεν ἡμᾶς ἕτερα γράμματα πρὸς Δαζίζαν (83) τινὰ γεγραμμένα δῆθεν, τῇ δὲ ἀληθείᾳ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπεσταλμένα, ὡς δηλοῖ αὐτῶν ἡ οὕτως ὀξεῖα διάδοσις, ὡς ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἐν παντὶ μὲν τῷ Πόντῳ κατασπαρῆναι καὶ τὴν Γαλατίαν ἐπιδραμεῖν. Φασὶ δέ τινες, ὅτι καὶ Βιθυνοὺς διεξελθόντες οἱ τῶν ἀγαθῶν τούτων ἄγγελοι μέχρις αὐτοῦ ἔφθασαν Ἑλλησπόντου. Τίνα δὲ ἦν τὰ καθ' ἡμῶν πρὸς Δαζίζαν ἐπεσταλμένα, πάντως μὲν οἶδας. Οὐ γὰρ οὕτω σε μακρὰν τῆς ἑαυτῶν φιλίας τίθενται, ὥστε σε μόνον ἀγέραστον τῆς τιμῆς ἐκείνης καταλιπεῖν. Εἰ δὲ οὐκ ἦλθεν εἰς σὲ τὰ γράμματα, ἀλλ' ἐγώ σοι ἀποστέλλω (84). Ἐν οἷς εὑρήσεις ἡμᾶς κατηγορουμένους, δόλον καὶ ῥᾳδιουργίαν, φθορὰν Ἐκκλησιῶν, καὶ ψυχῶν ἀπώλειαν, καὶ τὸ πάντων, ὡς αὐτοὶ νομίζουσιν, ἀληθέστερον (85), ὅτι ἐγκάθετον ἐκείνην τὴν προβολὴν τῆς πίστεως ἐποιησάμεθα, οὐ Νικοπολίταις διακονούμενοι, ἀλλ' αὐτοὶ λαβεῖν δολερῶς ὁμολογίαν ἐπινοήσαντες. Τούτων μὲν οὖν κριτὴς Κύριος. Καὶ γὰρ τίς ἂν γένοιτο τῶν ἐν καρδίᾳ λογισμῶν ἐναργὴς ἀπόδειξις; Ἐκεῖνο δὲ αὐτῶν ἐθαύμασα, εἰ, ὅτι μὲν (86) τῷ παρ' ἡμῶν ἐπιδοθέντι βιβλίῳ ὑπέγραψαν, τοσαύτῃ κέχρηνται διαστάσει, ὥστε καὶ ὄντα καὶ μὴ ὄντα εἰς τὴν τῶν ἐγκαλούντων αὐτοῖς πληροφορίαν συμφύρειν· ὅτι δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἔγγραφος αὐτῶν ὁμολογία τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως ἀπόκειται, τοῦτο οὐκ ἐννοοῦσιν· οὐδὲ ὅτι διὰ τῆς ἑαυτῶν χειρὸς ἐπέδωκαν τῇ ἐν Τυάνοις συνόδῳ τὸ ἀπὸ Ῥώμης βιβλίον, ὃ παρ' ἡμῖν κατάκειται, τὴν αὐτὴν ταύτην πίστιν ἔχον. Καὶ τῆς ἰδίας ἑαυτῶν δημηγορίας ἐπελάθοντο, ἣν εἰς τὸ μέσον καταστάν-

5. In his dum versaremur, exceperunt nos litteræ aliæ, ad Dazizan quemdam scriptæ videlicet, sed revera ad omnes homines missæ, ut declarat earum celerrima distributio, ita ut paucis diebus per omnem Pontum dispergerentur, et Galatiam percurrerent. Quinetiam nonnulli dicunt horum bonorum nuntios etiam peragrata Bithynia usque ad ipsum Hellespontum penetrasse. Qualia vero fuerint ad Dazizan contra nos scripta, omnino quidem nosti. Non enim te adeo longe ab amicitia sua removent, ut solum te honore illo non donatum reliquerint. Quod si litteræ ad te non pervenerunt, at ego tibi eas mittam. In his hæc nobis affingi crimina videbis, dolum et perfidiam, corruptionem Ecclesiarum, et animarum perniciem, et quod omnium, ut ipsi existimant, verissimum est, quod ex insidiis illam fidei formulam proposuerimus, non Nicopolitanis operam navantes, sed ipsi eliciendæ per dolum confessionis consilium intendentes. Horum quidem judex est Dominus. Quænam enim esse possit cogitationum cordis clara demonstratio? Hoc autem in ipsis sum miratus, cur ob subscriptum libellum, quem ipsis obtulimus, tanto utantur dissidendi studio, ut et quæ sunt, et quæ non sunt, iis, a quibus accusantur, satisfaciendi causa, commisceant; illud autem non cogitent, suam fidei Nicænæ confessionem Romæ scriptam servari, seque propria manu obtulisse synodo Tyanensi allatum Roma libellum, qui apud nos servatur, eamdem fidem continens. Quin et concionis tunc a se habitæ obliti sunt, cum in medium

C

D

(82) Ἀναστρεφόμενος. Ita tres vetustissimi codices cum aliis duobus. Editi στρεφόμενος. Paulo post editi ἀμυσσόντων, *dilacerantibus*. Coisl. primi et Harl. scriptura multo aptior et sanior, quam in contextum adscivimus.

(83) Δαζίζαν. In epistola ad Olympium, quæ est 131, legitur Δαζίναν, exceptis codicibus Med. et Vat. qui habent Δεξίναν, et Harlæano, qui sic etiam habuit prima manu. Utra lectio potior habenda sit, non facile statuam. Sed tamen quia omnes codices in hac epistola consentiunt, etiam ii qui in priore habebant Δεξίναν, malim hunc hominem Dazizan vocare.

(84) Ἀποστέλλω. Reg. secundus et Coisl. secundus ἀποστελῶ.

(85) Ἀληθέστερον. Med., Coisl. secundus et Regius secundus ἀληθέστατον.

(86) *Εἰ, ὅτι μέν*. Ita tres vetustissimi codices cum duobus aliis, et editiones Haganoensis et prima Basilecnsis. Habent aliæ εἰ, ὅτε μέν,

Digitized by Google

prodeuntes fraudem deplorarunt, qua decepti, tomo ab Eudoxii factione composito consenserant; unde et hanc invenerunt errati illius purgandi rationem, ut Romam profecti, inde fidem Patrum acciperent, ita ut quod **380** Ecclesiis detrimenti intulerant malo approbando, id meliore introducendo emendarent. At qui itinera longissima pro fide sustinuerunt, et sapientem illam concionem habuerunt, nunc nobis conviciantur, ut dolose ambulantibus et sub dilectionis specie ea quæ insidiatorum sunt, facientibus. Patet autem etiam ex iis, quæ nunc circumferuntur, condemnatam ab illis esse fidem Nicænam. Viderunt enim Cyzicum, et cum alia fide reversi sunt.

A τες τότε, ὠδύροντο μὲν τὴν ἀπάτην, δι' ἧς ὑπῆχθησαν συνθέσθαι τῷ τόμῳ τῷ παρὰ τοῦ συστήματος Εὐδοξίου συντεταγμένῳ· διότι ταύτην ἐπανόησαν τοῦ σφάλματος ἐκείνου ἀπολογίαν, τὸ, ἀπελθόντας εἰς Ῥώμην, ἐκεῖθεν λαβεῖν τὴν τῶν Πατέρων πίστιν· ἵνα, ἣν ἐποίησαν βλάβην ταῖς Ἐκκλησίαις τῇ πρὸς τὸ κακὸν συνθήκῃ, ταύτην ἐπανορθώσωνται τῇ ἐπεισαγωγῇ τοῦ βελτίονος. Ἀλλ' οἱ τὰς μακροτάτας ἀποδημίας ὑπὲρ τῆς πίστεως ὑποστάντες, καὶ τὰ σοφὰ ταῦτα δημηγορήσαντες, νῦν λοιδοροῦνται ἡμᾶς, ὡς δολίως πορευομένους, καὶ ἐν σχήματι ἀγάπης τὰ τῶν ἐπιβουλευόντων ποιοῦντας. Δηλοῖ δὲ καὶ τὰ νῦν περιφερόμενα κατεγνωκέναι αὐτοὺς τῆς ἐν Νικαίᾳ πίστεως. Εἶδον γὰρ Κύζικον, καὶ μετ' ἄλλης πίστεως ἐπανῆλθον.

6. Sed quid in verbis inconstantiam dico, cum multo majora ex ipsis rebus gestis habeam illorum in contraria mutationis argumenta? Qui enim quingentorum episcoporum sententiæ contra ipsos latæ non cesserunt, neque a gubernaculis Ecclesiarum discedere voluerunt, quamvis tot episcopi in eorum depositionis sententia conspirassent, propterea, inquit, quod Spiritus sancti participes non erant, nec Dei gratia Ecclesias gubernabant, sed humana potentia ac inanis gloriæ cupiditate principatus rapuerant: hi nunc eos qui ab illis ordinati sunt, ut episcopos suscipiunt. Quos meo nomine roges velim, etiamsi homines omnes contemnant, quasi neque oculos habeant, neque aures, neque cor sensu præditum, ut intelligere possint eorum quæ fiunt repugnantiam; roges, inquam, saltem in corde suo quidnam habeant sententiæ? Quomodo ambo possunt esse episcopi, et qui ab Evippio depositus, et qui ab eo ordinatus? nam res utraque est manus ejusdem opus. Qui nisi datum Jeremiæ donum habuisset diruendi ac reædificandi, eradicandi ac plantandi [94], utique non hunc eradicasset, neque illum plantasset. Quod si alterum ei dederis, alterum etiam ei concedes. Sed illis, ut videtur,

B 6. Καὶ τί τὸ ἐν τοῖς ῥήμασιν εὐμετάθετον λέγω, πολλῷ μείζονας ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων τῆς ἐπὶ τὰ ἐναντία περιτροπῆς ἔχων τὰς ἀποδείξεις (87); Οἱ γὰρ πεντακοσίων ἐπισκόπων δόγματι κατ' αὐτῶν ἐξενεχθέντι μὴ εἴξαντες, μηδὲ καταδεξάμενοι τῆς οἰκονομίας τῶν Ἐκκλησιῶν ἀποστῆναι, τοσούτων εἰς τὴν τῆς καθαιρέσεως αὐτῶν γνώμην συμφωνησάντων, διότι, φησὶν, οὐκ ἦσαν Πνεύματος ἁγίου μέτοχοι, οὐδὲ Θεοῦ (88) χάριτι τὰς Ἐκκλησίας οἰκονομοῦντες, ἀλλ' ἀνθρωπίνῃ δυναστείᾳ καὶ ἐπιθυμίᾳ δόξης κενῆς τὰς προστασίας ἁρπάσαντες· οὗτοι νῦν τοὺς παρ' ἐκείνων χειροτονηθέντας ὡς ἐπισκόπους δέχονται. Οὓς ἐρώτησον ἀντ' ἐμοῦ, εἰ καὶ τῶν ἀνθρώπων πάντων καταφρονοῦσιν, ὡς οὔτ' ὀφθαλμοὺς ἐχόντων, οὔτ' ὦτα, οὔτε καρδίαν αἰσθητικὴν, ὅσον γοῦν δύνασθαι συνιδεῖν τῶν γενομένων (89) τὸ ἀνακόλουθον, ἐν τῇ ἑαυτῶν καρδίᾳ τίνα διάνοιαν ἔχουσι; Πῶς δύνανται δύο εἶναι ἐπίσκοποι, ὅ τε καθῃρημένος ὑπὸ Εὐιππίου (90), καὶ ὁ παρ' αὐτοῦ κεχειροτονημένος; τῆς γὰρ αὐτῆς χειρὸς ἔργον ἀμφότερα. Ὅς, εἰ μὴ εἶχε τὴν δεδομένην τῷ Ἱερεμίᾳ χάριν, κατασκάπτειν καὶ ἀνοικοδομεῖν, ἐκριζοῦν καὶ καταφυτεύειν, οὔτ' ἂν ἐξεῤῥίζωσε τοῦτον, οὔτ' ἂν ἐκεῖνον ἐφύτευσεν (91). Εἰ δὲ τὸ ἕτερον αὐτῷ δίδως, συγχω-

[94] Jerem. I, 10.

(87) *Ἀποδείξεις*. Ita mss. sex. Editi ὑποδείξεις.

(88) *Θεοῦ*. Deest ea vox in codice Medicæo. Paulo post nonnulli codices recentiores κατ' ἐπιθυμίαν.

(89) *Τῶν γενομένων*. Ita tres vetustissimi codices. Editi γινομένων.

(90) *Ὑπὸ Εὐιππίου*. Sic tres vetustissimi codices. Editi παρὰ Εὐιππίου. Ibidem Medicæus codex παρὰ τούτου. Coisl. uterque et Reg. secundus παρὰ τοῦ αὐτοῦ. Consentit Harlæanus cum editis. Mox editi ἀμφότερον. Quinque mss. ut in textu. Sic etiam habet Haganoensis editio et prima Basilcensis.

(91) *Ἐφύτευσεν*. Hoc in loco et in aliis similibus, nempe in epistolis 226 et 251, non suo nomine loquitur Basilius, sed potius Eustathii, quem deducto ex ipsius sententia argumento in angustias concludit. Depositus enim a quingentis episcopis, eorum sententiæ non cessit: sed eos negavit episcopos esse, utpote non participes Spiritus sancti, ut supra legimus in hac ipsa epistola. Sequeretur ex hac Eustathii ratiocinatione, si strictius sumeretur, datam ab hæreticis ordinationem non modo non legitimam, sed etiam invalidam ac prorsus nullam esse, ac Spiritum sanctum ab eis conferri non posse. Sed si ea fuit Eustathii sententia, certe Basilio affingi non potest. Is enim testatur, can. 1, Izoinum et Saturninum ex Encratitarum hæresi in episcopalem cathedram a se susceptos esse. Rejecit in eodem canone principium Cypriani et Firmiliani, qui nulli prorsus hæretico aut schismatico relinquebant baptizandi aut ordinandi potestatem, *ut qui non possent amplius Spiritus sancti gratiam aliis præbere, a qua ipsi exciderant*. In epistola autem 240, cum denuntiat Nicopolitanis ne quis communione Frontonis præoccupetur, neve accepta ab eo manus impositione, postea reddita pace vim faciat ut in clero recenseatur; cum hoc, inquam, denuntiat, declarat ille quidem se hac in re de canonum severitate nihil remissurum; sed tamen non obscure fatetur ejusmodi ordinationes validas esse, ac interdum in Ecclesia pacis causa ratas haberi.

Digitized by Google

ρήσεις αὐτῷ καὶ τὸ ἕτερον. Ἀλλ' εἷς σκοπὸς, ὡς ἔοικε, τὸ ἑαυτῶν ζητεῖν πανταχοῦ, καὶ φίλον μὲν ἡγεῖσθαι τὸν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν συνεργοῦντα, πολέμιον δὲ κρίνειν, καὶ μηδεμιᾶς κατ' αὐτοῦ διαβολῆς φείδεσθαι, τὸν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτῶν ἀνθιστάμενον.

A propositum unum est, suum ipsorum compendium ubique quærere, et amicum quidem ducere eum, qui ipsorum cupiditatibus obsecundat : inimicum vero judicare, nec ulli in eum calumniæ parcere, qui ipsorum cupiditatibus obsistit.

7. Οἷαι γὰρ αὐτῶν καὶ αἱ νῦν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας οἰκονομίαι; Φρικταὶ μὲν διὰ τὴν τῶν ποιούντων (92) εὐκολίαν, ἐλεειναὶ δὲ διὰ τὴν τῶν πασχόντων ἀναισθησίαν. Εὐιππίου τέκνα, καὶ Εὐιππίου ἔκγονα διὰ πρεσβείας ἀξιοπίστου ἐκ τῆς ὑπερορίας μετακληθέντες εἰς τὴν Σεβάστειαν, ἐπιστεύθησαν τὸν λαόν. Παρέλαβον τὸ θυσιαστήριον, ζύμη ἐγένοντο τῆς ἐκεῖ Ἐκκλησίας. Παρ' ὧν ἡμεῖς μὲν ὡς ὁμοουσιασταὶ διωκόμεθα. Εὐστάθιος δὲ ὁ βαστάσας (93) ἐν τῷ χάρτῃ ἀπὸ Ῥώμης μέχρι Τυάνων τὸ ὁμοούσιον, οὗτος νῦν αὐτοῖς ἀνακέκραται· εἰ καὶ ὅτι παραδεχθῆναι εἰς τὴν πολυπόθητον αὐτῶν κοινωνίαν οὐκ ἠδυνήθη· ἢ φοβηθέντων τὸ πλῆθος τῶν κατ' αὐτοῦ συμφωνησάντων, ἢ αἰδεσθέντων τὸ ἀξιόπιστον. Τίνες γὰρ ἦσαν οἱ συνειλεγμένοι, καὶ πῶς μὲν χειροτονηθεὶς ἕκαστος, ἀπὸ ποίου δὲ τοῦ ἐξ ἀρχῆς βίου ἐπὶ ταύτην παρῆλθε (94) τὴν δυναστείαν νῦν, ἐγὼ μὲν μή ποτε οὕτω σχολάσαιμι, ὥστε τὰς ἐκείνων πράξεις ἐκδιηγεῖσθαι (95). Ἔμαθον γὰρ προσεύχεσθαι, *Ὅπως ἂν μὴ λαλήσῃ τὸ στόμα μου τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων*· αὐτὸς δὲ ἐρευνήσας μαθήσῃ· κἂν σε διαφύγῃ, τὸν κριτὴν πάντως οὐ λήσεται.

7. Quales enim sunt etiamnum ipsorum contra Ecclesiam œconomiæ? Horrendæ quidem ob eorum, qui id faciunt, instabilitatem, miserandæ vero ob eorum, qui patiuntur, stupiditatem. Evippii filii et Evippii nepotes per legationem fide dignam ab extera regione accersiti sunt Sebastiam. His creditus est populus : potiti sunt altaribus, ejus quæ illic est Ecclesiæ fermentum facti sunt. Hi nos tanquam homoousiastas persequuntur; Eustathius autem, qui in charta consubstantiale Roma Tyanos usque **381** attulit, nunc illis admistus est : quanquam admitti in optatissimam ipsorum communionem non potuit, sive quod metuerint multitudinem eorum qui adversus illum consenserant, sive quod eorum reveriti sint auctoritatem. Quales enim essent qui congregati sunt, et quomodo eorum quisque ordinatus, et a quali vita ab initio ducta ad hunc dominatum pervenerit, precor equidem nunquam mihi tantum otii contingere, ut res illorum enarrem. Didici enim precari, *Ut os meum opera hominum non loquatur*[96]. Ipse autem hæc, si scrutatus fueris, edisces; et si te effugerint, profecto judicem non latebunt.

8. Ὅ μέντοι πέπονθα πάθος, οὐ παραιτήσομαι καὶ πρὸς τὴν σὴν ἐξειπεῖν ἀγάπην, ὅτι πέρυσιν, ἀσθενήσας πυρετῷ λαβροτάτῳ (96), καὶ ἐγγίσας μέχρις αὐτῶν τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου, εἶτα ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀνακληθεὶς, δυσχερῶς εἶχον πρὸς τὴν ἐπάνοδον, λογιζόμενος εἰς οἷα πάλιν ἔρχομαι κακά· καὶ κατ' ἐμαυτὸν ἐσκόπουν, τί ποτε ἄρα ἐστὶ τὸ ἐν τῷ βάθει τῆς σοφίας ἀποκείμενον τοῦ Θεοῦ, δι' ὃ ἐμοὶ πάλιν τῆς ἐν σαρκὶ ζωῆς ἡμέραι συνεχωρήθησαν. Ἐπειδὴ δὲ ἔγνων ταῦτα, ἐλογισάμην, ὅτι ἐβουλήθη ἡμᾶς ὁ Κύριος ἰδεῖν παυσαμένας τοῦ σάλου τὰς Ἐκκλησίας, ὃν ἔπαθον πρὸ τούτου ἐπὶ τῷ χωρισμῷ τῶν διὰ τὴν περιπεπλασμένην (97) αὐτοῖς σεμνότητα πάντα πιστευομένων. Ἢ καὶ τάχα τονῶσαί μου τὴν ψυχὴν καὶ νηπτικωτέραν πρός γε τὸ ἐφεξῆς καταστῆσαι ὁ Κύριος ἐβουλήθη, ὡς μὴ προσέχειν ἀνθρώποις, ἀλλὰ διὰ τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν καταρτίζεσθαι, αἳ οὔτε καιροῖς οὔτε περιστάσεσιν ἀνθρωπίνων πραγμάτων συμμεταβάλλονται, ἀλλ' αἱ αὐταὶ διαμένουσιν, ὡς προηνέχθησαν ἀπὸ τοῦ ἀψευδοῦς καὶ μακαρίου στόματος, οὕτω διαιωνίζουσαι.

8. Quo tamen fuerim animo, non gravabor et tuæ exponere dilectioni : nimirum anno præterito cum ægrotassem febre gravissima, et ad ipsas mortis portas appropinquassem, ac deinde Dei benignitate essem sanitati restitutus, ægre ferebam reditum, reputans mecum ad qualia redirem mala; atque apud me ipse considerabam quidnam tandem esset in profundo Dei sapientiæ reconditum, propter quod mihi rursus dies ad vivendum in carne concessi fuissent. Ubi autem hæc cognovi, voluisse Dominum arbitratus sum, ut viderem Ecclesias tempestate liberatas, quam antea pertulerant ex separatione eorum, quibus omnia ob fictam eorum gravitatem credebantur. Aut fortasse etiam roborare animum meum et saltem in posterum vigilantiorem efficere voluit Dominus, ut ne hominibus attendat, sed per evangelica præcepta perficiatur : quæ neque cum temporibus, neque cum humanarum rerum circumstantiis immutantur, sed eadem permanent, ut a veraci ac beato ore prolata sunt, ita perseverantia.

[96] Psal. xvi, 4.

(92) *Τῶν ποιούντων.* Ita sex mss. Editi τῶν τοιούτων.

(93) *Ὁ βαστάσας.* Pro his vocibus quæ in sex codicibus mss. leguntur, habent editi Σεβαστείας. Quo quidem errato cum sensus perturbatus esset, librarii post ὁμοούσιον addiderunt κομίσας, quod delevimus.

(94) *Παρῆλθε.* Regius uterque et Coisl. secundus παρελθών. Ibidem νῦν addidimus ex sex mss.

(95) *Ἐκδιηγεῖσθαι.* Ita Harl., Coisl. uterque, Reg. uterque. Editi ἐκδιηγήσασθαι. Ibidem tres vetustissimi codices τὰς ἐκείνων πράξεις. Editi τὰ ἐκείνων.

(96) *Λαβροτάτῳ.* Ita tres vetustissimi codices. Editi βαρυτάτῳ. Ibidem editi ἐγγίσας σχεδόν. Melius Harl., Med., quos secuti sumus.

(97) *Περιπεπλασμένην.* Sic mss. quinque. Editi πεπλασμένην.

Digitized by Google

9. Homines vero nubibus similes sunt, quæ pro ventorum mutatione alias in aliam aeris partem feruntur. Et maxime isti, de quibus nobis sermo est, omnium, quorum periculum fecerimus, visi sunt inconstantissimi. An etiam in reliquis vitæ rebus, dixerint qui una cum ipsis vixerunt; sed quam in ipsis circa fidem inconstantiam ac levitatem perspexi, non memini me in aliis hactenus aut per meipsum vidisse aut ex aliis audivisse. Arium initio sequebantur. Ad Hermogenem postea sese transtulerunt, ex diametro inimicum perversæ Arii opinionis, ut demonstrat illa ipsa fides quæ Nicææ ab illo viro prædicata est ab initio. Obdormivit Hermogenes, et rursus ad Eusebium transierunt, coronæ Arianæ coryphæum, ut afferunt qui experti sunt. Hinc cum excidissent ob quasvis tandem causas, iterum reversi sunt in patriam, et iterum Arianam occultabant sententiam. Promoti ad episcopatum, ut media incidam, quot fidei formulas ediderunt? Aliam Ancyræ, aliam Seleuciæ, aliam Constantinopoli, eamque celeberrimam, **382** Lampsaci aliam, posthac Nice in Thracia aliam, nunc rursus aliam Cyzici, cujus quidem reliqua ignoro, sed hoc tantum audio, eos consubstantiali prætermisso, simile secundum essentiam nunc inferre, atque una cum Eunomio blasphemias in Spiritum sanctum conscribere. Istæ autem fidei formulæ, quas recensui, etsi non omnes inter se pugnant, at certe pariter animi ostendunt inconstantiam, propterea quod nunquam iisdem in verbis permanent. Hæc vera sunt, innumeris aliis silentio præteritis. Quoniam autem nunc etiam ad vos transierunt, rescribas velim per eumdem virum (dico autem compresbyterum nostrum Strategium), utrum idem erga nos esse pergas, an sis ex congressu alienatus. Nam nec eos verisimile est tacuisse, nec teipsum, qui talia nobis scripsisti, non etiam erga illos dicendi libertate usum fuisse. Quod si manes in nostra communione, optimum hoc et omnibus votis exoptandum. Sin autem te ad se pertraxere, triste id quidem : quidni enim fratris talis disjunctio? Sed tamen si nihil aliud, saltem in ejusmodi dispendiis ferendis abunde ab illis ipsis exercitati sumus.

9. Ἄνθρωποι δὲ ταῖς νεφέλαις ἐοίκασι, πρὸς τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ἄλλοτε κατ' ἄλλο μέρος τοῦ ἀέρος ἐμφερομέναις. Καὶ μάλιστα δὴ οὗτοι, περὶ ὧν ὁ λόγος, πολυτροπώτατοι τῶν εἰς ἡμετέραν πεῖραν ἡκόντων ἐφάνησαν. Εἰ μὲν καὶ εἰς τὰ λοιπὰ τοῦ βίου πράγματα, εἴποιεν ἂν οἱ συμβεβιωκότες· ὅ δ' οὖν ἐμοὶ ἐφάνη, τὸ περὶ τὴν πίστιν αὐτῶν εὐμετάθετον, οὐκ οἶδα μέχρι τοῦ νῦν ἐν ἄλλοις, οὔτε αὐτὸς ἱστορήσας, οὔτε ἀκούσας ἑτέρων. Ἀρείῳ κατηκολούθουν τὸ ἐξ ἀρχῆς· μετέθεντο πρὸς Ἑρμογένην (98), τὸν κατὰ διάμετρον ἐχθρὸν (99) ὄντα τῆς Ἀρείου κακοδοξίας, ὡς δηλοῖ αὐτὴ ἡ πίστις ἡ κατὰ Νίκαιαν παρ' ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς ἐκφωνηθεῖσα ἐξ ἀρχῆς. Ἐκοιμήθη Ἑρμογένης, καὶ πάλιν μετέστησαν πρὸς Εὐσέβιον, ἄνδρα κορυφαῖον τοῦ κατὰ Ἄρειον κύκλου, ὡς οἱ πειραθέντες φασίν. Ἐκεῖθεν ἐκπεσόντες δι' ἃς δήποτε αἰτίας, πάλιν ἀνέδραμον εἰς τὴν πατρίδα, καὶ πάλιν τὸ Ἀρειανὸν ὑπέκρυπτον φρόνημα. Παρελθόντες εἰς τὴν ἐπισκοπὴν, ἵνα τὰ ἐν μέσῳ παραλίπω, ὅσας ἐξέθεντο πίστεις; Ἐπ' Ἀγκύρας ἄλλην, ἑτέραν ἐν Σελευκείᾳ, ἑτέραν ἐν Κωνσταντινουπόλει, τὴν πολυθρύλλητον, ἐν Λαμψάκῳ ἑτέραν, (1) μετὰ ταῦτα τὴν ἐν Νίκῃ τῆς Θράκης, νῦν πάλιν τὴν ἐν Κυζίκῳ (2)· ἧς τὰ μὲν ἄλλα οὐκ ἐπίσταμαι, τοσοῦτον δὲ ἀκούω, τὸ ὁμοούσιον κατασιγάσαντες, τὸ κατ' οὐσίαν ὅμοιον νῦν ἐπιφέρουσι (3), καὶ τὰς εἰς Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημίας μετ' Εὐνομίου συγγράφουσι. Τούτων δὲ τῶν πίστεων ἃς ἀπηριθμησάμην, εἰ καὶ μὴ πᾶσαι πρὸς ἀλλήλας ἔχουσιν ἐναντίως, ἀλλ' οὖν τὸ εὐμετάβολον τοῦ τρόπου ὁμοίας συνιστῶσι, διὰ τὸ μηδέποτε αὐτοὺς ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἑστάναι ῥημάτων. Ταῦτά ἐστιν ἀληθῆ, μυρίων ἑτέρων ἀποσιωπηθέντων. Ἐπειδὴ δὲ καὶ πρὸς ὑμᾶς διέβησαν νῦν (4), ἀξιοῦμεν ἀντιγράψαι διὰ τοῦ αὐτοῦ ἀνδρὸς (λέγω δὲ τοῦ συμπρεσβυτέρου ἡμῶν Στρατηγίου), εἴτε ὁ αὐτὸς διέμεινας πρὸς ἡμᾶς, εἴτε καὶ ἠλλοιώθης ἀπὸ τῆς συντυχίας. Οὔτε γὰρ ἐκείνους εἰκὸς ἦν σιωπῆσαι, οὔτε αὐτὸν σὲ, τὸν ἡμῖν τοιαῦτα γράψαντα, μὴ οὐχὶ καὶ πρὸς ἐκείνους τῇ παῤῥησίᾳ χρήσασθαι. Εἰ μὲν οὖν μένοις (5), ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς κοινωνίᾳ, τοῦτο ἄριστον, καὶ εὐχῆς τῆς ἀνωτάτω ἄξιον· εἰ δέ σε πρὸς ἑαυτοὺς μετέθηκαν, λυπηρὸν μέν· πῶς γὰρ οὐκ ἀδελφοῦ τοιούτου χωρισμός; Πλὴν εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τὸ γοῦν φέρειν τὰς τοιαύτας ζημίας παρ' αὐτῶν ἐκείνων ἱκανῶς ἐγυμνάσθημεν.

(98) *Ἑρμογένην*. Harl. Ἑρμογένη.

(99) *Ἐχθρόν*. Non male abest ea vox a codice Medicæo. Baronius ad annum Christi 325, ex his verbis, *ut demonstrat ipsa illa fides quæ Nicææ ab illo viro prædicata est ab initio*, concludit memoria lapsum esse Basilium : siquidem non Hermogenes, sed Leontius Cæsariensis episcopus interfuit concilio Nicæno. Hæc autem verba sic accipi possent, ut Hermogenes Nicænam fidem prædicasse ab initio diceretur, id est, olim, jamdudum, non multo post synodum ipsam, ut in can. 1 : Ἐδοξε τοῖς ἐξ ἀρχῆς, *visum est antiquis*. Sed cogunt me assentiri Baronio quæ de eodem Hermogene leguntur in epist. 81, p. 174. Ibi enim conceptis verbis dicitur : *Magnam illam et insuperabilem fidem scripsisse in magna synodo.*

(1) Vide Addenda.

(2) *Ἐν Κυζίκῳ*. Unus codex a Combefisio citatus ἀπὸ Κυζίκου.

(3) *Ἐπιφέρουσι*. Ita Harl. et Coisl. primus. Legitur περιφέρουσι in Reg. secundo et Coisl. secundo. Editi ἐπιφέρουσιν.

(4) *Διέβησαν νῦν*. Hic virgulam apposuimus, ut in quatuor mss. invenimus, nempe Harl., Coisl. utroque et Regio secundo.

(5) *Μένοις*. Coisl. uterque et Reg. secundus μένεις.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΕ'.

EPISTOLA CCXLV *.

Per Strategium respondet Theophilo Basilius ac declarat se nunquam ab eo amando discessisse, quamvis multæ doloris causæ acciderint; cæterum se cum hominibus fidem tam sæpe mutantibus communicare non posse.

Θεοφίλῳ ἐπισκόπῳ.

Theophilo episcopo

A

Πάλαι δεξάμενος τὰ παρὰ τῆς σῆς ἀγάπης (6) γράμματα, ἀνέμενον διὰ γνησίου προσώπου ἀντεπιστεῖλαι, ἵνα καὶ ὅσα τὴν ἐπιστολὴν διαφύγῃ ὁ διάκονος τῶν γραμμάτων ἀναπληρώσῃ. Ἐπεὶ οὖν παρεγένετο ἡμῖν ὁ ποθεινότατος καὶ εὐλαβέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν Στρατήγιος, αὐτῷ ἐνόμισα δίκαιον εἶναι χρήσασθαι διακόνῳ, τῷ καὶ εἰδότι τὴν ἡμετέραν γνώμην, καὶ δυναμένῳ γνησίως τε ἅμα καὶ εὐλαβῶς διακονῆσαι (7) τὰ παρ' ἡμῶν. Γίνωσκε τοίνυν, ποθεινότατε ἡμῖν καὶ τιμιώτατε (8), πολλοῦ ἀξίαν τίθεσθαι ἡμᾶς τὴν πρὸς σὲ ἀγάπην, ἧς, ἕνεκα μὲν τῆς κατὰ ψυχὴν διαθέσεως, οὐδεμίαν ὥραν (9) ἀπολειφθεῖσιν ἑαυτοῖς συνεγνώκαμεν, εἰ καὶ ὅτι πολλαὶ καὶ μεγάλαι λύπης εὐλόγου (10) γεγόνασιν ἀφορμαί. Ἀλλ' οὖν ἐκρίναμεν τοῦτο, ὥσπερ ἐν τρυτάνῃ, τὰ χρηστότερα τοῖς ἀηδεστέροις ἀντιτιθέντες (11), τῇ τῶν ἀμεινόνων ῥοπῇ προσθέσθαι τὴν γνώμην (12). Ἐπειδὴ δὲ τὰ πράγματα ἠλλοιώθη παρ' ὧν ἧκιστα ἐχρῆν τοῦτο γενέσθαι, συγγίνωσκε καὶ ἡμῖν οὐχὶ τὴν γνώμην ἀλλοιωθεῖσιν, ἀλλὰ τὴν τάξιν (13) μεταθεμένοις. Μᾶλλον δὲ ἡμεῖς μὲν ἐπὶ τῆς αὐτῆς μενοῦμεν τάξεως, ἕτεροι δέ εἰσιν οἱ συνεχῶς μετατιθέμενοι, νῦν δὲ καὶ φανερῶς πρὸς τοὺς ἐναντίους αὐτομολοῦντες· ὧν ὅσου ἀξίαν ἐτιθέμεθα τὴν κοινωνίαν, ἕως ἦσαν (14) ἐπὶ τῆς ὑγιαινούσης μερίδος, οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοεῖς. Νῦν δέ, εἰ μήτε ἐκείνοις συνεπόμεθα, καὶ τοὺς τὰ αὐτὰ φρονοῦντας αὐτοῖς ἐκκλίνομεν, συγγνώμης ἂν δικαίως (15) τύχοιμεν, μηδὲν προτιμότερον τῆς ἀληθείας καὶ τῆς οἰκείας ἑαυτῶν ἀσφαλείας τιθέμενοι.

Cum jampridem accepissem a tua dilectione litteras, exspectavi dum per idoneam personam rescriberem, ut et quidquid litteras effugisset, id minister litterarum suppleret. Cum igitur accesserit ad nos desideratissimus ac religiosissimus frater noster Strategius, æquum mihi visum est ut eo uterer ministro, quippe qui et meum animum cognitum habeat, ac possit apte simul et religiose res nostras ministrare. Scias igitur, desideratissime ac honoratissime, plurimi a me fieri charitatem mihi tecum intercedentem, a qua quidem quantum ad animi affectionem attinet, ne unam quidem horam mihi conscius sum me discessisse; quamvis multæ ac magnæ justi doloris causæ acciderint. Sed illud statuimus, velut in trutina, molestis jucunda opponentes, meliorum momento animum adjicere. Sed quia res mutatæ sunt a quibus minime oportebat id fieri, ignosce et nobis, qui non animo et sententia mutati, sed partibus transpositi sumus. Imo vero nos quidem in iisdem manebimus partibus, **383** sed alii sunt qui perpetuo transmutantur, et nunc aperte etiam ad adversarios transfugiunt. Quorum quanti fecerimus communionem, quandiu a sanis partibus stabant, ne ipse quidem ignoras. Nunc autem si neque illos sequimur, et eos qui idem ac illi sentiunt fugimus, venia sane immerito nobis denegetur, nihil antiquius veritate ac propria securitate habentibus.

B

C

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜϚ'.

EPISTOLA CCXLVI**

Basilius Nicopolitani cleri animos erigere conatur spe divini auxilii, hortaturque ut quod hactenus docuere, opere perficiant.

Νικοπολίταις.

Nicopolitanis.

Ὅταν ἴδω καὶ τὸ κακὸν (16) εὐοδούμενον, καὶ τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν κεκμηκυῖαν καὶ ἀπαγορεύουσαν (17) πρὸς τὸ συνεχὲς τῶν ἐπηρειῶν, ἀθυμίας πληροῦμαι. Ὅταν δὲ πάλιν τὴν μεγάλην χεῖρα τοῦ Θεοῦ ἐννοήσω, καὶ ὅτι οἶδεν ἀνορθοῦν τοὺς κατερραγμένους, καὶ ἀγαπᾷν δικαίους, συντρίβειν δὲ ὑπερηφάνους, καὶ καθαιρεῖν ἀπὸ θρόνων δυνάστας·

Cum video et malum ad optatos exitus perduci, et vestram pietatem defatigari, animumque despondere ob continuas calamitates; mœstitia repleor. Sed rursus cum magnam Dei manum considero, eumque nosse et confractos erigere, et justos diligere, superbos vero conterere, et potentes de suis sedibus dejicere; rursus immu-

D

(6) *Τῆς σῆς ἀγάπης.* Nonnulli mss. ἀγάπης σου. Sed Coisl. primus et Med. consentiunt cum editis, excepto quod editi haberent ἀγάπης σῆς.

(7) *Διακονῆσαι.* Sic Med. et Coisl. primus. Editi διακομίσαι. Non exstat hæc epistola in cod. Harl.

(8) *Τιμιώτατε.* Addunt editi ἀδελφὲ Θεόφιλε. Sed hæc desunt in septem mss.

(9) *Ὥραν.* Sic Med. et Coisl. primus. Editi ἡμέραν.

(10) *Εὐλόγου.* Hanc vocem addidimus ex septem mss.

(11) *Ἀντιτιθέντες.* Ita Coisl. primus cum duobus aliis. Editi ἀντιθέντες.

(12) *Τὴν γνώμην.* Codex Medicæus τῇ γνώμῃ. Idem paulo post habet τοῦτο γίνεσθαι.

(13) *Τὴν τάξιν.* Id est, non jam sumus in partibus et communione Eustathii. Communio S. Meletii vocatur σύνταξις in epist. 214. Gregorius de monachorum cœtu, qui ab ipsius patris communione discesserat, ait, μεθαρμόζεται καὶ μετατάσσεται, orat. 3, p. 51. Basilius hom. 1 *De jejunio*, p. 8, eadem voce utitur, de eo loquens, qui relictis carnis partibus ad spiritum transit, ὁ πρὸς τὸ πνεῦμα μεταταξάμενος.

(14) *Ἕως ἦσαν.* Coisl. primus ἕως ἂν ἦσαν.

(15) *Δικαίως.* Med. et Coisl. primus δικαίας.

(16) *Καὶ τὸ κακόν.* Conjunctio addita ex Medicæo. Coisl., utroque et Regio primo. Deest hæc epistola in codice Harlæano.

(17) *Ἀπαγορεύουσαν.* Ita Coisl. uterque et Reg. uterque. Editi ἀπαγορεύσασαν.

* Alias CCCIX. Scripta anno 376.

** Alias LXVI. Scripta anno 376.

Digitized by Google

tamus spe concepta allevor : ac confido vestris precibus futurum, ut celerem nobis Dominus pacem ostendat. Tantum ne defatigemini precando : sed quæ verbis docetis, eorum nunc opere clara omnibus studete exempla proponere.

A πάλιν μεταβαλών κουφότερος γίνομαι ταῖς ἐλπίσι· καὶ οἶδα, ὅτι διὰ τῶν προσευχῶν ὑμῶν ταχείαν δείξει ἡμῖν (18) ὁ Κύριος τὴν γαλήνην. Μόνον μὴ ἀποκάμητε (19) προσευχόμενοι· ἀλλ' ὧν λόγοις ἐστὲ διδάσκαλοι, τούτων ἐπὶ τοῦ παρόντος καιροῦ ἔργῳ πᾶσιν ἐναργῆ σπουδάσατε ποοθεῖναι (20) τὰ ὑποδείγματα.

EPISTOLA CCXLVII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΖ'.

Nicopolitanos inter ærumnas spe divini auxilii consolatur, seque ait de illorum rebus cum potentioribus viris et coram et per litteras egisse.

Nicopolitanis.

Cum sanctitatis vestræ litteras legi, quantum ingemui et lamentatus sum, quod meis ipsius auribus hæc etiam mala accepissem, verbera et contumelias in vos ipsos, depopulationem ædium, civitatis vastitatem, patriæ totius eversionem, vexationem Ecclesiæ, sacerdotum expulsionem, incursionem luporum, et gregis dispersionem. Sed postquam cessavi ingemere ac lacrymari, ad Dominum, qui in cœlis est, respiciens, novi, et persuasum habeo, quod et vobis notum esse volo, celerem adfuturam opem, nec perpetuam derelictionem futuram. Quod enim passi sumus, ob peccata nostra passi sumus ; sed opem suam, ob suum in Ecclesias amorem ac misericordiam, benignus ostendet. Minime tamen omisimus et coram supplicare potentioribus viris, et ad eos qui nos in aula diligunt, scribere, ut rabidi hominis ira comprimatur. Ac fore arbitror ut a multis condemnetur, nisi forte tempus perturbationis plenum his, qui rem publicam gerunt, nihil ad ista otii reliquerit.

B

C

Νικοπολίταις (21).

Ὅτε ἐνέτυχον τοῖς γράμμασι τῆς ὁσιότητος ὑμῶν, ὅσον ἐστέναξα καὶ ὠδυράμην, ὅτι καὶ ταῦτα τὰ κακὰ ταῖς ἐμαυτοῦ ἀκοαῖς ὑπεδεξάμην, πληγὰς μὲν καὶ ὕβρεις εἰς ὑμᾶς αὐτούς, πόρθησιν δὲ οἴκων, καὶ ἐρήμωσιν πόλεως, καὶ πατρίδος ὅλης ἀνατροπὴν, διωγμὸν Ἐκκλησίας καὶ φυγὴν ἱερέων, ἐπανάστασιν λύκων, καὶ ποιμνίων διασποράν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπαυσάμην τοῦ στεναγμοῦ καὶ τῶν δακρύων, πρὸς τὸν ἐν οὐρανοῖς Δεσπότην ἀποβλέψας, οἶδα καὶ πέπεισμαι, ὃ καὶ ὑμᾶς γινώσκειν βούλομαι, ὅτι ταχεῖα ἔσται ἡ ἀντίληψις, καὶ οὐκ εἰς τέλος ἔσται ἡ ἐγκατάλειψις. Ὃ μὲν γὰρ πεπόνθαμεν, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν πεπόνθαμεν· τὴν δὲ αὐτοῦ βοήθειαν διὰ τὴν περὶ τὰς Ἐκκλησίας ἑαυτοῦ ἀγάπην καὶ εὐσπλαγχνίαν ὁ φιλάνθρωπος ἐπιδείξεται. Οὐ μέντοι παρελίπομεν καὶ παρόντες (22) τοὺς ἐν δυνάμει καθικετεύοντες, καὶ ἐπὶ τοῦ στρατοπέδου τοῖς ἀγαπῶσιν ἡμᾶς ἐπιστέλλοντες ἐπισχεθῆναι τῆς ὀργῆς τὸν λυσσῶντα. Καὶ οἶμαι παρὰ πολλῶν ἥξειν αὐτῷ κατάγνωσιν, ἐὰν μὴ ἄρα ὁ καιρὸς θορύβου (23) πεπληρωμένος μηδεμίαν δῷ σχολὴν περὶ ταῦτα τοῖς ἐπὶ τῶν πραγμάτων.

384 EPISTOLA CCXLVIII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΗ'.

Minus molestum Basilio abesse Amphilochium, eo quod absit a persecutione usque ad sanguinis effusionem sæviente. Quidam enim Asclepius ex plagis mortuus. Spem habet Basilius in Amphilochii precibus ; monet ut mittat qui librum De Spiritu sancto ferat.

Amphilochio, Iconii episcopo.

Ad desiderium nostrum dum respicimus, angimur quod tantopere a tua pietate simus dissiti : dum vero ad tuæ vitæ tranquillitatem, gratias ago Domino, qui tuam pietatem exemit ab hoc incendio, quod majorem in modum provinciam nostram devastavit. Dedit enim nobis secundum nostra opera justus judex angelum Satanæ, qui nos

D

Ἀμφιλοχίῳ, ἐπισκόπῳ Ἰκονίου.

Ὅταν μὲν πρὸς τὴν ἡμετέραν αὐτῶν ἐπιθυμίαν ἀπίδωμεν, ἀχθόμεθα τοσοῦτον διῳκισμένοι τῆς εὐλαβείας σου· ὅταν δὲ πρὸς τὸ εἰρηνικὸν τῆς σαυτοῦ διαγωγῆς, εὐχαριστοῦμεν τῷ Κυρίῳ, τῷ ἐξελομένῳ (24) τὴν εὐλάβειάν σου ἀπὸ τοῦ ἐμπρησμοῦ τούτου, ὃς πλέον ἐπενείματο τὴν καθ' ἡμᾶς παροιχίαν. Ἔδωκε γὰρ ἡμῖν κατὰ τὰ ἔργα ἡμῶν ὁ δι-

* Alias CXC. Scripta anno 376.

** Alias CCCCV. Scripta anno 376.

(18) *Ἡμῖν*. Ita Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi ὑμῖν.

(19) *Ἀποκάμητε*. Sic Med., Coisl. uterque et Regius primus. Editi ἀποκάμοιτε.

(20) *Προθεῖναι*. Coisl. primus et Vat. προσθεῖναι.

(21) *Νικοπολίταις*. Codex Claromontanus addit πρεσβυτέροις. Qui quidem titulus confirmari potest ex codicibus Med., Coisl. primo et Regio primo, in quibus hæc epistola proxime antecedit epistolam 246 ad presbyteros cum hoc titulo scriptam, τοῖς αὐτοῖς. Unde utramque presbyteris scriptam esse colligendum esset. Sed melius codex Vaticanus, in quo hæc epistola ducentesimam trigesimam ad magistratus Nicopolitanos scriptam proxime sequitur cum hoc titulo, *τοῖς αὐτοῖς, iisdem*. Ad eosdem libentius retulerim hanc epistolam, vel ad cives. Videtur enim iisdem de rebus agere ac præcedens, quæ clericis scripta est. Præterea his verbis, *verbera et contumelias in vos ipsos, sacerdotum expulsionem*, non obscure Basilius eos, quos alloquitur, a sacerdotibus distinguit.

(22) *Καὶ παρόντες*. Hæc desunt in codice Medicæo.

(23) *Θορύβου*. Coisl. primus θορύβων.

(24) *Τῷ ἐξελομένῳ*. Coisl. primus ἐξελουμένῳ Med. ἐξειλαμένῳ.

Digitized by Google

καιοκρίτης ἄγγελον Σατὰν, ἱκανῶς ἡμᾶς κατακονδυλίζοντα, καὶ σφοδρῶς μὲν ἐκδικοῦντα τὴν αἵρεσιν· μέχρι τοσούτου δὲ τὸν πρὸς ἡμᾶς ἐξαγαγόντα πόλεμον, ὥστε μηδὲ αἵματος φείσασθαι τῶν εἰς Θεὸν πεπιστευκότων. Πάντως γὰρ οὐκ ἔλαθέ σου τὴν ἀγάπην, ὅτι Ἀσκλήπιός τις, διὰ τὸ μὴ ἐλέσθαι τὴν πρὸς τὸν Δωὴκ κοινωνίαν, τυπτόμενος παρ' αὐτῶν ταῖς πληγαῖς ἐναπέθανε, μᾶλλον δὲ διὰ τῶν πληγῶν εἰς τὴν ζωὴν μετετέθη. Ἀκόλουθα δὲ ἐκείνῳ πάντα οἷον γίνεσθαι τὰ λοιπά· διωγμοὺς πρεσβυτέρων καὶ διδασκάλων, τὰ ἄλλα ὅσα ἂν ποιήσειαν ἄνθρωποι τῇ ἐκ τῆς ἀρχῆς δυναστείᾳ πρὸς τὸ ἑαυτῶν βούλημα κεχρημένοι. Ἀλλὰ τούτων μὲν τὴν λύσιν ἡμῖν ὁ Κύριος ταῖς σαῖς εὐχαῖς δώσει, καὶ τὴν ὑπομονήν· ὥστε βαστάσαι ἡμᾶς τὸ βάρος τῶν πειρασμῶν ἀξίως τῆς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίδος· αὐτὸς δὲ καταξίου καὶ ἐπιστέλλειν ἡμῖν συνεχῶς περὶ τῶν κατὰ σεαυτόν. Κἂν εὕρῃς τινὰ τὸν πιστῶς σοι δυνάμενον διακομίσαι τὸ πονηθὲν ἡμῖν βιβλίον, καταξίωσον μεταστείλασθαι, ἵνα, τῇ σῇ ἐπικρίσει θαρρήσαντες, καὶ εἰς ἄλλων χεῖρας αὐτὸ διαπεμψώμεθα. Ἐρρωμένος, εὔθυμος τῷ Κυρίῳ, ὑπερευχόμενος (25), χαρισθείης μοι καὶ τῇ τοῦ Κυρίου Ἐκκλησίᾳ χάριτι τοῦ Ἁγίου (26).

satis superque vexat, hæresimque acriter defendit, et bellum in nos eo perduxit, ut ne sanguini quidem parcat credentium in Deum. Nam profecto dilectionem tuam non latet, Asclepium quemdam, eo quod communionem cum Doec inire nollet, ab illis verberatum, ex plagis mortuum esse, vel potius per plagas ad vitam esse translatum. Consentanea autem huic facinori reliqua omnia esse existima, persecutiones presbyterorum ac magistrorum, et quæcunque alia fecerint homines imperii auctoritate ad suum ipsorum arbitrium abutentes. Sed horum solutionem nobis Dominus precibus tuis dabit et patientiam, ut tentationum pondus feramus, ita ut spe in ipso reposita dignum est. Ipse vero digneris ad nos frequenter scribere de rebus tuis. Ac si reperias qui fideliter possit ad te perferre elaboratum a me librum, accersere ne graveris, ut tua approbatione confisi, in aliorum etiam manus illum transmittamus. Valens, lætus in Domino, et precans, mihi et Domini Ecclesiæ concedaris, per Sancti gratiam.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΜΘ'.

EPISTOLA CCXLIX*.

Commendat aliquem in hac epistola Basilius, quem beatum existimat quod hisce tumultibus liberetur, et convictum cum hominibus Deum timentibus elegerit

Ἀνεπίγραφος, ἐπ' ἀνδρὶ εὐλαβεῖ.

Sine inscriptione, viri pii causa.

Συγχαίρω τῷ ἀδελφῷ τῷδε, καὶ τῶν ἐνταῦθα θορύβων ἀπαλλασσομένῳ, καὶ τὴν σὴν εὐλάβειαν καταλαμβάνοντι. Ἀγαθὸν γὰρ αὐτῷ ἐφόδιον πρὸς τὸν ἐφεξῆς αἰῶνα, τὴν μετὰ τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον ἀγαθὴν διαγωγὴν, ἐξελέξατο. Ὃν καὶ παρατιθέμεθά σου τῇ τιμιότητι, καὶ παρακαλῶ δι' αὐτοῦ εὔχεσθαι ὑπὲρ τῆς ἐλεεινῆς ἡμῶν ζωῆς, ἵνα, ῥυσθέντες τῶν πειρασμῶν τούτων, ἀρξώμεθα (27) δουλεύειν τῷ Κυρίῳ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον.

Gratulor huic fratri, quod et hisce nostris tumultibus liberetur, et pietatem tuam adeat. Nam bonum sibi viaticum ad futuram vitam, bonum cum hominibus Dominum timentibus convictum, elegit. Quem et tuæ dignitati commendo, et adhortor per eum, ut preceris pro mea miserabili vita, ut, liberatus ab his tentationibus, incipiam servire Domino secundum Evangelium.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΝ'.

385 EPISTOLA CCL**.

Gratias agit Patrophilo Basilius, quod ad se per Strategium scripserit, et a se diligendo non discedat. Rationem reddit cur cum Eustathio communicare non possit.

Πατροφίλῳ, ἐπισκόπῳ τῆς ἐν Αἰγαίαις Ἐκκλησίας

Patrophilo, Ægeensis Ecclesiæ episcopo.

Ὀψὲ μὲν ἐδεξάμην τὰς ἐπὶ τοῖς προτέροις γράμμασιν ἀποκρίσεις· ἐδεξάμην δ' οὖν ὅμως διὰ τοῦ ποθεινοτάτου Στρατηγίου, καὶ εὐχαρίστησα τῷ Κυρίῳ, ὅτι διαμένεις ὁ αὐτὸς ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς ἀγάπῃ. Ἃ δὲ νῦν κατηξίωσας περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως ἐπιστεῖλαι, ἀπόδειξιν ἔχει τῆς ἀγαθῆς σου προαιρέσεως· ὅτι φρονεῖς τὰ δέοντα, καὶ συμβουλεύεις ἡμῖν τὰ λυσιτελῆ. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ πάλιν ὁρῶ μακρότερόν μοι (28) τὸν λόγον γινόμενον, εἰ μέλλοιμι πρὸς ἕκαστον τῶν ἐπεσταλμένων παρὰ τῆς σῆς συνέσεως

Sero quidem accepi tua prioribus litteris responsa; sed tamen accepi per optatissimum Strategium, et gratias egi Domino, quod idem in dilectione erga nos permaneas. Quæ autem nunc dignatus es de eodem argumento scribere, demonstrationem habent bonæ tuæ voluntatis; cum sentias ea quæ decent et suadeas nobis utilia. Sed tamen quia rursus video longiorem mihi sermonem futurum, si velim unicuique eorum, quæ scripta sunt a tua prudentia, respondere: tan-

(25) Ὑπερευχόμενος. Codex Claromontanus addit ἡμῶν, quod non legitur in Medicæo et Coisl. primo, nec necessarium est. Alios in hanc epistolam codices non habuimus præter tres illos quos citavimus.

(26) Χάριτι τοῦ Ἁγίου. Hæc desunt in codice Medicæo.

(27) Ἀρξώμεθα. Ita Coisl. uterque, Med. et Reg. secundus. Editi ἀξιώμεθα, *ut dignus fiam qui Domino serviam.* Deest hæc epistola in codice Harlæano.

(28) Μακρότερόν μοι. Tres codices non antiquissimi μακρόν μοι.

* Alias CCXXXVIII. Scripta anno 376.

** Alias LXXXV. Scripta anno 376.

Digitized by Google

tum dicam, si pacis bonum solo pacis nomine circumscribitur, ridiculum esse hunc et illum eligentes, iis soiis pacem impertire, alios vero innumerabiles ab illius boni communicatione excludere. Sed si cum perniciosis hominibus consensio, iis, a quibus suscipitur, sub pacis specie damnum infert hostile ; considera quinam sint illi, quibus se ipsos admiscuerunt qui nos iniquo odio oderunt ; quinam, inquam, sint, nisi homines ab eorum partibus stantes, qui nobiscum non communicant : neque enim nunc mihi opus est nominatim illorum meminisse. Hi et accersiti sunt ab ipsis Sebastiam, et acceperunt Ecclesiam, et sacrificaverunt in altari, et proprium panem omni distribuerunt populo, episcopi appellati apud illius loci clerum, et per omnem regionem velut sancti ab illis et communicatores deducti. Quorum si oportet amplecti partem, ridiculum est ab unguibus ordiri, et non magis cum ipsis illorum capitibus rem habere. Quod si igitur neminem oportet omnino hæreticum judicare, neque aversari, cujus rei gratia, dic, quæso, te ipse separas, et fugis nonnullorum communionem ? Si vero quidam fugiendi sunt, secundum accuratæ regulæ rationem, dicant nobis hi, quorum agendi ratio in omnibus accurata est, ex qua sint parte quos ad seipsos ex Galatia accersiverunt ? Ista si tibi mœrore digna videantur, eorum auctoribus imputa separationem ; sin autem indifferentia judicas, ignosce nobis committere nolentibus, ut fermenti eorum, qui aliter docent, participes simus. Quare, si videbitur, speciosis illis prætermissis sermonibus, cum omni libertate eos, qui non recte ambulant in Evangelii veritate, redargue.

A ἀποκρίνεσθαι, τοσοῦτον λέγω· ὅτι, τὸ τῆς εἰρήνης καλὸν εἰ μὲν ἐν τῷ ὀνόματι τῆς εἰρήνης περιγράφεται μόνῳ, καταγέλαστόν ἐστι, τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα ἐκλεγομένους, τούτοις μόνον μεταδιδόναι τοῦ εἰρηνεύειν (29), ἑτέρους δὲ μυρίους ἀποκλείειν τῆς πρὸς τὸ καλὸν κοινωνίας· εἰ δὲ ἡ πρὸς τοὺς βλαβεροὺς συμφωνία ἐν εἰρήνης προσχήματι τὰ τῶν πολεμίων τοὺς προσδεχομένους ἐργάζεται, σκόπει (30) τίνες εἰσὶν, οἷς ἀνέμιξαν ἑαυτοὺς, οἳ τὸ ἄδικον μῖσος ἐμίσησαν ἡμᾶς, ἀλλ' οἱ τῆς μερίδος τῶν ἀκοινωνήτων ἡμῖν· οὐδὲ γὰρ δέομαι νῦν ὀνομαστὶ μεμνῆσθαι. Οὗτοι καὶ ἐκλήθησαν παρ' αὐτῶν εἰς τὴν Σεβάστειαν, καὶ παρέλαβον τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ ἐλειτούργησαν ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ τοῦ ἰδίου ἄρτου παντὶ μετέδωκαν τῷ λαῷ, ἐπίσκοποι κηρυσσόμενοι παρὰ τῷ ἐκεῖ
B κλήρῳ, καὶ διὰ πάσης τῆς χώρας, ὡς ἅγιοι παρ' αὐτῶν καὶ κοινωνικοὶ παραπεμπόμενοι. Ὧν εἰ χρὴ ἐλέσθαι τὴν μερίδα, καταγέλαστόν ἐστιν ἐκ τῶν ὀνύχων ἄρχεσθαι, καὶ μὴ αὐταῖς αὐτῶν ταῖς κεφαλαῖς προσδιαλέγεσθαι (31). Εἰ μὲν οὖν οὐδένα δεῖ καθόλου αἱρετικὸν νομίζειν, οὐδὲ ἐκτρέπεσθαι, ἀντί τινος, εἰπέ μοι, σεαυτὸν ἀφορίζεις σὺ, καὶ ὑποστέλλῃ τὴν τινων κοινωνίαν ; εἰ δέ εἰσί τινες φευκτοὶ, κατὰ τὸν τῆς ἀκριβείας λόγον, εἰπάτωσαν ἡμῖν, οἱ πάντα ἀκριβεῖς, τῆς ποίας εἰσὶ μερίδος, οὓς ἐκ τῆς Γαλατίας πρὸς ἑαυτοὺς προσηγάγοντο (32) ; Ταῦτα εἰ μὲν ἄξια λύπης σοι καταφαίνεται, τοῖς αἰτίοις τούτων λογίζου τὸν χωρισμόν· εἰ δὲ ἀδιάφορα κρίνεις, σύγγνωθι (33) ἡμῖν μὴ καταδεχομένοις τῆς ζύμης γενέσθαι (34) τῶν
C ἑτεροδιδασκαλούντων. Ὥστε, εἰ δοκεῖ, τῶν εὐπροσώπων ἐκείνων (35) ἀφέμενος λόγων, ἐν πάσῃ παῤῥησίᾳ ἔλεγχε τοὺς μὴ ὀρθοποδοῦντας πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ Εὐαγγελίου.

(29) *Εἰρηνεύειν.* Vat., Reg. secundus et Coisl. secundus εὑρηναίου [sic]. Paulo post edit. Paris. τὸ καλὸν ἐκεῖνο. Deest ultima vox in quinque nostris codicibus et in vetustis editionibus.

(30) *Σκόπει.* Ita tres vetustissimi codices. Editi σκόπησον.

(31) *Προσδιαλέγεσθαι.* Id est, si eorum, quos advocavit Eustathius, amplectenda communio ; ridiculum est eorum ducibus Euzoio et Eudoxio et aliis impudentioribus Arianis eumdem honorem non habere.

(32) *Προσηγάγοντο.* Medicæus codex ἐπηγάγοντο.

(33) *Σύγγνωθι.* Coisl. secundus et Reg. secundus συγγνώσῃ. Iidem codices paulo post habent ἑτεροδιδασκόντων.

(34) *Τῆς ζύμης γενέσθαι.* Supra legebatur in epist. 242 γεύεσθαι in quodam codice ms. Sed hic nulla codicum varietas. Simillima Basilio suo disserit Gregorius in orat. XII, pag. 203, ubi declarat non omnem pacem esse amplectendam, sed ut optimam quamdam dissensionem, ita perniciosissimam quamdam esse concordiam. Deinde hanc regulam apponit, quæ cum Basilii agendi ratione mirifice congruit : Ἀλλ' οὗ μὲν ἂν ἡ πρόδηλα τὰ τῆς ἀσεβείας, καὶ πυρὶ, καὶ σιδήρῳ, καὶ καιροῖς, καὶ δυνάσταις, καὶ πᾶσι πρότερον ὁμόσε χωρητέον, ἢ τῆς ζύμης μεθεκτέον τῆς πονηρᾶς, καὶ συγκαταθετέον τοῖς κακῶς ἔχουσι· καὶ οὐδὲν οὕτω τῶν ἁπάντων φοβητέον, ὡς ἄλλο τι πρὸ Θεοῦ φοβηθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο προδοῦναι περὶ τῆς πίστεως λόγους, καὶ τῆς ἀληθείας, ἀληθείᾳ δουλεύοντας· οὗ δὲ τὸ λυποῦν ὑπόνοια καὶ φόβος ἀνεξέταστος, βελτίων τοῦ τάχους ἡ μακροθυμία, καὶ τῆς αὐθαδείας ἡ συγκατάβασις·
D *Verum ubi aperte se prodit impietas, tum vero, nobis faciendum, ut adversus ignem et ferrum, et tempora, et principes, ac denique prius adversus omnia cominus feramur, quam ut mali fermenti participes efficiamur, ac male affectis assentiamur. Nec quidquam perinde metuendum, quam ne quid magis quam Deum metuamus, ac propterea fidei et veritatis, cum veritati serviamus, doctrinam perfide deseramus. At cum suspicio sola animum nostrum male habet, timorque nullis certis argumentis innixus, tum vero lenitatem potius quam celeritatem, et indulgentem demissionem potius quam arrogantiam et contumaciam adhibere convenit.*

(35) *Ἐκείνων.* Deest ea vox in codicibus Harl. et Med

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΝΑ'

386 EPISTOLA CCLI'.

Evæsenos laudat Basilius quod stent in fide, ac gratias agit, quod aures non præbuerint calumniis quas Eustathius et struxerat, dolens se, eo postulante, fidei Nicænæ subscripsisse, quamvis antea eidem fidei Romæ subscripsisset. Demonstrat Eustathium in aliis rebus secum ipsum pugnare. Nam cum Arianos, a quibus depositus fuerat, negasset olim episcopos esse, nunc iis, quos illi ordinaverunt, supplicat : et cum violenter exagitasset eos qui cum Arianis communicabant, nunc Arianorum communionem suppliciter petit : sui semper compendii causa laudans aut vituperans, ac Basilio bellum indicens, ut placeat Euzoio. Declarat Basilius fidem suam unam semper et eamdèm esse : negat se Spiritum Patri aut Filio præferre, ut maledici dictitabant. Hortatur Evæsenos, ut in fide perseverent.

Τοῖς Εὐαισηνοῖς (36). A *Evæsenis.*

1. Εἰ καὶ πολὺ τὸ πλῆθος τῶν περιεχόντων (37) ἡμᾶς πραγμάτων, καὶ φροντίσι μυρίαις συνέχεται ἡμῶν ἡ διάνοια, ὅμως οὐδέποτε τῆς μνήμης ἡμῶν ἐξεβάλομεν τὴν περὶ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης μέριμναν, δεόμενοι τοῦ Θεοῦ ἡμῶν διαμεῖναι ὑμᾶς ἐν τῇ πίστει, ἐν ᾗ (38) ἐστήκατε καὶ καυχᾶσθε ἐπ' ἐλπίδι τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ. Τῷ ὄντι γὰρ δυσεύρετον λοιπὸν καὶ πάνυ σπάνιον ἰδεῖν Ἐκκλησίαν εἰλικρινῆ, μηδὲν ἐκ τῆς τῶν καιρῶν (39) χαλεπότητος παραβλαβεῖσαν, ἀλλ' ἀκεραίαν (40) καὶ ἄθραυστον τὴν ἀποστολικὴν διασώζουσαν διδασκαλίαν, οἵαν τὴν καθ' ὑμᾶς ἔδειξεν ἐν τοῖς παροῦσι καιροῖς ὁ ἀναδεικνὺς τοὺς καθ' ἑκάστην γενεὰν ἀξίους τῆς ἑαυτοῦ κλήσεως. Καὶ δώῃ Κύριος ὑμῖν τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλὴμ τῆς ἄνω, ἀνθ' ὧν τὰς ψευδεῖς καθ' ἡμῶν διαβολὰς ἐπὶ τὰς τῶν ψευδολόγων κεφαλὰς ἀπεπέμψασθε, μὴ δόντες αὐτοῖς εἴσοδον ἐπὶ τὰς καρδίας ὑμῶν. Καὶ οἶδα καὶ πέπεισμαι ἐν Κυρίῳ, ὅτι ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς ἐν τοῖς οὐρανοῖς (41), καὶ ἐπὶ τῇ πράξει ταύτῃ. Ἐλογίσασθε γὰρ σοῦτο σοφῶς παρ' ἑαυτοῖς, ὃ καὶ ἔστι κατ' ἀλήθειαν, ὅτι οἱ ἀνταποδιδόντες μοι πονηρὰ ἀντὶ καλῶν (42), καὶ μῖσος ἀντὶ τῆς ἀγαπήσεώς μου τῆς εἰς αὐτοὺς, διαβάλλουσί με νῦν ἐπ' ἐκείνοις, εἰς ἃ αὐτοὶ εὑρίσκονται ἐγγράφους (43) ὁμολογίας ἐκθέμενοι.

1. Etsi magnus numerus detinentium nos negotiorum, sollicitudinibusque infinitis occupatur noster animus, nunquam tamen e memoria nostra projecimus vestræ charitatis curam, precantes Deum nostrum ut permaneatis in fide, in qua statis et gloriamini in spe gloriæ Dei. Nam revera difficile jam inventu ac prorsus rarum, Ecclesia sincera, nihil ex temporum difficultate læsa, sed integram et inoffensam servans apostolicam doctrinam, qualem vestram ostendit his temporibus Ecclesiam qui manifestos in singulis generationibus facit eos, qui ipsius vocatione digni sunt. Ac det vobis Dominus bona Jerusalem supernæ, pro eo quod falsas contra nos calumnias in mentientium B capita rejecistis, minime dantes eis aditum in corda vestra. Et scio et persuasum habeo in Domino, mercedem vestram copiosam esse in cœlis, vel ob hanc actionem. Illud enim considerastis sapienter apud vos, quod quidem et veritati consentaneum, eos qui retribuunt mihi mala pro bonis et odium pro mea in illos dilectione[96], calumnias mihi nunc ob ea struere, quæ ipsi reperiuntur scriptis confessionibus comprobasse.

2. Καὶ οὐ μόνον εἰς ταύτην ἐνέπεσον τὴν ἐναντίωσιν, ἴδια ἔγγραφα ὑμῖν ἀντὶ κατηγορίας προφέροντες (44), ἀλλ' ὅτι καὶ παμψηφὶ (45) παρὰ τῶν συνελθόντων εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν καθαιρεθέντες, οὐκ ἐδέξαντο τὴν καθαίρεσιν αὐτῶν, σύνοδον ἀθετούντων προσαγορεύοντες, καὶ μὴ καταδεχόμενοι ἐπισκόπους αὐτοὺς λέγειν, ἵνα μὴ τὴν κατ' αὐτῶν ἐξενεχθεῖσαν ψῆφον κυρώσωσι. Καὶ τὴν αἰτίαν προσετίθεσαν τοῦ μὴ εἶναι αὐτοὺς ἐπισκόπους, διότι αἱρέσεως, φησὶ, πονηρᾶς προεστήκασι. Ταῦτα δὲ

2. Neque in hanc solam inciderunt repugnantiam, ut propria scripta nobis criminis loco objicerent, sed etiam omnibus suffragiis ab iis, qui convenere Constantinopolim, depositi, illorum de C depositione decretum non receperunt, synodum impiorum appellantes, nec dignati episcopos illos appellare, ne latam contra se sententiam confirmarent. Et causam adjecerunt, cur non essent episcopi : eo quod hæresis, aiebant, nefariæ essent signiferi. Hæc autem evenerunt ante decem et

[96] Psal. cviii, 5.

(36) *Εὐαισηνοῖς*. Coisl. primus ευαεισηνοις, tum eadem manu additur γρ. Θυσιανοῖς, *scriptum invenitur, Thysianis*. Codex Medicæus Εὐασινοῖς, Regius secundus Εὐδισηνοῖς.

(37) *Περιεχόντων*. Ita sex mss. codices. Editi περισχόντων. Ibidem duo recentiores mss. φροντίσι δεινᾶις, *gravibus curis*.

(38) *Ἐν ᾗ*. Præpositio addita ex codicibus Med., Coisl. primo et tribus aliis. Deest hæc epistola in codice Harlæano. Ibidem Regius secundus et Coisl. secundus καυχᾶσθαι, *et gloriemini*. Paulo post iidem codices habent δυσεύρετον, pro eo quod erat in editis δυσάρεστον.

(39) *Τῶν καιρῶν*. Vaticanus codex, Coisl. secundus et Reg. secundus τοῦ καιροῦ.

(40) *Ἀλλ' ἀκεραίαν*. Hæc desunt in Coisl. primo et uno ex tribus Regiis. Non multo post Medicæus codex Καὶ δοίη Κύριος.

(41) *Πολὺς ἐν*, etc. Medicæus cum quinque aliis πολὺς ἐν τῇ πράξει ταύτῃ, cæteris omissis. Coislinianus primus consentit cum editis. Non multo post quatuor codices non vetustissimi ἀνταποδόντες.

(42) *Καλῶν*. Ita Coisl. primus et Med. cum uno ex Regiis. Editi ἀγαθῶν.

(43) *Ἐγγράφους*. Hic locus illustratur ex epistola D 244, n. 5, ubi Basilius miratur, cur bilem Eustathii adeo moverit ob postulatam ab eo fidei Nicænæ confessionem ; cum ejusdem fidei confessio Romæ servetur Eustathii manu scripta, a quo etiam synodo Tyanensi oblata est.

(44) *Προφέροντες*. Ita Coisl. primus et Med. cum tribus aliis. Editi προσφέροντες.

(45) *Παμψηφὶ*. Vaticanus codex παμψηφεί. Paulo post multa desunt in Coisliniano primo et tribus aliis, in quibus legitur ἐπισκόπους, διότι αἱρέσεως.

Alias LXXII. Scripta anno 376.

Digitized by Google

septem non exactos annos. Erant autem duces eorum, qui illos deposuere, Eudoxius, Evippius, Georgius, Acacius et alii vobis ignoti. Qui vero nunc in Ecclesiis dominantur, eorum **387** successores sunt, alii illorum loco ordinati, alii ab ipsis constituti.

3. Nunc igitur qui nos pravæ doctrinæ nomine incusant, dicant nobis, quomodo hæretici quidem fuerint ii, quorum decretum de depositione non receperunt? quomodo vero orthodoxi isti, qui ab illis constituti sunt, et eamdem sententiam ac patres sui conservant? Nam si orthodoxus Evippius, quomodo non laicus Eustathius, qui ab eo depositus est? Sin autem ille hæreticus, quomodo nunc communicator Eustathii, qui ejus manu ordinatus est? Sed hi sunt ludi, quos contra Ecclesias Dei ludunt; ad suam utilitatem et accusare homines et rursus commendare aggredientes. Basilidis Paphlagonis altaria evertit transiens per Paphlagoniam Eustathius, ac in propriis mensis sacrificavit : et nunc supplex est Basilidi, ut recipiatur. Segregavit Elpidium religiosissimum fratrem ob illius eum Amasiensibus conjunctionem : et nunc supplex est Amasiensibus, quærens eorum conjunctionem. Illius autem adversus Evippium prædicationes et vos ipsi scitis quam essent horrendæ. Et nunc qui Evippii sententiam tenent, eos laudibus ob rectam doctrinam extollit, modo ut ad illius restitutionis studium, operam navent. Nos autem traducimur, non quia mali quidquam admittimus, sed quia id existimavit sibi laudem conciliaturum apud Antiochenos. Quos autem anno præterito ex Galatia accersivere, ut idoneos, per quos liberam episcopa-

ἐγένετο (46) πρὸ δέκα καὶ ἑπτὰ οὐχ ὅλων ἐτῶν. Ἦσαν δὲ οἱ ἔξαρχοι τῶν καθελόντων αὐτοὺς, Εὐδόξιος, Εὐίππιος, Γεώργιος, Ἀκάκιος, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ὑμῖν (47) ἀγνοουμένων. Οἱ δὲ νῦν κρατοῦντες (48) τῶν Ἐκκλησιῶν, ἐκείνων εἰσὶ διάδοχοι· οἱ μὲν, ἀντ' αὐτῶν χειροτονηθέντες, οἱ δὲ, ὑπ' ἐκείνων αὐτῶν προαχθέντες.

3. Νῦν οὖν οἱ ἡμῖν τὴν κακοδοξίαν ἐγκαλοῦντες εἰπάτωσαν ἡμῖν, πῶς μὲν αἱρετικοὶ ἦσαν ἐκεῖνοι, ὧν τὴν καθαίρεσιν οὐκ ἐδέξαντο; πῶς δὲ ὀρθόδοξοι οὗτοι οἱ παρ' ἐκείνων προαχθέντες, καὶ τὸ αὐτὸ φρόνημα τοῖς πατράσιν αὐτῶν διασώζοντες; Εἰ μὲν γὰρ ὀρθόδοξος Εὐίππιος, πῶς οὐχὶ λαϊκὸς Εὐστάθιος, ὁ παρ' ἐκείνου καθῃρημένος; εἰ δὲ αἱρετικὸς ἐκεῖνος, πως κοινωνικὸς Εὐσταθίου νῦν (49), ὁ διὰ τῆς ἐκείνου χειρὸς προαχθείς; Ἀλλὰ παιδιαί αὗται, κατὰ τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ παιζόμεναι, πρὸς τὸ ἑαυτῶν (50) συμφέρον, καὶ διαβάλλειν ἀνθρώπους, καὶ πάλιν συνιστᾷν ἐπιχειρούντων. Τὰ Βασιλείδου τοῦ Παφλαγόνος θυσιαστήρια ἀνέτρεψε (51) παρὼν τὴν Παφλαγονίαν Εὐστάθιος, καὶ ἐπὶ ἰδίων τραπεζῶν ἐλειτούργει· καὶ νῦν ἱκέτης ἐστὶ Βασιλείδου, ὥστε δεχθῆναι. Ἀφώρισε τὸν εὐλαβέστατον ἀδελφὸν Ἐλπίδιον διὰ τὴν πρὸς τοὺς ἐν Ἀμασείᾳ συνάφειαν· καὶ νῦν ἱκέτης τῶν Ἀμασέων (52), ἐπιζητῶν αὐτῶν τὴν συνάφειαν. Τὰ κατὰ Εὐιππίου κηρύγματα (53) καὶ ὑμεῖς αὐτοὶ ἐπίστασθε ὅπως ἦν φρικτά. Καὶ νῦν τοὺς τὰ ἐκείνου φρονοῦντας ἐπὶ ὀρθότητι ἀποσεμνύνει, μόνον ἐὰν εἰς τὴν τῆς ἀποκαταστάσεως αὐτοῦ σπουδὴν συνεργήσωσιν. Ἡμεῖς δὲ διαβαλλόμεθα (54). οὐκ ἐπειδὴ ἡμεῖς ἀδικοῦμέν τι, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἐνόμισεν εὐδοκίμησιν αὐτῷ φέρειν παρὰ τοῖς ἐν Ἀντιοχείᾳ. Οἵδε πέρυσιν ἐκ τῆς Γαλατίας μετεστείλαντο, ὡς δι' αὐτῶν δυνάμενοι τὴν παῤῥησίαν τῆς ἐπισκοπῆς ἀπο-

(46) *Ἐγένετο.* Ita Medicæus codex cum alio. Editi ἐγένοντο.

(47) *Ὑμῖν.* Sic Med. et Coisl. primus cum uno ex Regiis, melius quam editi ἡμῖν.

(48) *Νῦν κρατοῦντες.* Hæc verba sic reddi possent, *qui nunc Ecclesias regunt*. Sed credo Basilium respicere ad violentam illam Arianorum dominationem, qui per fas et nefas episcopatus invadebant. Hinc in epist. 244 δυναστείαν, *dominationem* vocat episcopalem illorum dignitatem. Ait in epist. 223 Eustathium captare gratiam eorum, qui *nunc dominantur*, τῶν νῦν κρατούντων, Euzoium designans. Demonstrat in epist. 243, n. 4, Arianos omnia ecclesiastica munia in suam potestatem ac ditionem redigere conari.

(49) *Κοινωνικὸς Εὐσταθίου νῦν.* Sic codices nostri mss. summo consensu. Editi κοινωνὸς Εὐσταθίῳ ἦν.

(50) *Ἑαυτῶν.* Ita Coisl. primus et Med. cum uno ex Regiis. Editi αὐτῶν.

(51) *Ἀνέτρεψε.* Sic Coisl. primus et Med. cum tribus aliis. Editi ἀνέστρεψε. Ibidem Med. περιών.

(52) *Τῶν Ἀμασέων.* Amasiensium nomine intelligit Basilius, non cives Amasiæ, sed hujus urbis episcopum. Non enim populis supplicabat Eustathius, sed episcopis, quorum gratiam ambiebat ut episcopatum retineret. Sed paulo post his verbis, *πρὸς τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ*, Euzoium designat Basilius. In epistola 244 Nicopolitanos vocat Theodotum Nicopolis episcopum, Sebastenos in epist. 129 Eustathium Sebastenum. Huc accedit, quod Amasia civitas erat catholicæ fidei retinentissima, etiam sub Ariano episcopo, quem, pulso Eulalio, Ariani intruserant. Hunc hominem sic aversata est civitas, ut rediens Eulalius post pacem mortuo Valente concessam, non plures ex tota urbe, quam quinquaginta homines, cum hæretico communicantes invenerit. Hæc discimus ex Sozomeno, lib. VII, cap. 2. Quare Elpidii cum Amasiensibus civibus communio reprehendi non poterat : sola cum episcopo urbis communio causam Eustathio potuit afferre.

(53) *Κηρύγματα.* Videntur indicari celeberrimæ illæ Eustathii litteræ, in quibus cum Eudoxium ejusque gregales acerrime exagitaret, ut est in epist. 226, Evippium præcipue videtur aceto perfudisse. Illa enim κηρύγματα sive prædicationes distingui debent a concione, quam Eustathius habuisse dicitur in epist. 244. In ea enim non videtur tam vehementer in hæreticos invectus fuisse : sed suum ipse peccatum plorabat, quod compositæ ab illis formulæ subscripsisset. At in celeberrimis litteris, quas ad omnes fraternitates misit, eos, a quibus depositus fuerat, negabat episcopos esse, utpote hæreticos, eorumque communionem, ut perniciem animarum, fugiendam docebat. Referendæ ergo ad has litteras horrendæ in Evippium prædicationes.

(54) *Διαβαλλόμεθα.* Editi, excepta Paris. editione 2, præmittunt ἄν, quæ conjunctio melius deest in Coisl. primo et duobus aliis. Paulo post addidimus vocem εὐδοκίμησιν ex septem mss

Digitized by Google

λαβεῖν, τοιοῦτοί εἰσιν, οἵους ἴσασι μὲν καὶ οἱ (55) πρὸς ὀλίγον συγγεγονότες αὐτοῖς. Ἐμοὶ δὲ μὴ παράσχοι ὁ Κύριος τοσαύτην σχολὴν ποτε, ὥστε τὰς ἐκείνων πράξεις ἀπαριθμεῖσθαι (56). Πλὴν ἀλλ' ὑπὸ δορυφόροις τοῖς τιμιωτάτοις αὐτῶν καὶ συμμύσταις παραπεμφθέντες, διεξῆλθον μὲν διὰ πάσης αὐτῶν τῆς χώρας τὰς τῶν ἐπισκόπων τιμὰς καὶ θεραπείας ἔχοντες· εἰσήχθησαν δὲ περιφανῶς εἰς τὴν πόλιν ἐκκλησιάσαντες μετὰ αὐθεντίας. Παρεδόθη γὰρ αὐτοῖς ὁ λαός, παρεδόθη τὸ θυσιαστήριον. Οἳ, ἐπειδὴ (57) μέχρι Νικοπόλεως προελθόντες οὐδὲν ἠδυνήθησαν, ὧν ἐπηγγείλαντο διαπράξασθαι, πῶς ἐπανῆλθον, καὶ πῶς ὤφθησαν κατὰ τὴν ἐπάνοδον, ἴσασιν οἱ παρόντες. Οὕτως ἀεὶ πρὸς τὸ ἑαυτῶν συμφέρον πάντα ποιοῦντες φαίνονται. Εἰ δὲ λέγουσιν, ὅτι μετενόησαν, δειξάτωσαν αὐτῶν ἔγγραφον τὴν μετάνοιαν, καὶ ἀναθεματισμὸν τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει πίστεως, καὶ χωρισμὸν τῶν αἱρετικῶν, καὶ μὴ ἐξαπατάτωσαν τοὺς ἀκεραιοτέρους. Καὶ τὰ μὲν ἐκείνων τοιαῦτα.

tus possessionem reciperent, hi tales sunt, quales sciunt qui vel paululum cum illis versati sunt. Mihi vero nunquam largiatur Dominus tantum otii, ut illorum actiones enumerem. Sed tamen eorum quibus illi plurimum honoris et fidei habent, satellitio stipati, peragrarunt omnem illorum regionem, episcoporum honoribus et officiis ornati. Introducti autem sunt perhonorifice in urbem, concionem habentes summa cum potestate. Traditus enim est illis populus, traditum altare. Hi Nicopolim usque progressi, cum nihil potuissent eorum quæ promiserant perficere, quomodo redierint, qualesque in redeundo visi sint, norunt qui adfuerunt. Ita semper proprii compendii causa omnia facere deprehenduntur. Quod si dicant eos resipuisse, demonstrent scripto consignatam eorum pœnitentiam, **388** et anathematismum fidei Constantinopolitanæ et secessionem ab hæreticis, nec decipiant simpliciores. Atque illorum quidem res sic se habent.

4. Ἡμεῖς δὲ, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, μικροὶ μὲν καὶ ταπεινοὶ, οἱ αὐτοὶ δὲ ἀεὶ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, οὐδέποτε ταῖς μεταβολαῖς τῶν πραγμάτων συνδιετέθημεν. Πίστις παρ' ἡμῖν οὐκ ἄλλη μὲν ἐν Σελευκείᾳ, ἄλλη δὲ ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ ἄλλη ἐν Ζήλοις, καὶ ἐν Λαμψάκῳ ἄλλη, καὶ ἐπὶ Ῥώμης (58) ἑτέρα· καὶ ἡ νῦν περιφερομένη οὐ διάφορος παρὰ τὰς προτέρας, ἀλλὰ μία καὶ ἡ αὐτὴ ἀεί (59). Ὡς γὰρ παρελάβομεν παρὰ τοῦ Κυρίου, οὕτω βαπτιζόμεθα· ὡς βαπτιζόμεθα, οὕτω πιστεύομεν· ὡς πιστεύομεν, οὕτω καὶ δοξολογοῦμεν· οὔτε χωρίζοντες Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, οὔτε προτιθέντες Πατρὸς, ἢ πρεσβύτερον εἶναι τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα λέγοντες· ὡς αἱ τῶν βλασφήμων γλῶσσαι κατασκευάζουσι. Τίς γὰρ οὕτω τολμηρὸς, ὃς, τὴν (60) Δεσποτικὴν παρωσάμενος νομοθεσίαν, ἰδίαν τολμᾷ τοῖς ὀνόμασι τάξιν ἐπινοεῖν; Ἀλλ' οὔτε κτιστὸν λέγομεν τὸ Πνεῦμα, τὸ μετὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τεταγμένον· οὔτε δουλικὸν τολμῶμεν εἰπεῖν τὸ ἡγεμονικόν. Καὶ ὑμᾶς παρακαλοῦμεν μεμνημένους τῆς τοῦ Κυρίου ἀπειλῆς, τοῦ εἰπόντος, *Πᾶσα ἁμαρτία καὶ βλασφημία ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις· ἡ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται, οὔτε ἐν τῷ νῦν αἰῶνι οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι·* φυλάξατε (61) ἑαυτοὺς τῶν βλαβερῶν κατὰ τοῦ Πνεύματος διδαγμάτων.. Στήκετε ἐν τῇ πίστει, περιβλέψατε εἰς τὴν οἰκουμένην, καὶ ἴδετε, ὅτι μικρόν ἐστι τοῦτο τὸ μέρος τὸ νενοσηκός· ἡ δὲ λοιπὴ πᾶσα Ἐκκλησία, ἡ ἀπὸ περάτων εἰς πέρατα δεξαμένη τὸ Εὐαγγέλιον, ἐπὶ τῆς ὑγιοῦς

4. Nos autem, dilecti fratres, parvi quidem et humiles sumus, semper tamen iidem Dei gratia, nec unquam cum rebus immutati sumus. Fides apud nos, non alia Seleuciæ, alia Constantinopoli, alia Zelis, et Lampsaci alia, et Romæ alia: nec quæ nunc circumfertur, a prioribus diversa, sed una et eadem semper. Quemadmodum enim accepimus a Domino, sic baptizamur; quemadmodum baptizamur, sic credimus; quemadmodum credimus, sic et glorificamus; neque separantes a Patre et Filio Spiritum sanctum, neque præferentes Patri, aut antiquiorem Filio Spiritum dicentes, ut maledicentium linguæ confingunt. Quis enim adeo temerarius Dominicam reprobans institutionem, nominibus proprium audeat ordinem excogitare? Sed nec creatum dicimus Spiritum, qui cum Patre et Filio conjunctus est, nec servilem audemus dicere eum, qui principalis est [97]. Ac vos adhortamur ut memores minarum Domini, qui dixit: *Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus: blasphemia autem in Spiritum sanctum non remittetur, neque in hoc sæculo, neque in futuro* [98], caveatis a perniciosis contra Spiritum doctrinis. State in fide [99], circumspicite orbem terrarum, et videte exiguam esse hanc partem, quæ morbo laborat; reliquam autem Ecclesiam, quæ a terminis usque ad terminos Evangelium suscepit, in sana hac versari et incorrupta doctrina. Quorum et nos precamur, ne excidamus communione, partemque vobiscum habea-

[97] Psal. L, 14. [98] Matth. XII, 31, 32. [99] I Cor. XVI, 13.

(55) *Καὶ οἱ.* Conjunctio addita ex Coisl. primo et Med. et uno ex Regiis.

(56) *Ἀπαριθμεῖσθαι.* Medicæus ἐπαριθμεῖσθαι. Mox Vaticanus τιμωτάτοις αὐτῷ.

(57) *Ἐπειδή.* Sic Med. et Coisl. primus cum uno ex Regiis. Editi ἐπεί. Infra eosdem codices secuti mutavimus quod erat in editis, ἀεὶ μέντοι οἱ αὐτοί.

(58) *Ἐπὶ Ῥώμης.* Sic Med., Vat. et unus ex Regiis. Editi ἐπὶ Ῥώμῃ. Coisl. uterque ἐπὶ Ῥώμην. Mox deest negatio ante διάφορος in Coisl. utroque, Vat. et duobus Regiis.

(59) *Ἡ αὐτὴ ἀεί.* Postrema vox addita ex Coisl. primo, Med. et uno ex Regiis. Paulo post plures codices ἀπὸ τοῦ Κυρίου.

(60) *Ὅς, τήν.* Sic mss. summo consensu. Editi ὡς τήν.

(61) *Φυλάξατε.* Editi addunt οὖν, quod deest in sex mss. Legendum videtur φυλάξαι ἑαυτούς. Mox Coisl. primus cum uno ex Regiis περιβλέψασθε.

Digitized by Google

mus in justo Domini nostri Jesu Christi die, cum veniet unicuique nostrum secundum opera sua daturus.

A ἐστι ταύτης καὶ ἀδιαστρόφου διδασκαλίας. Ὧν καὶ ἡμεῖς εὐχόμεθα τῆς κοινωνίας μὴ ἐκπεσεῖν, καὶ ὑμῖν (69) συνευχόμεθα τὴν μερίδα λαβεῖν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῇ δικαίᾳ, ὅταν ἔλθῃ δοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ.

EPISTOLA CCLII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΝΒ'.

Invitat Basilius Ecclesiæ suæ nomine, ut consuetudinem veniendi ad diem festum sancti Eupsychii redintegrent.

Ponticæ diœcesis episcopis.

Martyrum honores omnibus quidem in Dominum sperantibus, summo studio esse debent; sed præcipue vobis virtutis cultoribus, qui vestra erga claros ac celebres conservos voluntatis propensione amorem in communem Dominum ostenditis: et maxime, quod aliquid affinitatis habeat accurata vivendi ratio cum iis qui per animi fortitudinem B consummati sunt. Cum igitur celeberrimi sint martyres Eupsychius et Damas eorumque chorus, quorum memoria quotannis ab urbe nostra et tota vicinia celebratur, admonet vos, proprium suum decus, Ecclesia, ac nostra **389** voce adhortatur, ut antiquam resumatis visitandi consuetudinem. Itaque ut magno quæstu vobis proposito in plebe quæ a vobis ædificari cupit, atque ut præmiis honori martyrum repositis, ita nostram suscipite adhortationem et huic annuite petitioni, magnum nobis beneficium non multo labore tribuentes.

Ἐπισκόποις τῆς Ποντικῆς (63) *διοικήσεως.*

Μαρτύρων τιμαὶ πᾶσι μὲν περισπούδαστοι τοῖς ἐπὶ Κύριον ἠλπικόσιν, ἐξαιρέτως δὲ ὑμῖν, τοῖς ἀρετῆς ἀντιποιουμένοις, οἳ διὰ τῆς πρὸς τοὺς εὐδοκίμους τῶν ὁμοδούλων διαθέσεως τὴν πρὸς τὸν κοινὸν Δεσπότην εὔνοιαν ἐπιδείκνυσθε· ἄλλως τε καὶ διὰ τὸ συγγενές τι ἔχειν τὸν ἐν ἀκριβείᾳ βίον πρὸς τοὺς διὰ καρτερίας τελειωθέντας. Ἐπεὶ οὖν ἐπισημότατοι μαρτύρων Εὐψύχιος καὶ Δάμας, καὶ ὁ περὶ αὐτοὺς χορὸς, ὧν ἡ μνήμη δι' ἔτους παρὰ τῆς πόλεως ἡμῶν καὶ τῆς περιοικίδος πάσης τελεῖται, ὑπομιμνήσκει ὑμᾶς, τὸν ἴδιον ἑαυτῆς κόσμον, ἡ Ἐκκλησία, διὰ τῆς ἡμετέρας φωνῆς παρακαλοῦσα, τὴν ἀρχαίαν ἀπολαβεῖν τῆς ἐπισκέψεως ὑμῶν συνήθειαν (64). Ὡς οὖν ἐργασίας μεγάλης προκειμένης (65) ὑμῖν ἐν λαῷ ἐπιζητοῦντι τὴν παρ' ὑμῶν οἰκοδομὴν, καὶ μισθὸν ἐν τῇ τιμῇ τῶν μαρτύρων ἀποκείμενον, δέξασθε ἡμῶν τὴν παράκλησιν, καὶ ἐπινεύσατε πρὸς τὴν χάριν μικρῷ πόνῳ μεγάλην ἡμῖν εὐεργεσίαν παρεχόμενοι (66).

EPISTOLA CCLIII**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΝΓ'.

Basilius ex his, quæ audient Antiocheni presbyteri a Sanctissimo, eorum sollicitudinem partim sedanaam esse, partim acuendam nuntiat.

Presbyteris Antiochiæ.

cto ne ad horam quidem admisissemus eorum communionem, si illos in fide claudicantes deprehendissemus. Sed, si videbitur, omittamus præterita, futuris autem initium aliquod demus pacificum. Nam nobis invicem indigemus omnes secundum membrorum societatem, et maxime præsenti tempore, quo Orientis Ecclesiæ ad nos respiciunt, ac vestra quidem illis concordia roboris et firmitatis erit occasio; sed si vos sentiant mutua aliqua suspicione laborare, resolventur ac manus remittent, quominus obsistant fidei hostibus.

A ἀφειαν, εἰ σκάζοντας αὐτοὺς περὶ τὴν πίστιν εὑρομεν. Ἀλλὰ, εἰ δοκεῖ, τὰ παρελθόντα ἐάσωμεν, τοῖς δὲ ἐφεξῆς ἀρχήν τινα δῶμεν εἰρηνικήν. Χρῄζομεν γὰρ ἀλλήλων πάντες κατὰ τὴν τῶν μελῶν κοινωνίαν, καὶ μάλιστα νῦν, ὅτε αἱ τῆς Ἀνατολῆς Ἐκκλησίαι πρὸς ἡμᾶς (59) ἀποβλέπουσι, καὶ τὴν μὲν ὑμετέραν ὁμόνοιαν ἀφορμὴν εἰς στηριγμὸν καὶ βεβαιότητα λήψονται· ἐὰν δὲ αἴσθωνται ὑμᾶς ἐν ὑποψίᾳ τινὶ πρὸς ἀλλήλους εἶναι, ἐκλυθήσονται καὶ παρήσουσιν ἑαυτῶν τὰς χεῖρας, πρὸς τὸ μὴ ἀναίρειν τοῖς πολεμίοις τῆς πίστεως.

EPISTOLA CCLXVII *.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΞΖ'.

Basilius gravi corporis infirmitate, quominus Barsam invisat, et Ecclesiarum cura detentus, desiderio suo per litteras satisfacit, eumque rogat ut pro se et pro Ecclesia oret; jam se ad eum scripsisse declarat, et quædam mittit munuscula.

Barsæ, episcopo Edessæ, exsulanti.

B *Βάρσῃ, ἐπισκόπῳ Ἐδέσσης, ἐν ἐξορίᾳ ὄντι.*

Equidem pro mea in tuam pietatem animi affectione exoptarem coram adesse, et veram tuam dilectionem per me ipse amplecti, ac Dominum glorificare, qui in te magnificatus est, ac venerandam tuam senectutem omnibus Dominum in terrarum orbe timentibus illustrem ac conspicuam præstitit. Sed quia et gravis corporis infirmitas me afflictat, et Ecclesiarum cura non enarrabilis mihi incumbit, nec in mea situm est potestate, ut quo velim proficiscar, et congrediar quibuscum cupio; per litteras lenio meum bonis, quæ in te sunt, perfruendi desiderium ac eximiam tuam pietatem adhortor, ut pro me ac Ecclesia preceris, ut Dominus det nobis sine offensione decurrere reliquos dies aut horas peregrinationis nostræ, ac præstet etiam, ut videamus pacem Ecclesiarum ipsius, et tum de reliquis tuis comministris ac commilitonibus audiamus ea quæ precamur, tum de teipso, quæ die ac nocte populi tibi subditi efflagitant a Domino justitiæ. Scito autem me **414** non sæpe quidem scripsisse, nec quoties par fuerat, sed tamen scripsisse ad tuam pietatem. Ac forte non potuerunt servare salutationes meas, qui ministerium litterarum susceperant fratres. Sed nunc cum copia sit mihi quorumdam e nostris ad tuam præstantiam proficiscentium, et litteras eis commisi libenter, et misi nonnulla, quæ dignare a mea humilitate suscipere sine fastidio, ac mihi exemplo Isaac patriarchæ benedicere [60]. Quod si quid etiam, ut occupati animumque curarum multitudine obtrutum habentes, decori negleximus, mihi ne imputaveris, neque afficiaris tristitia: sed tuam in omnibus perfectionem imitare: ut et nos virtute tua perfruamur, quemadmodum et reliqui omnes. Sa-

Ἐγὼ τῆς διαθέσεως μὲν ἕνεκεν, ἧς ἔχω περὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν, ἐπεθύμουν αὐτὸς παραγενέσθαι, καὶ δι' ἐμαυτοῦ περιπτύξασθαί σου τὴν ἀληθινὴν ἀγάπην, καὶ δοξάσαι τὸν Κύριον τὸν ἐν σοὶ μεγαλυνθέντα, καὶ τὸ τίμιόν σου γῆρας περιφανὲς κατακτήσαντα πᾶσι τοῖς ἐν τῇ οἰκουμένῃ φοβουμένοις αὐτόν· ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀσθένεια τοῦ σώματος βαρεῖα κατέπονεῖ με, καὶ φροντὶς Ἐκκλησιῶν ἐπίκειταί μοι ἀμύθητος, καὶ οὐκ εἰμὶ ἐμαυτοῦ κύριος πρὸς τὸ ἀποδημεῖν ὅπου βούλομαι, καὶ συντυγχάνειν οἷς ἐπιθυμῶ, διὰ τοῦ γράμματος ἀναπαύω τὸν πόθον ὃν ἔχω ἐπὶ τῇ ἀπολαύσει τῶν ἐν σοὶ καλῶν, καὶ παρακαλῶ τὴν ἀνυπέρβλητόν σου εὐλάβειαν εὔχεσθαι ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ τῆς Ἐκκλησίας, ἵνα ὁ Κύριος δῷ ἡμῖν ἀπροσκόπως C παρελθεῖν τὰς λυπουμένας ἡμέρας ἢ ὥρας τῆς παρεπιδημίας ἡμῶν· παράσχοι δὲ ἡμῖν καὶ ἰδεῖν τὴν εἰρήνην τῶν Ἐκκλησιῶν αὐτοῦ, καὶ ἀκοῦσαι περὶ τε τῶν λοιπῶν συλλειτουργῶν σου καὶ τῶν συναθλητῶν ἃ εὐχόμεθα, καὶ περὶ σοῦ αὐτοῦ, ἃ νυκτὸς (60) καὶ ἡμέρας οἱ ὑπὸ σὲ λαοὶ ζητοῦσι παρὰ τοῦ Κυρίου τῆς δικαιοσύνης. Γίνωσκε δὲ, ὅτι πολλάκις μὲν οὐκ ἐπεστείλαμεν, οὐδὲ ὁσάκις ὀφειλόμενον ἦν, ἐπιστείλαμεν δὲ ὅμως τῇ θεοσεβείᾳ σου. Καὶ τάχα οὐκ ἠδυνήθησαν διασῶσαι τὰς προσηγορίας ἡμῶν οἱ πιστευθέντες τὴν διακονίαν τῶν γραμμάτων ἀδελφοί. Ἀλλὰ νῦν, ἐπειδὴ ἐπετύχομεν ἡμετέρων τῶν ἐκπορούντων πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα, καὶ τὰ γράμματα αὐτοῖς ἐνεχειρίσαμεν προθύμως, καὶ ἀπεστείλαμέν (61) τινα, ἃ καταξίωσον ὑποδέξασθαι παρὰ D τῆς ἡμετέρας ταπεινώσεως ἀνυπερηφάνως, καὶ εὐλογῆσαι ἡμᾶς κατὰ μίμησιν τοῦ πατριάρχου Ἰσαάκ. Εἰ δέ τι, καὶ ὡς ἀσχολούμενοι, καὶ ὑπὸ πλήθους φροντίδων τὸν νοῦν βαπτισμένον ἔχοντες, παρείδομεν τῶν πρεπόντων, μὴ λογίσῃ ἡμῖν, μηδὲ λυπηθῇς·

[60] Gen. XXVII, 27.

* Alias CCCXXVII. Scripta videtur anno 377 exeunte, aut 378 ineunte.

(59) *Πρὸς ἡμᾶς*. Harl., Coisl. primus, Regius primus, Paris. et Bigot. πρὸς ἡμᾶς. Infra Reg. secundus et Coisl. secundus τὴν ἡμετέραν, et αἴσθωνται ἡμᾶς.

(60) Ἃ *νυκτός*. Editi ἃ καὶ νυκτός. Deest conjunctio in plerisque mss. Paulo ante Coisl. primus ἀθλητῶν.

(61) Ἀπεστείλαμεν. Quinque codices ἐπεστείλαμεν. Quatuor ἐστείλαμεν. Mox codex Medicæus δέξασθαι.

Digitized by Google

ἀλλὰ μίμησαι τὴν σεαυτοῦ ἐν πᾶσι τελειότητα, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀπολαύσωμέν σου τῆς ἀρετῆς, ὡς καὶ οἱ λοιποὶ πάντες. Ἐῤῥωμένος, εὔθυμος (62) ἐν Κυρίῳ, ὑπερευχόμενός μου, χαρισθείης μοι καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ

A nus, in Domino lætus, ac pro me orans, concedaris mihi et Dei Ecclesiæ.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΞΗ'. EPISTOLA CCLXVIII *.

Eusebio mirabiliter servato gratulatur, ejusque reditum sperat Ecclesiarum precibus concessum iri. De rebus illius ex Libanio diacono edoctus, cætera scire avet, aut citius, aut saltem per Paulum presbyterum, cum redibit. Nihil ei in manus tradere ausus est; eo quod viæ latronibus et desertoribus planæ sint. Exercitus adventu nuntiato sperat modicam tranquillitatem; tumque mittet aliquem e suis ad Eusebium.

Εὐσεβίῳ ἐν ἐξορίᾳ ὄντι.

Ἔδειξε καὶ ἐφ' ἡμῶν ὁ Κύριος, ὅτι οὐκ ἐγκαταλείπει τοὺς ὁσίους αὐτοῦ, τῇ μεγάλῃ καὶ κραταιᾷ χειρὶ αὐτοῦ περισκεπάσας τὴν ζωὴν τῆς ὁσιότητός σου. Σχεδὸν γὰρ παραπλήσιον τοῦτο τιθέμεθα τῷ ἐν κοιλίᾳ κήτους ἀπαθῆ διαμεῖναι τὸν ἅγιον, καὶ ἐν πυρὶ λάβρῳ ἀβλαβῶς διαιτᾶσθαι τοὺς φοβουμένους τὸν Κύριον· ὅπου γε καὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν παντα-
B χόθεν ὑμῖν, ὡς ἀκούω, τοῦ πολέμου περιχυθέντος, ἀβλαβῆ διεφύλαξε. Καὶ φυλάξειέ γε(63) πρὸς τὸ ἑξῆς ὁ δυνατὸς Θεὸς ἡμῖν, ἐὰν ἔτι ζῶμεν (64), τὸ πολύευκτον θέαμα· ἢ τοῖς γοῦν ἄλλοις, οἳ τὴν σὴν ἐπάνοδον οὕτως ἀναμένουσιν, ὡς οἰκείαν ἑαυτῶν σωτηρίαν. Πέπεισμαι γὰρ, ὅτι τοῖς δάκρυσι τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ τοῖς στεναγμοῖς οἷς ἐπὶ σοὶ (65) πάντες στενάζουσι προσχὼν ὁ φιλάνθρωπος, διαφυλάξει σε τῷ βίῳ, ἕως ἂν δῷ τὴν χάριν τοῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας δεομένοις αὐτοῦ. Τὰ μὲν οὖν μέχρι τῆς ἐπιδημίας τοῦ ἀγαπητοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Λιβανίου τοῦ συνδιακόνου πεπραγμένα καθ' ὑμῶν (66) δι' αὐτοῦ κατὰ τὴν πάροδον ἱκανῶς ἐδιδάχθημεν· τὰ δὲ ἀπ' ἐκείνου τοῦ χρόνου δεόμεθα μαθεῖν. Μείζονα γὰρ ἐν τῷ μεταξὺ C καὶ χαλεπώτερα ἀκούομεν γεγενῆσθαι πάθη περὶ τοὺς τόπους (67)· ἅπερ, ἐὰν μὲν ᾖ δυνατὸν, καὶ θᾶττον (68), εἰ δὲ μὴ, διὰ γοῦν τοῦ εὐλαβεστάτου ἀδελφοῦ Παύλου τοῦ συμπρεσβυτέρου ἐπανιόντος μάθοιμεν, ὡς εὐχόμεθα, ὅτι ἀβλαβὴς καὶ ἀνεπηρέαστος ὑμῶν φυλάττεται ἡ ζωή. Διὰ δὲ τὸ ἀκοῦσαι πάντα λῃστῶν καὶ δησερτόρων (69) πεπληρῶσθαι τὰ τῆς ὁδοῦ, ἐφοβήθημέν τι εἰς χεῖρας ἐμβαλεῖν τοῦ ἀδελφοῦ, μὴ καὶ αὐτῷ (70) παραίτιοι θανάτου γενώμεθα. Ἐὰν δὲ δῷ ὁ Κύριος μετρίαν γαλήνην, ὡς ἀκούομεν τοῦ στρατοπέδου τὴν πάροδον, σπουδάσομεν καὶ τῶν ἡμετέρων ἐκπέμψαι τινὰ, τὸν ἐπισκεψόμενον καὶ ἕκαστα ἡμῖν τῶν παρ' ὑμῖν (71) ἀναγγέλλοντα.

Eusebio exsuli.

Docuit nostra etiam ætate Dominus, sanctos suos a se non deseri, dum magna et potenti manu sua vitam sanctitatis tuæ protexit. Fere enim simile id ducimus ac in ventre ceti illæsum permanere sanctum, et in vehementi flamma citra damnum versari homines Dominum timentes; quandoquidem
B pietatem tuam bello undique, ut audio, vos circumstante, incolumem servavit. Et utinam servet omnipotens Deus nobis, si vixerimus, peroptandum spectaculum, aut saltem aliis, qui tuum reditum perinde exspectant ut suam ipsorum salutem! Nam futurum mihi persuadeo, ut Ecclesiarum lacrymis et gemitibus, quos tua causa omnes effundunt, attentus misericors Deus incolumem te custodiat, donec annuat iis, qui eum noctu ac interdiu precantur. Equidem quæ usque ad dilecti fratris nostri Libanii condiaconi adventum contra vos acta sunt, satis ex ipso transeunte edocti sumus: quæ vero ab illo tempore contigerunt, discere cupimus. Majora enim interjecto tempore et graviora
C audimus mala istic evenisse: quæ quidem, si fieri possit, etiam citius, sin minus, saltem per religiosissimum fratrem Paulum compresbyterum, cum revertetur, discamus ita esse, ut precamur, nempe vitam tuam incolumem et illæsam custodiri. Quoniam autem audivimus cunctas prædonibus ac desertoribus refertas esse vias, veriti **415** sumus quidquam in fratris manus tradere, ne ei etiam mortis causa simus. Quod si dederit Dominus modicam tranquillitatem (siquidem exercitus audimus adventum), curabimus et nostrorum aliquem mittere, qui vos invisat, et singula quæ ad vos spectant, nobis nuntiet.

62) *Εὔθυμος*. Editi καὶ εὔθυμος. Deest conjunctio in plerisque mss.

(63) *Παντοχόθεν... φυλάξειέ γε*. Ita veteres libri summo consensu. Editi παντοχόσε, et paulo post διαφυλάξειέ γε.

(64) *Ἔτι ζῶμεν*. Ita tres vetustissimi codices cum pluribus aliis. Editi ἐπιζῶμεν.

(65) *Οἷς ἐπὶ σοί*. Plerique mss. οὓς ἐπὶ σοί. Harlæanus et Medicæus consentiunt cum editis.

(66) *Καθ' ὑμῶν*. Multi codices καθ' ὑμᾶς.

(67) *Γεγενῆσθαι πάθη περὶ τοὺς τόπους*. Ita Harl., Coisl. uterque, Vat. et Reg. secundus et vetustæ editiones. Parisiensis γίνεσθαι πάθη περὶ ἐκείνους τοὺς τόπους.

(68) *Καὶ θᾶττον*. Conjunctio addita ex quinque mss. melioris notæ. Sic etiam eosdem secuti mutavimus quod infra legebatur in editis διαφυλάττονται ὑμῶν.

D (69) *Καὶ δησερτόρων*. Ita codex Vaticanus in duobus locis; bis enim hæc epistola in eodem codice reperitur. Sic etiam codex Claromontanus. Regius primus δησαρτόρων· secundus δισερτόρων. Coisl. primus δισεκτόρων· secundus δισερτέρων. Medicæus δυσερτόρων secunda manu; at prima scriptum fuisse δεσερτόρων conjicit doctissimus Salvinius. Harlæanus nunc habet ut editi διακτόρων, at olim videtur habuisse δισερτόρων. Non dubium est quin legendum sit δησερτόρων, vel δεσερτόρων, cum constet tunc Thraciam, ubi exsulabat Eusebius, gravissimo bello arsisse.

(70) *Καὶ αὐτῷ*. Conjunctio addita ex sex mss.

(71) *Παρ' ὑμῖν*. Consentiunt in hac voce libri veteres. Editi παρ' ὑμῶν. Ibidem Coisl. secundus et Reg. secundus τὸν καὶ ἐπισκεψόμενον καὶ ἀγγελοῦντα.

* Alias IX. Scripta anno 378.

Digitized by Google

EPISTOLA CCLXIX *. ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΞΘ'.

Arinthæi mortui uxorem consolatur Basilius, eique auctor est, ut et rerum humanarum conditionis memor, et mariti tam in hac vita splendorem considerans, tum etiam in altera felicitatem ob susceptum uxoris opera et consilio baptismum, et ad promissam patientiæ mercedem respiciens, dolori modum imponat.

Ad conjugem Arinthæi ducis consolatoria. A *Τῇ ὁμοζύγῳ Ἀριανθαίου στρατηλάτου* (72) *παραμυθητική.*

1. Consentaneum quidem erat et debitum animi tui statui, ut ipse coram adessem et eorum quæ acciderant particeps fierem. Sic enim et dolorem meum leniissem, et apud tuam dignitatem consolationis officium implevissem. Sed quia non jam fert amplius corpus meum longiores motus, eo redactus sum ut tecum per litteras colloquar, ne omnino videar aliena existimare quæ acciderunt. Quis ergo virum illum gemitu non prosecutus est? quis adeo corde lapideo, ut ipsius causa ferventes lacrymas non profunderet? Me vero tristitia singulari implevit, tum honores, quos mihi privatim habuit, considerantem, tum commune Ecclesiarum Dei patrocinium. Sed tamen mihi in mentem venit illum, cum homo esset ac convenienti in hac vita munere esset perfunctus, congruis temporibus rursus a Deo rerum nostrarum moderatore assumptum fuisse. Quæ quidem ut tua etiam prudentia considerans, casum animo æquo ferat hortamur, et, quantum fieri potest, ærumnam moderate sustineat. Idoneum quidem et tempus, ut cor tuum leniat, et locum det rationi : sed tamen suspectus mihi est ingens tuus mariti amor, ac tua in omnes benignitas; ne forte mœrori te dedas, ob simplicitatem morum profundam accipiens plagam doloris. Ac semper quidem utilis Scripturarum doctrina, sed maxime ejusmodi temporibus. Memento igitur latæ a Creatore nostro sententiæ, per quam quotquot ex terra orti sumus, in terram revertimur [1] : nec quisquam ita magnus, ut dissolutioni non sit obnoxius.

2. Admirandus ille vir erat quidem eximius et magnus, et corporis robori parem habens animi virtutem, fateor et ego, nemini sane in utroque secundus; sed tamen homo erat, et mortuus est, ut Adam, ut Abel, ut Noe, ut Abraham, ut Moses, ut alius quivis, quem ejusdem naturæ participem nominaveris. Non igitur quod is ereptus fuerit indignemur : sed **416** quod ab initio conjuncti cum

[1] Gen. III, 19.

1. Τὸ μὲν ἀκόλουθον ἦν καὶ ὀφειλόμενόν σου τῇ διαθέσει, ἡμᾶς αὐτοὺς παρεῖναι, καὶ συμμετέχειν τῶν γινομένων. Οὕτω γὰρ ἂν ἑαυτῶν τε τὴν λύπην κατεπραΰναμεν, καὶ τῇ σεμνότητί σου (73) τῆς παρακλήσεως τὸ εἰκὸς ἀπεπληρώσαμεν. Ἐπεὶ δὲ οὐκέτι μου φέρει τὸ σῶμα τὰς μακροτέρας κινήσεις, ἐπὶ τὴν διὰ τοῦ γράμματος ἤλθομεν (74) ὁμιλίαν, ὡς ἂν μὴ παντάπασι δόξαιμεν ἀλλοτρίως ἔχειν πρὸς τὰ συμβάντα. Τίς μὲν οὖν τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον οὐκ ἐστέναξε; τίς δὲ οὕτω λίθινος τὴν καρδίαν, ὡς μὴ θερμὸν ἐπ' αὐτῷ (75) ἀφεῖναι δάκρυον; Ἐμὲ δὲ καὶ διαφερόντως κατηφείας ἐπλήρωσε, τάς τε ἰδίας περὶ ἐμὲ τιμὰς τοῦ ἀνδρὸς λογιζόμενον, καὶ τὴν κοινὴν B τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ προστασίαν. Ἀλλ' ὅμως ἐλογισάμεθα, ὅτι, ἄνθρωπος ὤν, καὶ λειτουργήσας τῷ βίῳ τούτῳ τὰ ἐπιβάλλοντα, τοῖς καθήκουσι χρόνοις πάλιν παρὰ τοῦ (76) οἰκονομοῦντος τὰ ἡμέτερα Θεοῦ προσελήφθη. Ἃ καὶ τὴν σὴν φρόνησιν ἐνθυμουμένην πράως ἔχειν ἐπὶ τῷ συμβάντι παρακαλοῦμεν, καὶ, ὡς οἷόν τε, μετρίως φέρειν τὴν συμφοράν. Ἱκανὸς μὲν οὖν καὶ ὁ χρόνος μαλάξαι τὴν καρδίαν σου (77), καὶ πάροδον δοῦναι τοῖς λογισμοῖς· ἀλλ' ὅμως ὕποπτον ἡμῖν ἐστι τὸ ἄγαν σου φίλανδρον, καὶ περὶ πάντας χρηστὸν, μή ποτε ἔκδοτον δῷς σεαυτὴν τῷ πάθει, δι' ἁπλότητα ἠθῶν βαθεῖαν τὴν (78) πληγὴν δεξαμένη τῆς λύπης. Πάντοτε μὲν οὖν χρήσιμον τὸ τῶν Γραφῶν διδασκάλιον (79), μάλιστα δὲ ἐπὶ τῶν τοιούτων καιρῶν. Μνήσθητι τοίνυν C τῆς τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς ἀποφάσεως, δι' ἧς (80) πάντες οἱ ἐκ τῆς γῆς φύντες πάλιν εἰς γῆν ὑποστρέφομεν· καὶ οὐδεὶς οὕτω μέγας, ὥστε βελτίων φανῆναι τῆς διαλύσεως.

2. Καλὸς μὲν οὖν καὶ μέγας ὁ θαυμαστὸς (81) ἐκεῖνος, καὶ ἐφάμιλλος τῇ ῥώμῃ τοῦ σώματος τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν, φημὶ κἀγὼ, οὐμενοῦν ἔχων ὑπερβολὴν εἰς ἑκάτερον, ἀλλ' ὅμως ἄνθρωπος, καὶ τέθνηκεν, ὡς Ἀδάμ, ὡς Ἄβελ, ὡς Νῶε, ὡς Ἀβραάμ, ὡς Μωσῆς, ὡς ὁντινα ἂν εἴποις τῶν τῆς αὐτῆς φύσεως μετασχόντων (82). Μὴ οὖν, ἐπειδὴ ἀφῃρέθημεν αὐτὸν, ἀγανακτῶμεν· ἀλλ' ὅτι τὴν ἀρχὴν συνῳκήσαμεν

Alias CLXXXVI. Scripta anno 378.

(72) *Στρατηλάτου.* Hanc vocem addidimus ex tribus antiquissimis codicibus. D

(73) *Τῇ σεμνότητί σου.* Sic iidem tres codices. Editi τῇ σῇ σεμνότητι.

(74) *Ἤλθομεν.* Ita tres iidem codices. Editi ἦλθον. Ibidem Coisl. primus πάντη. Harl. prima manu παντί.

(75) *Ἐπ' αὐτῷ.* Ita mss. sex. Editi ὑπ' αὐτῷ.

(76) *Παρὰ τοῦ.* Ita tres vetustissimi codices. Editi ὑπὸ τοῦ. Mox plures codices non antiquissimi πρὸς τὸ συμβάν.

(77) *Καρδίαν σου.* Vocula addita ex iisdem tribus mss. Paulo post editi περὶ πάντα. Harl. et quatuor alii ut in textu. Ibidem Med. et Coisl. primus δῷς σαυτὴν τῷ. Harl. δῷ σεαυτῆς τῷ.

(78) *Βαθεῖαν τήν.* Sic mss. codices octo. Editi βάθει αὐτήν.

(79) *Διδασκάλιον.* Harl. διδασκαλεῖον.

(80) *Δι' ἧς.* Ita tres vetustissimi codices. Editi δι' ἣν. Paulo post editi ἀποστρέφομεν. Octo codices ut in textu.

(81) *Ὁ θαυμαστός.* Sic tres vetustissimi codices. Editi ὁ θαυμάσιος.

(82) *Τῶν... μετασχόντων.* Ita tres vetustissimi codices et Bigot. Editi τὸν... μετασχόντα. Mss. codices quatuor τῶν μετεχόντων. Mox Harlæanus codex χάριν ἔχομεν. Plures alii non antiquissimi συνῳκήσαμεν, χάριν ἔχωμεν.

Digitized by Google

αὐτῷ, χάριν ἔχωμεν τῷ συζεύξαντι. Τὸ μὲν γὰρ (83) στερηθῆναι ἀνδρὸς κοινόν σοι πρὸς τὰς ἄλλας γυναῖκας· ἐπὶ δὲ τοιαύτῃ συνοικήσει οὐκ οἶμαι ἄλλην γυναικῶν τὰ ἴσα ἔχειν σεμνύνεσθαι. Ἓν γὰρ τῷ ὄντι ὑπόδειγμα τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον ὁ κτίσας ἡμᾶς ἐδημιούργησεν· ὥστε πάντες μὲν ὀφθαλμοὶ πρὸς αὐτὸν ἐφέροντο, πᾶσα δὲ γλῶσσα τὰ κατ' αὐτὸν ᾐξῄει· γραφεῖς δὲ καὶ πλάσται τῆς ἀξίας ἀπελιμπάνοντο· ἱστορικοὶ δὲ ἄνδρες, τὰ κατὰ τοὺς πολέμους ἀνδραγαθήματα διηγούμενοι, πρὸς τὴν τῶν μύθων ἐκπίπτουσιν ἀπιστίαν. Ὅθεν οὐδὲ πιστεύειν ἠνείχοντο οἱ πολλοὶ τῇ φήμῃ τὴν σκυθρωπὴν ἐκείνην ἀγγελίαν περιαγούσῃ, οὐδὲ καταδέχεσθαι ὅλως, ὅτι τέθνηκεν Ἀρινθαῖος. Ἀλλ' ὅμως; πέπονθεν ἃ οὐρανῷ καὶ ἡλίῳ καὶ γῇ συμβήσεται. Οἴχεται καταλύσας λαμπρῶς, μὴ ὑπὸ γήρως καταχαμφθείς, μὴ καθυφείς (84) τι τῆς περιφανείας· μέγας μὲν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, μέγας δὲ ἐν τῷ μέλλοντι· μηδὲν ἐκ τῆς παρούσης λαμπρότητος πρὸς τὴν ἐλπιζομένην δόξαν ζημιωθείς, διὰ τὸ πᾶσαν κηλῖδα τῆς ψυχῆς πρὸς αὐταῖς ταῖς (85) ἐξόδοις τοῦ βίου τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας ἀποκαθήρασθαι. Ὧν αὐτὴ πρόξενος αὐτῷ καὶ συνεργὸς γενομένη, μεγίστην ἔχει παραμυθίαν· καὶ μετάθες τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν παρόντων ἐπὶ τὴν τῶν μελλόντων μέριμναν, ὥστε καταξιωθῆναι δι' ἔργων ἀγαθῶν τὸν ὅμοιον αὐτῷ τῆς ἀναπαύσεως τόπον καταλαβεῖν. Φείδου μητρὸς γηραιᾶς, φείδου θυγατρὸς νεαρᾶς, αἷς μόνῃ πρὸς παραμυθίαν λέλειψαι. Γενοῦ ὑπόδειγμα ἀνδρείας ταῖς λοιπαῖς γυναιξί· καὶ οὕτω τὸ πάθος μέτρησον, ὡς μήτε ἐκβαλεῖν τῆς καρδίας, μήτε καταποθῆναι ὑπὸ τῆς λύπης. Ἐπὶ πᾶσι πρὸς τὸν μέγαν τῆς ὑπομονῆς μισθὸν ἀπόβλεψον, τὸν παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ ἀνταποδόσει τῶν βεβιωμένων ἡμῖν ἐπηγγελμένον.

A ipso vixerimus, gratias agamus ei qui conjunxit. Etenim viro orbari, tibi cum aliis mulieribus commune est : sed de tali conjugio non arbitror aliam mulierem æque posse gloriari. Unum enim revera exemplar naturæ humanæ virum illum Conditor noster creaverat, unde omnes in eum conjiciebantur oculi, et lingua omnis res illius prædicabat : pictores autem et statuarii formæ dignitatem assequi non poterant : historici vero, dum res præclare in bello gestas referunt, in fabularum incredibilium incommodum incidunt. Quare ne adduci quidem plerique poterant ut famæ tristem illum nuntium circumferenti crederent, aut omnino mortuum esse Arinthæum faterentur. Sed tamen perpessus est, quæ et cœlo et soli et terræ accident. B Abiit splendidum nactus exitum, non senio fractus, claritate nihil imminuta : magnus in præsenti vita, magnus etiam in futura; nec ex præsenti splendore detrimentum ullum passus exspectatæ gloriæ : eo quod omnem animæ maculam in ipso vitæ exitu lavacro regenerationis repurgaverit. Quorum illi conciliatrix cum fueris et adjutrix, maximum habe solatium, ac transfer animum a præsentibus ad futurorum curam, ut digna habearis, quæ per bona opera parem ac ille requietis locum consequare. Parce matri senio confectæ, parce filiæ teneræ, quibus sola ad solatium relicta es. Sis exemplum fortitudinis cæteris mulieribus; et ita dolori moderare, ut neque illum animo projicias, neque a tristitia absorbearis. In omnibus ad C magnam patientiæ mercedem respice, quæ a Domino nostro Jesu Christo in vitæ a nobis actæ remuneratione promissa est.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟ'.

EPISTOLA CCLXX *.

Presbyterum aliquem Basilius in puniendis raptoribus segniorem objurgat : ac sancit ut puella parentibus restituatur, raptor a precibus ejiciatur, et excommunicatus denuntietur, ejus adjutores per tres annos cum tota sua familia a precibus ejiciantur. Totum etiam pagum, qui raptam receperat, aut custodierat, aut pro ea retinenda pugnaverat, a precibus pariter ejicit.

Ἀνεπίγραφος, ὑπὲρ ἁρπαγῆς.

Πάνυ λυποῦμαι, ὅτι οὐχ εὑρίσκω ὑμᾶς ἐπὶ τοῖς ἀπηγορευμένοις οὔτε ἀγανακτοῦντας, οὔτε δυναμένους λογίζεσθαι, ὅτι εἰς αὐτὸν τὸν βίον καὶ τὴν ζωὴν τὴν ἀνθρωπίνην παρανομία ἐστὶ καὶ τυραννὶς ἡ γινομένη αὕτη ἁρπαγὴ, καὶ ὕβρις κατὰ τῶν ἐλευθέρων. Οἶδα γάρ, ὅτι, εἰ τοιαύτην εἴχετε γνώμην πάντες, οὐδὲν ἐκώλυε πάλαι τοῦ κακοῦ τὴν συνήθειαν τούτου ἐξελαθῆναι τῆς πατρίδος ἡμῶν. Ἀνάλαβε τοίνυν ἐπὶ τοῦ παρόντος ζῆλον Χριστιανοῦ· καὶ κινήθητι ἀξίως τοῦ ἀδικήματος. Καὶ τὴν μὲν παῖδα, ὅπουπερ ἂν εὑρῇς, ἀφελόμενος πάσῃ εὐτονίᾳ, ἀποκατάστησον τοῖς γονεῦσι· καὶ αὐτὸν δὲ ἐκεῖνον ἐξόρισον τῶν εὐχῶν, καὶ ἐκκήρυκτον ποίησον· καὶ τοὺς

Sine inscriptione, de raptu.

Valde doleo, quod vos in vetitis rebus nec indignari reperiam, nec intelligere posse in ipsam hominum vitam et in humanum genus scelus esse ac D tyrannidem, commissum illum raptum, et factam liberis injuriam. Scio enim, si id vobis omnibus esset sententiæ, jamdudum nihil prohibiturum fuisse, quominus mali illius consuetudo ex patria nostra pelleretur. Assume igitur in re præsenti zelum Christiani, et pro sceleris merito commovere. Ac puellam quidem, ubicunque inveneris, omni constantia auferens, restitue parentibus : hunc ipsum autem arce a precibus, eumque excommunicatum denuntia : atque eos etiam, qui eum ea

(83) *Τὸ μὲν γάρ.* Postrema vocula addita ex octo mss. Paulo post iisdem freti codicibus immutavimus quod erat in editis ἄλλην γυναῖκα. Nec longe editi δημιουργήσας ἡμᾶς ἔκτισεν. Tres vetustissimi codices ut in textu.

(84) *Μὴ καθυφείς.* Coisl. primus cum alio μὴ καθυφιείς. Ibidem multi codices non antiquissimi καμφθείς.

(85) *Πρὸς αὐταῖς ταῖς.* Ita omnes mss. Editi πρὸς ταῖς.

* Alias CCXLIV. Scripta post annum 374.

Digitized by Google

facinus aggressi sunt, secundum **417** canonem jam a nobis vulgatum, tres annos cum totis suis familiis a precibus ejice. Quin et illum ipsum pagum, qui raptam recepit ac custodivit, aut etiam ad eam retinendam pugnavit, universum a precum societate abscinde : ut discant omnes, tanquam serpentem, tanquam aliam quamvis bestiam, communem hostem existimantes raptorem, ita eum insectari et injuria affectis opitulari.

A συνεπελθόντας αὐτῷ, κατὰ τὸ ἤδη προλαβὸν παρ' ἡμῶν κήρυγμα (86), τριετίαν πανοικεὶ (87) τῶν ὐχῶν ἐξόρισον. Καὶ τὴν κώμην τὴν ὑποδεξαμένην ,ἣν ἁρπαγεῖσαν, καὶ φυλάξασαν, ἤτοι ὑπερμαχήσασαν, καὶ αὐτὴν ἕξω τῶν εὐχῶν πανδημεὶ (88) ποίησον· ἵνα μάθωσι πάντες, ὡς ὄφιν, ὡς ἄλλο τι θηρίον, κοινὸν ἐχθρὸν ἡγούμενοι τὸν ἅρπαγα, οὕτως ἀποδιώκειν (89) αὐτὸν, καὶ προΐστασθαι τῶν ἀδικουμένων.

EPISTOLA CCLXXI *.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΑ'.

Significat Basilius Eusebio, quicum olim et domum et pædagogum et omnia communia habuerat, quantum doloris acceperit, eo in civitate, in quam advenerat, non invento. Interim sese scribendo consolatur, eique Cyriacum, ut presbyterum criminis expertem secumque conjunctum commendat.

Eusebio sodali commendatitia pro Cyriaco presbytero.

Εὐσεβίῳ ἑταίρῳ συστατικὴ ἐπὶ Κυριακῷ πρεσβυτέρῳ.

B

Statim et e vestigio post tuum discessum cum in civitatem advenissem, quanta, te non invento, affectus sim tristitia, quid attinet dicere ad virum verbis non indigentem, sed experientia edoctum, ut qui eodem modo affectus sit? Quanti enim mihi fuisset pretii, Eusebium perquam optimum videre et amplecti, ac recordatione ad juventutem iterum redire, et dierum illorum meminisse, in quibus nobis et domus una, et focus unus, et pædagogus idem, et animi relaxatio, et studium, et deliciæ, et inopia, et omnia inter nos ex æquo erant communia! Quanti me putas æstimaturum fuisse, ut hæc omnia in memoriam per tuum congressum revocarem, et gravi hoc senio absterso, juvenis iterum ex sene factus viderer? Sed his voluptatibus C carui. Ut autem per litteras prudentiam tuam viderem, meque ipse quo poteram modo consolarer, id mihi ereptum non est, reverendissimo compresbytero occurrente Cyriaco, quem me tibi pudet commendare, eumque tibi proprium per memet reddere, ne forte perperam facere videar, ut tibi adducam, quæ tibi propria sunt et eximia. Sed

Εὐθὺς καὶ κατὰ πόδας (90) τῆς σῆς ἀναχωρήσεως ἐπιστὰς τῇ πόλει, ὅσον ἠθύμησα διαμαρτὼν σου, τί δεῖ καὶ λέγειν πρὸς ἄνδρα οὐ λόγου δεόμενον, ἀλλὰ πείρᾳ εἰδότα, τῷ τὰ (91) ὅμοια πεπονθέναι; Ὅσου γὰρ ἦν ἄξιον ἐμοὶ ἰδεῖν τὸν πάντα ἄριστον Εὐσέβιον, καὶ περιπτύξασθαι, καὶ πρὸς τὴν νεότητα πάλιν τῇ μνήμῃ ἐπανελθεῖν, καὶ ὑπομνησθῆναι ἡμερῶν ἐκείνων, ἐν αἷς καὶ δωμάτιον ἡμῖν ἓν, καὶ ἑστία μία, καὶ παιδαγωγὸς ὁ αὐτὸς, καὶ ἄνεσις, καὶ σπουδὴ, καὶ τρυφὴ, καὶ ἔνδεια, καὶ πάντα ἡμῖν ἐξ ἴσου (92) πρὸς ἀλλήλους ὑπῆρχε. Πόσου οἴει τίθεσθαί με ἄξιον πάντα ταῦτα διὰ τῆς σῆς συντυχίας ἀναλαβεῖν τῇ μνήμῃ, καὶ τὸ βαρὺ τοῦτο γῆρας ἀποξυσάμενον, νέον δοκεῖν πάλιν ἐκ γέροντος γεγενῆσθαι; Ἀλλ' ἐκείνων μέν με διέφυγεν ἡ ἀπόλαυσις· τὸ δὲ διὰ γράμματος ἰδεῖν σου τὴν λογιότητα, καὶ τὸν ἐνόντα τρόπον ἑαυτὸν παραμυθήσασθαι, οὐκ ἀφῃρέθην τῇ συντυχίᾳ τοῦ αἰδεσιμωτάτου Κυριακοῦ τοῦ συμπρεσβυτέρου· ὃν αἰσχύνομαι συνιστῶν σοι καὶ οἰκεῖον ποιῶν δι' ἐμαυτοῦ, μή ποτε δόξω περιεργόν τι ποιεῖν, σοὶ προσάγων τὰ ἴδιά σου καὶ ἐξαίρετα. Ἀλλ' ἐπειδή με δεῖ καὶ μάρτυρα εἶναι τῆς

* Alias XI. Scripta in postremis annis S. Basilii.

(86) *Κήρυγμα.* Satis commode hac voce intelligi posset epistola ad promulgandam excommunicationem quoquoversum missa. Sed verisimile non est hunc hominem a Basilio jam palam et aperte proscriptum et excommunicatum fuisse. Tunc enim in presbyteris, qui ejusmodi hominem ab episcopo excommunicatum ad preces admisissent, audacia et temeritas reprehendi deberent, non negligentia, quæ tamen sola a Basilio reprehenditur. Quare κήρυγμα nihil aliud videtur esse quam canon Basilii trigesimus, in quo de iis qui raptores adjuvant eadem ac in hac epistola decernuntur.

(87) *Πανοικεί.* Coisl. uterque et Med. πανοικί.

(88) *Πανδημεί.* Visi sunt sibi in hoc Basilii decreto eruditi viri imaginem quamdam generalis interdicti perspicere. Sed tamen non leve discrimen intercedit. Nam 1° quod sceleris conscios arcet a precibus argumento est liturgiam in hoc pago minime intermissam fuisse. 2° Inde etiam sequitur non omnes pagi incolas a precibus remotos fuisse, sed eos tantum, qui scelus adjuverant. 3° Id confirmatur ex accurata enumeratione eorum qui operam suam contulerant, aut puellam recipiendo, aut occultando, vel etiam dimicando. Inutile enim et absurdum fuisset tam accurate varia delictorum genera recensere, si eadem sententia comprehensi fuissent, qui nihil prorsus commiserant. Pagus ergo intelligi debet magna pars incolarum. Si quis tamen existimet nullum in hoc pago presbyterum fuisse, universosque incolas a precibus, quæ in alterius pagi ecclesia fiebant, exclusos fuisse; illud semper manebit, quod mihi probandum proposui, nullam prorsus ecclesiam generali decreto interdictam a D Basilio fuisse. Præterea cum accurate distinguat delictorum species, inde sequitur, vel omnes nocentes fuisse, vel nocentium et innocentium habitum fuisse discrimen. Ex his illud etiam colligi potest, eos, qui raptorem juverunt, idcirco cum tota familia puniri, quia familia sceleris expers non erat : idque confirmat ipse Basilius, qui eos secundum canonem jam a se editum puniri jubet. Porro in hoc canone nemini prorsus nisi nocenti pœna imponitur.

(89) *Ἀποδιώκειν.* Ita mss. quatuor. Editi διώκειν.

(90) *Καὶ κατὰ πόδας.* Deest conjunctio in quinque codicibus, non tamen in Coisl. primo, nec inutilis videtur.

(91) *Οὐ λόγου... εἰδότα, τῷ τά.* Ita sex mss. Editi οὐ λόγων... εἰδότα τά.

(92) *Ἐξ ἴσου.* Ita plerique mss. Editi ἐξ ἴσης.

Digitized by Google

ἀληθείας, καὶ τοῖς συνημμένοις πνευματικῶς τὰ μέγιστα τῶν ἐμοὶ προσόντων χαρίζεσθαι· τὸ μὲν περὶ τὴν ἱερωσύνην ἀνεπηρέαστον τοῦ ἀνδρὸς ἡγοῦμαι καὶ σοὶ φανερὸν εἶναι· βεβαιῶ δὲ κἀγὼ (93), οὐδεμίαν γνωρίζων κατ' αὐτοῦ παρὰ τῶν πᾶσιν ἐπιβαλλόντων τὰς χεῖρας, τῶν μὴ φοβουμένων τὸν Κύριον, ἐπήρειαν. Καίτοιγε εἴ τι ἐγεγόνει (94) παρ' αὐτῶν, οὔθ' οὕτως ἀνάξιος ἦν ὁ ἀνήρ. Οἱ δὲ ἐχθροὶ τοῦ Κυρίου βεβαιοῦσι τοὺς βαθμοὺς μᾶλλον οἷς ἂν προσπολεμῶσιν, ἢ ἀφαιροῦνταί τι τῆς ὑπαρχούσης αὐτοῖς παρὰ τοῦ Πνεύματος χάριτος. Ἦλθεν ἀλλ', ὅπερ ἔφην, οὐδὲ κατεπενοήθη τι τοῦ ἀνδρός (95). Ὡς οὖν πρεσβύτερον ἀνεπηρέαστον, καὶ ἡμῖν συνημμένον, καὶ πάσης αἰδοῦς ἄξιον, οὕτω καταξίου αὐτὸν ὁρᾷν, σαυτόν τε ὠφελῶν, καὶ ἡμῖν χαριζόμενος.

A quoniam oportet me et testem esse veritatis, et iis, qui spiritualiter conjuncti sunt, largiri quæ habeo maxima; viri quidem in sacerdotio innocentiam atque integritatem arbitror tibi quoque notam esse ac perspectam, tamen et ego hoc confirmo, cum nullam ei sciam ab iis, qui manus in omnes injiciunt, nec Dominum timent, structam fuisse calumniam. Atque etiamsi quid ab eis accidisset, ne sic quidem indignus esset **418** ille vir. Nam Domini hostes gradus eorum quos impugnant, magis confirmant, quam de concessa illis a Spiritu gratia quidquam detrahunt. Sed, ut dixi, ne excogitatum quidem fuit aliquid in virum. Itaque illum ut presbyterum calumniæ expertem, nobisque conjunctum, et reverentia omni dignum videre ne gravevis, et tibi ipse consulens utiliter, et nobis gratum faciens.

B

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΒ'.

EPISTOLA CCLXXII *.

Cum nuntiasset Basilio Actiacus diaconus Sophronium ipsi succensere, nonnullorum sermonibus deceptum; mirari se significat Basilius, quod adulatoribus aures præbuisset Sophronius; seque declarat, cum multos ab infantia usque ad senectutem dilexerit, nemini plus tribuisse, quam Sophronio. Quamobrem nihil magis a se alienum esse, quam Hymetium ipsi præferre, aut in Mennoniano negotio contra ejus voluntatem aut rem venire. Ingenue narrat quid hac in re dixerit. Rogat ut has sibi suspiciones remittat, ac deinceps Basilii erga se amorem calumnia omni potiorem ducat.

Σωφρονίῳ μαγίστρῳ (96).

Sophronio magistro.

1. Ἀπήγγειλέ μοι Ἀκτίακος (97) ὁ διάκονος, ὅτι σέ τινες ἐλύπησαν καθ' ἡμῶν, διαβάλλοντες ἡμᾶς ὡς οὐκ εὐνοϊκῶς πρὸς τὴν σὴν διακειμένους σεμνότητα. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐθαύμασα εἴ τινές εἰσιν ἀνδρὶ τοσούτῳ παρεπόμενοι κόλακες. Πεφύκασι γάρ πως ταῖς μεγάλαις δυναστείαις αἱ ἀνελεύθεροι αὐταὶ παραφύεσθαι θεραπεῖαι· οἱ διὰ τὸ ἀπορεῖν οἰκείου ἀγαθοῦ, δι' οὗ γνωρισθῶσιν, ἐκ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν ἑαυτοὺς συνιστῶσι. Καὶ σχεδόν, ὥσπερ ἡ ἐρυσίβη τοῦ σίτου ἐστὶ φθορὰ ἐν αὐτῷ γινομένη τῷ σίτῳ, οὕτω καὶ ἡ κολακεία τὴν φιλίαν ὑποδυομένη, λύμη ἐστὶ τῆς φιλίας. Οὐ τοίνυν ἐθαύμασα, ὡς ἔφην, εἴ τινες, ὥσπερ οἱ κηφῆνες τὰ σμήνη, οὕτως αὐτοὶ (98) τὴν λαμπράν σου καὶ θαυμαστὴν ἑστίαν περιβομβοῦσιν. Ἀλλ' ἐκεῖνό μοι θαυμαστὸν ἐφάνη καὶ παντελῶς παράλογον, τὸ σέ, ἄνδρα ἐπὶ τῷ βάρει τοῦ ἤθους μάλιστα διαφανῆ, ἀνασχέσθαι αὐτοῖς ἀμφοτέρας ἀνεῖναι τὰς ἀκοάς, καὶ διαβολὴν κατ' ἐμοῦ παραδέξασθαι (99)· ὃς πολλοὺς ἀγαπήσας ἐκ τῆς πρώτης ἡλικίας μέχρι τοῦ γήρως τούτου, οὐδένα οἶδα εἰς φιλίαν τῆς σῆς τελειότητος προτιμήσας. Καὶ γὰρ καὶ εἰ μὴ ὁ λόγος ἔπεισέ με ἀγαπᾷν τοιοῦτον ὄντα, ἐξήρκει ἡ ἐκ παιδὸς συνήθεια προσδῆσαί με τῇ ψυχῇ σου. Οἶδας δὲ ὅσον δύναται (1) πρὸς φιλίαν τὸ ἔθος. Εἰ δὲ οὐδὲν δείκνυμι τῆς προαιρέσεως ταύτης ἄξιον, σύγγνωθί μου τῇ ἀσθενείᾳ. Καὶ γὰρ οὐδὲ αὐτὸς

1. Nuntiavit mihi Actiacus diaconus, nonnullos tibi ut nobis succenseres persuasisse, calumniam nobis inferentes, ut animo non amico erga tuam affectis gravitatem. Ego autem miratus non sum, si quidam tantum virum assectentur adulatores. Solent enim quodammodo magnis potestatibus illiberales ejusmodi cultus adhærere, quibus cum desit bonum proprium unde cognoscantur, sese ex alienis malis commendant. Et fere, quemadmodum rubigo pestis est tritici in ipso nata tritico; ita et assentatio se in amicitiam insinuans, pestis est amicitiæ. Non igitur, ut dixi, miratus sum si, quemadmodum fuci apiaria, ita isti splendidam tuam ac illustrem domum circumstrepant. Sed illud mihi mirum et omnino inexspectatum visum est, te, virum gravitate morum maxime conspicuum, adductum esse, ut utramque illis præberes aurem, et contra me calumniam acciperes: qui cum multos dilexerim a prima ætate usque ad hoc senium, neminem novi quem in amicitia integritati tuæ prætulerim. Nam etiamsi ratio non persuaderet, ut te talem virum adamarem, inita tamen tecum a puero consuetudo satis me tuæ agglutinaret animæ. Quantum autem valeat ad amicitiam consuetudo, haud ignoras. Quod si nihil exhibeo hac voluntate dignum, da veniam meæ imbecillitati. Neque enim

C

D

(93) *Βεβαιῶ δὲ κἀγώ.* Sic Harl., Med., Coisl. uterque et Regius primus. Editi Paris. βεβαιῶ σε κἀγώ. Haganoensis et Basileenses βεβαιῶ κἀγώ.

(94) *Εἴ τι ἐγεγόνει.* Ita Harl., Med. et Coisl. 2. Editi εἴ τις ἐγεγόνει. Paulo post editi, Εἰ γὰρ ἐχθροί. Sex mss. ut in textu. Sic etiam editio Hagan. et prima Basileensis.

(95) *Κατεπενοήθη τι τοῦ ἀνδρός.* Ita iidem sex mss., nempe Harl., Med., Coisl. uterque et Regius uterque. Editi κατὰ ἀνδρός.

(96) *Σωφρονίῳ μαγίστρῳ.* Ita Harl., Med. et Coisl. primus. Alii τῷ αὐτῷ, quia ad Sophronium præcesserat epistola. Editi τῷ αὐτῷ διὰ διαβολὴν ἑαυτοῦ, *Eidem ob calumniam sibi instructam.*

(97) *Ἀκτίακος.* Ita Harl., Coisl. primus, Med., Vat., Reg. primus, Clarom. et Bigot. Legitur Ἀκτιανός in aliis tribus, nempe Reg. secundo, Coisl. secundo et Paris. Editi habebant Ἀντίοχος.

(98) *Οὕτως αὐτοί.* Coisl. primus et Harl. οὕτως οὗτοι.

(99) *Παραδέξασθαι.* Coisl. primus ἀναδέξασθαι.

(1) *Ὅσον δύναται.* Harl. et Med. ὅσα δύναται.

* Alias CCCXXX. Scripta in postremis annis S. Basilii.

Digitized by Google

ipse opus a me in amicitiæ specimen exquires : sed voluntatem videlicet optima quæque tibi precantem. Absit enim ut aliquando res tuæ eo usque deprimantur, ut adeo tenuium, qualis ego sum, beneficio egeas.

2. Quomodo igitur ego contra te dicerem quidquam aut facerem in Memnonii negotio ? Hæc enim mihi narravit diaconus. Quomodo familiaritati tuæ Hymetii opes anteposuissem, hominis ita prodige rem suam absumentis? Profecto nihil horum verum est : neque dixi, neque feci quidquam contra te. **419** Illud autem fortasse occasionem dedit mentientibus, quod a me nonnullis tumultuantibus dictum est : Si statuit ille vir ad opus perducere consilium suum, sive tumultuemini, sive non, fient profecto, et loquentibus vobis et tacentibus, nihilominus quæ sibi proponit. Sin autem sententiam mutaverit, cavete deturpetis venerandum amici nostri nomen : neque sub specie studii in patronum vestrum, vobis lucrum per terrores ac minas, quas intentatis, comparate. Ad illud autem qui testamenta conscripsit, neque per me neque per alium de hoc negotio magnum minusve quidquam locutus sum.

3. Fidem autem his non debes denegare, nisi me omnino desperatum esse putes, ac magnum mendacii peccatum parvipendere. Sed omnino mihi et de hoc negotio suspicionem remitte, et in posterum calumnia omni majorem existima meam in te animi affectionem : ac imitare Alexandrum, qui cum epistolam contra medicum ut insidiatorem accepisset, atque hoc ipso tempore medicamentum ad bibendum sumeret, tantum abfuit ut fidem adhiberet calumnianti, ut simul legeret epistolam, et potionem biberet. Nullo enim ex iis, qui amicitiæ laude spectati sunt, ignobiliorem me esse profiteor, siquidem nunquam in amicitia peccasse deprehensus sum, ac præterea a Deo meo mandatum charitatis accepi : cujus tibi sum debitor, non solum ob communem hominum naturam, sed etiam quia privatim te tum in me, tum in patriam beneficum agnosco.

EPISTOLA CCLXXIII *.

Heram commendat homini jam sæpe de se bene merito.

Sine inscriptione, pro Hera.

Cum omnino persuasum sit mihi me a tua dignitate ita diligi, ut quæ ad me spectant, tua reputes ;

ἔργον παρ' ἐμοῦ εἰς ἀπόδειξιν τῆς εὐνοίας ἐπιζητήσεις (2)· ἀλλὰ προαίρεσιν δηλονότι τὰ βέλτιστά σοι συνευχομένην. Μὴ γάρ ποτε εἰς τοῦτο καταβαίη τὰ σά, ὥστε τῆς παρὰ τῶν οὕτω μικρῶν, ὁποῖός αὐτός εἰμι, εὐεργεσίας προσδεηθῆναι.

2. Πῶς οὖν ἔμελλον ἐγὼ ὑπεναντίον τί σοι λέγειν, ἢ πράττειν ἐν τοῖς κατὰ Μεμνόνιον πράγμασι; Ταῦτα γάρ μοι ἀπήγγειλεν ὁ διάκονος. Πῶς δὲ τὴν Ὑμητίου (3) εὐπορίαν προτιμοτέραν ἐτιθέμην τῆς σῆς οἰκειώσεως (4), ἀνδρὸς οὕτω δαπανῶντος τὴν οὐσίαν; Ἀλλ' οὐκ ἔστι τούτων οὐδὲν ἀληθές· οὔτε τι εἴρηται παρ' ἐμοῦ, οὔτε πέπρακται ὑπεναντίον. Ἐκεῖνο δὲ ἴσως ἀφορμὴν ἔδωκε τοῖς τὰ ψευδῆ λέγουσι, τὸ παρ' ἐμοῦ πρός τινας τῶν θορυβούντων λεχθέν· ὅτι, Εἰ μὲν προείρηται εἰς ἔργον ἀγαγεῖν τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ὁ ἄνθρωπος, κἂν θορυβήσητε ὑμεῖς, κἂν μή, γενήσεται πάντως καὶ λαλούντων ὑμῶν καὶ σιωπώντων οὐδὲν ἧττον τὰ σπουδαζόμενα· εἰ δὲ μεταβουλεύσεται, μὴ παρασύρητε τὸ σεμνότατον (5) ὄνομα τοῦ φίλου ἡμῶν, μηδὲ ἐν προσχήματι δῆθεν τῆς περὶ τὸν προστάτην ὑμῶν σπουδῆς, ἑαυτοῖς τι κέρδος ἐντεῦθεν, ἐξ ὧν ἐπανατείνεσθε φόβον καὶ ἀπειλήν, καταπράττεσθε. Πρὸς δὲ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν τὰς διαθήκας γράφοντα οὔτε δι' ἐμαυτοῦ οὔτε δι' ἑτέρου ἐφθεγξάμην ἢ μικρὸν ἢ μεῖζον περὶ τοῦ πράγματος τούτου.

3. Καὶ τούτοις ἀπιστεῖν οὐκ ὀφείλεις, εἰ μὴ παντελῶς με ἀπεγνωσμένον ἡγῇ (6), καὶ καταφρονεῖν τῆς μεγάλης ἁμαρτίας τοῦ ψεύδους. Ἀλλὰ πάνυ ἡμῖν αὐτὸς καὶ τὴν ἐπὶ τῷ πράγματι τούτῳ ὑπόνοιαν ἄφες, καὶ τοῦ λοιποῦ πάσης διαβολῆς ὑψηλοτέραν ποιοῦ τὴν ἐμὴν περὶ σὲ (7) διάθεσιν, τὸν Ἀλέξανδρον μιμούμενος, ὅς, ἐπιστολὴν κατὰ τοῦ ἰατροῦ δεξάμενος ὡς ἐπιβουλεύοντος, ἐπειδὴ ἔτυχεν ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ φάρμακον λαβὼν ὥστε πιεῖν, τοσοῦτον ἀπέσχε πιστεῦσαι τῷ διαβάλλοντι, ὥστε ὁμοῦ τε τὴν ἐπιστολὴν ἀνεγίνωσκε, καὶ τὸ φάρμακον ἔπινεν. Οὐδενὸς γὰρ τῶν ἐπὶ φιλίᾳ γνωρίμων ἀτιμότερον ἐμαυτὸν ἀξιῶ τίθεσθαι, τῷ μήτε ἁλῶναί ποτε εἰς φιλίαν ἐξαμαρτὼν, καὶ ἔτι παρὰ τοῦ Θεοῦ μου λαβεῖν τὴν ἐντολὴν τῆς ἀγάπης, ἧς χρεώστης εἰμὶ οὐ μόνον κατὰ τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ἀλλ' ὅτι καὶ ἰδίως εὐεργέτην σε γνωρίζω ἐμαυτοῦ τε καὶ τῆς πατρίδος.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΓ'.

Ἀνεπίγραφος, περὶ Ἥρα.

Ἀκριβῶς πεπεισμένος οὕτως ἡμᾶς ἀγαπᾶν τὴν σὴν τιμιότητα, ὥστε τὰ ἡμῖν διαφέροντα οἰκεῖα λο-

* Alias CCXVI. Scripta in postremis annis S. Basilii.

(2) *Ἐπιζητήσεις.* Ita Harl., Med. et Coisl. primus. Editi ἐπιζητεῖς. Paulo post eosdem tres codices secuti mutavimus quod erat in editis εἰς τοσοῦτον καταβαίη.

(3) *Ὑμητίου.* Reg. primus et Bigot. Ὑμιντίου.

(4) *Οἰκειώσεως.* Coisl. uterque, Reg. secundus et Paris. οἰκίας. Harlæanus et alii cum editis consentiunt. Videtur non sine ironia Basilius Hymetii opes prædicare, quem prodige res suas ait absumere.

(5) *Τὸ σεμνότατον.* Ita tres vetustissimi codices. Editi τὸ σεμνόν.

(6) *Ἀπεγνωσμένον ἡγῇ.* Ita Harl. et alii nonnulli. Editi ὡς ἀπεγνωσμένον εἶναι ἡγῇ. Deest ὡς etiam in Coisl. primo. Ibidem multi codices καταφρονεῖν με.

(7) *Περὶ σέ.* Harl. et Coisl. primus πρὸς σέ. Infra iidem codices πρὸς φιλίαν.

Digitized by Google

γίζεσθαι, τὸν αἰδεσιμώτατον ἀδελφὸν ἡμῶν Ἥραν, A
ὃν οὐ κατὰ συνήθειάν τινα ἀδελφὸν ἡμῶν προσαγορεύομεν, ἀλλὰ κατὰ ἀκριβεστάτην καὶ οὐδεμίαν ἔχουσαν (8) ὑπερβολὴν τῆς φιλίας διάθεσιν, συνιστῶ σου τῇ ὑπερφυεῖ καλοκαγαθίᾳ, καὶ παρακαλῶ οἰκείως (9) τε αὐτὸν θεάσασθαι, καὶ τὴν κατὰ δύναμίν σοι παρασχέσθαι αὐτῷ προστασίαν ἐν οἷς ἂν δέηται τῆς μεγαλονοίας σου· ὥστε με τοῖς πολλοῖς οἷς ἤδη τετύχηκα παρὰ σοὶ ἀγαθοῖς καὶ ταύτην ἐνειν τὴν εὐεργεσίαν συναριθμεῖν.

coiendissimum fratrem nostrum Heram, quem non ex quadam consuetudine fratrem appello, sed ex accuratissima, et qua major esse non possit amicitiæ affectione, summæ tuæ probitati commendo, ac rogo, ut et illum non secus ac necessarium tuum conspicias, eique pro viribus patrocinium impendas, quibus in rebus opus ei fuerit tua prudentia; adeo ut inter multa, quæ jam de me meritus es, hoc etiam beneficium numerare possim.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΔ'.

420 EPISTOLA CCLXXIV *.

Commendat Himerio eumdem Heram, quem ab infantia usque ad senectutem amicum habuerat.

Ἱμερίῳ (10) *μαγίστρῳ.*

Himerio magistro.

Ἡ πρὸς τὸν αἰδεσιμώτατον ἀδελφὸν Ἥραν φιλία μοι καὶ συνήθεια, ὅτι ἐκ πάνυ παιδὸς τὴν ἀρχὴν ἔλαβε, καὶ μέχρι γήρως συμπαρέμεινε (11) τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, παντὸς ἄμεινον καὶ αὐτὸς ἐπίστασαι. Σχεδὸν γὰρ καὶ τὴν τῆς σῆς μεγαλοψυχίας ἀγάπην ἐξ ἐκείνου ἡμῖν ὁ Κύριος ἐχαρίσατο, ἐξ ὅτου καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμῖν γνῶσιν προεξένησεν. Ἐπεὶ οὖν δεῖται τῆς παρὰ σοῦ προστασίας, παρακαλῶ σε καὶ καθικετεύω, τῇ τε ἀρχαίᾳ (12) περὶ ἡμᾶς διαθέσει χαριζόμενον, καὶ τῇ νῦν κατασχούσῃ ἀνάγκῃ προσχόντα, οὕτως οἰκειώσασθαι τὰ κατ' αὐτὸν πράγματα, ὥστε μηδεμιᾶς αὐτὸν ἑτέρας προστασίας δεηθῆναι, ἀλλ' ἐπανελθεῖν πρὸς ἡμᾶς πάντα καταπραξάμενον τὰ κατ' εὐχάς· ὥστε ταῖς πολλαῖς αἷς πεπόνθαμεν παρὰ σοῦ εὐεργεσίαις, καὶ ταύτην ἡμᾶς ἔχειν συναριθμεῖν, ἧς οὐκ ἂν μείζονα ἑαυτοῖς, C
οὐδὲ μᾶλλον ἡμῖν διαφέρουσαν εὑρίσκοντες οἰκειούμεθα.

Meam cum fratre colendissimo Hera amicitiam et consuetudinem a puero prorsus incepisse et ad senectutem usque Dei dono perseverasse, nemo est qui melius quam tu perspexerit. Ferme enim et tuæ magnanimitatis amicitiam ab illo tempore nobis Dominus largitus est, ex quo etiam inter nos, eo donante, cognovimus. Cum igitur ei tuo patrocinio opus sit, adhortor te ac rogo, ut et veteri nostræ amicitiæ aliquid tribuens, et ad urgentem nunc necessitatem attentus, ita negotia illius tua facias, ut nullo alio patrocinio egeat: sed omnibus ex sententia confectis, ad nos revertatur: adeo ut inter multa beneficia quæ tu in me contulisti, illud etiam queam numerare, quo majus aliud, aut quod magis mea referat, mihi attribuere B ac vindicare non possim.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΕ'.

EPISTOLA CCLXXV **.

Eidem Heræ patrocinium implorat adversus inimicorum calumnias.

Ἀνεπίγραφος, περὶ Ἥρα.

Sine inscriptione, pro Hera.

Προέλαβες τὰς παρ' ἡμῶν (13) παρακλήσεις ἐν τῇ πρὸς τὸν αἰδεσιμώτατον ἀδελφὸν (14) ἡμῶν Ἥραν διαθέσει, καὶ γέγονας αὐτῷ εὐχῆς ἀμείνων τῶν τε τιμῶν ταῖς ὑπερβολαῖς αἷς εἰς αὐτὸν ἐπεδείξω (15) καὶ ταῖς ἐφ' ἑκάστου καιροῦ προστασίαις. Ὅμως δὲ καὶ ἡμεῖς, ἐπειδὴ σιωπῇ φέρειν τὰ κατ' αὐτὸν οὐ δυνάμεθα, παρακαλοῦμέν σου τὴν ἀνυπέρβλητον τιμιότητα καὶ εἰς ἡμετέραν χάριν προσθεῖναι τῇ εἰς τὸν ἄνδρα σπουδῇ, καὶ ἀποπέμψαι αὐτὸν τῇ πατρίδι κρείττονα τῆς παρὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ ἐπηρείας· ἐπεὶ νῦν γε οὐκ ἔξω ἐστὶ βελῶν τοῦ φθόνου, πολλῶν D

Prævertisti preces meas tua erga colendissimum fratrem nostrum Heram animi affectione, ac liberalius cum eo egisti, quam precati fuissemus, cum eximiis honoribus quos ei habuisti, tum suscepto illius, quolibet tempore, patrocinio. Sed tamen cum res illius silentio præterire non possim, eximiam tuam dignitatem rogo, ut et mea causa tuo in virum studio aliquid addas, eumque inimicorum suorum calumniis superiorem in patriam remittas; non enim nunc est extra invidiæ tela, multis illius vitæ tranquillitatem perturbare conantibus. Quos contra

(8) *Ἔχουσαν.* Editi hunc locum sic exhibent: Καὶ οὐδεμίαν ὑπερβολὴν τῆς φιλίας διάθεσιν ὑπερεχομένην. Coisl. primus et Medicæus nihil discrepant ab editis, nisi quod habent: καὶ τῆς φιλίας διάθεσιν ὑπερεχόμενον. Combefisius ut lucem afferat, legit παρεχομένην. Sed tota res enitescit ex codicibus Regio secundo, Coisl. secundo, ex quibus addidimus ἔχουσαν et delevimus ὑπερεχομένην.

(9) *Οἰκείως.* Sic Med. et Coisl. primus cum aliis duobus. Editi οἰκεῖον. Mox Regius secundus et Coisl. secundus οἷς ἤδη πέπονθα παρὰ σοῦ.

(10) *Ἱμερίῳ.* Coisl. primus et Clarom. Ἡμερίῳ.

(11) *Συμπαρέμεινε.* Med. et Vat. cum Reg. secundo et Coisl. secundo παρέμεινε.

(12) *Ἀρχαίᾳ.* Deest ea vox in Coisliniano primo.

(13) *Παρ' ἡμῶν.* Præpositio addita ex quatuor mss., nempe Med., Vat., Reg. secundo et Clarom.

(14) *Ἀδελφόν.* Coisl. secundus et Reg. secundus et Clarom. ἑταῖρον.

(15) *Ἐπεδείξω.* Ita Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi ἀπεδείξω.

* Alias CCCCXVI. Scripta eodem tempore ac præcedens.

** Alias CCXVII. Scripta eodem tempore.

Digitized by Google

unum habebimus præsidium insuperabile, si tua illum manu protegere volueris.

αὐτοῦ (16) ἐπηρεάζειν ἐπιχειρούντων τῇ ἀπραγμοσύνῃ τοῦ βίου. Πρὸς οὓς μίαν εὑρήσομεν ἀσφάλειαν ἄῤῥηκτον, εἰ αὐτὸς ὑπερσχεῖν τὴν χεῖρα τοῦ ἀνδρὸς θελήσειας.

EPISTOLA CCLXXVI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟϚ'.

Cum filius Harmatii a simulacrorum cultu ad religionem Christianam conversus fuisset, hortatur patrem Basilius, ut filii in iis, quæ ad corpus attinent, obedientia contentus, idem jus sibi in animam non arroget, sed potius illius animi fortitudinem admiretur, quod veri Dei cultum paterno obsequio antiquiorem habuerit.

Harmatio magno.

Et communis hominum omnium lex communes parentes dedit adolescentibus senes: et nostra Christianorum propria nos seniores in parentum loco talibus constituit. Itaque **421** ne me inutiliter existimes ac citra necessitatem curiosum esse, si deprecatorem me præbeo pro tuo apud te filio. Hujus quidem in cæteris obedientiam a te reposci æquum judicamus: enim vero obnoxius tibi est, quantum ad corpus attinet, et ex lege naturæ et ex civili illa qua regimur. Animam autem, ut ex divinioribus acceptam, credere par est alteri subjici oportere, ac debitis longe omnium præstantissimis Deo obstrictam esse. Quoniam igitur nostrum Christianorum Deum, eumque verum, pluribus vestris diis, et qui per corporea symbola coluntur, anteposuit, non idcirco illi succenseas, sed potius admirare animi fortitudinem, quod timore et obsequio paterno antiquius ei fuerit, per veram cognitionem ac vitam virtuti consentaneam conjungi cum Deo. Exorabit quidem te et natura ipsa, et morum lenitas in omnes ac mansuetudo, ut ne tantillum quidem illi succensere in animum inducas. Profecto autem nec meam deprecationem fastidies, vel potius per me adimpletam tuæ civitatis deprecationem: quæ quia te amat, tibique bona omnia precatur, teipsum quoque sibi videtur Christianum suscepisse. Tanto illos gaudio perfudit fama subito civitati allata.

Ἁρματίῳ (17) τῷ μεγάλῳ.

Καὶ ὁ κοινὸς πάντων ἀνθρώπων νόμος κοινοὺς πατέρας ποιεῖ τοὺς ἐν ἡλικίᾳ (18) πρεσβύτας, καὶ ὁ ἡμέτερος δὲ τῶν Χριστιανῶν ἴδιος τοὺς γέροντας ἡμᾶς ἐν γονέων τάξει καθίστησι τοῖς τηλικούτοις. Ὥστε μὴ περιττόν με ἡγήσῃ, μηδὲ ἔξω τῶν ἀναγκαίων περιεργάζεσθαι, εἰ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς ἐγὼ πρεσβεύω τοῦ σοῦ πρὸς σέ. Οὗ τὴν μὲν ἐν τοῖς ἄλλοις ὑπακοὴν ἀξιοῦμέν σε ἀπαιτεῖν· ὑπεύθυνος γάρ ἐστιν εἰς τὸ σῶμα, καὶ τῷ νόμῳ τῆς φύσεως, καὶ τῷ πολιτικῷ τούτῳ καθ' ὃν οἰκονομούμεθα· τὴν μέντοι ψυχήν, ὡς ἐκ θειοτέρων ἔχων ἧκεν, ἄλλῳ νομίζειν (19) ὑποκεῖσθαι προσῆκον, καὶ Θεῷ ὀφείλεσθαι παρ' αὐτῆς χρέα τὰ πάντων χρεῶν πρεσβύτατα. Ἐπεὶ οὖν τὸν Θεὸν τὸν ἡμέτερον τῶν Χριστιανῶν, τὸν ἀληθινὸν, πρὸ τῶν παρ' ὑμῖν πολλῶν, καὶ δι' ὑλικῶν συμβόλων θεραπευομένων προείλετο, μὴ δυσχεραίνειν αὐτῷ, μᾶλλον δὲ καὶ θαυμάζειν τῆς ψυχῆς τὸ γενναῖον, ὅτι καὶ φόβου καὶ θεραπείας πατρικῆς προτιμότερον ἔθετο διὰ τῆς ἀληθοῦς ἐπιγνώσεως καὶ τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου οἰκειωθῆναι Θεῷ. Δυσωπήσει μὲν οὖν σε καὶ αὐτὴ ἡ φύσις, καὶ τὸ τοῦ τρόπου πρᾶον περὶ πάντα (20) καὶ ἥμερον, οὐδὲ πρὸς ὀλίγον ἐπιτρέψαι σοι τὴν ἐπ' αὐτῷ λύπην· πάντως δὲ οὐδὲ τὴν ἡμετέραν ἀτιμάσεις (21) πρεσβείαν μᾶλλον δὲ τὴν τῆς σῆς πόλεως δι' ἡμῶν πληρουμένην, οἱ τῷ (22) περὶ σὲ φίλτρῳ, καὶ τῷ πάντα σοι εὔχεσθαι τὰ καλὰ, καὶ σὲ αὐτὸν οἴονται Χριστιανὸν ὑποδέξασθαι. Οὕτως αὐτοὺς περιχαρεῖς διέθηκε φήμη ἀθρόως ἐμπεσοῦσα τῇ πόλει.

EPISTOLA CCLXXVII**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΖ'.

Basilius cum audisset ex Theotecno de Maximi virtutibus, gratulatur ei, quod ex illustri genere ad evangelicam vitam translatus fuerit; eique demonstrat unum esse expetendum et laudabile, æternum bonum: cætera autem umbra esse tenuiora et somnis fallaciora.

Maximo scholastico.

Retulit mihi honestus ac bonus Theotecnus quæ

Μαξίμῳ (23) σχολαστικῷ.

Ἀνήγγειλέ μοι ὁ καλὸς καὶ ἀγαθὸς Θεότεκνος τὰ

* Alias CCCLXV. Scripta in postremis annis S. Basilii.

** Alias XLII. Scripta in postremis annis S. Basilii.

(16) *Πολλῶν αὐτοῦ*. Sic tres iidem codices. Editi πολλῶν αὐτόν.

(17) *Ἁρματίῳ*. Non legitur τῷ μεγάλῳ in nonnullis codicibus mss. recentioribus.

(18) *Τοὺς ἐν ἡλικίᾳ*. Nullus dubito quin legendum sit τοῖς ἐν ἡλικίᾳ, *adolescentibus*. Combefisius legendum putat νέων πατέρας, *juvenum parentes*. Sed vir doctus idem commisit ac interpres, ut his verbis ἐν ἡλικίᾳ adolescentiam designari non intelligeret. Sequentibus autem verbis τοὺς γέροντας ἡμᾶς, *nos seniores*, non ætatem, sed dignitatem sacerdotii indicari existimo, ita ut idem valeant ac *nos presbyteros*.

(19) *Νομίζειν*. Harl. et Med. νομίζων. Illud autem νομίζειν eodem modo intelligendum, ac infra μὴ δυσχεραίνειν, vel referendo ad superius verbum ἀξιοῦμεν, vel subaudiendo χρή, ut in pluribus apud Basilium locis.

(20) *Περὶ πάντα*. Quinque codices recentiores habent περὶ πάντας, et paulo post ἐπιτρέψει. Sed vetustissimi codices cum editis consentiunt

(21) *Ἀτιμάσεις*. Ita tres vetustissimi codices et alii nonnulli. Legitur ἀτιμάσῃς in Regio primo et Bigot. altero. Editi ἀτιμάσοις.

(22) *Οἱ... οἴονται*. Ita Coisl. primus, cui favent Harl., Med., Reg. secundus et Coisl. secundus, in quibus legitur οἴονται. Editi ἧ... οἴεται. Mox Coisl. primus περιχαρής, id est, *lætus nuntius*

(23) *Μαξίμῳ σχολαστικῷ*. Sic reperimus in sex veteribus libris, nempe Coisl. utroque, Harl., Med.,

Digitized by Google

περὶ τῆς σεμνότητός σου, καὶ ἐνεποίησέ μοι πόθον τῆς σῆς συντυχίας, ἐναργῶς (24) ὑπογράφων τῷ λόγῳ τῆς ψυχῆς σου τὸν χαρακτῆρα· καὶ τοσοῦτον ἐξέκαυσέ μοι τὸ περὶ σὲ φίλτρον, ὥστ', εἰ (25) μὴ καὶ τῷ γήρᾳ ἐβαρυνόμην, καὶ τῇ συντρόφῳ κατειχόμην ἀσθενείᾳ, καὶ μυρίαις ταῖς κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν φροντίσιν ἡμην πεπεδημένος, οὐδὲν ἂν με κατέσχεν αὐτὸν γενέσθαι παρὰ σέ. Καὶ γὰρ οὐ μικρὸν τῷ ὄντι κέρδος, ἐξ οἰκίας μεγάλης καὶ γένους, περιφανοῦς πρὸς τὸν εὐαγγελικὸν (26) μεταστάντα βίον, χαλινῶσαι μὲν λογισμῷ τὴν νεότητα, τὰ δὲ τῆς σαρκὸς πάθη δοῦλα τῷ λόγῳ (27) ποιῆσαι· ταπεινοφροσύνῃ δὲ κεχρῆσθαι, τῇ ὀφειλομένῃ Χριστιανῷ, φρονοῦντι περὶ ἑαυτοῦ, οἷα εἰκὸς, ὅθεν ἔφυ, καὶ οἱ (28) πορεύεται. Ἡ γὰρ τῆς φύσεως ἔννοια καταστέλλει μὲν τῆς ψυχῆς τὸ φλεγμαῖνον, ἀλαζονείαν δὲ πᾶσαν καὶ αὐθάδειαν ὑπερορίζει· καὶ τὸ ὅλον, μαθητὴν τοῦ Κυρίου καθίστησι, τοῦ εἰπόντος· *Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ*: Τῷ ὄντι γὰρ, φίλτατε παίδων, μόνον περισπούδαστον καὶ ἐπαινετὸν τὸ διαρκὲς ἀγαθόν. Τοῦτο δέ ἐστιν ἡ παρὰ Θεοῦ τιμή. Τὰ δὲ ἀνθρώπινα ταῦτα σκιᾶς ἐστιν ἀμυδρότερα, καὶ ὀνείρων ἀπατηλότερα. Ἥ τε γὰρ νεότης τῶν ἡρινῶν ἀνθέων ὀξύτερον καταῤῥεῖ, καὶ ὥρα σώματος ἢ νόσῳ ἢ χρόνῳ καταμαραίνεται (29). Καὶ πλοῦτος μὲν ἄπιστος, δόξα δὲ εὐπερίτρεπτος. Αἵ τε περὶ τὰς τέχνας διαπονήσεις τῷ χρόνῳ τούτῳ συναπαρτίζονται. Ἀλλὰ καὶ τὸ περισπούδαστον ἅπασιν, οἱ λόγοι ἄχρι τῆς ἀκοῆς χάριν ἔχουσιν. Ἀρετῆς δὲ ἄσκησις τίμιον μὲν κτῆμα τῷ ἔχοντι, ἥδιστον δὲ θεαμάτων (30) τοῖς ἐντυγχάνουσιν. Ὧν ἐπιμελούμενος, ἄξιον σεαυτὸν καταστήσεις τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀποκειμένων παρὰ τοῦ Κυρίου ἀγαθῶν. Τίνι δ' ἂν τρόπῳ ἔλθοις πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἀνάληψιν καὶ ὅπως ἂν τὰ κτηθέντα διασώσαιο (31), μακρότερον εἰπεῖν ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμὴν τοῦ λόγου. Ἐπῆλθε δ' οὖν ἐμοὶ καὶ αὐτὰ ταῦτά (32) σοι προσφωνεῖσθαι, ἐξ ὧν ἤκουσα παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ Θεοτέκνου· ὃν πάντοτε μὲν εὔχομαι ἀληθεύειν, μάλιστα δὲ ἐν τοῖς περὶ σοῦ λόγοις, ἵνα πλέον δοξάζηται ἐπὶ σοὶ ὁ Κύριος, ἀπὸ ῥίζης ἀλλοτρίας τοῖς πολυτιμήτοις καρποῖς τῆς εὐσεβείας βρύοντι.

A ad tuam gravitatem spectant, mihique injecit desiderium tui congressus, clare depingens oratione animi tui effigiem; ac tantum in me tui amorem incendit ut, nisi et senio gravarer, et mecum nutrita detinerer infirmitate, et innumeris Ecclesiæ curis constrictus essem, nihil remorari me posset, quominus te convenirem. Neque enim parvum revera lucrum est, ex ampla familia et illustri genere ad evangelicam translatum vitam, refrenare ratione juventutem, carnisque libidines rationis imperio subjicere, et humilitatem amplecti consentaneam Christiano, de seipso, ut par est, unde scilicet prodierit, et quo abiturus sit, sentienti. Nam naturæ consideratio reprimit animi tumorem, et omnem jactantiam ac contumaciam exterminat; ac uno B verbo, discipulum constituit Domini, qui dixit: *Discite a me quia mitis sum et humilis corde* [33]. Revera enim, fili charissime, unum est expetendum et laudabile, æternum bonum; **422** hoc autem est, in pretio et honore esse apud Deum. At humana hæc tenuiora sunt umbra, et somniis fallaciora. Juventus enim vernis floribus citius defluit, et corporis venustas aut morbo aut tempore flaccescit. Atque divitiæ quidem infidæ sunt: gloria vero facile mutabilis. Ipsa etiam artium studia hujus ævi finibus continentur. Sed et eloquentia, quæ studio digna omnibus videtur, auribus tenus gratiam obtinet. Sed virtutis exercitatio pretiosa est habenti possessio, spectaculum occurrentibus jucundissimum. His studium impendens, dignum te C ipsum præstabis promissis a Domino bonis. Cæterum quomodo ad optimarum rerum acquisitionem pertingas, et quomodo acquisitas conserves, longius est dicere, quam pro præsenti sermonis instituto: sed tamen venit mihi in mentem, hæc ipsa tibi dicere, ob ea quæ a fratre Theotecno audivi; quem semper quidem optarim verum loqui, maxime vero cum de te sermonem habet, ut uberius glorificetur in te Dominus, pretiosissimis pietatis fructibus ex radice aliena abundanti.

[33] Matth. xi, 29.

Vat. et Reg. secundo. Regius primus et editi τῷ αὐτῷ, id est, Maximo philosopho, cui inscripta erat epistola alias 41, istam præcedens in antiquo litterarum ordine. Utrumque Maximum distinguendum esse ostendetur in *Vita S. Basilii*.

(24) *Ἐναργῶς*. Sic mss. septem. Editi σαφῶς.

(25) *Ἐξέκαυσέ μοι... ὥστ', εἰ*. Sic tres vetustissimi codices. Editi ἐξέκαυσέ μου... ὡς. Habent etiam Coisl. secundus et Reg. secundus ἐξέκαυσέ μοι.

(26) *Εὐαγγελικόν*. Ita Harl., Coisl. uterque, Med. et Reg secundus. Editi ἀγγελικόν.

(27) *Τῷ λόγῳ*. Ita Harl., Coisl. primus et Med. Editi τῷ λογισμῷ.

(28) *Καὶ οἱ*. Voculam secundam addimus ex sex mss. Ibidem quidam codices πορεύσεται. Non multo post editi μαθητὴν τοῦ Χριστοῦ. Tres vetustissimi D codices et Reg. secundus ut in textu.

(29) *Καταμαραίνεται*. Harl. ἀπομαραίνεται. Quatuor alii codices non antiquissimi μαραίνεται.

(30) *Θεαμάτων*. Ita Harl., Coisl. primus et plures alii. Vat. θαυμάτων, *miraculum jucundissimum*. Editi θέαμα. Ibidem editi ἧς ἐπιμελούμενος. Septem mss. ut in textu. Paulo post iisdem freti codicibus mutavimus quod erat in editis παρὰ Θεοῦ ἀγαθῶν, τὸ δὲ, ποίῳ ἂν... καὶ πῶς.

(31) *Διασώσαιο*. Ita tres vetustissimi codices. Tres alii διασώσοιο. Editi διασώσεις.

(32) *Αὐτὰ ταῦτα*. Ita mss. sex. Vaticanus codex αὐτοῦ ταῦτα. Editiones Hagan. et Basil. τοῦ ταῦτα. Paris. prima τὰ ταῦτα. Altera cum antiquioribus consentit.

Digitized by Google

EPISTOLA CCLXXVIII*.

Cum sæpe Valeriani videndi spes Basilium frustrata esset, rogat eum per litteras ut ad se venire non gravetur.

Valeriano.

Tuam ego nobilitatem, etiam in Orphanene cum essem, cupiebam videre. Sperabam enim te Corsagænis versantem, libenter ad nos accessurum, si conventum in Attagænis celebraremus. At cum hunc conventum non habuerim, in monte videre te exoptabam. Rursus enim hic Evesus, cum non longe absit, spem congressus augebat. Sed cum neutrum in locum venerim, scribere institui, ut ad me digneris proficisci, cum rem æquam faciens, dum juvenis ad senem accedes; tum per congressum aliquod a me consilium accepturus, propterea quod negotia Cæsareæ cum nonnullis habes, quæ ut componantur, opera mea indigent. Itaque, si molestum non est, ne pigreris ad me venire.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΗ'.

Οὐαλεριανῷ.

Ἐγὼ τὴν εὐγένειάν σου, καὶ κατὰ τὴν Ὀρφανήνην (33) γενόμενος, ἐπεθύμουν ἰδεῖν. Προσεδόκων γάρ σε ἐν Κορσαγαίνοις διάγοντα μὴ ὀκνήσειν πρὸς ἡμᾶς διαβῆναι ἐν Ἀτταγαίνοις (34) τελοῦντας τὴν σύνοδον. Ἐπεὶ δὲ ἐκείνης διήμαρτον τῆς συνόδου, ἐπεθύμουν ἰδεῖν ἐν τῷ ὄρει. Πάλιν γὰρ ἐκεῖ ἡ Εὔησος (35), πλησίον οὖσα, τὴν ἐλπίδα τῆς συντυχίας ἐπέτεινεν. Ὡς δὲ ἀμφοτέρων διήμαρτον, ἦλθον ἐπὶ τὸ γράφειν, ἵνα καταξιώσῃς με καταλαβεῖν· ὁμοῦ μὲν τὸ εἰκὸς ποιῶν, νέος φοιτῶν παρὰ γέροντι, ὁμοῦ δὲ καὶ διὰ τῆς συντυχίας ἐσχόμενός τινα παρ' ἡμῶν συμβουλήν, διὰ τὸ εἶναί σοι πράγματα πρός τινας τῶν ἐν Καισαρείᾳ, τὰ δεόμενα τῆς ἡμετέρας μεσιτείας πρὸς τὴν διόρθωσιν. Ἐὰν οὖν ἀνεπαχθὲς ᾖ, μὴ κατοκνήσῃς ἡμᾶς καταλαβεῖν.

EPISTOLA CCLXXIX**.

Commendat præfecto civem Tyanensem.

Modesto præfecto.

Quamvis multi litteras a me ad tuam dignitatem perferant, tamen ob eximium honorem, quem mihi habes, magnanimitati tuæ nullam arbitror molestiam multitudine litterarum exhiberi. Quamobrem libenter huic **423** etiam fratri hanc epistolam tradidi; cum mihi compertum sit et ipsum omnium, quæ in optatis habet, compotem fore, et me apud te inter beneficos numerandum, qui beneficiorum occasiones bonæ tuæ voluntati ministrem. Quam ad rem itaque patrocinio tuo indigeat, ipse tibi exponet, si modo illum benigno digneris aspicere oculo, eique apud præstantissimam tuam potestatem loquendi fiduciam dederis. Ego autem id quod in me situm est, per litteras declaro, quidquid in illum fiet, proprium mihi emolumentum videri; præsertim quia Tyanis profectus, hanc ob causam ad me venit, quasi magnum aliquod lucrum habiturus, si epistolam meam veluti supplicantis insigne proferret. Itaque, ut et ipse de spe non decidat, et ego honore consueto perfruar, et tuum illud bonarum rerum studium etiam in præsenti negotio adimpleatur, precamur illum a te benigne suscipi, et inter tuos maxime necessarios numerari.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΟΘ'.

Μοδέστῳ (36) ὑπάρχῳ.

Κἂν πολλοὶ ὦσιν οἱ γράμματα παρ' ἡμῶν προσκομίζοντες τῇ τιμιότητί σου, ἀλλὰ διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς σῆς περὶ ἡμᾶς (37) τιμῆς ἡγοῦμαι τὸ πλῆθος τῶν γραμμάτων ὄχλον μηδένα παρέχειν τῇ μεγαλοφυΐᾳ σου. Διὰ τοῦτο προθύμως καὶ τῷ ἀδελφῷ τούτῳ τὴν ἐπιστολὴν ἔδωκα (38) ταύτην· εἰδὼς ὅτι καὶ αὐτὸς πάντων τεύξεται τῶν σπουδαζομένων, καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς εὐεργέταις λογισθησόμεθα παρὰ σοί, ἀφορμὰς εὐποιῶν προξενοῦντες τῇ ἀγαθῇ προαιρέσει σου. Τὸ μὲν οὖν πρᾶγμα εἰς ὃ δεῖται τῆς προστασίας σου, αὐτὸς ἐρεῖ, ἐὰν αὐτὸν εὐμενεῖ καταξιώσῃς προσιδεῖν τῷ βλέμματι, καὶ δῷς αὐτῷ θάρσος ὥστε φωνὴν ῥῆξαι ἐπὶ τῆς μεγάλης σου καὶ ὑπερφυοῦς ἐξουσίας· ἡμεῖς δὲ τὸ ἡμέτερον διὰ τοῦ γράμματος παριστῶμεν, ὅτι τὸ εἰς αὐτὸν γινόμενον οἰκεῖον ἡγούμεθα κέρδος· διὰ τὸ μάλιστα, ἐκ τῆς Τυανέων αὐτὸν ἀναστάντα, τούτου ἕνεκεν ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς, ὡς μέγα τι ἕξοντα κέρδος, εἰ τὴν ἡμετέραν ἐπιστολὴν ἀνθ' ἱκετηρίας προβάλοιτο. Ἵνα οὖν μήτε αὐτὸς τῶν ἐλπίδων ἐκπέσῃ, καὶ ἡμεῖς τῆς συνήθους τιμῆς ἀπολαύσωμεν, καὶ σοὶ ἡ περὶ τὰ ἀγαθὰ σπουδὴ καὶ ἐπὶ τῆς παρούσης ὑποθέσεως πληρωθῇ, ἀξιοῦμεν δεχθῆναι αὐτὸν εὐμενῶς, καὶ ἐναρίθμιον γενέσθαι τοῖς οἰκειοτάτοις σοῦ.

EPISTOLA CCLXXX***.

Commendat hominem sibi propinquum, quemque in filii loco habebat.

Modesto præfecto.

Quamquam audacia est tanto viro per litteras

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠ'.

Μοδέστῳ ὑπάρχῳ.

Εἰ καὶ τολμηρὸν ἀνδρὶ τοσούτῳ διὰ γραμμάτων

* Alias CCCCXXV. Scripta in episcopatu.
** Alias CCLXXIV. Scripta in episcopatu.
*** Alias CCLXXV. Scripta in episcopatu.
(33) *Ὀρφανήνην.* Coisl. primus et Clarom. Ὀρφανήν.
(34) *Ἀτταγαίνοις.* Coisl. primus Ἀταΐνοις.
(35) *Εὔησος.* Coisl. primus Εὐήσας.
(36) *Μοδέστῳ.* Hic obiter monebo veteres libros, in quibus hæ epistolæ vario ordine continentur, non ὑπάρχου, sed ἐπάρχου titulum Modesto tribuere. Quod quidem recte emendatum fuit in editis.
(37) *Περὶ ἡμᾶς.* Ita plerique mss. Editi πρὸς ἡμᾶς.
(38) *Ἔδωκα.* Reg. secundus δέδωκα.

Digitized by Google

ἱκεσίας προσάγειν, ἀλλ' οὖν ἡ προϋπάρχουσα περὶ ἡμᾶς παρὰ σοῦ τιμὴ ἀφαιρεῖται τῆς καρδίας ἡμῶν τὸ δεῖλόν, καὶ καταθαρροῦμεν ἐπιστέλλειν ὑπὲρ ἀνθρώπων, οἰκείων μὲν ἡμῖν κατὰ γένος, τιμῆς δὲ ἀξίων διὰ τὴν δεξότητα τῶν ἠθῶν. Ὁ τοίνυν τὴν ἐπιστολήν ἡμῶν ταύτην ἐπιδιδοὺς (39) ἐν υἱοῦ μοι τάξει καθέστηκεν. Ἐπεὶ οὖν δεῖται μόνης τῆς παρὰ σοῦ εὐμενείας εἰς τὸ γενέσθαι αὐτῷ τὰ ἐπιζητούμενα, καταξίωσον δέξασθαί μου τὸ γράμμα, ὃ ἀνθ' ἱκετηρίας προτείνεταί σοι ὁ πρειρημένος· καὶ δοῦναι αὐτῷ καιρὸν διηγήσασθαι τὰ καθ' ἑαυτὸν (40), καὶ διαλεχθῆναι τοῖς δυναμένοις αὐτῷ συνεργῆσαι, ἵνα τῷ προστάγματί σου ταχέως τύχῃ τῶν σπουδαζομένων, καὶ ἐμοὶ ὑπάρξῃ καλλωπίσασθαι (41) ὅτι μοι δέδοται τοιοῦτος παρὰ τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ προστάτης, ὃς τοὺς ἐμοὶ προσήκοντας ἰδίους ἡγεῖται ἱκέτας καὶ πρόσφυγας.

A supplicare, tamen honor, quem a te præcepi, timiditatem e meo corde expellit, ac fidenter ad te scribo pro hominibus mihi quidem genere propinquis, sed honore dignis ob morum probitatem. Itaque qui hanc nostram reddit epistolam, mihi loco filii est. Cum ergo sola tua benevolentia ei opus sit, voti ut compos fiat, litteras meas quas tibi vir memoratus, veluti quoddam supplicantis insigne offert, digneris accipere, eique tempus concedere res suas enarrandi, et cum iis qui illum juvare possunt colloquendi, ut, jubente te, cito optata consequatur, ac mihi gloriari liceat, quod Dei dono datus sit mihi patronus, qui meos necessarios, proprios supplices ac perfugas esse ducit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΑ'.

EPISTOLA CCLXXXI*.

Rogat ut Helladius peræquatoris munere liberetur.

Μοδέστῳ ὑπάρχῳ.

Modesto præfecto.

B

Μέμνημαι τῆς μεγάλης σου τιμῆς, ὅτι μοι (42) μετὰ τῶν ἄλλων ἔδωκας καὶ τὸ θαρσεῖν ἐπιστέλλειν σου τῇ μεγαλοψυχίᾳ. Κέχρημαι τοίνυν τῇ δωρεᾷ, καὶ ἀπολαύω τῆς φιλανθρωποτάτης χάριτος, ὁμοῦ μὲν ἐμαυτὸν εὐφραίνων ἐκ τοῦ διαλέγεσθαι ἀνδρὶ τοσούτῳ, ὁμοῦ δὲ καὶ τῇ σῇ μεγαλονοίᾳ καιρὸν ἐνδιδοὺς σεμνύνειν ἡμᾶς ταῖς ἀποκρίσεσιν. Ἐπεὶ δὲ ἱκέτευσα (43) τὴν σὴν ἡμερότητα ὑπὲρ τοῦ ἑταίρου ἡμῶν Ἑλλαδίου τοῦ πρωτεύοντος, ὥστε, τῆς ἐπὶ τῇ ἐξισώσει φροντίδος αὐτὸν ἀνεθέντα, ἐν τοῖς πράγμασι τῆς πατρίδος ἡμῶν συγχωρηθῆναι μοχθεῖν, καί τινος εὐμενοῦς νεύματος ἠξιώθην, ἀνανεοῦμαι τὴν αὐτὴν πρεσβείαν, καί σε καθικετεύω καταπεμφθῆναι πρόσταγμα τῷ ἄρχοντι τῆς ἐπαρχίας συγχωρῆσαι αὐτῷ τὴν ἐνόχλησιν.

Memini magni honoris a te delati, cum mihi inter alia fiduciam magnanimitati tuæ scribendi dedisti. Utor igitur dono, ac beneficio humanissimo fruor; cum ipse gaudens, quod cum tanto viro colloquar, tum etiam magnanimitati tuæ occasionem me responsis honestandi ministrans. Cum autem jam tuæ clementiæ pro sodali meo Helladio principali supplicaverim, ut exæquandi cura liberato laborem in res patriæ nostræ impendere 424 liceat, cumque me benevolo quodam nutu dignatus sis, preces easdem renovo, obtestorque mandatum ad provinciæ rectorem mittas, ut ei hanc molestiam condonet.

C

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΒ'.

EPISTOLA CCLXXXII**.

Invitat ad celebritatem martyrum, non sine peracuta reprehensione, quod non vocatus queratur, vocatus vero non veniat.

Πρὸς ἐπίσκοπον (44).

Ad episcopum.

Μὴ καλούμενος ἐγκαλεῖς, καὶ καλούμενος οὐχ ὑπακούεις. Ἐκ δὲ τῶν δευτέρων δῆλος εἶ καὶ τῇ προτέρᾳ σκέψει μάτην χρησάμενος. Οὐ γὰρ ἂν ἦκες, ἐκ τῶν εἰκότων, οὐδὲ τότε κληθείς. Ἐπάκουσον οὖν καλοῦσι νῦν, καὶ μὴ γένῃ πάλιν ἀγνώμων· εἰδὼς, ὡς ἐγκλήματι προστιθέμενον ἔγκλημα βεβαιοῖ καὶ πιστοτέραν ἐργάζεται τοῦ προτέρου τὴν κατηγορίαν τὸ δεύτερον. Ἀεὶ δέ σε καὶ ἡμῶν ἀνέχεσθαι παρακαλῶ· εἰ δὲ ἡμῶν οὐκ ἀνέχῃ, ἀλλ' οὐ τῶν μαρτύρων ἀμελῆσαι δίκαιον· ὧν ταῖς μνείαις κοινωνήσων καλῇ. Δὸς οὖν πρῶτον μὲν ἀμφοτέροις, εἰ δὲ τοῦτό σοι μὴ δοκεῖ (45), τοῖς γοῦν τιμιωτέροις τὴν χάριν.

Non vocatus quiritas, vocatus vero non obsequeris. Liquet autem ex secundis te in prioribus inani prætextu usum esse. Neque enim venisses, ut credere par est, etiamsi vocatus tunc fuisses. Obtempera igitur nunc vocantibus, et ne iterum fias iniquus, cum probe scias, crimen crimine accedente confirmari, et secunda culpa certiorem fieri accusationem prioris. Te autem semper adhortor, me ut patienter feras: quod si me non fers patienter, saltem æquum fuerit, ut martyres nequaquam contemnas, quorum ut memoriis communices advocaris. Fac igitur in primis ab utrisque, sin hoc tibi visum non fuerit, saltem a præstantioribus gratiam ineas.

D

(39) *Ἐπιδιδούς.* Coisl. secundus ἐπιδούς.
(40) *Τὰ καθ' ἑαυτόν.* Ita mss. Editi τὰ καθ' αὐτόν.
(41) *Ὑπάρξῃ καλλωπίσασθαι.* Ita tres vetustissimi codices. Editi ὑπάρχῃ καλλωπίζεσθαι.
(42) *Ὅτι μοι.* Coisl. primus et Med. ὅτι με.
(43) *Ἐπεὶ δὲ ἱκέτευσα.* Coisl. primus ἐπειδὴ δὲ ἱκέτευσα.
(44) *Πρὸς ἐπίσκοπον.* Harl. et Clarom. ἐπισκόπῳ καλουμένῳ εἰς σύνοδον, *Episcopo ad conventum vocato.*
(45) *Μὴ δοκεῖ.* Harl. μὴ δοκῇ.
* Alias CCLXXVIII. Scripta in episcopatu.
** Alias CCCXXXVI. Scripta in episcopatu.

Digitized by Google

EPISTOLA CCLXXXIII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΓ'.

Spem affert viduæ se illam visurum, alio conventu, post eos quos brevi habiturus erat, indicto. Somnium quoddam illius interpretatur.

Ad viduam.

Diem quidem conventui idoneum inventuros nos speramus, post eos conventus, quos in montanis locis indicturi sumus. Colloqui autem tempus, præter conventus celebrationem, nullum aliud nobis apparet, nisi quid præter spem Dominus dispensaverit. Conjecturam autem facere debes ex statu rerum tuarum. Si enim nobilitatem tuam de una domo sollicitam tanta circumstat turba curarum, quantis putas me quotidie negotiis distineri? Tuum autem somnium perfectiore quadam ratione arbitror id significare, contemplationis animi curam aliquam esse suscipiendam; ac oculos illos, quibus Deus conspici potest, esse sanandos. Cæterum solatium ex Scripturis divinis habens, neque me, neque alio quoquam ad ea quæ decent perspicienda indigebis, satis munita Spiritus sancti consiliis, ejusque præsidio, ad ea quæ conducunt.

Ἐλευθέρᾳ.

Ἡμέραν μὲν ἐπιτηδείαν τῆς συνόδου (46) ἐλπίζομεν εὑρίσκειν μετὰ τὰς κατὰ τὴν ὀρεινὴν μελλούσας παρ' ἡμῶν τυποῦσθαι· συντυχίας δὲ (47) καιρὸς ἄνευ τῆς κατὰ τὴν σύνοδον λειτουργίας ἄλλος ἡμῖν οὐχ ὑποφαίνεται· πλὴν ἐὰν μή τι ἔξω τῶν ἐλπιζομένων ὁ Κύριος οἰκονομήσῃ. Στοχάζεσθαι δὲ ὀφείλεις ἐκ τῶν κατὰ σεαυτὴν (48) πραγμάτων. Εἰ γὰρ τῇ σῇ εὐγενείᾳ μιᾶς φροντιζούσῃ (49) τοσοῦτος περίκειται ὄχλος μεριμνῶν, πόσας νομίζεις ἡμᾶς τὰς ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας ἀσχολίας ἔχειν; Τὸ δὲ σὸν ὄναρ ἡγοῦμαι τελειότερον ἐνδείκνυσθαι, ὡς ἄρα δέοι περὶ τῆς κατὰ ψυχὴν θεωρίας ποιεῖσθαί τινα ἐπιμέλειαν, κἀκείνους τοὺς ὀφθαλμοὺς θεραπεύειν οἷς ὁ θεὸς ὁρᾶσθαι πέφυκεν. Ἔχουσα δὲ τὴν ἐκ τῶν θείων Γραφῶν παράκλησιν, οὔτε ἡμῶν οὔτε ἄλλου τινὸς δεηθήσῃ πρὸς τὸ τὰ δέοντα συνορᾷν, αὐτάρκη τὴν ἐκ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔχουσα συμβουλίαν καὶ ὁδηγίαν πρὸς τὸ συμφέρον.

EPISTOLA CCLXXXIV**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΔ'.

Petit ut monachi a tributis sint immunes.

Ad censitorem, causa monachorum.

Equidem puto jam normam aliquam constitutam esse apud tuam dignitatem de iis quæ spectant ad monachos, adeo ut necesse non habeam peculiare beneficium ipsis **425** petere, sed satis sit eis, communi cum omnibus perfrui humanitate. Sed tamen mei officii esse ducens, horum hominum pro viribus curam gerere, ad eximiam tuam prudentiam litteras mitto, ut qui jam olim sæculo nuntium remiserunt, ac suum ipsorum corpus ita mortificarunt, ut neque pecuniis, neque corporeo labore quidquam prodesse publicæ rei possint, tributis eximantur. Enimvero, si modo secundum professionem vivant, neque pecunias, neque corpora habent; cum illas videlicet in egenorum usus profuderint, hæc vero jejunando ac precando contriverint. Scio autem fore, ut nihil magis revereare, quam homines ita viventes, tibique illos adjutores parare velis, ut qui per evangelicum vivendi genus Dominum placare possint.

Περὶ μοναζόντων (50), *κηνσίτορι.*

Οἶμαι μέν τινα ἤδη τύπον κεκρατῆσθαι παρὰ τῇ τιμιότητί σου τῶν μοναζόντων ἕνεκεν, ὡς μηδὲν ἡμᾶς δεῖσθαι ἰδιάζουσαν χάριν ἐπ' αὐτοῖς αἰτεῖν, ἀλλ' ἐξαρκεῖν αὐτοῖς, εἰ τῆς κοινῆς μετὰ πάντων ἀπολαύσειαν φιλανθρωπίας· ὅμως δὲ καὶ ἐμαυτῷ ἐπιβάλλειν ἡγούμενος φροντίζειν, τὰ δυνατά, τῶν τοιούτων, ἐπιστέλλω τῇ τελείᾳ συνέσει σου τοὺς πάλαι μὲν ἀποταξαμένους τῷ βίῳ, νεκρώσαντας δὲ ἑαυτῶν τὸ σῶμα, ὡς μήτε ἀπὸ χρημάτων μήτε ἀπὸ τῆς σωματικῆς ὑπηρεσίας δύνασθαί τι παρέχειν τοῖς δημοσίοις χρήσιμον, ἀφιέναι τῶν συντελειῶν. Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ κατὰ τὸ ἐπάγγελμα ζῶντες, οὔτε χρήματα ἔχουσιν οὔτε σώματα· τὰ μὲν εἰς τὴν τῶν δεομένων κοινωνίαν ἀποκτησάμενοι, τὰ δὲ ἐν νηστείαις καὶ προσευχαῖς κατατρίψαντες. Οἶδα δέ, ὅτι τοὺς οὕτω βεβιωκότας παντὸς μᾶλλον δι' αἰδοῦς ἄξεις, καὶ βουλήσει (51) σεαυτῷ κτήσασθαι βοηθοὺς, δυνατοὺς διὰ τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείας δυσωπῆσαι τὸν Κύριον.

* Alias CCLXXXIV. Scripta in episcopatu.
** Alias CCCIV. Scripta in episcopatu.

(46) *Τῆς συνόδου.* Synodi nomine multo apud Basilium significari solent, interdum episcoporum concilia, interdum fidelium conventus ad dies festos martyrum, ut in epistolis 95, 98, 126. Ipsæ etiam ecclesiæ vocantur synodi in epist 286 et 321. Hic autem eos conventus designat Basilius, quos, cum ecclesias agrorum visitaret, convocatis presbyteris, indicere solebat: horum exempla habes in epistola 278.

(47) *Συντυχίας δέ.* Ita Coisl. uterque, Reg. secundus et Clarom. Plures codices non habuimus in hanc epistolam. Editi συντυχίας καιρός.

(48) *Κατὰ σεαυτήν.* Sic iidem mss. Editio prima Paris. κατὰ σεαυτόν.

(49) *Μιᾶς φροντιζούσῃ.* Coisl. secundus et Reg. secundus addunt, quod deest tum in editis, tum in codicibus Coisl. primo et Clar., οἰκίας.

(50) *Περὶ μοναζόντων.* Hunc titulum sic exhibent Coisl. primus et Med. Alii codices et editi addunt ὥστε αὐτοὺς τῶν συντελειῶν διαφεῖναι, *ut eos a tributis eximat.*

(51) *Βουλήσει.* Ita Coisl. primus et Med. cum aliis nonnullis. Editi βουλήσῃ.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΕ'.

EPISTOLA CCLXXXV*.

Commendat Ecclesiæ possessiones quæ nimiis tributis premebantur.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ τῇ τῆς Ἐκκλησίας προστασίᾳ. A *Sine inscriptione, ut patrocinium Ecclesiæ conciliet.*

Ὁ τῆς Ἐκκλησίας φροντίζων, καὶ διὰ χειρὸς ἔχων τῶν κτήσεων τὴν ἐπιμέλειαν, αὐτός ἐστιν ὁ τὴν ἐπιστολὴν ἐπιδιδούς σοι ταύτην, ὁ ἀγαπητὸς υἱὸς ὁ δεῖνα. Γοῦτῳ καταξίωσον, περὶ ὧν ἀναφέρει τῇ κοσμιότητί σου, δοῦναι καὶ λόγου παῤῥησίαν, καὶ περὶ ὧν διαβεβαιοῦται (52) προσχεῖν· ἵνα ἀπὸ γοῦν τοῦ νῦν συνηθῇ ἡ Ἐκκλησία ἑαυτὴν ἀναλαβεῖν, καὶ τῆς πολυκεφάλου ταύτης ὕδρας ἀπαλλαγῆναι. Τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν πτωχῶν κτῆσις, ὥστε ἀεὶ ἡμᾶς ζητῆσαι τὸν ὑποδεχόμενον αὐτὴν, διὰ τὸ προσαναλίσκειν μᾶλλον τὴν Ἐκκλησίαν, ἢ τινα καρπὸν ἔχειν ἀπὸ τῶν κτημάτων.

Qui Ecclesiæ curam gerit, cuique possessionum administratio commissa, ipse est, qui hanc tibi tradit epistolam, dilectus ille filius. Huic digneris quibus de rebus ad tuam dignitatem referet, tum loquendi libertatem dare, tum asseveranti aures præbere : ut saltem nunc recreare se possit Ecclesia, et ab illa multorum capitum hydra liberari. Pauperum enim possessio est ejusmodi, ut semper quæramus, qui eam suscipiat; eo quod Ecclesia suum insuper potius absumat, quam ex possessionibus aliquid percipiat emolumenti.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠϚ'.

EPISTOLA CCLXXXVI**.

Significat Basilius fures in ecclesia comprehensos a se judicari debere, ac immerito Commentariensem sibi eorum receptionem arrogare.

Κομενταρησίῳ. B *Commentariensi.*

Ἐπειδή τινες ἐν τῇ συνόδῳ (53) τῇδε συνελήφθησαν τῶν τὰ πονηρὰ ἐργαζομένων, καὶ κλεπτόντων παρὰ τὴν ἐντολὴν τοῦ Κυρίου ἱμάτια εὐτελῆ πτωχῶν ἀνθρώπων, οὓς ἐνδύειν μᾶλλον ἐχρῆν ἢ ἀποδύειν· συνελάβοντο μὲν αὐτοὺς οἱ τῆς εὐταξίας ἐπιμελόμενοι τῆς ἐκκλησιαστικῆς, νομίσας (54) δὲ αὐτῷ σοι διαφέρειν, ὡς τὰ δημόσια πράττοντι, τὴν τῶν τοιούτων ὑποδοχὴν (55), ἐπέστειλά σοι, γνωρίζων, ὅτι τὰ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἁμαρτανόμενα ὑφ' ἡμῶν (56) προσήκει τῆς πρεπούσης τυγχάνειν διορθώσεως, δικαστὰς δὲ περὶ τούτων μὴ παρενοχλεῖσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ τὰ σῦλα αὐτῶν, ἃ δηλοῖ τὸ παρὰ σοὶ κείμενον, καὶ ἡ ἐπὶ πάντων τῶν παρόντων γενομένη ἀντιγραφὴ, ὑποδεχθῆναι προσέταξα, καὶ τὰ μὲν ταμιευθῆναι τοῖς ἐπερχομένοις, τὰ δὲ διαδοθῆναι τοῖς παροῦσι· τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἐπιστρέψαι ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ Κυρίου, οὓς οἶμαι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Θεοῦ βελτίους παιδεύσειν πρὸς τὸ ἐφεξῆς. Ἃ γὰρ αἱ τῶν δικαστηρίων πληγαὶ οὐκ ἐργάζονται (57), ταῦτα ἐγνωμεν πολλάκις τὰ φοβερὰ κρίματα τοῦ Κυρίου κατορθοῦντα. Εἰ δὲ δοκεῖ σοι καὶ περὶ τούτων ἀνενεγκεῖν τῷ κόμητι (58), τοσοῦτον θαῤῥοῦμεν τοῖς δικαίοις καὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς ὀρθότητι, ὅτι ἐπιτρέπομέν σοι ποιεῖν ὃ βούλει.

Cum nonnulli in hac ecclesia comprehensi sint malefici, qui furati sunt contra Domini præceptum vilia pauperum vestimenta, quos induere oportebat magis, quam exuere; cumque ab iis, quibus recti in Ecclesia ordinis cura incumbit, comprehensi fuerint, ad te autem existimaveris, ut qui rem publicam geras, ejusmodi personarum receptionem pertinere; dedi ad te litteras, ut te facerem certiorem, quæ in ecclesiis peccantur, ea a nobis, ut par est, emendari debere, nec de his rebus judices esse interpellandos. Quapropter vestes sacrilege subreptas, quas depositum apud te inventarium, et in omnium astantium oculis exscriptum exemplar declarat, recipi præcepi, et C alias quidem venturis servari, alias vero iis qui aderant tradi, **426** homines vero in disciplina atque admonitione Domini corrigi : quos spero in Dei nomine meliores deinceps me redditurum. Quæ enim tribunalium plagæ non efficiunt, ea plerumque novimus tremenda Domini judicia perficere. Quod si tibi visum fuerit et de his ad Comitem referre, adeo et juri, et viri integritati confidimus, ut per me tibi liceat facere quod libuerit.

(52) *Διαβεβαιοῦται.* Sic mss. tres. Editi βεβαιοῦται.

(53) *Ἐν τῇ συνόδῳ τῇδε.* Quamvis hæc verba sic reddi possint, *in hoc conventu*, id est, in aliquo martyrum festo, videtur tamen Basilius ipsum locum, ut Commentariensi notum, designare, non diem festum, qui forte illi non tam cognitus erat. Porro ecclesias vocari synodos perspicimus ex epist. 321.

(54) *Νομίσας.* Quamvis in hac voce consentiant editi et mss. codices, nullus tamen dubito quin legendum sit ἐνόμισας, ut legit interpres ac legendum monet Combefisius. Nam si legamus νομίσας, referendum id erit ad Basilium. At quomodo Basilius ejusmodi personarum receptionem ad Commentariensem pertinere existimasset, qui non alio consilio hanc epistolam scribit, nisi ut sibi judicium hujus rei vindicet?

(55) *Ὑποδοχήν. Ad Commentariensem receptarum personarum custodia observatioque pertineat,* D ait lex data anno 371, cod. Theod. lib. IX, tit. 3, p. 38.

(56) *Ὑφ' ἡμῶν.* Ita Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi ὑφ' ἡμῖν.

(57) *Ἐργάζονται.* Coisl. primus ἐξεργάζονται.

(58) *Τῷ κόμητι.* Comitem Orientis intelligit Gothofredus in notis ad legem modo citatam. Sed non video cur non potius intelligendus sit comes Ponticæ, cujus in diœcesi erat Cæsarea.

* Alias CCXXIX. Scripta in episcopatu.

** Alias CCCCXVII. Scripta in episcopatu.

Digitized by Google

EPISTOLA CCLXXXVII*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΖ'.

Removet a precibus hominem nequissimum cum tota familia.

Sine inscriptione, contra ultores.

Difficillimum est cum hoc homine negotium. Non enim habemus quid faciamus tam versipelli ingenio atque, ut ex rebus ante oculos positis conjicere est, desperato. Nam in judicium vocatus, non respondet; quod si advenerit, tanta ubertate utitur dicendi ac jurandi, ut præclare nobiscum agi putemus, si cito ab illo discedamus. Sæpe etiam illum vidi crimina in accusatores convertentem. Et in summa, natura nulla est inter ea quæ hanc terram depascunt, tam versuta, tamque ad malitiam flexibilis, quam est viri illius, quemadmodum levi facto periculo spectare licet. Quid autem me percontamini, ac non vobis ipsi persuadetis, ut illius toleretis injurias, tanquam iram quamdam divinitus invectam? Sed ne vos peccatorum communicatio contaminet, cum omni sua familia a precum consortio et a reliqua cum sacratis communione separetur. Forte jam res cavenda effectus, pudore suffundetur.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ ἐκδικηταῖς.

Δυσμετάχειριστον ἔοικεν εἶναι τὸ κατὰ τόνδε. Οὐ γὰρ ἔχομεν τί χρησόμεθα οὕτω πολυτρόπῳ ἤθει, ὡς ἐκ τῶν ὁρωμένων ἔστιν εἰκάζειν, ἀπεγνωσμένῳ. Εἰς κρίσιν μὲν γὰρ καλούμενος, οὐχ ὑπακούει (59)· κἂν ἀπαντήσῃ, τοσαύτῃ χρῆται περιουσίᾳ λόγων καὶ ὅρκων, ὡς ἀγαπητὸν ἡμῖν ποιεῖν τὸ ταχέως αὐτοῦ χωρισθῆναι. Εἶδον δὲ αὐτὸν πολλάκις καὶ περιτρέψαντα τὰς αἰτίας τοῖς ἐγκαλοῦσι. Καὶ ὅλως οὐδεμία φύσις τῶν ὅσα τὴν γῆν ἐπιβόσκεται οὕτω ποικίλη καὶ πρὸς κακίαν εὔπλαστος, ὡς ἡ τοῦ ἀνθρώπου τούτου· ὡς ἐξ ὀλίγης (60) τῆς πείρας ἐστὶ τὸ κατ' αὐτὸν τεκμήρασθαι. Τί δὲ ἐρωτᾶτέ με, καὶ οὐ πείθετε ἑαυτοὺς ὑπομένειν (61) τὰς παρ' αὐτοῦ ἀδικίας, ὡς ὀργήν τινα θεήλατον; Ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ ὑμᾶς μολύνεσθαι ἐν κοινωνίᾳ τῶν ἁμαρτημάτων, πανοικεὶ (62) τῶν εὐχῶν κεχωρίσθω, καὶ τῆς ἄλλης τῆς πρὸς τοὺς ἱερατικοὺς κοινωνίας. Ἴσως (63) παραφύλαγμα γενόμενος, ἐντραπήσεται.

EPISTOLA CCLXXXVIII**.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΗ'.

Nefarium hominem, primum coram uno cui altero, deinde coram Ecclesia frustra reprehensum et a precibus remotum excommunicat Basilius, ac vetat ne quis cum eo misceatur.

Sine inscriptione, contra ultores.

Quos communes pœnæ ad sanam mentem non revocant, nec a precum communione separatio ad pœnitentiam adducit, eos necesse est traditis a Domino canonibus subjicere. Scriptum est enim: *Si frater tuus peccaverit, corripe eum inter te et ipsum: si te non audierit, assume tecum alium: quod si ne sic quidem, dic Ecclesiæ: si vero neque Ecclesiam audierit, sit tibi de cætero ut ethnicus et publicanus* [43]; quod ipsum et in isto factum fuit. Semel accusatus est: coram uno et altero convictus fuit, tertio coram Ecclesia. Cum igitur **427** eum obtestati fuerimus, nec acquieverit, sit deinceps excommunicatus. Et hoc pago toti nuntietur, cum admittendum non esse ad ullam rerum ad

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ ἐκδικηταῖς.

Οὓς τὰ κοινὰ ἐπιτίμια οὐ σωφρονίζει, οὔτε τὸ εἰρχθῆναι τῶν εὐχῶν ἄγει εἰς μετάνοιαν, ἀνάγκη τοῖς παρὰ τοῦ Κυρίου δοθεῖσι κανόσιν ὑποβάλλειν. Γέγραπται γάρ· *Ἐὰν ὁ ἀδελφός σου ἁμάρτῃ, ἔλεγξον αὐτὸν μεταξὺ σοῦ καὶ αὐτοῦ· ἐάν σοι μὴ ἀκούσῃ, παράλαβε μετὰ σεαυτοῦ ἄλλον· ἐὰν δὲ μηδὲ οὕτως, εἰπὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ· ἐὰν δὲ καὶ τῆς Ἐκκλησίας παρακούσῃ, ἔστω σοι λοιπὸν ὡς ἐθνικὸς* (64) *καὶ ὁ τελώνης*· ὃ οὖν ἐγένετο (65) καὶ ἐπὶ τοῦδε. Ἅπαξ ἐνεκλήθη· ἐπὶ ἑνὸς καὶ δευτέρου διηλέγχθη· τρίτον ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας. Ἐπεὶ οὖν διεμαρτυράμεθα αὐτῷ, καὶ οὐ κατεδέξατο, λοιπὸν ἔστω (66) ἐκκήρυκτος. Καὶ διαγγελθήτω πάσῃ τῇ κώμῃ ἀπρόσδεκτον αὐτὸν εἶναι πρὸς πᾶσαν κοι-

[43] Matth. xviii, 15-17.

* Alias CCXLV. Scripta in episcopatu.

** Alias CCXLVI Scripta in episcopatu.

(59) *Οὐχ ὑπακούει.* Negatio addita ex Medicæo et duobus aliis. Ibidem Coisl. primus τοσαύτην χρῆται περιουσίαν.

(60) *Ἐξ ὀλίγης.* Coisl. primus ἐξ ὅλης. Medicæus cum Reg. secundo et Coisl. secundo ἐξ ὀλίγου. Plures in hanc epistolam codices non habuimus.

(61) *Ὑπομένειν* Coisl. secundus et Reg. secundus φέρειν. Vituperat S. Augustinus in epist. 250 factum Auxilii episcopi, qui virum spectabilem Classicianum cum tota familia excommunicaverat. Discrepat ergo Basilius ab Augustino, si hominis nocentis innocentem familiam arcet a communione. Sed nihil cogit ejusmodi decretum ei attribuere. Nullo certe in canone pœnam ejusmodi imponit. In epistola sequenti gravissimam infligit excommunicationem, sed nocentis familiam non tangit. Quod si in epistola 270 eos, qui raptorem juverunt, cum totis familiis arcet a precibus; communem irrogat pœnam, quia, ut ibidem observavimus, commune peccatum erat. Quinetiam in hac ipsa epistola cum ait, *sed ne vos peccatorum communicatio contaminet, cum omni sua familia a precum consortio et reliqua cum sacratis communione separetur*, satis indicat sibi innocentem hominis familiam non videri, seque metuere ne pravo exemplo corrupta similem perniciem aliis inferat.

(62) *Πανοικεί.* In Coisl. utroque, et Med. et Reg. secundo scribitur πανοικί.

(63) *Ἴσως.* Sic quatuor nostri codices pro eo quod erat in editione 2 Paris. ἧς ὡς.

(64) *Ἐθνικός.* Editi ὁ ἐθνικός. Melius deest articulus in Coisl. primo.

(65) *Ἐγένετο.* Editi addunt τοῦτο, quod melius deest in Reg. secundo et Coisl. secundo.

(66) *Ἔστω.* Sic iidem duo codices. Editi ἔσται. Ibidem editi διαγγελήτω. Mss. διαγγελθήτω.

Digitized by Google

νωνίαν χρήσεως βιωτικῆς, ὡς, ἐκ τοῦ μὴ συναναμίγνυσθαι ἡμᾶς αὐτῷ, γένηται παντελῶς κατάβρωμα τοῦ διαβόλου.

vitam pertinentium societatem : ut ex eo quod cum eo non commisceamur, sit prorsus diaboli pabulum.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΠΘ'.

EPISTOLA CCLXXXIX*.

Rationes exponit cur eripere non possit hominem nocentem, qui sacram virginem famoso libello laceraverat, et legibus punitus calumnias de integro renovaverat.

Ἀνεπίγραφος, περὶ γυναικὸς καταπονουμένης.

Sine inscriptione, de muliere afflicta.

Ἐγὼ ἴσον ἁμάρτημα κρίνας, καὶ ἀνεπιτιμήτους ἐᾷν τοὺς ἁμαρτάνοντας, καὶ ὑπερβαίνειν τὸ μέτρον τῇ τιμωρίᾳ (67), τὴν ἐμοὶ ἐπιβάλλουσαν ἐπέθηκα δίκην τῷδε, ἐξορίσας αὐτὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας· καὶ τοῖς ἠδικημένοις παρῄνεσα μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικεῖν, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ τὴν ἀνταπόδοσιν ἐπιτρέψαι. Ὥστε, εἴ τι ὄφελος ἡμῶν (68) παραγγελμάτων, τότε ἂν ἠκούσθην, πολλῷ ἀξιοπιστότερον κεχρημένος τῷ λόγῳ ἢ ὅσον ἂν δυνηθείη δυσωπῆσαι τὰ γράμματα. Ἐπεὶ δὲ ἤκουσα ῥημάτων πολλὴν (69) ἐχόντων βαρύτητα, καὶ τότε ἡσύχασα, καὶ νῦν οὐκ οἶμαι πρέπον εἶναί μοι περὶ τῶν αὐτῶν διαλέγεσθαι. Ἐγὼ γὰρ, φησὶν, ἀνδρὸς ὑπερεῖδον, καὶ παιδοποιίας καὶ βίου, ἵνα ἑνὸς τούτου τύχοιμι, τῆς παρὰ Θεοῦ (70) εὐδοκιμήσεως, καὶ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τοῦ βελτίονος ἀξιοῦσθαι λόγου. Ἐπειδὴ ἄνθρωπος ἐκ παιδὸς ταῖς οἰκοφθορίαις ἐντεθραμμένος, εἰσβιασάμενός ποτε τῇ συνήθει ἑαυτοῦ ἀναιδείᾳ ἐνέπεσεν ἡμῶν τῷ οἴκῳ, καὶ μέχρι ψιλῆς συντυχίας ἐγένετο γνώριμος ἡμῖν, καὶ ἀγνοίᾳ τῶν κατ' αὐτὸν, καὶ αἰδοῖ τινι ἀπαιδεύτῳ προφανῶς αὐτὸν αἰσχυνομένη ἐλάσαι· εἰς τοσοῦτον ἐξῆλθεν ἀσεβείας καὶ ὕβρεως, ὥστε ἐμπλῆσαι μὲν τὴν πόλιν πᾶσαν τῶν κατ' ἐμοῦ (71) βλασφημιῶν, προγράμματι δὲ δημοσίῳ στηλιτεῦσαι, ἐκτεθέντι ἐπὶ τῶν προθύρων τῆς ἐκκλησίας. Ἐφ' οἷς καὶ τυχών τινος παρὰ τῶν νόμων ἀγανακτήσεως, πάλιν ἐπανελθὼν (72) ἀνενεώσατο τὰς αὐτοῦ βλασφημίας. Πάλιν τῶν ἐμῶν λοιδοριῶν πλήρης ἡ ἀγορὰ, τὰ γυμνάσια, τὰ θέατρα, αἱ οἰκίαι τῶν δι' ὁμοιότητα τοῦ βίου δεχομένων αὐτόν. Καὶ μηδὲ ἐπὶ τοῖς βελτίοσι γνωρίζεσθαι, ἐν οἷς εὐπρεπὲς ἦν, ὑπῆρξέ μοι ἐκ τῶν αἰσχίστων, διὰ τὸ παρὰ πᾶσι τῇ ἀκολάστῳ γνώμῃ (73) γενέσθαι περιφανῆ. Ἐπὶ τούτοις, φησὶν, οἱ μὲν ἥδονται ταῖς βλασφημίαις, διὰ τὸ φύσει χαίρειν ταῖς λοιδορίαις τοὺς ἀνθρώπους· οἱ δὲ ἄχθεσθαι μὲν λέγουσιν, οὐ συναλγοῦσι δέ· ἄλλοι πείθονται ἀληθεῖς εἶναι τὰς λοιδορίας· ἄλλοι ἀμφίβολοί εἰσι, τῷ πλήθει τῶν ὅρκων αὐτοῦ προσέχοντες. Ὁ δὲ συναλγῶν οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ὄντως νῦν τῆς ἐρημίας ᾐσθόμην (74)·

Ego par peccatum esse judicans et impunitos relinquere delinquentes, et modum transgredi plectendo, pœnam quæ mihi competebat, huic viro inflixi, arcens eum a communione ecclesiastica; et eos qui læsi sunt hortatus sum, ut se ipsi non ulciscerentur, sed Domino ultionem permitterent. Quare si qua esset utilitas mearum admonitionum, tunc fuissem exauditus, sermone utens ejusmodi qui multo esset ad fidem faciendam aptior, quam litteræ ad flectendum. Sed postquam verba audivi valde gravia, et tunc silui, et nunc decere me non arbitror de iisdem agere. Ego enim, inquit, virum, liberorumque procreationem et sæculum contempsi, rei unius consequendæ causa, ut Deo probata essem, et bene apud homines audirem. Sed postquam homo a puero in corrumpendis domibus institutus, solita impudentia sese obtrudens in domum meam aliquando irrupit, mihique cognitus tantum fuit ex simplici colloquio, quæ ignoratione illius morum ac imperito quodam pudore illum aperte verecundabar expellere; eo impietatis ac contumeliæ devenit, ut civitatem totam injuriosis in me sermonibus repleret, meque famoso libello valvis ecclesiæ affixo decantaret. Ob quæ etiam indignationem aliquam a legibus expertus, iterum rediens maledicta sua renovavit. Rursus referta conviciis meis, forum, gymnasia, theatra ac ædes eorum qui illum ob vitæ similitudinem recipiunt. Nec mihi turpissima convicia attulerunt, ut ex melioribus rebus, ut oportebat, cognoscerer, eo quod apud omnes intemperantis animi notis inusta sim. In his, inquit, alii quidem lætantur maledictis, propterea quod natura conviciis gaudent homines : alii vero se indignari dicunt, non tamen mecum dolent; aliis persuasum est vera esse convicia; dubitant alii, dum ei toties juranti animum attendunt. Non est autem qui mei commiserescat : sed vere nunc solitudinem sensi, meque ipsa lugeo, non fratrem, non amicum, non cognatum,

(67) *Τῇ τιμωρίᾳ.* Med. et Vat. τὴν τιμωρίαν.

(68) *Ἡμῶν.* Duo codices recentiores ἐμῶν. Mox multi codices τῷ λόγῳ, ὅσον. Nonnulli καὶ ὅσον.

(69) *Ἐπεὶ δὲ... πολλὴν.* Ita Reg. secundus et Coisl. secundus. Alii et editi Ἐπειδὴ... πολλῶν.

(70) *Παρὰ Θεοῦ.* Sic Med. et Coisl. primus. Editi παρὰ Θεῷ. Paulo post legendum Ἐπεὶ δέ.

(71) *Κατ' ἐμοῦ.* Ita Coisl. primus. Editi κατ' ἐμαυτοῦ. Paulo ante legendum αἰσχυνομένη, mutato, ut sæpe alias, numero, vel αἰσχυνομέναις.

(72) *Ἐπανελθών.* Ex his patet auctorem libelli exsilio damnatum.

(73) *Γνώμῃ.* Mallet Combefisius γλώσσῃ. Sed non favent codices mss., nec opus est sanam lectionem emendare. Subobscura autem hujus loci sententia sic videtur explicari posse : Erat illa virgo ob famosos libellos omnibus cognita, ita ut in omnium sermone versaretur. Itaque si calumniæ non ipsam pudicitiam, sed aliud quidpiam oppugnassent, illud saltem ex calumniis consecuta esset, ut eam omnes virginem esse scirent. Sed cum maledicta in ipsam pudicitiam erupissent, non jam sua illam virginitas, utpote incontinentis animi notis inustam, apud homines commendare potuit.

(74) *Ἠσθόμην.* Quatuor codices ᾔσθην. Vat. ᾔσθην. Reg. secundus ἠσθήθην.

* Alias CCXLIX. Scripta in episcopatu.

Digitized by Google

non servum, non liberum, neminem **428** omnino hominum habens qui meo dolore moveatur; et, ut mihi videtur, solam me hac urbe miseriorem invenio, in qua tam pauci improbos oderunt: qui quidem illatam his et illis contumeliam non vident in orbem progredi, ac ipsos aliquando apprehensuram. Cum hæc et alia longe adhuc graviora mihi cum innumeris lacrymis exposuisset, abiit ne me quidem a querelis immunem dimittens, quod cum paterno animo dolere cum illa deberem, indifferens essem in tanto malo, et in alienis ærumnis philosopharer. Non enim jubes, aiebat, ut pecuniarum jacturam contemnam, neque ut corporis labores perferam, sed ut lædar in ipsa fama, cujus jactura fit cleri commune damnum. Ad hæc verba quid me illi respondere velis, ipse, o admirande, judica; cum apud me statutum habeam, ut nocentes magistratibus non tradere, ita nec traditos eripere; quibus id jam olim ab Apostolo dictum est, ut magistratum in malo opere timeant: *Non enim sine causa gladium portat*[a]. Quemadmodum igitur tradere inhumanum est: ita etiam eripere illius est qui contumeliam alit. Forte introitus in causam differetur ad nostrum usque adventum; et tunc ostendemus, nihil nos prodesse posse, quod non sint qui morem gerant ac obsequantur.

A καὶ ἐμαυτὴν ὀδύρομαι, οὐκ ἀδελφὸν, οὐ φίλον, οὐ συγγενῆ, οὐ δοῦλον, οὐκ ἐλεύθερον, οὐδένα ἀνθρώπων τὸ παράπαν ἔχουσα συναλγοῦντα· καὶ, ὡς ἔοικε, μόνην ἑαυτὴν ἐλεεινοτέραν τῆς πόλεως εὑρίσκω, ἐν ᾗ τοσαύτη σπάνις μισοπονήρων ἐστίν· οἳ τὴν εἰς ἀλλήλους γινομένην παροινίαν οἴονται βαδίζουσαν ἐν κύκλῳ, καὶ αὐτούς ποτε καταλήψεσθαι. Ταῦτα καὶ πολλῷ ἔτι πληκτικώτερα μετὰ ἀμυθήτων δακρύων πρὸς ἐμὲ διεξελθοῦσα, ἀπῆλθεν, οὐδὲ ἐμὲ τῶν μέμψεων ἐλεύθερον ἀφεῖσα, ὅτι, δέον πατρικῶς αὐτῇ συναλγεῖν, ἐναδιαφορῶ κακῷ τοσούτῳ, καὶ φιλοσοφῶ ἐν ἀλλοτρίοις παθήμασιν. Οὐ γὰρ χρημάτων ἄφεσιν (75) κελεύεις ὑπεριδεῖν, οὐδὲ τοὺς εἰς τὸ σῶμα πόνους συνενεγκεῖν· ἀλλ' εἰς αὐτὴν ζημιωθῆναι τὴν ὑπόληψιν, ἧς ἡ βλάβη κοινὴ ζημία τοῦ κλήρου γίνεται.

B Ἐπὶ τούτοις τοῖς ῥήμασι τίνα με βούλει νῦν πρὸς αὐτὴν εἰπεῖν, αὐτὸς δοκίμασον, ὦ θαυμάσιε, ἔχοντα τοιαύτην κρίσιν παρ' ἑαυτῷ, μὴ παραδιδόναι ταῖς ἀρχαῖς τοὺς κακούργους, μὴ μέντοι μηδὲ ἐξαιρεῖσθαι (76) παραδοθέντας· οἷς πάλαι προείρηται περὶ τοῦ Ἀποστόλου φοβεῖσθαι τὸν ἄρχοντα ἐπὶ τῷ πονηρῷ ἔργῳ· *Οὐ γὰρ εἰκῇ*, φησὶ, *τὴν μάχαιραν φορεῖ*. Ὥσπερ οὖν τὸ παραδοῦναι οὐ φιλάνθρωπον (77), οὕτω καὶ τὸ ἐξαιρεῖσθαι τρέφοντός ἐστι τὴν παροινίαν. Ἴσως δ' ἂν γένοιτό τις ὑπέρθεσις τῆς εἰσόδου μέχρι τῆς ἡμῶν αὐτῶν παρουσίας· καὶ τότε δείξομεν, ὅτι οὐδὲν ἡμῶν ὄφελος, ἐκ τοῦ μὴ εἶναι τοὺς πειθομένους.

EPISTOLA CCXC*.

Exponit Nectario quomodo eorum, qui pagis præficiuntur, id est chorepiscoporum, electiones peragi debeant.

Nectario.

Bona multa eveniant iis, qui tuam dignitatem ad continuum mecum per litteras colloquium incitant. Non enim putes consuetudinis causa dici a nobis talia, sed ex vero animi affectu vocem tuam a me maximi fieri. Quid enim mihi charius esse possit Nectario, qui mihi a puero ex dotibus perquam eximiis notus fuit, nunc vero omni virtute ad tantum splendorem pervenit? Quare mihi amicorum omnium amicissimus qui tuas ad me

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Σϟ'.

C

Νεκταρίῳ (78).

Πολλὰ ἀγαθὰ γένοιτο τοῖς κινοῦσι τὴν τιμιότητά σου πρὸς τὴν συνεχῆ ὁμιλίαν ἡμῶν, τὴν διὰ τοῦ γράμματος (79). Μὴ γὰρ οἷου συνηθείας ἕνεκεν λέγεσθαι παρ' ἡμῶν τὰ τοιαῦτα, ἀλλὰ ἐκ διαθέσεως ἀληθινῆς πλείστου ἀξίαν τίθεσθαι ἡμᾶς τὴν φωνήν σου. Τί γὰρ ἂν ἐμοὶ Νεκταρίου γένοιτο τιμιώτερον, τοῦ ἐκ παιδὸς μὲν ἀπὸ τῶν καλλίστων ἡμῖν γνωρισθέντος, νῦν δὲ ἐκ παντοίας ἀρετῆς εἰς τοσοῦτον περιφανείας ἀναδραμόντος; Ὥστε μοι φίλων ἁπάντων

[a] Rom. XIII, 4.

* Alias CCCXXIII. Scripta in episcopatu.

(75) *Ἄφεσιν*. Mallet Combefisius ἀφαίρεσιν. Sed nihil mutandum.

(76) *Μηδὲ ἐξαιρεῖσθαι*. Notum est olim episcopos pro nocentibus deprecatorum munere fungi solitos esse. Videbitur forte Basilius ab hac humanitate discedere: non tamen discedit, nec pugnat cum Augustino, qui reorum patrocinium apud judices merito ab episcopis suscipi docet epist. 153 ad Macedonium. Nam fatetur Augustinus in illa epistola n. 20, pro iis qui aliena rapuere, *magis apud eos qui repetunt, quam apud eos qui judicant, intercedere convenire*. Id autem perfecit Basilius; at ubi vidit nihil se apud virginem læsam promovere, incepto destitit. Deinde vero addit idem Augustinus n. 22, non audere se dicere, *interveniendum esse pro aliquo, ut quod scelere abstulit, sceleris impunitate possideat*. Quamobrem non erat, cur Basilius deprecatorem se præberet pro ejusmodi sycophanta, quem perspicuum est ex tota hac epistola calumnias et opprobria recantare noluisse. Ubi autem rei, incolumi æquitate, liberari poterant, non deerat operæ Basilius, ut perspici potest ex pluribus epistolis.

D (77) *Οὐ φιλάνθρωπον*. Reg. secundus et Coisl. secundus ἀφιλάνθρωπον.

(78) *Νεκταρίῳ*. Reg. secundus et Coisl. itidem secundus τῷ αὐτῷ, quia videlicet in utroque codice præcedit epistola 5 ad Nectarium qui filium amiserat. Addit uterque codex cum editis Ὅτι οὐκ ἀνθρωπίνῃ περιδρομῇ τοὺς ἐπισκόπους δεῖ προχειρίζεσθαι, ἀλλὰ κατ' ἐκλογὴν τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ. *Quod non humana concursatione promoveri oportet episcopos, sed per electionem Dei qui est super omnia*. Verum hæc melius desunt in aliis mss., nec de episcopis, sed de chorepiscopis agit Basilius.

(79) *Τὴν διὰ τοῦ γράμματος*. Primus articulus abest a codicibus Harl., Med., Coisl. secundo et Reg. secundo, et Bigot. altero; sed legitur in Coisl. primo et Reg. primo. Infra Coisl. primus Τί γὰρ ἐμοί.

Digitized by Google

φίλτατος ὁ σά μοι γράμματα διαφέρων. Περὶ μέντοι τῆς τῶν προστησομένων τῆς συμμορίας (80) ἐκλογῆς, εἰ μὲν ἀνθρώποις χαριζόμενος, ἢ ἱκεσίαις ἐνδιδοὺς, ἢ φόβῳ εἶχον ποιῶ τι, μήτε ταῦτα (81) ποιήσαιμι. Οὐ γὰρ οἰκονόμος, ἀλλὰ κάπηλος ἔσομαι, τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρωπίνας φιλίας διαμειβόμενος. Εἰ δὲ αἱ μὲν διδόμεναι ψῆφοι παρὰ ἀνθρώπων δίδονται, ἐκ τῆς ἔξωθεν ἐπιφανείας μαρτυρεῖν ἐχόντων, ἅπερ ἂν μαρτυρῶσιν, αἱ δὲ κρίσεις τῶν ἐπιτηδειοτέρων τῷ εἰδότι τὰ ἀπόῤῥητα τῶν καρδιῶν παρὰ τῆς ἡμετέρας ταπεινώσεως ἐπιτρέπονται· τάχα τῷ παντὶ βέλτιον καταθέμενον τὴν μαρτυρίαν, σπουδῆς μὲν καὶ διαστάσεως πάσης ὥσπερ οἰκείων (82) τῶν μαρτυρηθέντων ἀφίστασθαι, προσεύχεσθαι δὲ τῷ Θεῷ μὴ λαθεῖν τὸ συμφέρον. Οὕτω γὰρ οὐκέτι ἄνθρωπον τῆς ἐφ' ἑκάτερα ἐκβάσεως αἰτιασόμεθα, ἀλλὰ τῷ Θεῷ τὴν χάριν τῶν γενομένων εἰσόμεθα. Καίτοι εἰ κατὰ ἄνθρωπον γίνεται ταῦτα, οὐδὲ γίνεται· ἀλλὰ μίμησις μέν ἐστι, τῆς ἀληθείας δὲ (83) πάμπληθες ἀπολείπεται. Σκέψαι δὲ, ὅτι οὐδὲ μικρός τις παραπέπηγε κίνδυνος τῷ ἐκ παντὸς τρόπου τὸ ἑαυτοῦ κρατῆσαι φιλονεικοῦντι, μή ποτε τῶν ἁμαρτανομένων ἐφ' ἑαυτοὺς ἑλκύσωμεν τὴν μερίδα. Πολλὰ γὰρ ἂν ἁμαρτηθείη καὶ παρὰ τῶν οὐκ ἂν προσδοκηθέντων (84) ποτὲ, διὰ τὸ εὔκολον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. Εἶτα ἰδίᾳ μὲν τοῖς φίλοις συμβουλεύσαντες πολλάκις τὰ κράτιστα, κἂν ἀπίθανοι δόξωμεν τοῖς βουλευομένοις, οὐ χαλεπαίνομεν· ἐν οἷς δὲ οὐ βουλὴ ἀνθρώπων, ἀλλὰ κρίσις ἐστὶ Θεοῦ, μὴ καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων προτιμηθέντες δυσχερανοῦμεν; Εἰ μὲν οὖν παρὰ ἀνθρώπων δίδοται, τί χρὴ παρ' ἡμῶν αἰτεῖν; ἀλλ' οὐχὶ αὐτὸν παρ' ἑαυτοῦ λαμβάνειν; εἰ δὲ παρὰ Κυρίου, εὔχεσθαι προσῆκεν, ἀλλ' οὐχὶ ἀγανακτεῖν· καὶ ἐν τῇ εὐχῇ, μὴ τὸ ἴδιον θέλημα αἰτεῖν, ἀλλ' ἐπιτρέπειν τῷ οἰκονομοῦντι τὸ συμφέρον Θεῷ (85). Ὁ δὲ Θεὸς ὁ ἅγιος ἀπαγάγοι πᾶσαν πεῖραν λυπηρῶν πραγμάτων ἀπὸ τοῦ οἴκου ὑμῶν· καὶ αὐτῷ τε σοὶ καὶ πᾶσι τοῖς προσήκουσί σοι ἄνοσον καὶ ἀβλαβῆ ἐν πάσῃ (86) εὐθηνίᾳ τὸν βίον ἐπιμετρήσειεν.

litteras affert. Quod autem attinet ad electionem eorum qui pagis præficiendi sunt, si quid certe aut gratiam apud homines iniens, aut precibus indulgens, aut timori cedens fecero; quidvis potius quam electionem peragam. Non **429** enim dispensator ero, sed caupo humanis amicitiis Dei donum permutans. Quod si data suffragia ab hominibus dantur, qui ex specie externa testari possunt, quæcunque testantur, illa autem judicia, quinam magis idonei sint, ei qui cordium arcana novit, a nostra humilitate permittuntur; illud sane universis satius fuerit, dicto testimonio, a studio et contentione omni pro iis quibus datum est testimonium, quasi pro necessariis, abstinere: Deum autem precari, ut quod utile fuerit, non lateat. Sic enim non jam homini eventum in utramque partem ascribemus, sed Deo gratias ob ea quæ evenerint referemus. Ac profecto si hæc secundum hominem fiunt, ne fiunt quidem: sed imitatio quidem sunt, a veritate autem absunt longissime. Illud etiam considera, ei, qui ut sua ipsius sententia vincat, omni modo contendit, non leve periculum propositum esse ne peccatorum partem ad nos aliquando trahamus. Enimvero etiam ab iis a quibus id nunquam exspectasses, multa peccantur ob naturæ humanæ proclivitatem. Deinde vero privatim amicis consilia dantes sæpe optima, etiamsi consulentibus nihil videamur dicere quod persuadeat, ægre non ferimus: quibus autem in rebus non hominum voluntas, sed Dei judicium est, nos etiam Dei judiciis non anteponi indignabimur? Itaque si hoc ab hominibus datur, quid opus est a nobis petere? nonne potius par fuerit quemvis hoc ipsum a' semetipso accipere? Sin autem a Domino datur, precari decet, non vero indignari. Atque inter precandum nostra ipsorum voluntas exposcenda non est: sed quod utile est permittendum dispensanti Deo. Deus autem sanctus omnem rerum molestarum experientiam a vestra domo arceat, atque tum tibi, tum omnibus tuis necessariis morbi et damni expertem in omni prosperitate vitam impertiat.

(80) *Τῆς συμμορίας.* Hac voce non designatur tota diœcesis, sed certus quidam pagorum numerus chorepiscopo commissus, ut patet ex epist. 142, ubi Basilius sic loquitur de quodam chorepiscopo: Καταξιώσεις δὲ, δηλονότι, καὶ πτωχοτροφίαν τῆς συμμορίας τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐπισκέψασθαι. *Dignaberis autem et pauperum domum ad pagos ei commissos pertinentem invisere.* Ex hac autem epistola patet chorepiscopos non ad arbitrium episcoporum designari solitos esse, sed rem electioni commissam fuisse. Quod minime mirum, cum ipsi etiam in pagis presbyteri et diaconi non sine electione ordinarentur, ut patet ex epist. 54. Erat autem chorepiscoporum sedes insigni alicui affixa pago, cui alii pagi attribuebantur. Unde Basilius in epist. 188, can. 10, auctor est Amphilochio ut agrum Mestiæ subjectum Vasodis subjiciat.

(81) *Μήτε ταῦτα.* Ita Harl., Coisl. primus et Med. Editi μήτε ταυτί. Vertendum putat Combefisius, *hæc nunquam fecerim.* Sed nostra interpretatio confirmatur ex his quæ infra dicit Basilius: *At profecto si hæc secundum hominem fiunt, ne fiunt quidem.*

(82) *Ὥσπερ οἰκείων.* Nititur hæc scriptura auctoritate antiquissimorum codicum, Coisl., Med. atque etiam Harl. qui sic habuit prima manu. Editi ὡς ὑπὲρ οἰκείων. Possent autem Basilii verba sic intelligi: Abstinendum a contentionibus, quasi non unus aliquis inter eos, quibus datum est testimonium, sed omnes nostri sint necessarii. Sed magis arridet sensus, quem in interpretando secuti sumus. Similiter Basilius in caput III Isaiæ, pag. 456, vituperat ejusmodi electiones, in quibus unusquisque non virtutem, sed necessitudinem et consanguinitatem spectat.

(83) *Τῆς ἀληθείας δέ.* Sic Medicæus et Harlæanus. Editi μίμησις μέν ἐστι τῆς ἀληθείας, αὐτῆς δὲ τῆς ἀληθείας, etc. *Sed imitatio quidem sunt veritatis, ab ipsa autem veritate absunt longissime.*

(84) *Προσδοκηθέντων.* Tres mss. non vetustissimi προσδοκωμένων.

(85) *Τὸ συμφέρον Θεῷ.* Regius uterque et Coisl. secundus cum utroque Bigot. Θεῷ τὸ συμφέρον. Hac lectione confirmatur nostra interpretatio. Aliter enim reddi potuisset, *dispensanti quod utile est Deo.*

(86) *Ἐν πάσῃ.* Deest præpositio in tribus vetustissimis codicibus.

Digitized by Google

EPISTOLA CCXCI*.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΣΙΑ'.

Timotheum chorepiscopum, qui ex summo asceticæ vitæ fervore ad sæcularia negotia delapsus fuerat, ad pristinam pietatem Basilius revocare conatur.

Timotheo chorepiscopo.

Et scribere omnia quæcunque sentio, neque epistolæ modo convenire video, neque alias salutationis speciem decere; et silentio præterire pene impossibile mihi est, justa in te iracundia corde fervente. Mediam igitur viam inibo, alia quidem scribens, alia prætermittens. Volo enim te reprehendere, si fas est, amica dicendi æquabilitate. Quomodo Timotheus ille, quem a puericia ita sese ad rectam et asceticam vitam intendisse novimus, ut immoderationis in his rebus accusaretur; **430** nunc ab ea re unice consideranda discedens, quid faciendum sit, ut cum Deo conjungamur, respicis ad ea quæ de te nescio quis existimat, et suspensam ex aliorum sententia vitam habes, et quomodo nec amicis inutilis sis, nec inimicis ridiculus consideras, ac ignominiam apud multos ut magnum aliquod malum formidas; nec cogitas te dum in his rebus immoraris, imprudentem præcipuum ac primarium vitæ genus negligere? Plenæ enim sunt Scripturæ testimoniis, quibus edocemur non posse simul utraque retineri, mundi hujus negotia et vitam secundum Deum; plena est etiam ipsa natura ejusmodi exemplis. Nam in mentis actione duo simul cogitare omnino non possumus. Atque in iis quæ sensu percipiuntur, duæ voces simul emissæ auribus capi eodem momento et discerni non possunt; idque cum duo nobis ad audiendum meatus aperti sint. Oculi quoque, nisi ambo in una aliqua re visibili defigantur, suum munus accurate obire non queunt. Atque ita est in rebus naturalibus. Jam Scripturarum testimonia tibi referre non minus ridiculum, quam noctuam, ut aiunt, Athenas ferre. Quid igitur miscemus quæ misceri non possunt, tumultus civiles et pietatis exercitationem, ac non potius a tumultibus, et a negotiis gerendis aut alii exhibendis recedentes, nobiscum ipsi versamur; et quod dudum suscepimus pietatis propositum, opere confirmamus, et calumniari volentibus ostendimus situm in illis non esse, ut molestiam nobis creent, cum voluerint? Hoc autem fiet, ubi nos ab omni ansa liberos exhibuerimus. Et hæc quidem hactenus. Utinam autem et simul aliquando congrediamur, et diligentius deliberemus de iis quæ nostris animabus conducunt, ne inter inanes curas deprehendamur, necessario exitu nobis superveniente. Cæterum iis quæ tua charitas

* Alias CCCXL. Scripta in episcopatu.

(87) *Ἀδύνατον.* Sic veteres libri sex. Corrupte in editis ἀδυνάτου. Mox tres codices φλεγμαινούσης μου.

(88) *Ἐν τούτοις.* Tres mss. ἐπὶ τούτοις. Mox deest νῦν in Medicæo.

(89) *Πλήρεις μέν.* Quatuor codices non antiquissimi πλήρης μὲν ἡ θεία Γραφὴ ὧν ἐδίδαξεν ἡμᾶς. Paulo post Harlæanus codex Ἐν τῇ γὰρ et κατὰ ταυτό.

(90) *Φησίν.* Coisl. primus et alius quidam φασίν.

(91) *Καὶ τοῦ πράγματα.* Ita Coisl. primus, Reg. primus, Harl. et Clarom. Editi et nonnulli mss. τῶν πραγμάτων.

Τιμοθέῳ χωρεπισκόπῳ.

modi non minus habet doloris, quam si media nostri corporis pars discinderetur. Ac tristia quidem ejusmodi, et his majora : sed quæ eorum quæ evenerunt consolatio ? Primum quidem, vigens illa ab initio lex Dei nostri, necesse omnino esse, ut quisquis natus fuerit, stato tempore de vita exeat. Si igitur sic res humanæ ab Adam ad nostra usque tempora constitutæ sunt, communes naturæ leges animo iniquo ne feramus, sed Dei erga nos dispensationem amplectamur : qui jussit fortem illam animam ac invictam, non consumpto morbis corpore aut ætate confecto migrare ex sæculo ; sed in ipso ætatis flore et in splendore rerum egregie in bello gestarum vitam finire. Quamobrem moleste illud ferre non debemus, quod a tali viro sumus separati ; sed Domino gratias agamus, quod talis viri convictu dignati fuerimus, cujus jacturam totum fere imperium Romanum persensit ; quem et imperator ipse desideravit, et milites planxerunt, et viri in maximis dignitatibus constituti ut germanum filium defleverunt. Cum igitur tibi suæ ipsius virtutis reliquerit monumentum, satis magnum existima habere te tui doloris solatium. Deinde et illud scire te volo, eum qui non succumbit afflictionibus, sed per spem in Deum doloris pondus tolerat, magnam habere apud Deum patientiæ mercedem. Neque enim nobis itidem ut externis, licet contristari de dormientibus per præceptum Apostoli[69]. Sint et liberi tui tanquam imagines vivæ, absentiam illius quem desideras demulcentes. Quare educandorum liberorum cura animum tuum a mœrore avocet ; et sollicita quomodo reliquum tibi tempus sic transigas, ut placeas Deo, egregia occupatione cogitationes tuas delinies. Nam præparatio ad causam coram Domino nostro Jesu Christo dicendam, ac studium veniendi in numerum eorum qui illum diligunt, idonea sunt quæ mœrori tenebras offundant, ut ab eo minime absorbeamur. Largiatur autem Dominus cordi tuo consolationem ex bono suo Spiritu ; ut et nos, audito rerum tuarum statu, recreemur, et omnibus tuis æqualibus exemplum sis præclarum vitæ secundum virtutem institutæ.

A δύο, ἀλλὰ σὰρξ μία, δηλονότι οὐχ ἧττόν ἐστιν ἀλγεινὴ τοιαύτη διάζευξις, ἢ εἰ τὸ ἥμισυ ἡμῶν τοῦ σώματος ἀπερρήγνυτο. Ἀλλὰ τὰ μὲν λυπηρὰ τοιαῦτα, καὶ μείζω τούτων· ἡ δὲ ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι παραμυθία τίς ; Πρῶτον μὲν, ἡ ἐξ ἀρχῆς κεκρατηκυῖα τοῦ Θεοῦ ἡμῶν νομοθεσία· τὸ χρῆναι πάντως τὸν εἰς γένεσιν παρελθόντα τοῖς καθήκουσι χρόνοις ἀπιέναι τοῦ βίου. Εἰ οὖν οὕτως ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρις ἡμῶν τὰ ἀνθρώπινα διατέτακται, μὴ ἀγανακτῶμεν ἐπὶ τοῖς κοινοῖς τῆς φύσεως νόμοις (60), ἀλλὰ καταδεχώμεθα τὴν ἐφ' ἡμῖν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίαν, ὃς ἐκέλευσεν ἐκείνην τὴν γενναίαν ψυχὴν καὶ ἀήττητον, μὴ νόσῳ δαπανηθέντος τοῦ σώματος, μηδὲ χρόνῳ καταμαρανθέντος, ἀναχωρῆσαι τοῦ βίου, ἀλλ' ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας καὶ ἐν τῇ λαμπρότητι τῶν κατὰ πόλεμον κατορθωμάτων (61) τὴν ζωὴν καταλῦσαι. Ὥστε οὐχ ὅτι ἐχωρίσθημεν ἀνδρὸς τοιούτου, δυσχεραίνειν ὀφείλομεν· ἀλλ' ὅτι τῆς πρὸς τὸν τοιοῦτον ἀνδρα συνοικήσεως κατηξιώθημεν, εὐχαριστήσωμεν τῷ Κυρίῳ, οὗ πᾶσα σχεδὸν ἡ Ῥωμαϊκὴ ἀρχὴ τῆς ζημίας ἐπήσθητο (62)· ὃν καὶ ὁ βασιλεὺς ἀνεκαλέσατο, καὶ στρατιῶται ὠδύραντο, καὶ οἱ ἐπὶ τῶν μεγίστων ἀξιωμάτων ὡς γνήσιον υἱὸν κατεπένθησαν. Ἐπεὶ οὖν κατέλιπέ σοι τὴν μνήμην τῆς οἰκείας αὐτοῦ (63) ἀρετῆς, ἀρκοῦσαν νόμιζε ἔχειν παραμυθίαν τοῦ πάθους. Ἔπειτα καὶ ἐκεῖνο εἰδέναι σε βούλομαι, ὅτι ὁ μὴ ὑποπεσὼν ταῖς θλίψεσιν, ἀλλὰ διὰ τῆς πρὸς Θεὸν ἐλπίδος τῆς λύπης τὸ βάρος ἀπενεγκών, μεγάλην ἔχει παρὰ τῷ Θεῷ τῆς ὑπομονῆς τὴν ἀντίδοσιν. Οὐδὲ γὰρ ἴσα τοῖς ἔξωθεν ἐπετράπημεν λυπεῖσθαι ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις παρὰ τῆς νομοθεσίας τοῦ Ἀποστόλου. Ἔστωσαν καὶ οἱ παῖδές σου ὥσπερ εἰκόνες ἔμψυχοι, τὴν ἀπουσίαν τοῦ ποθουμένου παραμυθούμενοι. Ὥστε ἡ περὶ τὴν τεκνοτροφίαν ἀσχολία ἀπαγέτω σου τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν λυπηρῶν· καὶ μεριμνῶσα δὲ περὶ τοῦ πῶς εὐαρέστως τῷ Κυρίῳ τὸν λειπόμενον ἑαυτῆς χρόνον διενέγκῃς, καλὴν ἀσχολίαν ἐπινοήσεις (64) τοῖς λογισμοῖς. Ἡ γὰρ ἑτοιμασία τῆς ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπολογίας, καὶ ἡ σπουδὴ τοῦ εὑρεθῆναι ἡμᾶς ἐναριθμίους τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ἱκανή ἐστιν ἐπισκοτῆσαι τῇ λύπῃ, ὥστε μὴ καταποθῆναι ἡμᾶς ὑπ' αὐτῆς. Παράσχοι δὲ ὁ Κύριος (65) τῇ καρδίᾳ σου τὴν ἐκ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ παράκλησιν τοῦ ἀγαθοῦ, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἀκούσαντες τὰ περὶ σοῦ ἀνεθῶμεν, καὶ πάσαις ταῖς καθ' ἡλικίαν σοι ὁμοτίμοις ὑπόδειγμα ᾖς ἀγαθὸν τοῦ κατ' ἀρετὴν βίου.

[69] I Thess. IV, 12.

440 EPISTOLA CCCIII *. ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΓ'.

Rogat ut imposita ob falsas criminationes equarum præstatio dimittatur.

Comiti privatarum.

Illius loci incolæ ex falsa, opinor, calumnia dignitati tuæ persuaserunt, ut istis equarum præsta-

B *Κόμητι πριβατῶν.*

Οἱ τοῦ χωρίου τοῦδε ἐκ διαβολῆς, οἶμαι, ψευδοῦς ἔπεισαν τὴν τιμιότητά σου φοράδων τέλεσμα (66)

* Alias CCCCXXIII.

(60) *Τῆς φύσεως νόμοις.* Harl. et Med. τῆς φύσεως ἡμῶν παθήμασιν.

(61) *Κατορθωμάτων.* Harl. et Med. ἀνδραγαθημάτων.

(62) *Ἐπήσθητο.* Reg. secundus, Clarom. et Bigot. ἐπήσθετο. Mox deest articulus in nonnullis codicibus, conjunctio in aliis nonnullis.

(63) *Οἰκείας αὐτοῦ.* Codex Medicæus οἰκείας ἑαυτοῦ.

(64) *Ἐπινοήσεις.* Reg. secundus. ἐπιθήσεις.

(65) *Ὁ Κύριος.* Restituimus ex sex mss. cum in editis deesset.

(66) *Φοράδων τέλεσμα.* Recte Scultetum castigat Combefisius quod *raptim vectigal* reddiderit. At idem immerito putat ob equarum possessionem tributum aliquod ejusmodi hominibus impositum fuisse. Perspicuum est equas ipsas iis, quibus pa-

Digitized by Google

τοῖσδε ἐπαγαγεῖν. Ἐπεὶ οὖν καὶ τὸ γινόμενον ἄδικον, καὶ διὰ τοῦτο ἀπαρέσκειν ὀφεῖλον τῇ τιμιότητί σου, καὶ ἡμῖν λυπηρὸν διὰ τὴν πρὸς τοὺς ἠδικημένους ἡμῖν ὑπάρχουσαν οἰκειότητα· ἐσπεύσαμεν παρακαλέσαι τὴν χρηστότητά σου μὴ ἐᾶσαι προβῆναι τοῖς ἀδικεῖν ἐπιχειροῦσι τὴν ἐπήρειαν.

A tionem indiceres. Cum igitur id quod factum est, injustum sit, et idcirco displicere debens dignitati tuæ, et mihi molestum propter necessitudinem mihi cum iis qui læsi sunt intercedentem; rogare festinavi benignitatem tuam, ut ne hominibus nocere volentibus injuriam ex sententia procedere patiaris.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΔ'

EPISTOLA CCCIV *.

Commendat aliquem de quo antea fuerat locutus.

Ἀβουργίῳ.

Οὗτός ἐστιν ὑπὲρ οὗ καὶ πρότερον διελέχθην σοι διὰ τοῦ διακόνου. Ἐπειδὴ οὖν ἔχων ἦκε τὴν ἐπιστολὴν παρ' ἡμῶν, ἀπέλθοι ἔχων ἃ βούλεται παρὰ σοῦ.

Aburgio.

Hic est ille, de quo mihi tecum etiam antea per diaconum sermo fuit. Cum ergo a me tibi litteras deferat, a te his quæ cupit impetratis discedat

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΕ'.

EPISTOLA CCCV **.

Commendat amicis suis hominem bene de illis meritum.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ ἐναρέτοις ἀνδράσιν.

Ἤδη γνώριμος ὑμῖν ἐστιν ὁ δεῖνα, ὡς αὐτὰ δηλοῖ τὰ διηγήματα τοῦ ἀνδρός. Ἐπὶ πάσης γὰρ ὑμᾶς προφάσεως ἔχει ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, ἐν ὀρθοδόξων μνήμῃ, ἐν ἀσκητῶν φιλοξενίᾳ, ἐν πάσῃ ἀρετῇ πρώτους ὑμᾶς ὁ ἀνὴρ ἄγει. Κἂν διδασκάλων τις μνησθῇ, οὐκ ἀνέχεται προθεῖναι ὑμῶν ἑτέρους· ἐὰν ἀγωνιστὰς τῆς εὐσεβείας, καὶ ἱκανοὺς τὸ πιθανὸν τῆς αἱρέσεως διελέγξαι, οὐκ ἂν ἕλοιτο ἕτερον πρὸ ὑμῶν ἀριθμῆσαι, πρὸς πάντα (67)] ἄμαχον ὑμῖν καὶ ἀνταγώνιστον τὴν ἀρετὴν μαρτυρῶν. Καὶ οὐ πολὺς αὐτῷ πόνος πεῖσαι, ταῦτα λέγοντι. Διηγεῖται γὰρ ἀκοαῖς μείζονα ἐπισταμένων ἀνθρώπων, ἢ ὧν ἄν τις νομισθείη μεθ' ὑπερβολῆς ἀπαγγέλλειν. Οὗτος τοίνυν ἐπανιὼν πρὸς ὑμᾶς γράμματα ᾔτησεν, οὐχ ἵνα ἑαυτὸν ὑμῖν οἰκειώσῃ δι' ἡμῶν, ἀλλ' ἵνα ἐμὲ εὐεργετήσῃ, τοῦ προσφθέγξασθαι τοῖς ἀγαπητοῖς μου (68) ἀφορμὴν παρασχόμενος· ὃν ἀμείψαιτο ὁ Κύριος τῆς ἀγαθῆς προαιρέσεως. Καὶ ὑμεῖς δὲ αὐτῷ εὐχαῖς καὶ τῇ ἀγαθῇ ὑμῶν περὶ πάντας προαιρέσει τὴν κατὰ δύναμιν χάριν διανείματε (69). Σημαίνετε ἡμῖν καὶ τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ὅπως ἔχει.

B *Sine inscriptione, causa virorum quorumdam virtute clarorum.*

Jam notus vobis ille est, ut ipsius ostendunt narrationes. Nam ad omnem vos occasionem in ore habet: in orthodoxorum recordatione, in ascetis hospitio excipiendis ac in omni virtute primas vobis defert. Si quis de doctoribus mentionem injiciat, non patitur alios vobis anteponi: si de pietatis propugnatoribus et ad confutandas hæreticorum cavillationes idoneis, alium ante vos numerare nolit, testimonium vobis tribuens virtutis, quam nemo vincere et expugnare possit. Nec magnus illi labor hæc dicendo persuadere. Loquitur enim auribus hominum, qui norunt majora, quam quæ quis enarrans exaggerare videatur. Is igitur ad vos C rediens petiit litteras, non ut se mea opera in vestram familiaritatem insinuaret, sed ut beneficium in me conferret, occasionem præbens salutandorum amicorum: cujus remuneretur Dominus bonam voluntatem. Vos autem ei precibus et bona vestra erga omnes voluntate gratias pro viribus persolvite. Significate etiam nobis quo sint loco res Ecclesiarum.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤϚ'.

441 EPISTOLA CCCVI ***.

Rogat ut civibus Alexandrinis propinqui corpus, Sebustiæ mortui, publico mandato exportandum concedat, et aliquid subsidii ex publico cursu ferri jubeat.

Ἡγεμόνι (70) *Σεβαστείας.*

Αἰσθάνομαι τῆς τιμιότητός σου ἡδέως τὰς ἐπιστολὰς ἡμῶν προσιεμένης, καὶ τὴν αἰτίαν γνωρίζω. Φιλάγαθος γὰρ ὤν, καὶ πρὸς εὐποιΐας πρόχειρος, ἐπειδή τινα ἑκάστοτε ὕλην παρεχόμεθά σοι ἱκανὴν

Principali Sebastiæ.

Intelligo dignitatem tuam libenter litteras meas D accipere, nec causam ignoro. Amans enim boni cum sis, et ad beneficentiam propensus, quoniam tibi aliquam subinde materiam suppeditamus ido-

trocinatur Basilius, imperatas fuisse, idque in multæ magis quam in tributi loco; siquidem eos comes rei privatæ falsis criminationibus deceptus damnaverat. Sic etiam Gregorius Naz. epist. 184 Nemesium flectere conatur, qui Valentiniano equorum multam ob aliquod delictum inflixerat. Nec mirum est in Cappadocia, quæ optimos equos alebat, ejusmodi multas impositas fuisse.

(67) *Πρὸς πάντα.* Ita Med., Coisl. uterque et Reg. secundus. Editi πρὸς πάντας.

(68) *Ἀγαπητοῖς μου.* Reg. secundus et Coisl. secundus ἀγαπητοῖς μοι. Paulo post Coisl. primus, Vat. et Clarom. ἀμείψεται.

(69) *Διανείματε.* Ita Med., Coisl. uterque, Vat. et Reg. secundus. Editi διανείμαντες.

(70) *Ἡγεμόνι.* Vide notas ad epist. 67, ubi eadem voce non ducem aut præsidem, sed principalem seu primum curiæ designari observamus. Neque obstat huic interpretationi precatio Basilii, ut viris illis aliquid subsidii ex cursu publico concedatur. Nam curialium nonnullas fuisse partes in regendo cursu publico observat Gothofredus in tit De cursu publico, pag. 508.

* Alias CCCLVII.

** Alias CCXXXII.

*** Alias CCCCXXIV.

Digitized by Google

neam, in qua animi tui magnitudinem ostendas, ad meas epistolas accurris, ut quæ bonorum operum occasiones habeant. Venit igitur et alia occasio, quæ tuæ in omnes benignitatis notis signari potest, simulque virtutum tuarum præconem in medium adducit. Viri enim Alexandria profecti, necessarii officii causa, quodque communi totius naturæ jure mortuis hominibus debetur, indigent patrocinio tuo; adeo ut jubeas, ut ipsis propinqui corpus Sebastiæ, exercitu ibi commorante, mortui, publico mandato exportandum concedatur: deinde et quantum licebit, subsidium ipsis feratur ex publico cursu, sicque inveniant aliquod longæ peregrinationis per tuam magnanimitatem solatium. Hæc autem ad magnam usque transitura Alexandriam, atque ad illius incolas miram tuæ dignitatis humanitatem perlatura, perspicuum est prudentiæ tuæ, etiamsi ego non dicam. Ego autem et in multis, quæ jam accepi, hoc quoque beneficium numerabo.

A δέξασθαί σου τῆς προαιρέσεως τὸ μεγαλοφυὲς, πρὸς τρέχεις ἡμῶν ταῖς ἐπιστολαῖς, ὡς ἔργων ἀγαθῶν ὑποθέσεις ἐχούσαις. Ἦκει τοίνυν καὶ ἄλλη ὑπόθεσις δυναμένη δέξασθαι (71) τῆς σῆς περὶ πάντα δεξιότητος τοὺς χαρακτῆρας, ὁμοῦ καὶ κήρυκα τῶν σῶν ἀγαθῶν ἐπαγομένη. Ἄνδρες γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας κινήσαντες καθηκόντως ἕνεκεν ἀναγκαίου, καὶ κοινῶς πάσῃ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων τοῖς ἀπελθοῦσιν ὀφειλομένου, δέονται τῆς παρὰ σοῦ προστασίας ὥστε κελεῦσαι αὐτοῖς σῶμα οἰκείου ἀνδρὸς, κατὰ τὴν ἐπιδημίαν τοῦ στρατοπέδου τελευτήσαντος τὸν βίον ἐν τῇ Σεβαστείᾳ, προστάγματι δημοσίῳ συγχωρηθῆναι κινῆσαι· ἔπειτα μέντοι καὶ τὴν δυνατὴν αὐτοῖς παρασχεθῆναι βοήθειαν ἐκ τοῦ δημοσίου δρόμου, ὥστε εὑρέσθαι τινὰ τῆς μακρᾶς πλάνης διὰ τῆς B σῆς μεγαλοφυΐας παραμυθίαν. Ταῦτα δὲ ὅτι μέχρι τῆς μεγάλης διαβήσεται Ἀλεξανδρείας, καὶ τοῖς ἐκεῖ διακονήσει (72) τὸ θαῦμα τῆς σῆς τιμιότητος, φανερὸν τῇ συνέσει σου, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω. Ἡμεῖς τε πρὸς πολλοῖς οἷς εἰλήφαμεν ἤδη καὶ ταύτην τὴν χάριν ἐναριθμήσομεν.

EPISTOLA CCCVII*.

Hortatur ut inter duos litigantes judicem se præbeat.

Sine inscriptione.

Repellunt sæpe vel utiles sententias contentiosæ indoles, idque præclarum et utile judicant, non quod aliis omnibus videtur, etiamsi profuturum sit, sed quod ipsis solis placet, etiamsi damnosum. Causa autem, insipientia, morumque perversitas, non aliorum consiljis attendens, sed solis suis confidens sententiis, ac subeuntibus cogitationibus. Subeunt autem ea quibus gaudent; gaudent autem iis quæ volunt. Qui autem ea quæ vult, judicat utilia, non tutus est justi judex, sed cæcis quos cæci ducunt, consimilis. Hinc et in damna facile incurrit, et utilitatis magistram habet experientiam. Huic nunc vitio obnoxius est qui cum hoc viro contendit. Nam cum oporteret judicium permittere communibus amicis; imo cum a multis sæpe judicatus esset, quibus jus et veritas curæ erant, nunc cucurrit ad judices, et ad tribunalium judicium, mavultque multis amissis pauca lucrari. Data autem a magistratibus judicia ne victoriam quidem sine detrimento ferunt. Sis ergo adjutor, **442** o charum caput; maxime quidem utrique litiganti (id enim pium est) prohibens ne ad judicem introeant; teque ipsius loco judicem illi præbens. Quod si alteruter non obtemperat, nec sententiæ cedit, fave injuriam patienti; et ei qui justa postulat, patrocinium tuum impende.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΖ'.

Ἀνεπίγραφος.

Διωθοῦνται πολλάκις καὶ τὰς χρηστὰς διανοίας αἱ φιλόνεικοι φύσεις, καὶ κρίνουσι καλὸν καὶ χρήσιμον οὐ τὸ πᾶσι τοῖς ἄλλοις δοκοῦν, κἂν ᾖ λυσιτελὲς, ἀλλὰ τὸ μόνοις αὐτοῖς ἀρέσκον, κἂν ἐπιζήμιον ᾖ. Τὸ δὲ αἴτιον ἄνοια καὶ σκαιότης τρόπων, οὐ προσεχουσα ταῖς παρ' ἑτέρων συμβουλίαις, μόναις δὲ πιστεύουσα γνώμαις οἰκείαις καὶ τοῖς ὑποπίπτουσι λογισμοῖς. Ὑποπίπτουσι δὲ οἷς χαίρουσι· χαίρουσι δὲ οἷς βούλονται. Ὁ δὲ ἃ βούλεται νομίζων λυσιτελῆ, οὐκ ἔστιν ἀσφαλὴς τοῦ δικαίου κριτὴς, ἀλλ' ἔοικε τυφλοῖς ὑπὸ τυφλῶν ὁδηγουμένοις. Ἐντεῦθεν καὶ προσπταίει ζημίαις εὐκόλως· καὶ τοῦ συμφέροντος διδάσκαλον ἔχει τὴν πεῖραν. Τοῦτο νῦν (73) τὸ πάθος ὑπομένει ὁ τῷ παρόντι συνεζευγμένος ἀνδρί. Δέον γὰρ τὴν κρίσιν ἐπιτρέψαι φίλοις κοινοῖς, μᾶλλον δὲ παρὰ πολλοῖς πολλάκις κριθεὶς, οἷς ἔμελε τοῦ δικαίου καὶ τῆς ἀληθείας, νῦν ἔδραμεν ἐπ' ἄρχοντας καὶ τὴν τῶν δικαστηρίων κρίσιν, καὶ αἱρεῖται, πολλὰ ζημιωθεὶς, ὀλίγα κερδάναι. Αἱ δὲ παρὰ ἄρχουσι κρίσεις οὐδὲ τὴν C νίκην ἀζήμιον φέρουσι. Γενοῦ (74) δὴ βοηθὸς, ὦ φίλη κεφαλὴ, μάλιστα μὲν ἀμφοτέροις τοῖς κρινομένοις (εὐσεβὲς γὰρ) κωλύων τὴν εἴσοδον τὴν πρὸς τὸν ἄρχοντα, καὶ γινόμενος αὐτοῖς ἀντ' ἐκείνου δικαστής. Εἰ δὲ ἀπειθεῖ θάτερος, καὶ μάχεται ταῖς ψήφοις, σύμπραξον τῷ ἀδικουμένῳ, καὶ πρόσθες τὴν παρὰ σοῦ ῥοπὴν τῷ ζητοῦντι τυχεῖν τῶν δικαίων.

* Alias CCXLVII.

(71) *Δέξασθαι.* Legendum conjicit Combefisius δείξασθαι. Sed minime necessaria emendatio. Probabilior videtur infra ejusdem eruditi viri conjectura, ubi legendum putat καθήκοντος.

(72) *Διακονήσει.* Sic editi et tres codices, quibuscum collata fuit hæc epistola, nempe Med., Coisl. primus et Vaticanus. Sed tamen merito Combefisius legendum docet διακομίσει.

(73) *Τοῦτο νῦν.* Ita Harl. et Med. Edit., Τοῦτο τοίνυν. Titulum huic epistolæ apposuimus, qualem in codice Harlæano et nonnullis aliis reperimus. Editi addunt ἐπὶ ἀποκαλύψει κρυπτῶν, *occultorum manifestationis causa.*

(74) *Γενοῦ.* Ita vetustissimi tres mss. et alii nonnulli. Editi γίνου.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΗ'.

EPISTOLA CCCVIII *.

Pauperes et afflictos Capralis incolas commendat.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ προστασίᾳ.

Sine inscriptione, patrocinii causa.

Καὶ παρούσης τῆς τιμιότητός σου τοῖς ἀδελφοῖς (75), τῶν ἀπὸ τοῦ χωρίου Καπράλεως ἕνεκεν, διελέχθην, καὶ προσήγαγον αὐτοὺς τῇ ἡμερότητί σου, παρακαλέσας σε ἔχοντα πρὸ ὀφθαλμῶν τὴν παρὰ τοῦ Κυρίου μισθαποδοσίαν, προΐστασθαι αὐτῶν, ὡς πενήτων καὶ καταπονουμένων ἐν ἅπασι. Καὶ νῦν πάλιν διὰ τοῦ γράμματος τὴν αὐτὴν ἀνανεοῦμαι παράκλησιν, εὐχόμενος τῷ ἁγίῳ Θεῷ καὶ τὴν ὑπάρχουσάν σοι περιφάνειαν καὶ λαμπρότητα τοῦ βίου συντηρηθῆναι, καὶ ἐπὶ μείζονα ἐλθεῖν, ἵνα ἀπὸ μείζονος δυνάμεως πολυτελέστερα ἡμᾶς ἔχῃς εὐεργετεῖν. Ὅτι γὰρ μία ἡμῖν εὐχὴ (76) ἡ παντὸς τοῦ οἴκου ὑμῶν σωτηρία, ἡγοῦμαι πεπεῖσθαί σε.

A

Et cum fratres essent coram tua dignitate, eorum causa qui locum Capralem incolunt, tecum collocutus sum, et eos coram tua clementia produxi, obsecrans, ut ante oculos habens promissam a Domino mercedem, protegas eos ut pauperes ac in omnibus afflictos. Et nunc rursus per litteras eamdem renovo precationem, Deum sanctum obsecrans, ut quæ nunc tibi adest claritas ac vitæ splendor conservetur, atque etiam auctior fiat, ut ex majore potestate locupletiora in nos beneficia conferre possis. Hoc enim nobis unum in votis esse, totius vestræ domus incolumitatem, persuasum tibi esse existimo.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΘ'.

EPISTOLA CCCIX **.

Commendat senem ex divite pauperrimum, et tribus liberis oneratum, de domus suæ censu sollicitum.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ ἐνδείᾳ.

Sine inscriptione, pro egeno.

Πάνυ κατέγνων τοῦ ἀδελφοῦ τοῦδε φροντίζοντος ἐπὶ τῇ ἀπογραφῇ τοῦ οἴκου· ὃς γε (77) προλαβὼν τὴν ἀναγκαίαν ἀτέλειαν ἔχει ἀπὸ τῆς πενίας. Ἀπὸ γὰρ βίου εὐπόρου, οὕτω τοῦ Κυρίου ἐπὶ συμφέροντι τῆς ψυχῆς αὐτοῦ οἰκονομήσαντος, νῦν εἰς τὴν ἐσχάτην πενίαν περιετράπη, ὡς μόλις μὲν καὶ τῆς ἐφ' ἡμέραν (78) τροφῆς εὐπορεῖν, ἀνδραπόδου δὲ μηδὲ ἑνὸς κατάρχειν, ἀπὸ πολλῶν ὧν πρότερον εἶχεν ἐν τῇ ἑαυτοῦ δεσποτείᾳ. Τούτῳ τὸ σῶμα περιλέλειπται μόνον, καὶ τοῦτο ἀσθενὲς καὶ γηραιόν, ὡς καὶ αὐτὸς ὁρᾷς· καὶ παῖδες τρεῖς, προσθήκη φροντίδων ἀνδρὶ πένητι. Ὅτι μὲν οὖν οὐδὲν ἐδεῖτο τῆς ἡμετέρας πρεσβείας, ἱκανὴν ἔχων τὴν πενίαν δυσωπῆσαι (79) διὰ τὸ φιλάνθρωπον τοῦ τρόπου, ἀκριβῶς ἠπιστάμην. Ἐπεὶ δὲ δυσάρεστοι οἱ αἰτοῦντες, ἐφοβήθην μήποτε ἐλλιμπάνῃ (80) τι τῶν εἰς αὐτὸν ὀφειλομένων, καὶ ἐπέστειλα, εἰδὼς, ὅτι ἡ ἡμέρα αὐτῷ, ἐν ᾗ ἂν πρῶτον ἴδῃ σου τὴν σεμνότητα, ἀρχὴ εὐθύμου βίου πρὸς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον γενήσεται, καὶ δώσει τινα βελτίονα τῶν πραγμάτων αὐτοῦ (81) μεταβολήν.

B

C

Vituperavi prorsus hunc fratrem de domus suæ censu sollicitum, quippe cum in antecessum necessariam immunitatem paupertas ei tribuat. Nam a vita opulenta, ita Domino ad animæ ipsius utilitatem dispensante, nunc in extremam egestatem redactus est, adeo ut quotidianus etiam victus ei vix suppetat, et ex multis mancipiis, quæ prius in sua potestate habuerat, nulli prorsus imperet. Huic corpus solum superest, idque, ut et ipse vides, infirmum et senio confectum, et liberi tres, accessio curarum viro indigenti. Hunc igitur nihil opus habere precatione mea, cum idoneam habeat ad flectendum paupertatem ob morum tuorum humanitatem, certo sciebam. Sed quia difficile est satisfacere petentibus, timui ne cui officio ei debito deessem; atque adeo scripsi, probe sciens diem illum, quo tuam gravitatem primum viderit, initium vitæ deinceps lætioris futurum, et meliorem aliquam illius rerum mutationem allaturum.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙ'.

443 EPISTOLA CCCX ***.

Commendat cognatos suos ac cæteros Ariarathiæ incolas.

Ἀνεπίγραφος, ὑπὲρ συγγενῶν.

Sine inscriptione, pro cognatis.

Αὐτῷ μοι περισπούδαστον ἦν συντυχεῖν σου τῇ

Mihi ipsi admodum in optatis erat cum tua fa-

(75) *Τοῖς ἀδελφοῖς.* Mutata interpungendi ratione lucem huic loco afferre conatus sum. Sic enim erat in editis, Καὶ παρούσης τῆς τιμιότητός σου, τοῖς ἀδελφοῖς... διελέχθην. Unde interpres, *sermonem habui cum fratribus, eorum, qui Capralis regione orti sunt, gratia*: sed quos hic Basilius fratres appellat, hi alii esse non possunt, quam selecti cives Capralenses ac de rebus patriæ missi. Quare nequaquam his fratribus res Capralenses commendabat, sed potius ei ad quem hæc scripta epistola. Hos enim coram illo antea produxit, ut de rebus Capralensium ageret: nunc eosdem cum litteris mittit. Cæterum clarior multo esset tota verborum complexio, si deessent hæ voces, τοῖς ἀδελφοῖς. Sed si retineantur, non puto aliter, ac interpretatus sum, accipi debere.

(76) *Ἡμῖν εὐχή.* Coisl. secundus et Reg. secundus ἡμῶν εὐχή.

(77) *Ὃς γε.* Sic Med., Coisl. primus et Vat. Editi ὅσγε. [Recte.]

(78) *Ἐφ' ἡμέραν.* Reg. secundus et Coisl. secundus ἐφημέρου. Ibidem Vaticanus codex ἀνδραπόδου δὲ μηδενός.

(79) *Δυσωπῆσαι.* Reg. secundus et Coisl. secundus δυσωπῆσαί σε.

(80) *Ἐλλιμπάνῃ.* Coisl. secundus et Reg. secundus ἐλλιμπάνειν.

(81) *Αὐτοῦ.* Ita Coisl. primus et Vat. Editi αὐτῷ.

* Alias CCXXXIII.

** Alias CCXXX.

*** Alias CCXXXVII.

Digitized by Google

cundia congredi pluribus de causis : primum, ut bonis, quæ tibi insunt, longo intervallo perfruerer; deinde, ut etiam pro Ariarathiæ incolis te precarer : quibus jamdudum gravatis dedit Dominus dignum solatium, probitatis tuæ administrationem illis concedens. Est autem et alia quædam meorum cognatorum possessio, quæ valde gravatur, ac fere caput est inopiæ Ariarathicæ : cui etiam precor, ut benignitas tua, quantum fieri potest; medeatur, quo ab iis qui potiuntur, deinceps ferri possit.

A λογιότητι πολλῶν ἕνεκεν· πρῶτον μὲν, ὥστε ἀπολαῦσαι τῶν ἐν σοὶ καλῶν διὰ πολλοῦ τοῦ ἐν τῷ μεταξὺ χρόνου· ἔπειτα δὲ, καὶ περὶ τῶν κατὰ Ἀριαραθίαν ἀνθρώπων παρακαλέσαι σε· οἷς ἐκ παλαιοῦ θλιβομένοις ἔδωκεν ὁ Κύριος ἀξίαν παραμυθίαν, τῆς σῆς ὀρθότητος τὴν ἐπιστασίαν αὐτοῖς (82) χαρισάμενος. Ἔστι δέ τι καὶ ἕτερον τῶν συγγενῶν τῶν ἐμῶν πάνυ βεβαρημένον, καὶ σχεδὸν τὸ καιριώτατον τῆς Ἀριαραθικῆς ἀπορίας ὑπάρχον· καὶ παρακαλῶ (83) κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον ἰατρευθῆναι παρὰ τῆς σῆς χρηστότητος, ὥστε φορητὸν τοῦ λοιποῦ γενέσθαι τοῖς κεκτημένοις.

EPISTOLA CCCXI *.

Rogat ut illius domus, qui hanc epistolam ferebat, publicis muneribus gravata subleveti.

Principuli.

B Multas me cogunt litteras dignitati tuæ scribere qui asseverationum mearum rationem non habent, sed proprium quiddam ac eximium in suis rebus exquirunt. Jamdudum enim eis testificatus sum, ita te communem fore et æquabilem nobis juris custodem, ut nemo amplius quidquam ad humanitatem requisiturus sit, nisi plus justo avidus fuerit. Sed tamen ut huic homini satisfaceremus, dedimus ei epistolam, commendantes eum tibi, rogantesque ut et libenter ipsum videas, et quia tempore fatiscit illius domus in obeundis muneribus, eam, quantum fas erit, allevare digneris.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΑ'.

Πρωτεύοντι.

Πολλὰς ἡμῖν ποιοῦσι τὰς ἐπιστολὰς πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα οἱ ταῖς διαβεβαιώσεσιν ἡμῶν μὴ προσέχοντες, ἀλλ' ἴδιόν τι καὶ ἐξαίρετον ἐν τοῖς ἑαυτῶν ἐπιζητοῦντες. Πάλαι γὰρ ἡμεῖς αὐτοῖς διεμαρτυράμεθα, ὅτι οὕτως ἔσῃ κοινὸς καὶ ἴσος τῶν δικαίων ἡμῖν φύλαξ, ὥστε μηδένα πλέον ἐπιζητῆσαί τι τῶν εἰς φιλανθρωπίαν, ἐὰν μή που ὑπερβάλῃ (84) τῇ ἀπληστίᾳ. Ὅμως δὲ πληροφοροῦντες τόνδε, ἐδώκαμεν αὐτῷ τὴν ἐπιστολὴν, συνιστῶντές σοι τὸν ἄνδρα, καὶ παρακαλοῦντες καλῶς τε αὐτὸν ἰδεῖν, καὶ διὰ τὸ χρόνῳ κεκμηκέναι αὐτοῦ τὸν οἶκον ἐπὶ ταῖς λειτουργίαις, τῆς ἐνδεχομένης αὐτὸν παρακλήσεως ἀξιῶσαι.

EPISTOLA CCCXII **.

Commendat aliquem metuentem ne ex novo censu læderetur.

Censitori.

C Nosti quæ accedant hominibus ex censibus tum lucra tum detrimenta. Quare huic ignosce in id vehementer incumbenti, ne quid damni accipiat : quinetiam ei ad jus obtinendum pro virili patrocinari in animum inducas.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΒ'.

Κηνσίτορι.

Οἶδας τὰς ἐκ τῶν κήνσων καὶ ὠφελείας καὶ βλάβας, τὰς γινομένας τοῖς ἀνθρώποις. Ὥστε σύγγνωθι τῷδε πολλὴν ποιησαμένῳ σπουδὴν μηδεμίαν ὑπομεῖναι βλάβην, καὶ συνάρασθαι αὐτῷ κατὰ δύναμιν πρὸς τὸ δίκαιον προθυμήθητι.

EPISTOLA CCCXIII ***.

Rogat Galatiæ Censitorem, ut de censu domus Sulpicii aliquid remittat.

Censitori.

Non licet eminus providentiam divinam intueri : sed nos homines præ animi imbecillitate quæ ante pedes posita sunt respicimus; et sæpe dum ad bonum finem deducimur, moleste ferimus, tolerante nostras inscitias eo, qui omnia in sapientia moderatur, Domino. Meministi enim quam moleste tunc 444 tulerimus impositam nobis sollicitudinem : quot advocaverimus amicos, ut illorum opera in-

D

* Alias CCCCXXI.
** Alias CCCCXXVI.
*** Alias CCCLIII.
(82) *Αὐτοῖς*. Hanc vocem addidimus ex quinque mss. codicibus.
(83) *Ὃ καὶ παρακαλῶ*. Deest conjunctio in Medicæo, Coisl. secundo et Reg. secundo.
(84) *Ὑπερβάλῃ*. Coisl. secundus et Reg. secundus ὑπερβάλλῃ.
(85) *Τῇ ἑαυτοῦ*. Sic tres vetustissimi codices. Editi τῇ αὐτοῦ.
(86) *Ἐδυσχεράναμεν*. Regius uterque et Coisl. secundus ἐδυσχεραίνομεν. Paulo post editi ὀνομάζομεν. Sed potior visa Regii primi et Paris. 3c Bigot. scriptura, quam secuti sumus.

Digitized by Google

αὐτῶν ἀπώσασθαι τὴν ἐπήρειαν. Οὕτω γὰρ ὠνομάζομεν τὸ πρᾶγμα. Ἀλλὰ νῦν ὁρᾷς ὁποῖα τὰ παρόντα. Παρέσχε γάρ σοι ὁ Θεὸς ἀφορμὴν τοῦ τὴν καλοκαγαθίαν τῶν τρόπων εἰς φανερὸν ἀγαγεῖν, καὶ παντὶ τῷ ἐφεξῆς βίῳ ἀγαθῆς μνήμης ἀφορμὰς ἐναφεῖναι. Ὁποῖαι γὰρ ἂν ὦσιν αἱ ἀποτιμήσεις αὗται, τοιαῦται καὶ αἱ ἐπ' αὐταῖς μνῆμαι παρὰ τῶν ἐπιγινομένων διασώζεσθαι πεφύκασιν (87). Ἐπεὶ δὲ οὐδὲ εὐχομένοις Γαλάταις ὑπῆρξεν ἂν φιλανθρωποτέρου ἤθους ἐπιτυχεῖν, ἀκριβῶς ἐγὼ πέπεισμαι. Ἔχω δὲ οὐ Γαλάτας μακαρίζειν τῆς σῆς ἐπιστασίας μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐμαυτόν (88). Ἔστι γὰρ κἀμοὶ οἶκος ἐν Γαλατίᾳ, καὶ οἴκων γε ὁ λαμπρότατος σὺν Θεῷ, εἰς ὃν εἰ τύχοιμι παρὰ σοῦ τινος βοηθείας (τεύξομαι δὲ ἕως ἂν ἡ φιλία τὴν οἰκείαν ἰσχὺν ἔχῃ), μεγάλην εἴσομαι τῷ Θεῷ τὴν χάριν. Εἰ οὖν τις λόγος παρὰ τῇ σῇ τιμιότητι τῆς ἐμῆς φιλίας, ὁμολογουμένην τινὰ ὠφέλειαν παρασχέσθαι τῷ οἴκῳ τοῦ θαυμασιωτάτου ἄρχοντος Σουλπικίου (89), ἡμῶν ἕνεκεν παρακλήθητι· ὥστε ὑφελεῖν τι τῆς νῦν οὔσης ἀπογραφῆς, μάλιστα μὲν ἀξιόλογον, καὶ τῆς σῆς μεγαλονοίας ἄξιον, προσθήσω δὲ, ὅτι καὶ τῆς ἡμετέρας πρεσβείας (90) τῶν ἀγαπώντων σε· εἰ δὲ μή, ἀλλ' ὅσον οἵ τε καιροὶ (91) συγχωροῦσι, καὶ ἡ τῶν πραγμάτων ἐπιδέχεται φύσις· πάντως δὲ ὑφελεῖν, καὶ μὴ ἐᾶσαι ἐπὶ τῆς ταυτότητος· ὥστε ἡμᾶς (92) μυρίων ὧν ἔχομεν παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἄρχοντος εὐεργεσιῶν μίαν χάριν ταύτην διὰ τῆς σῆς σεμνότητος ἀντεκτίσαι.

A juriam propulsaremus. Sic enim rem appellabamus Sed nunc vides qualia sint præsentia. Præbuit enim tibi Deus occasionem morum integritatis in lucem proferendæ, totique posteritati argumenta bonæ memoriæ relinquendi. Quales enim descriptiones censuum ipsæ fuerint, talis etiam earum recordatio a posteris conservari solet. Mihi autem Galatas ne optando quidem potuisse ingenium humanius nancisci exploratum et persuasum est. Nec Galatas solum beatos prædicare possum ob tuam administrationem, sed et meipsum. Est enim mihi etiam domus in Galatia ; ac domorum quidem Dei dono longe splendidissima, in quam quidem si mihi aliquid præsidii concesseris (concedes autem quandiu amicitia suo stabit robore), ingentes Deo gratias habiturus sum. Si qua igitur ratio apud tuam dignitatem amicitiæ meæ, ut ratum quoddam beneficium tribuas domi magistratus maxime admirandi Sulpicii, fac mea causa exoreris : adeo ut de censu præsenti aliquid demas, maxime quidem quod memorabile sit, et tua magnanimitate dignum, addam etiam et nostra qui te diligimus precatione. Sin minus, saltem quantum tempora concedunt, et rerum natura patitur : omnino autem aliquid demas, nec in eodem statu relinquas : ut pro innumerabilibus beneficiis, quæ ab egregio illo magistratu accepimus, hanc unam gratiam tuæ gravitatis opera referamus.

B

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΔ'.

EPISTOLA CCCXIV *.

Rogat ut sua causa amorem erga fratrem, qui hanc epistolam ferebat, multiplicet.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ οἰκέτῃ.

Sine inscriptione, pro famulo.

C

Καὶ πῶς ἐμελλον ἐγὼ γραμμάτων οἰκείαν ἀφορμὴν παρόψεσθαι, καὶ μὴ προσερεῖν (93) τὴν σὴν τιμιότητα, τοῦδε πρὸς ὑμᾶς ἀφικνουμένου ; Ὃς ἐξήρκει μὲν καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ εἰπεῖν τὰ ἡμέτερα, καὶ τὴν τῆς ἐπιστολῆς ἀποπληρῶσαι (94) χρείαν· ἠβουλήθη δὲ καὶ γραμμάτων διάκονος γενέσθαι, διὰ τὸ σφόδρα ἡμᾶς ἀγαπᾷν, καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς προσκεῖσθαι ἡμῖν. Παντὶ (95) τρόπῳ καὶ τὰ ὑμέτερα ῥήματα ἐπικομίζεσθαι βούλεται, καὶ ὑμῖν διακονεῖσθαι. Ἐδώκαμεν οὖν αὐτῷ τὴν ἐπιστολὴν, δι' ἧς πρῶτον μὲν ὑμῖν εὐχόμεθα πάντα τὰ ἀγαθὰ, ἅτε ὁ βίος οὗτος ἔχει, καὶ ὅσα τὸν ἐν ταῖς (96) ἐπαγγελίαις μακαρισμὸν ἀποκείμενα φυλάσσει· ἔπειτα καὶ δεόμεθα τοῦ ἁγίου Θεοῦ οἰκονομηθῆναι δεύτερον ἡμῖν τὴν συντυχίαν ὑμῶν, ἕως

Et quomodo ego domesticam scribendi occasionem negligerem, nec tuam salutarem dignitatem, hoc ad vos proficiscente ? Qui quidem et per se posset nostra narrare, litterarumque vicem explere : voluit tamen litteras etiam perferre, eo quod me vehementer diligat, ac mihi ex toto animo affixus sit. Cupit omnino et tuum responsum referre, et tibi suam operam præstare. Itaque ei dedi epistolam, qua tibi primum bona omnia precor, tum quæ hæc vita habet, tum quæ promissam beatitudinem reposita servant : deinde etiam Deum sanctum rogo, ut eo ita dispensante iterum vobiscum congrediamur, dum in terra versamur. Cæterum, quin erga memo-

(87) *Τοιαῦται... πεφύκασιν.* Sic tres vetustissimi codices. Editi τοιαύτη καὶ ἡ ἐπ' αὐτοῖς μνήμη... πέφυκε. Habent etiam ἐπ' αὐταῖς sex alii codices.

(88) *Ἐμαυτόν.* Sic tres vetustissimi codices. Editi ἑαυτόν.

(89) *Σουλπικίου.* Ita Harl. prima manu. Editi Οὐλπικίου.

(90) *Πρεσβείας.* Immorari non soleo in observandis interpretum erratis ; sed tamen hoc loco apponam speciem eruditionis Sculteti, ut quisque videat quantum huic homini tribuendum sit. Sic igitur interpretatur : *Quod ille sit ex ordine presbyterorum nostrorum.* Unde Combefisius : *Vapulet tiro qui sic deliret : eritque nobis homo sic inficetus do-*

D *ctrinæ Patrum verique eorum sensus arbiter.*

(91) *Καιροί.* Sic novem mss. Editi χρόνοι.

(92) *Ὥστε ἡμᾶς.* Coisl. primus et Med. ὡς ἡμᾶς.

(93) *Μὴ προσερεῖν.* Negatio addita ex Coisl. secundo et Reg. secundo.

(94) *Ἀποπληρῶσαι.* Iidem duo codices cum Med. πληρῶσαι.

(95) *Ἡμῖν. Παντὶ τρόπῳ.* Uterque Coisl. ἡμῖν παντὶ τρόπῳ.

(96) *Ὅσα τὸν ἐν ταῖς*, etc. Reg. secundus et Coisl. secundus ὅσα τῶν ἐν ταῖς ἐπαγγελίαις τὸν μακαρισμὸν ἀποκείμενον φυλάσσει.

* Alias CCXXXI.

Digitized by Google

ratum fratrem amorem multiplices mea causa, nullus dubito. Quare fac exoreris ut id reipsa experiatur.

ἐσμὲν ὑπὲρ γῆς. Τὴν δὲ εἰς τὸν προειρημένον ἀδελφὸν ἀγάπην ὅτι πολυπλασιάσεις ἡμῶν ἕνεκεν, οὐκ ἀμφιβάλλω. Ὥστε παρακλήθητι ἔργῳ αὐτῷ παρασχέσθαι τὴν πεῖραν.

445 EPISTOLA CCCXV *.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΕ'.

Commendat viduam sibi propinquam ejusque pupillos.

Sine inscriptione, pro propinqua.

Cum omnino persuasum habeam impetraturum me quidquid juste a tua dignitate petivero, libenter epistolam dedi ornatissimæ huic pupillorum curatrici, quæ ædes incolit hydra quadam multorum capitum acerbiores. Quibus omnibus accedit, ut sanguine inter nos conjuncti simus. Quapropter nobilitatem tuam rogo, ut et mihi aliquid tribuens et honorem pupillorum avo debitum conservans, aliquid feras auxilii : quo deinceps fiat illis hæc possessio tolerabilis.

Ἀνεπίγραφος, ὑπὲρ συγγενοῦς.

Πάνυ πεπεισμένος μηδὲν διαμαρτήσεσθαι περὶ ὧν ἂν μετὰ τοῦ δικαίου παρακαλέσω τὴν τιμιότητά σου, προθύμως ἦλθον ἐπὶ τὸ δοῦναι τὴν ἐπιστολὴν τῇ κοσμιωτάτῃ τῇδε ὀρφανῶν προεστώσῃ, καὶ οἰκίαν οἰκούσῃ ὕδρας τινὸς πολυκεφάλου χαλεπωτέραν. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις ὑπάρχει ἡμῖν τὸ καὶ οἰκείως ἔχειν ἀλλήλοις κατὰ γένος. Διὸ παρακαλοῦμέν σου τὴν εὐγένειαν, καὶ ἡμᾶς τιμῶντα, καὶ τῷ πάππῳ τῶν ὀρφανῶν τὴν ὀφειλομένην ἀποσώζοντα τιμὴν, παρασχέσθαι τινὰ βοήθειαν· ὥστε φορητὴν τοῦ λοιποῦ τὴν κτῆσιν αὐτοῖς καταστῆσαι.

EPISTOLA CCCXVI **.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙϚ'.

Commendat hominem patrocinio ad ea, quæ sibi proponebat, indigentem.

Sine inscriptione, pro divexato.

Quanquam omnino persuasum habeo litteris non indigere qui tuam clementiam adeunt, propterea quod ex animi probitate plura facis, quam quis obsecrans ad bonum adhortetur ; quia tamen hujusce filii cura majorem in modum tangor, adductus sum ut ad puram tuam et doli expertem animam scriberem, commendans tibi hominem ac rogans, ut quibus rebus poteris præstes, ei ad ea, quæ sibi proponit, tuum pro viribus auxilium. Nullum autem alium ei opus fore patronum, si digneris totam potestatem quam tibi Dominus largitus est, ad illius patrocinium impendere, mihi omnino persuasum est.

Ἀνεπίγραφος, ὑπὲρ καταπονουμένου (97).

Πάνυ πεπεισμένος μηδὲν δεῖσθαι γραμμάτων τοὺς πρὸς τὴν σὴν χρηστότητα ἀφικομένους, διὰ τὸ πλεῖον ποιεῖν ἐκ τῆς τοῦ τρόπου καλοκαγαθίας ἢ ὅσον ἂν τις παρακαλέσας προτρέψαιτό σε πρὸς τὸ ἀγαθὸν, ὅμως, διὰ τὸ καθ' ὑπερβολὴν φροντίζειν τοῦ υἱοῦ τοῦδε, ἐπιστεῖλαι τῇ καθαρᾷ σου καὶ ἀδόλῳ ψυχῇ προήχθην, συνιστῶν σοι τὸν ἄνδρα, καὶ παρακαλῶν, ἐν οἷς ἂν ᾖ δυνατὸν, παρασχέσθαι αὐτῷ εἰς τὰ προκείμενα τὴν κατὰ δύναμίν σοι ἐπικουρίαν. Ὅτι δὲ οὐδενὸς ἑτέρου δεηθήσεται προστάτου, σοῦ καταξιώσαντος πάσῃ δυνάμει ἣν ἔδωκέ σοι ὁ Κύριος, χρήσασθαι εἰς τὴν ὑπὲρ αὐτῷ προστασίαν, ἀκριβῶς ἐπίσταμαι.

EPISTOLA CCCXVII ***.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΖ'.

Amici occupationibus tribuit, quod raro litteris suis respondeat. Rogat ut is qui epistolam ferebat, non frustra se pertulisse sentiat.

Sine inscriptione, pro egeno.

Raras mihi ad tuam dignitatem efficiunt litteras rara a te responsa. Indicium enim facio, cur molestiam meas litteras afferre dignitati tuæ putem, quod non accipiam his quæ subinde scribo responsiones. Sed rursus ad aliam traducit cogitationem consideratio multitudinis negotiorum tuorum ; ac tot et tanta in manibus habenti ignosco, si mei obliviscaris : cujus ne si summum quidem esset otium et quies, ob vilem et abjectam vitam facile esset recordari. Te quidem sanctus ille et ad majorem splendorem perducat, et te sua ipsius gratia in præsenti claritate conservet. Mihi autem quælibet occasiones, novæ sunt scribendi

Ἀνεπίγραφος, ὑπὲρ ἐνδεοῦς.

Σπανίας ἡμῖν τὰς πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα κατασκευάζει ἐπιστολὰς τὸ σπάνιον τῶν αὐτόθι (98) ἀποκρίσεων. Δεῖγμα γὰρ ποιούμεθα τοῦ ὄχλον ἡμῖν τὸ γράμμα φέρειν τῇ τιμιότητί σου, τὸ μὴ δέχεσθαι ἐφ' οἷς ἂν ἑκάστοτε γράφομεν (99) τὰς ἀποκρίσεις. Πάλιν δὲ εἰς ἑτέραν μεθίστησι διάνοιαν ἡ ἔννοια τοῦ πλήθους τῶν περὶ σὲ πραγμάτων, καὶ συγγνώμην ἔχομεν τῷ τοσαῦτα διὰ χειρὸς ἔχοντι ἐπιλανθανομένῳ ἡμῶν, ὧν οὐδὲ εἰ πᾶσα ἦν σχολὴ καὶ ἡσυχία, διὰ τὸ ταπεινὸν τοῦ βίου μεμνῆσθαι ῥᾴδιον. Σὲ μὲν οὖν ὁ ἅγιος (1) καὶ ἐπὶ μεῖζονα τῆς περιφανείας ἀγάγοι, καὶ τῇ παρούσῃ λαμπρότητι συντηρήσοι τῇ ἑαυτοῦ χάριτι· ἡμεῖς δὲ πᾶσαν πρόφασιν ἀμειβόμενοι

* Alias CCXVIII.
** Alias CCXIX.
*** Alias CCXXII.

(97) *Ὑπὲρ καταπονουμένου.* Ita Med. et duo alii. Editi et Coisl. primus, ὑπὲρ καταποιουμένων.

(98) *Αὐτόθι.* Coisl. secundus et Reg. secundus αὐτόθεν.

(99) *Γράφομεν.* Iidem duo codices cum Med. γράφωμεν.

(1) *Ἅγιος.* Vaticanus et Claromontanus addunt Θεός.

Digitized by Google

μεθα γράμμασιν, οὐχ ἧκιστα δὲ τὴν παροῦσαν διὰ τόνδε, ὃν καὶ παρακατατιθέμεθά σοι, καὶ ἀξιοῦμεν λαβεῖν τινα αὐτὸν τῆς τῶν γραμμάτων ἡμῶν (2) διακονίας αἴσθησιν.

vices; ista inprimis, propter hunc hominem, quem tibi commendo ac rogo, ut se meas ad te litteras non frustra pertulisse sentiat.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΗ'

446 EPISTOLA CCCXVIII *.

Rogat ut epistolam ferenti et sua et patriæ prosit commendatio.

Βασιλείου, ἀνεπίγραφος, ὑπὲρ πατριώτου.

Τοὺς ἐκ τῆς πατρίδος ἡμῶν ἀφικομένους συνίστησί σοι αὐτὸ τῆς πατρίδος δίκαιον· εἰ καὶ ὅτι τῇ τοῦ τρόπου χρηστότητι πάντας ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ ἄγεις πρόνοιαν, τοὺς ὁπωσοῦν δεομένους τινὸς ἀντιλήψεως. Καὶ τὸν ἐγχειρίζοντα τοίνυν τὴν ἐπιστολὴν τῇ κοσμιότητί σου, τὸν υἱὸν τοῦδε, δέξαι, καὶ ὡς πατριώτην, καὶ ὡς δεόμενον ἀντιλήψεως, καὶ ὡς παρ' ἡμῶν συνιστάμενόν σοι· καὶ ἐκ πάντων τούτων ἓν αὐτῷ ὑπαρξάτω, τυχεῖν τῆς ἐνδεχομένης παρὰ σοῦ βοηθείας εἰς τὰ προκείμενα. Δῆλον δὲ, ὅτι ἐπὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἔργοις αἱ ἀνταποδόσεις, οὐ παρ' ἡμῶν τῶν μικρῶν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Κυρίου, τοῦ τὰς ἀγαθὰς προαιρέσεις ἀμειβομένου.

Basilii, carens titulo, pro conterraneo.

Eos qui e patria nostra adveniunt, ipsum tibi commendat patriæ jus: tametsi morum benignitate cunctos qui quomodocunque tuo auxilio indigent, sub tuam adducis providentiam. Hunc itaque qui epistolam comitati tuæ traditurus est, filium illius suscipe, et tanquam popularem, et tanquam opis indigum, denique tanquam per nos tibi commendatum; atque iis ex omnibus unum quoddam illi contingat, ut scilicet auxilium a te quantum fieri poterit consequatur in negotiis suis. Liquet autem bonis operibus paratam esse remunerationem, non per nos quidem pusillos homines, sed per Dominum, qui præclaris institutis mercedem rependit.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΙΘ'.

EPISTOLA CCCXIX **.

Commendat hospitem omni subsidio in terra extranea egentem.

Ὁμοίως ὑπὲρ ξένου.

Κατὰ πόδας τῆς ἀναχωρήσεώς σου ἐπέστη ἡμῖν ὁ υἱὸς οὗτος ὁ τὴν ἐπιστολήν σοι ταύτην ἀποδιδούς, χρείαν ἔχων, ὡς ἀνὴρ ἐν ἀλλοδαπῇ διάγων, πάσης τῆς παρὰ τῶν Χριστιανῶν ὀφειλομένης τοῖς ξένοις παραμυθίας. Τὸ μὲν οὖν πρᾶγμα οὗτός σοι ἐναργέστερον διηγήσεται· τὴν δὲ βοήθειαν αὐτὸς παρέξεις, τήν σοι κατὰ δύναμιν, καὶ ἀναγκαίαν τοῖς προκειμένοις. Ἐὰν μὲν οὖν παρῇ ὁ ἡγεμών, αὐτὸς ξεναγήσεις πρὸς αὐτὸν δηλονότι. Ἐπεὶ διὰ τῶν πολιτευομένων παρέξεις αὐτῷ τὰ σπουδαζόμενα. Οὐ γὰρ μικρῶς μοι μέλει τὸ πάντα αὐτὸν κατὰ γνώμην πράξαντα ἐπανελθεῖν.

Similiter pro hospite.

E vestigio recessus tui accessit ad me filius iste, qui hanc epistolam tibi porrigit: is velut homo in terra extranea degens, omni eget subsidio, quod hospitibus debetur per Christianos. Et negotium quidem ipse tibi clarius enarrabit: tu vero auxilium præbebis pro viribus, atque necessarium rebus præsentibus. Si itaque aderit præses, ipse videlicet ad eum duces hospitem. Alioqui, per eos qui rempublicam gerunt conficies ei quæ expetit. Non enim mediocriter mihi curæ est, ut peractis ex animi sententia omnibus revertatur.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚ'.

EPISTOLA CCCXX ***.

Testatur eum qui ad negotia procuranda missus fuerat, etsi re infecta redit, non tamen pigritiæ accusandum. Scire avet quo loco sint res ecclesiasticæ.

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ προσηγορίᾳ.

Διὰ μακροῦ ἡμῖν ὑπῆρξε προσειπεῖν τὴν τιμιότητά σου, τῷ τὸν ἀνακομίζοντα τὰς ἀποκρίσεις πολὺν χρόνον ἐνδιατρίψαι τῇ ἡμετέρᾳ, καὶ ἀνδράσι καὶ πράγμασι δυσχερεστέροις (3) περιπεσεῖν. Ἐνιαυτὸν γὰρ ὅλον ἀπεξενώθη τῆς ἐνεγκούσης. Ἀπάταις ἀνθρώπων καὶ διαλύσεσιν ὑπαχθείς, εἰ τῆς παρούσης αὐτῷ κακουργίας κρατήσειε, τοῦ παντὸς περιέσεσθαι, ὀψὲ τοῦ κεφαλαίου τῆς ζημίας ἐπῄσθετο, ἐν τῇ κατὰ μικρὸν ἀπάτῃ τῆς αἰσθήσεως κλεπτομένης. Ἐπεὶ οὖν ἐπάνεισι, τῶν τε τοῦ ἀέρος ὀχλη-

Sine inscriptione, salutandi gratia.

Longo intervallo nobis contigit tuam dignitatem salutare; eo quod qui responsa refert, diu in nostra regione commoratus sit, ac tum in viros morosissimos, tum in negotia difficillima inciderit. Nam annum totum abfuit patria. Is hominum dolis et transactionibus in eam spem inductus se, si præsentem nequitiam superaret, rei totius summam obtenturum, sero damni caput persensit: cum fraus paulatim progrediens sensum præterfugisset. Cum igitur redeat et ab aeris molestiis

(2) *Ἡμῶν.* Coisl. primus ἡμῖν. Paulo ante legit Combefisius πρὸς πᾶσαν πρόφασιν. Sed minus intellexit illud ἀμειβόμεθα, cujus hæc videtur esse sententia: Quot occasiones occurrunt, totidem scribendi vices usurpo.

(3) *Δυσχερεστέροις.* Sic uterque Coisl., Med. et Reg. secundus. Editi δυσχερεστάτοις. Statim editi ἀπάταις γάρ, sed vocula deest in mss. quatuor. Plures autem non habuimus in hanc epistolam.

* Ex Cotelerii *Monum. Ec. Gr.* t. II, p. 94.

** Ibid., p. 95

*** Alias CCXXI.

Digitized by Google

et ab hominum nequitia liberatus : salutamus te per illum, rogantes ut nostri memineris in precibus (nam precum auxilio valde indigemus), simul etiam certiorem te facio, quos beatus episcopus debito solvendo obnoxios reliquerat (siquidem in suo testamento et debiti fecit mentionem, et unde et a quibus illud **447** solvi oporteret), eos amicis admonitionibus spretis necessitatem tribunalium exspectare. Quare sodalis noster re infecta rediit, atque hæc ipsa rogavit ut de eo testaremur, ne segnitiei aut pigritiæ apud tuam dignitatem incusaretur. De his hactenus. Cæterum quo in statu sint res Ecclesiarum, utrum concedatur ut in eodem statu permaneant, an in pejus vergant, aut spem aliquam habeant futuræ in melius mutationis, per aliquem e charis fratribus certiorem me facere digneris.

A ρῶν καὶ τῆς τῶν ἀνδρῶν μοχθηρίας ἀπαλλαγείς, ἀσπαζόμεθά σε δι' αὐτοῦ, παρακαλοῦντες μεμνῆσθαι ἡμῶν ἐπὶ τῶν προσευχῶν (πολλῆς γὰρ τῆς ἐκ τῶν εὐχῶν βοηθείας δεόμεθα), καὶ ἅμα σημαίνομεν, ὅτι οἱ ὑπεύθυνοι καταλειφθέντες πρὸς τὴν τοῦ ὀφλήματος ἔκτισιν παρὰ τοῦ μακαρίου ἐπισκόπου, ἐπιμνησθέντος ἐν ταῖς διαθήκαις αὐτοῦ τε τοῦ χρέους, καὶ ὅθεν προσῆκεν ἐκτισθῆναι (4), καὶ διὰ τίνων, ὑπεριδόντες τῶν φιλικῶν ὑπομνήσεων, τὰς ἐκ τῶν δικαστηρίων ἀνάγκας ἐκδέχονται. Διὸ ἄπρακτος ἐπανῆλθεν ὁ ἑταῖρος ἡμῶν, καὶ ταῦτα αὐτὰ ἠξίωσεν αὐτὸν (5) παρ' ἡμῶν μαρτυρηθῆναι, ὡς μὴ ἀργίας μηδὲ ῥᾳθυμίας ἔγκλημα σχεῖν παρὰ τῇ τιμιότητί σου. Ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. Τὰ δὲ τῶν Ἐκκλησιῶν ὅπως ἔχει, εἴτε συγκεχώρηται μένειν ἐπὶ τῆς ὁμοιότητος, εἴτε καὶ πρὸς τὸ χεῖρον ἐκπέπτωκεν, ἢ τίνα (6) ἐλπίδα τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον ἔχει μεταβολῆς, γνωρίσαι ἡμῖν διὰ τινὸς τῶν γνησίων ἀδελφῶν καταξίωσον

B

EPISTOLA CCCXXI *.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚΑ'.

Auctor hujus epistolæ, quem Gregorium Nazianzenum esse non obscure perspicitur, non sine solito lepore Theclam rogat, ut his qui ecclesiæ conseptum exstruebant, vinum suppeditet, propterea quod vehemens anni præteriti frigus vites succiderat.

Theclæ.

Præterito anno, etc.

Θέκλῃ.

Τὸ παριππεῦσαν ἔτος, κ. τ. λ.

Vide inter S. Gregorii Nazianzeni epistolas, epist. 57.

EPISTOLA CCCXXII **.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚΒ'.

Rationem reddit cur sero respondeat : rogat ut post longam hiemis absentiam saltem ad Paschæ diem cum conjuge redeat.

Sine inscriptione, ut cum amico Pascha celebret.

Acceptis tuæ dignitatis litteris, gavisus sum, ut par erat, et Domino gratias egi, atque paratus eram respondere, si quis opportune de rescribendo submonuisset. Nam negotium illud, de quo mihi mandaveras, temporis progressu absolutum est. Non erat **448** autem, antequam conficeretur, tutum quidquam respondere. Hæc mei silentii fuit causa : non enim segnities, neque officii ignoratio. Etiamsi enim omnino piger essem, tamen vitia mea coram tua dignitate occultare omni modo studuissem. Nunc vero non possum ego tui oblivisci, ne brevissimo quidem temporis spatio : aut certe quispiam se ipse potius ignoret : sed sive scribam, sive non, infixum te meo cordi circumfero : et longam illam hiemis absentiam ita moleste fero, ut precer, si integrum tibi ipsi non est ob eas, de quibus audivi, occupationes, rusticos relinquere, mihi occasionem dari ad loca illa veniendi, ac vera illa tuorum morum integritate ac ornamentis tuis perfrucndi. Omnino autem salutarem Paschæ diem nobiscum conaberis transigere, una cum

C

D

Ἀνεπίγραφος, ἐπὶ φίλῳ συμπασχάσαι.

Δεξάμενος τὰ γράμματα τῆς σῆς τιμιότητος ἥσθην, ὡς εἰκὸς, καὶ εὐχαρίστησα τῷ Κυρίῳ, καὶ προθύμως εἶχον ἀντιφθέγξασθαι, ἐάν τις κατὰ καιρὸν περὶ ἀντιγράφων ὑπέμνησε. Τὸ γὰρ πρᾶγμα ὑπὲρ οὗ (7) ἐπέταξας ἡμῖν, χρόνῳ ἐλάμβανε τὴν κατάστασιν. Οὐκ ἐνῆν δὲ πρὸ τοῦ πέρατος ἀσφαλὲς οὐδὲν ἀποκρίνασθαι. Αὕτη ἡ αἰτία τῆς σιωπῆς ἡμῶν· οὐ γὰρ δὴ ῥᾳθυμία, οὐδὲ ἄγνοια τοῦ προσήκοντος. Εἰ γὰρ καὶ ὅλως ἦμεν (8) ῥᾳθυμοι, ἐσπουδάσαμεν πάντως ἐπὶ τῆς σῆς τιμιότητος συσκιάσαι ἡμῶν τὰ ἐλαττώματα. Νῦν δὲ οὐκ ἔστιν ἡμῶν ἐπιλαθέσθαι σου οὐδὲ τὸ βραχύτατον (ἢ πρότερον ἄν τις ἑαυτὸν ἀγνοήσειεν)· ἀλλὰ κἂν ἐπιστέλλωμεν, κἂν μὴ, ἐνιδρυμένον σε ταῖς καρδίαις ἑαυτῶν περιφέρομεν, καὶ πρὸς τὴν μακρὰν ἀπόλειψιν τοῦ χειμῶνος οὕτω δυσκόλως ἔχομεν, ὥστε εὔχεσθαι, εἰ μὴ αὐτῷ σοι (9) δυνατὸν, διὰ τὰς ἀκουομένας ἀσχολίας, καταλιπεῖν τοὺς ἀγροίκους, ἡμῖν ἐγγενέσθαι πρόφασιν ἐπιστῆναι τοῖς τόποις, καὶ τῆς ἀληθινῆς εὐσταθείας τῶν σῶν τρόπων καὶ τῆς κοσμιότητος ἀπολαῦσαι. Πάντως δὲ τὴν σωτήριον ἡμέραν τοῦ Πάσχα μεθ' ἡμῶν ποιῆσαι προθυμηθήσῃ, μετὰ τῆς κοσμιωτάτης συμβίου σου,

* Alias CCXII.

** Alias CCXXIII.

(4) *Ἐκτισθῆναι.* Duo codices ἐκτίσθαι. Paulo post male in editis ἕτερος. Mss. ἑταῖρος.

(5) *Αὐτόν.* Non male deest in codice Vaticano.

(6) *Ἤ τίνα.* Duo codices εἴτε τίνα. Ibidem editi γνωρίσαις. Quatuor mss. ut in textu.

(7) *Ὑπὲρ οὗ.* Duo mss., περὶ οὗ. Paulo post editio Paris., οὐκ εἶην δέ. Mss. ut in textu. Subinde quatuor codices, σιωπῆς ἡμῶν. Editi σιωπῆς ἡμῖν.

(8) *Ἦμεν.* Deest ea vox in Med. et Coisl. primo. Duo codices, εἰ γὰρ καὶ ἄλλως ἐσμέν.

(9) *Εἰ μὴ αὐτῷ σοι.* Sanum locum Combefisius corrumpit, dum emendare cupit. Legendum putat εἰ μὲν αὐτῷ σοι, repugnantibus codicibus mss. ac ipsa etiam sententia.

Digitized by Google

ἣν καὶ προσαγορεύομεν διὰ σοῦ, καὶ παρακαλοῦμεν A συμπρᾶξαι ἡμῖν εἰς τὸ ἐπεῖξαί σε πρὸς ἡμᾶς.

ornatissima tua conjuge : quam per te saluto et rogo, ut tradita mihi opera tuam ad nos profectionem urgeat.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚΓ'.

EPISTOLA CCCXXIII*.

Gratias agit Deo, quod Philagrii servorum fuga ipsius litteras sibi conciliaverit : hortatur ut sæpe ad se scribat de aomesticis et ecclesiasticis rebus, ac operam suam Ecclesiarum pacificationi impendat. Cæterum sibi epistolam sero redditam a Cyriaco ; sed tamen diligentiam suam non defuisse.

Φιλαγρίῳ Ἀρκήνῳ (10).

Χάρις τῷ ἁγίῳ Θεῷ· οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι χάριν ἔχειν τοῖς ἠδικηκόσι σε, ὅτι μοι γεγόνασι γραμμάτων ὑπόθεσις. Ἀλλ' ὁ πανταχόθεν εὐεργετῶν ἡμᾶς Κύριος οἶδε καὶ διὰ τῶν λυπηρῶν πληροῦν πολλάκις τὰς παρακλήσεις. Ὅθεν καὶ ἡμῖν τὴν εἰκαιότητα (11) τῶν ἀποδράντων σε (12), εὐφροσύνης ἐποίησεν ἀφορμήν. Ἀλλὰ γράφοις ἡμῖν διὰ πάσης προφάσεως· τοιαῦτα γράφων, οὕτω μὲν ἀπὸ χρηστῆς γνώμης, B οὕτω δὲ ἀπὸ γλώττης κεκαθαρμένης. Καὶ γὰρ εἰ μὴ φαμεν προσποιεῖσθαι τὸ ἐν τῇ λέξει τερπνόν, ἀλλ' οὖν φυσικῶς πως κατακηλούμεθα παρ' αὐτοῦ, καὶ ἄγετε ἡμᾶς, οἱ τὸν λόγον χαρίεντες, ὥσπερ οἱ τὰς μελίσσας διὰ τῶν κρουμάτων (13). Πολλάς γε οὖν πέμπε τὰς ἐπιστολάς, καὶ μακρὰς ὡς ἐνι μάλιστα· οὐ γὰρ δὴ ἀρετὴ ἐπιστολῆς ἡ βραχύτης, οὐ μᾶλλόν γε ἢ ἀνθρώπου. Γράφε δὲ ἡμῖν τά τε κατὰ τὸν οἶκον, ὅπως διάκειται, καὶ αὐτό σοι τὸ σῶμα ὅπως ὑγείας ἔχει· καὶ, εἰ τὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἡσυχάζει· μέλει γάρ σοι καὶ τούτων καλῶς ποιοῦντι. Καὶ μέντοι καὶ εἴ τις δύναμις συμπονεῖν τῇ εἰρήνῃ καὶ τῇ ἑνώσει τῶν διεστηκότων, μὴ παραιτοῦ. Ὁ δὲ χρηστὸς Κυριακὸς ἤψατο πρότερον τῆς σπουδῆς, καὶ τότε ἡμῖν ἀπέδωκε τὴν ἐπιστολήν· ἐπὶ δὲ (14) τὰ λείψανα τοῦ C πράγματος ἔσχε συναιρομένους, τὰ ἡμῖν δυνατά. Ἐπεστείλαμεν γὰρ τῷ χωρεπισκόπῳ τῶν τόπων· ὃς ἐὰν ποιήσῃ τι τῶν προστεταγμένων, αὐτὰ γνωρίσει τὰ πράγματα.

Philagrio Arceno.

Gratiæ Deo sancto ; non enim dixerim me gratiam habere his qui te læserunt, quod mihi litterarum occasio exstiterint. Sed qui nos undecunque beneficiis afficit Dominus, novit per ipsas etiam molestias implere sæpe consolationes. Unde et mihi levitatem eorum qui a te aufugerunt, gaudii occasionem effecit. Verum, qualibet oblata occasione, ad me scribe, cum scribas talia, ex voluntate adeo bona, et lingua adeo pura. Quanquam enim orationis suavitatem sectari me non affirmo, tamen natura duce per illam demulceor ; ei vos quorum oratio suavis est ac jucunda, me perinde ducitis, ac apes tinnitibus ducuntur. Multas igitur mitte epistolas, et quam poteris longissimas ; non enim virtus epistolæ brevitas, non sane magis quam hominis. Scribe autem nobis et de rebus tuis domesticis, quo sint loco ; et corpus tuum ut valeat, et utrum res Ecclesiarum tranquillæ sint. Nam et hæc tibi curæ sunt, nec immerito. Imo etiamsi qua facultas de pace et dissidentium conjunctione allaborandi, ne refugias. Cæterum bonus ille Cyriacus prius diligentia usus est, et tunc mihi reddidit epistolam : deinde ad id quod supererat negotii adjutores nos habuit pro nostris viribus. Scripsimus enim ad locorum chorepiscopum : qui quidem utrum aliquid ex iis, quæ in mandatis habet perfecturus sit, res ipsa demonstratura est.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΚΔ'.

449 EPISTOLA CCCXXIV**.

Hortatur ut sibi caveat a Patricio homine vaferrimo.

Πασινίκῳ (15) *ἰατρῷ.*

Δεῖγμα (16) τοῦ μὴ παρέργως σε ἔχειν περὶ ἡμᾶς, ἢ εὐθὺς ἀπ' αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, τῶν θυρῶν τῆς εἰσόδου (17) προσφθέγγεσθαι ἡμᾶς. Ἔστι μὲν οὖν καὶ D αὐτὸ σπουδῆς ἄξιον, τὸ ἐντυγχεῖν γράμμασι φιλικοῖς· ἐὰν δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς μεγίστοις χρείαν ἀνύῃ τὰ

Pasinico medico.

Argumento est me a te non negligi, quod statim ab ipsis judicii, ut ita dicam, januis me salutasti. Atque illud quidem optabile est, litteras amicas accipere : sed si quæ scribuntur, in rebus maximis usui sint, certe in pretio longe

(10) *Φιλαγρίῳ Ἀρκήνῳ.* Sic tres vetustissimi codices, itidem ut editi. Reg. secundus et Coisl. secundus, Φιλαγρίῳ Ἀρκίνῳ. Reg. primus, Φιλαγρίῳ, tantum. Duo iidem mss. initio epistolæ, ὑποθέσεις.

(11) *Εἰκαιότητα.* Sic uterque Coisl. cum Regio primo et Paris. Huic scripturæ favet etiam Vaticanus, qui habet, ἐκκαιότητα. Harl. et Reg. primus cum editis, σκαιότητα.

(12) *Ἀποδράντων σε.* Sic Harl., Coisl. primus, Reg. primus et Vat. Editi, ἀποδρασάντων σε. Clarom., ἀποδράντων σου.

(13) *Κρουμάτων.* Ita tres vetustissimi codices mss. et alii duo. Editi, κρουσμάτων.

(14) *Ἐπὶ δέ.* Sic mss. Editi, ἐπεὶ δέ.

(15) *Πασινίκῳ.* Clarom., Πατωνίκῳ.

(16) *Δεῖγμα.* Editi addunt, μέγιστον, sed deest illa vox in sex codicibus. Ibidem Coisl. primus, ἔχειν πρὸς ἡμᾶς. Coisl. secundus et Reg. secundus, μὴ παρέργως ἔχειν.

(17) *Τῆς εἰσόδου.* Magis arrisit hæc scriptura Reg. secundi et Coisl. secundi, quam quod legitur in aliis codicibus et editis, τῆς ὁδοῦ, *ab ipsis viæ januis.* Εἴσοδος in epist. 289 et 307 idem sonat ac judicium, sive introitus in causam, qui quidem sensus mirifice quadrat cum hac epistola. Ibidem Coisl. primus, προσφθέγξασθαι. Paulo post Med, Harl., Coisl. primus, εἰ δὲ καὶ τὴν... ἀνύει.

* Alias CCCLV.

** Alias CCCLXXV.

Digitized by Google

majori sunt habenda. Itaque pro certo scias, Patricium virum perquam optimum tanta suadæ pharmaca in suis labiis ferre, ut, non modo quod tu scripsisti, sed etiamsi Sauromatam quemdam aut Scytham offenderit, ei facile quidquid libuerit persuadeat. Verumtamen illa hilaritatis verba non ex corde proficiscuntur. Jamdudum enim obtinuit illa species, voce tenus simplices esse et ineptos, ac paratos res suas cuivis judicio committere; sed ubi ad rem ipsam ventum erit, tu vero illic haud reperiaris. Sed hæc apud te dicta sint, ut ipse agnoscas virum hunc alioqui non eum esse, quem facile ducas quo velis; atque etiam in animum tuum inducas, nequaquam verbis decoris attendere, sed dum rebus ipsis comprobentur, exspectare.

A quam sale condire? siquidem hilarem jucundamque animæ æquabilitatem hymnorum solatia conferunt. (2) Preces ante cibum fiant, quæ donis Dei dignæ sint, tum quæ nunc largitur, tum quæ in futurum recondidit; preces etiam post cibum, quæ et gratiarum actionem pro acceptis bonis et promissorum petitionem habeant. (3) Est autem oratio illa præclara, quæ perspicuam Dei notionem animæ imprimit: idque Dei inhabitatio est, insidentem intus Deum memoria complecti. Sic Dei efficimur templum, cum nec terrenis curis perpetuus memoriæ tenor interpellatur, nec improvisis commotionibus perturbatur mens, sed omnia fugiens ad Deum secedit, repellens provocantes ad libidinem affectiones, ac in studiis ad virtutem ducentibus B immoratur. (4) Sed quod aliis diluculum, id pietatis cultoribus media nox: cum maxime nocturna quies otium animæ largiatur, neque oculis, neque auribus quidquam visu aut auditu exitiosum in cor immittentibus, sed mente sola per se cum Deo rationem habente, seque corrigente **525** per peccatorum recordationem et regulas sibi ipsi præscribente ad vitia declinanda, ac Dei auxilium ad ea, quæ studio habet, perficienda implorante.

4. Τοῦτο καὶ ἡ κατὰ Μωϋσέα παραινίσσεται ἱστορία, ὅτι διὰ τὸ τοὺς προκόπτοντας μὴ ἐξομαλίζειν τὰς πράξεις, ἀλλὰ ποτὲ μὲν κρεῖττον βιοῦν, ποτὲ δὲ ἐ.' ἀτονίαν ἐκλύεσθαι ἀσθενέστερον ἐνεργεῖν, τῆς ἀνθρωπίνης καταστάσεως σύμβολα ἦν τὰ τότε γινόμενα. Εἰ μὲν γὰρ ἐπῆρε τὰς χεῖρας, ἐνίσχυεν Ἰσραήλ· ὅτε δὲ καθῆκε τὰς χεῖρας, ἐνίσχυεν Ἀμαλήκ. Τουτέστι, καταπιπτούσης ἡμῶν τῆς δραστικῆς δυνάμεως, ἰσχύει τὰ ἀντιπαλαίοντα ἡμῖν· ὑψουμένης δὲ καὶ διαιρομένης, δυνατώτερον γίνεται τὸ διορατικὸν ἐν ἡμῖν· ἐπαίρει μὲν γὰρ ὁ τὰ ἄνω ζητῶν, ἐκτείνει δὲ ὁ τῆς εἰς τὰ σωματικὰ βοηθείας ἐπιδεόμενος. Ὁ τοίνυν ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ γενόμενος, οὐ κακολογίαν, οὐ ματαιότητα, οὐκ αἰσχρῶν πραγμάτων ῥήματα, ἀπαγγέλλει, ἄπαγε! ἀλλ' *Ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ*, κατὰ τὸν Δαβὶδ, *πᾶς τις λέγει δόξαν*. Ἑστήκασιν οἱ ἀπογραφόμενοι τὰ ῥήματα ἄγγελοι· πάρεστιν ὁ Κύριος τὰς διαθέσεις τῶν εἰσιόντων ἐπισκοπῶν. Ἡ προσευχὴ ἑκάστου πεφανέρωται τῷ Θεῷ· τίς ἐκ διαθέσεως, τίς ἐπιστημόνως ἐπιζητεῖ τὰ οὐράνια· τίς ἀφωσιωμένως ἄκροις τοῖς χείλεσι τὰ ῥήματα φθέγγεται, ἡ δὲ καρδία αὐτοῦ πόρρω ἀπέχει ἀπὸ Θεοῦ. Κἂν εὔχηται, ὑγίειαν σαρκὸς, καὶ σωματικὸν πλοῦτον, καὶ δόξαν ἀνθρωπίνην ἐπιζητεῖ. Δεῖ δὲ οὐδὲν τούτων, ὡς ὁ λόγος διδάσκει, ἀλλ' *Ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν*. Ἀλλ', ὦ τοῦ θαύματος! *Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ*. Ἀγγέλοις ἔργον,

4. (5) Hoc etiam nobis innuit Moysis historia; quippe quæ tunc fiebant, conditionis humanæ erant symbola, quod ii qui proficiunt, non pari ratione ac tenore operantur: sed modo melius vivunt, C modo vero ob imbecillitatem franguntur, suasque languidius exerunt actiones. Etenim si Moyses attolleret manus, vincebat Israel [59]: quando vero eas demittebat, prævalebat Amalec. Hoc est, nostra facultas actuosa siquando fatiscit ac prosternitur, in nos prævalent adversariæ potestates: e contrario, si ea sublata in altum sit et erecta; vis nostra videndi vires majores resumit. Siquidem qui quærit sublimia, sustollit: extendit vero, qui ad comparandas res corporales auxilium rogat. (6) Qui igitur in templo Dei est, non convitia, non res vanas, non verba obscenis rebus referta profert, absit! sed *In templo ejus*, ut ait David, *quisque dicit gloriam*. Astant angeli, qui verba describunt: adest Dominus, qui animum ingredientium intuetur. Preces uniuscujusque manifestæ Deo D sunt; quis ex affectu, quis scite exquirat cœlestia; quis perfunctorie et extremis labris verba pronuntiet, cor vero ipsius procul a Deo. Quod si orat, carnis sanitatem, opesque corporeas et humanam gloriam efflagitat. Horum autem nihil petendum est, ut Scriptura docet: sed *In templo ejus unusquisque dicit gloriam* [60]. Verum, o rem admiratione

[59] Exod. xvii, 11. [60] Psal. xxviii, 9.

(1) *Καὶ μόνου καθ' ἑαυτόν*. Forte μόνου καὶ καθ' ἑαυτόν. Edit.
(2) Ex epist. ii, 74.
(3) Ibid., 75.
(4) Ibid., 75.
(5) Ex comment. *in Isa.*, 408.
(6) Ex hom. *in psal.* xxviii, 122.

Digitized by Google

dignam! *Cœli enarrant gloriam Dei* [61]. Deum gloria afficere, angelorum munus est. Hoc unum est totius cœlestis exercitus officium, referre creatori gloriam. Creatura omnis, tum silens, tum loquens, tum cœlestis, tum terrena, dat gloriam conditori. Miserabiles vero homines, postquam ædibus suis relictis ad templum cucurrerunt, quasi quidpiam consecuturi emolumenti, tamen Dei verbis aures non præbent, suam ipsorum naturam non sentiunt; non mœrent dum reminiscuntur peccatorum; non timent judicium; sed arridentes, et inter se jungentes dextras, precationis domum in locum immodicæ loquacitatis vertunt, aspernati Davidem declarantem et dicentem: *In templo ejus unusquisque dicit gloriam.* Tu vero non modo non loqueris: sed alteri etiam es impedimento, qui eum tibi reddas attentum. Deus enim minime indiget gloria; sed te vult esse dignum, qui consequare gloriam. Quapropter, *Quod seminat homo, hoc et metet* [62].

5. (1) Censeo autem oportere Deo bona largienti gratias agere, procrastinanti vero non succensere. Et sane si nobis dederit tecum esse, optima hæc simulque jucundissima parabimus; si rem differat, damnum leniter feremus. Nam melius profecto, quam nos ipsi eligere possimus, nostra moderatur. (2) Halcyon avis marina est. Hæc depositis in ipsa arena ovis, secundum ipsa littora fetificaré solet; et circa mediam fere hiemem pullos excludit, tum cum mare multis et violentis ventis ad terram **526** alliditur. Attamen consopiuntur venti omnes, quiescunt æquorei fluctus per septem dies, quibus halcyon ovis incubat. Nam totidem diebus solum pullos excludit. Cum autem et victu ipsis opus sit, alios septem dies ad pullorum incrementum Deus munificentissimus minimo huic animali præstitit. Quamobrem et omnes nautæ hoc sciunt, diesque illos appellant halcyoneos. Res illæ per Dei in bruta providentiam sancitæ sunt et ordinatæ, ut tu his incitatus, ea quæ ad tuam salutem pertinent, a Deo exposcas. Quid tua causa, qui factus es ad Dei imaginem, etiam præter exspectationem fieri non possit, cum aviculæ adeo exiguæ gratia vastum et horrendum mare in media hieme quiescere jussum, detineatur ac frenetur? Si enim halcyoni tanta largitur, quanto majora iis qui ipsum toto corde invocant, concessurus est? Quapropter, o fratres, illud statutum habeamus, cum cæteris in precibus nostris, tum etiam tentationis tempore, non ad humanas spes accurrere, neque hinc venari nobis auxilium: sed in lacrymis et suspiriis et laboriosa prece vigiliisque assiduis preces fundere. Sic enim sua levatur anxietate, qui et humanum auxilium ut vanum contemnit, et spes in eum, cui servandi nostri est po-

δοξολογεῖν τὸν Θεόν. Πάσῃ τῇ στρατιᾷ τῶν ἐπουρανίων ἓν τοῦτο ἔργον, δόξαν ἀναπέμπειν τῷ κτίσαντι. Ἡ κτίσις πᾶσα, ἥ τε σιωπῶσα καὶ φθεγγομένη, ἥ τε ὑπερκόσμιος, ἥ τε περίγειος, δοξάζει τὸν κτίσαντα. Ἄνθρωποι δὲ ἐλεεινοὶ, καταλιπόντες τοὺς οἴκους καὶ ἐπὶ τὸν ναὸν δραμόντες (3), ὡς δή τι ἑαυτοὺς ὠφελήσοντες, οὐχ ὑπέχουσι τὰς ἀκοὰς λόγοις Θεοῦ, οὐ λαμβάνουσιν αἴσθησιν τῆς ἑαυτῶν φύσεως, οὐ λυποῦνται εἰς μνήμην τῶν ἁμαρτιῶν ἀφικνούμενοι, οὐ τρέμουσι τὴν κρίσιν· ἀλλὰ μειδιῶντες καὶ τὰς δεξιὰς ἀλλήλοις ἐμβάλλοντες, τόπον μακρολογίας τὸν οἶκον ποιοῦνται τῆς προσευχῆς, παρακούοντες τοῦ Ψαλμῳδοῦ διαμαρτυρομένου καὶ λέγοντος, ὅτι *Ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν.* Σὺ δὲ οὐ μόνον οὐ λέγεις, ἀλλὰ καὶ ἑτέρῳ ἐμπόδιον γίνῃ, ἐπιστρέφων πρὸς ἑαυτόν. Μὴ γὰρ δόξης ἐπιδέεται ὁ Θεὸς, ἀλλὰ σὲ βούλεται ἄξιον εἶναι τοῦ δοξασθῆναι. Διότι, *Ὃ σπείρει ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει.*

5. Χρὴ δὲ διδόντι μὲν τὰ ἀγαθὰ τῷ Θεῷ χάριν εἰδέναι, ταμιευομένῳ δὲ μὴ δυσχεραίνειν. Καὶ εἰ μὲν παράσχοιτο συνεῖναι, ταῦτα ἡμῖν ἅριστά τε ὁμοῦ καὶ ἥδιστα ἡγησόμεθα· εἰ δὲ ἀναβάλοιτο, πράως οἰσόμεν τὴν ζημίαν. Ἄμεινον γάρ που πάντως, ἢ ὡς ἂν ἡμεῖς προειλοίμεθα, διοικεῖται τὰ ἡμέτερα. Ἀλκυών ἐστι θαλάττιον ὄρνεον. Αὕτη παρ' αὐτοὺς νοσσεύειν τοὺς αἰγιαλοὺς πέφυκεν, ἐπ' αὐτῆς τὰ ὠὰ τῆς ψάμμου καταθεμένη· καὶ νοσσεύει κατὰ μέσον που τὸν χειμῶνα, ὅτε πολλοῖς καὶ βιαίοις ἀνέμοις ἡ θάλασσα τῇ γῇ προσαράσσεται. Ἀλλ' ὅμως κοιμίζονται μὲν πάντες ἄνεμοι, ἡσυχάζει δὲ κῦμα θαλάσσιον, ὅταν ἀλκυὼν ἐπωάζῃ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας· ἐν τοσαύταις γὰρ μόναις ἐκλεπίζει τοὺς νεοττούς. Ἐπεὶ δὲ καὶ τροφῆς αὐτοῖς χρεία, ἄλλας ἑπτὰ πρὸς τὴν τῶν νεοττῶν αὔξησιν ὁ μεγαλόδωρος Θεὸς τῷ μικροτάτῳ ζώῳ παρέσχετο. Ὥστε καὶ ναυτικοὶ πάντες ἴσασι τοῦτο, καὶ ἀλκυονίδας τὰς ἡμέρας ἐκείνας προσαγορεύουσι. Ταῦτά σοι εἰς προτροπὴν τοῦ αἰτεῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ τὰ πρὸς σωτηρίαν διὰ τῆς περὶ τὰ ἄλογα τοῦ Θεοῦ προνοίας γενομοθέτηται. Τί γὰρ οὐκ ἂν γένοιτο τῶν παραδόξων ἕνεκεν σοῦ, ὃς κατ' εἰκόνα γέγονας Θεοῦ, ὅπουγε ὑπὲρ ὄρνιθος οὕτω μικρᾶς ἡ μεγάλη καὶ φοβερὰ κατέχεται θάλασσα, ἐν μέσῳ χειμῶνι γαλήνην ἄγειν ἐπιταχθεῖσα; Εἰ γὰρ ἀλκυόνι τὰ τηλικαῦτα χαρίζεται, πόσῳ μείζονα δώσει τοῖς ἐξ ὅλης καρδίας ἐπιβοωμένοις αὐτόν; Πείσωμεν τοιγαροῦν ἑαυτοὺς, ἀδελφοὶ, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμῶν αἰτήσεσι, καὶ ἐν καιρῷ πειρασμοῦ, μὴ πρὸς ἀνθρωπίνας ἐλπίδας ἀποτρέχειν, μηδὲ ἐκεῖθεν ἑαυτοῖς τὰς βοηθείας θηρᾶσθαι· ἀλλ' ἐν δάκρυσι καὶ στεναγμοῖς, καὶ φιλοπόνῳ προσευχῇ, καὶ ἀγρυπνίᾳ εὐτόνῳ, τὰς δεήσεις ποιεῖσθαι. Οὕτω γὰρ λαμβάνει βοήθειαν ἐκ θλίψεως, καὶ τῆς ἀνθρωπίνης βοηθείας ὡς ματαίας καταφρονῶν, καὶ τῇ ἐπὶ τὸν σώζειν δυνάμενον ἡμᾶς ἐλπίδι στηρ-

[61] Psal. XVIII, 2. [62] Galat. VI, 8.

(1) Ex epist. I, 70.
(2) Ex hom. VIII *in Hexaem.*, 75.
(3) *Δραμόντες.* Contextus *συνδραμόντες.* Codex Regius ἐν ναῷ Θεοῦ Contextu ἐπὶ τὸν ναόν. Hæc in editis nostris deerant.

Digitized by Google

ζόμενος. Ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα καὶ ἡ προσκύνησις σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

testas, nititur. Quoniam ipsi debetur gloria, et adoratio, cum æterno ejus Patre, et vivificante Spiritu, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΕΡΙ ΝΗΣΤΕΙΑΣ.

ΛΟΓΟΣ Ι'.

1. Στρατηγοὶ μὲν εἰς παράταξιν τὸν στρατὸν καθιστῶντες, τοῖς παρακλητικοῖς λόγοις πρὸ τῶν ἀγώνων κέχρηνται, καὶ τοσαύτην ἔχει δύναμιν ἡ παραίνεσις, ὥστε καὶ τοῦ θανάτου πολλάκις καταφρόνησιν ἐμποιεῖν. Γυμνασταὶ δὲ καὶ παιδοτρίβαι, πρὸς τοὺς ἐν τοῖς σταδίοις ἀγῶνας τοὺς ἀθλητὰς προσάγοντες, πολλὰ περὶ τοῦ χρῆναι πονεῖν ὑπὲρ τῶν στεφάνων διακελεύονται· ὥστε καὶ συνεπείσθησαν πολλοὶ τῇ περὶ τὴν νίκην φιλοτιμίᾳ τῶν σωμάτων ὑπεριδεῖν. Τοίνυν καὶ ἐμοὶ τοὺς Χριστοῦ στρατιώτας πρὸς τὸν κατὰ τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν πόλεμον διατάσσοντι, καὶ τοὺς ἀθλητὰς τῆς εὐσεβείας ἐπὶ τοὺς τῆς δικαιοσύνης στεφάνους διὰ τῆς ἐγκρατείας παρασκευάζοντι, ἀναγκαῖος ὁ λόγος τῆς παρακλήσεως. Ἄγγελοί εἰσιν οἱ καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ἀπογραφόμενοι τοὺς νηστεύοντας. Ὅρα, μὴ διὰ μικρὰν ἡδονὴν βρωμάτων ζημιωθῇς μὲν τὴν ἀπογραφὴν τοῦ ἀγγέλου, ὑπόδικον δὲ σεαυτὸν λειποταξίου γραφῆς τῷ στρατολογήσαντι καταστήσῃς. Ἐλάττων ὁ κίνδυνος, ῥίψασπιν ἐπὶ παρατάξεως ἐλεγχθῆναί τινα, ἢ τὸ μέγα ὅπλον τὴν νηστείαν ἀποβαλόντα φανῆναι. Πλούσιος εἶ; Μὴ καθυβρίσῃς τὴν νηστείαν, ἀπαξιώσας λαβεῖν αὐτὴν ὁμοτράπεζον, μηδὲ τῆς οἰκίας αὐτοῦ ἄτιμον ἀποπέμψῃ παρευημερηθεῖσαν ὑπὸ τῆς ἡδονῆς· μή ποτέ σου καταγγείλῃ ἐπὶ τοῦ νομοθέτου τῶν νηστειῶν, καὶ πολλαπλασίονά σοι ἀπὸ καταδίκης ἐπαγάγῃ τὴν ἔνδειαν, ἢ ἐξ ἀῤῥωστίας σώματος, ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς σκυθρωπῆς περιστάσεως. Ὁ πένης μὴ εἰρωνευέσθω πρὸς τὴν νηστείαν, πάλαι σύνοικον αὐτὴν καὶ ὁμοδίαιτον ἔχων. Γυναιξὶ δὲ ὥσπερ τὸ ἀναπνεῖν, οὕτως τὸ νηστεύειν οἰκεῖόν ἐστι καὶ κατὰ φύσιν. Οἱ παῖδες, ὥσπερ τῶν φυτῶν τὰ εὐθαλῆ, τῷ τῆς νηστείας ὕδατι καταρδευέσθωσαν. Τοῖς πρεσβύταις κοῦφον ποιεῖ τὸν πόνον ἡ ἐκ παλαιοῦ πρὸς αὐτὴν οἰκείωσις· πόνοι γὰρ ἐκ μακρᾶς συνηθείας μελετηθέντες, ἀλυπότερον προσπίπτουσι τοῖς γεγυμνασμένοις. Τοῖς ὁδοιπόροις εὐσταλής ἐστι συνέμπορος ἡ νηστεία. Ὥσπερ γὰρ ἡ τρυφὴ ἀχθοφορεῖν αὐτοὺς ἀναγκάζει, τὰς ἀπολαύσεις περικομίζοντας· οὕτω κούφους αὐτοὺς καὶ εὐζώνους ἡ νηστεία παρασκευάζει. Καὶ τοῖς μὲν τοῦ κόσμου στρατιώταις, κατὰ τὴν τῶν καμάτων ἀναλογίαν, τὸ σιτηρέσιον αὔξεται· τοῖς δὲ πνευματικοῖς ὁπλίταις, ὁ ἔλαττον ἔχων τῆς τροφῆς, τὸ μεῖζον ἔχει τοῦ ἀξιώματος. Ἄτοπον οὖν ἐστι μὴ χαίρειν ἐπὶ ὑγείᾳ ψυχῆς, ἀλλὰ λυπεῖσθαι ἐπὶ βρωμάτων ἀπαλλαγῇ (1), καὶ πλείονα χάριν φαίνεσθαι διδόντας ἡδονῇ γαστρὸς, ἢ ἐπιμελείᾳ ψυχῆς. Κόρος μὲν γὰρ εἰς γαστέρα τὴν χάριν ἵστησι, νηστεία δὲ πρὸς ψυχὴν ἀναβιβάζει τὸ κέρδος. Μὴ μιμήσῃ τῆς Εὔας τὴν

DE JEJUNIO.

SERMO X.

1. (2) Duces cum aciem instruunt, exhortatoriis orationibus ante conflictum uti solent, tantamque vim habet ea exhortatio, ut etiam mortis contemptum frequenter afferat. Similiter palæstræ magistri et pædotribæ, cum ad stadii certamen athletas producunt, multa disserunt de labore pro coronis perferendo, adeo ut multis persuaserint, ut vincendi studio corpora contemnerent. Proinde mihi quoque, qui Christi milites ad bellum cum invisibilibus hostibus gerendum instruo, et athletas pietatis per abstinentiam præparo ad justitiæ coronas, opus est oratione exhortatoria. (3) Angeli sunt qui in singulis ecclesiis describunt ac recensent jejunantium capita. Vide ne ob parvam edu liorum voluptatem simul et priveris angeli recensione, et teipsum apud eum qui exercitum collegit obnoxium facias desertoris crimini. Minus periculum, si quis fugiendo scutum in acie abjicere deprehendatur, quam si magnum illud scutum, jejunium, videatur projecisse. Dives es? Ne jejunium afficeris contumelia, excludens illud fastidiose a mensæ tuæ consortio, neve absque ullo honore e domo tua ipsum expuleris, a voluptate victum ac superatum; ne quando te reum peragat apud jejuniorum legislatorem, teque longe majori condemnatum inedia mulctet, sive ex adversa valetudine corporis, sive ex alio quopiam tristi casu. Qui pauper **527** est, ne ludum jejunium faciat; quandoquidem illud jam olim habet et domesticum, et mensæ socium. Porro mulieribus quam est naturale respirare, tam est conveniens jejunium. Pueri, velut plantæ virides, jejunii aqua irrigentur. Senibus levem reddit laborem contracta jam olim cum jejunio familiaritas; labores siquidem quorum factum est experimentum longo usu, minore molestia efficiunt exercitatos. Viatoribus expeditus itineris comes est jejunium; quemadmodum enim luxus cogit illos onus perferre, nimirum ea quæ ad delicias spectant circumferentes: sic jejunium eos et leves reddit et expeditos. Atque hujus mundi militibus pro laborum ratione augetur obsonium: contra, inter spirituales milites qui minus habet alimenti, plus habet honoris. (4) Quapropter valde absurdum est non lætari de sanitate animæ, imo de commutatis cibis dolere, ac videri tales qui plus tribuamus voluptati ventris, quam curæ mentis. Nam in ventre sistitur satietatis delectatio, sed jejunium in animam subvehit lucrum. (5) Noli imitari Evæ inobedientiam, noli rursus

(1) Ἀπαλλαγῇ. Melius in contextu ὑπαλλαγῇ.
(2) Ex hom. II *De jejunio*, 10.
(3) Ibid., 11.
(4) Ex hom. I *De jejunio*, 2.
(5) Ibid., 3.

Digitized by Google

serpentem in consilium adhibere, edulium ad carnem mollius curandam proponentem. Ne causeris corporis infirmam valetudinem ac debilitatem. Neque enim mihi istas excusationes profers: sed scienti dicis. Age, dic mihi, jejunare non potes, et satiari per totam vitam ac conficere corpus pondere ciborum potes? Atqui infirmis, non ciborum varietatem, sed inediam et abstinentiam a medicis præscribi scio. Qui fit igitur, ut cum ista possis, illa te non posse causeris? Utrum ventri facilius est tenui victu transmittere noctem, an copia ciborum gravatum jacere? nisi forte a naucleris dices onustam sarcinis navem facilius servari quam expeditam et levem. Nam oneris magnitudine gravatam, quamvis exiguus fluctus adoriens demergit: contra, cujus sarcina moderata est ac modica, hæc facile fluctus superat.

παραχοήν· μὴ πάλιν σύμβουλον παραδέξῃ τὸν ὄφιν, φειδοῖ τῆς σαρκὸς τὴν βρῶσιν ὑποτιθέμενον. Μὴ προφασίζου ἀῤῥωστίαν σώματος καὶ ἀδυναμίαν· σὺ γὰρ ἐμοὶ τὰς προφάσεις, ἀλλὰ τῷ εἰδότι λέγεις. Νηστεύειν οὐ δύνασαι, εἰπέ μοι; κορέννυσθαι δὲ διὰ βίου, καὶ συντρίβειν τὸ σῶμα τῷ βάρει τῶν ἐσθιομένων δύνασαι; Καὶ μὴν τοῖς ἀσθενοῦσιν οὐχὶ βρωμάτων ποικιλίαν, ἀλλ' ἀσιτίαν καὶ ἔνδειαν οἶδα τοὺς ἰατροὺς ἐπιτάσσοντας. Πῶς οὖν ὁ ταῦτα δυνάμενος, ἐκεῖνα προφασίζῃ μὴ δύνασθαι; Τί εὐκολώτερον τῇ γαστρὶ, λιτότητι διαίτης παρενεγκεῖν τὴν νύκτα, ἢ δαψιλείᾳ βρωμάτων βεβαρημένην κεῖσθαι; εἰ μὴ καὶ τοὺς κυβερνήτας φήσεις, βάρυνομένην τοῖς ἀγωγίμοις ὁλκάδα εὐκολώτερον σώζειν τῆς εὐσταλεστέρας καὶ κούφης. Τὴν μὲν γὰρ παραπεπιεσμένην τῷ πλήθει, βραχεῖα κύματος ἐπανάστασις κατεβάπτισεν· ἡ δὲ συμμέτρως τῶν ἀγωγίμων ἔχουσα, ῥᾳδίως ὑπεραίρει τοῦ κλύδωνος.

2. (1) Quanquam non arbitror tanto mihi labore opus esse, ut vos ad jejunium exhorter, quanto ut dehorter ne quis in vitium ebrietatis incidat. Nam jejunium quidem plerique partim ob consuetudinem, partim ob pudorem inter ipsos mutuum suscipiunt. Verum ab ebrietate metuo, quam vinolenti non aliter quam paternam hæreditatem mordicus tenent. Quemadmodum enim qui longinquam profectionem adornant, ita nonnulli vecordes hodie adversus quinque dierum jejunium vino indulgent. Quid agis, o homo? (2) Nemo pudicam uxorem legitimo conjugio ducturus, prius scorta et concubinas domum inducit. Neque enim conjux legitima patitur convictum contuberniumque corruptarum. Proinde tu quoque cum exspectatur jejunium, cave prius introducas ebrietatem, scortum illud publicum, impudicitiæ matrem, insanientem, ad omnia turpitudinis genera proclivem. Jejunantem intra sacra septa suscipit Dominus: at luxu crapulaque plenum, veluti profanum et a sacris alienum, nequaquam **528** admittit. Etenim si cras venias vinum redolens, idque cruditate corruptum ac putrefactum, quomodo tibi crapulam pro jejunio imputabo? neque enim illud cogita, quod merum tibi recens infusum non est: sed quod a vino purus non es, hoc reputa. In utro te ordine collocabo? inter ebrios, an inter jejunantes? Præterita vinolentia te sibi asserit: præsens inedia jejunium testificatur. Anceps es, et controversum temulentiæ veluti mancipium, nec unquam dimittet te, idque optimo jure: quippe quæ manifesta servitutis argumenta proferat, odorem vini velut in lagena residentem.

2. Πλὴν οὐ τοσούτου μοι δεῖν ἀγῶνος ἡγοῦμαι τὴν περὶ νηστείας παράκλησιν, ὅσον τοῦ μή τινα τοῖς κακοῖς τῆς μέθης περιπεσεῖν. Τὴν μὲν γὰρ νηστείαν, καὶ διὰ τὴν συνήθειαν, καὶ διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους αἰδῶ, οἱ πολλοὶ καταδέχονται. Φοβοῦμαι δὲ τὴν μέθην, ἣν, ὥσπερ τινὰ κλῆρον πατρῷον, οἱ φίλοινοι διασώζουσιν. Ὡς γὰρ οἱ πρὸς τὰς μακρὰς ἀποδημίας ἀπαίροντες, οὕτω τινὲς τῶν ἀνοήτων σήμερον πρὸς τὰς πέντε τῶν νηστειῶν ἡμέρας οἰνίζονται. Τί ποιεῖς, ἄνθρωπε; Οὐδεὶς γυναῖκα σεμνὴν νόμοις γαμικοῖς ἐπάγεσθαι μέλλων, παλλακίδας καὶ ἑταίρας προλαβὼν εἰσοικίζει· οὐ γὰρ ἀνέχεται ἡ νομίμη τὴν μετὰ τῶν διεφθαρμένων συνοίκησιν. Μὴ τοίνυν καὶ σὺ, προσδοκωμένης νηστείας, προεισαγάγῃς τὴν μέθην, τὴν πάνδημον πόρνην, τὴν τῆς ἀναισχυντίας μητέρα, τὴν μαινάδα, τὴν πρὸς πᾶσαν ἰδέαν ἀσχημοσύνης εὔκολον. Τὸν νηστεύοντα, εἴσω τῶν ἱερῶν περιβόλων παραδέχεται ὁ Κύριος· τὸν κραιπαλῶντα, ὡς βέβηλον καὶ ἀνίερον, οὐ προσίεται. Ἐὰν γὰρ ἔλθῃς αὔριον οἴνου ἀπόζων, καὶ τούτου σεσηπότος, πῶς τὴν κραιπάλην εἰς νηστείαν σοι λογίσομαι; Μὴ γὰρ ὅτι πρόσφατον οὐκ ἐνεχέω τὸν ἄκρατον, ἀλλ' ὅτι οὐ καθαρεύεις οἴνου, τοῦτο λογίζου. Ποῦ σε τάξω; ἐν τοῖς μεθύσοις, ἢ ἐν τοῖς νηστευταῖς; Ἡ παρελθοῦσα οἰνοφλυγία πρὸς ἑαυτὴν ἐπισπᾶται· ἡ παροῦσα ἔνδεια νηστείαν προσμαρτυρεῖ. Ἀμφισβητήσιμος εἶ τῇ μέθῃ ὥσπερ ἀνδράποδον, καὶ οὐκ ἀφέξεταί σου δικαίως· ἐναργεῖς τὰς ἀποδείξεις τῆς δουλείας παρεχομένη, τὴν ὀσμὴν τοῦ οἴνου ὥσπερ ἀγγείῳ ἐναπομείνασαν.

3. (3) Cujus magistri præsentia puerorum strepitus tam subito compescit, quam jejunium obortiens civitatis tumultus coercet? quis comessator prodiit in jejunio? quis chorus lasciviens a jejunio coactus est? Meretriciæ cantilenæ, insanæ saltationes subito diffugiunt e civitate, a jejunio tanquam

3. Τίνος διδασκάλου παρουσία παίδων θόρυβον οὕτως ἀθρόως καθίστησιν, ὡς ἡ νηστεία παραφανεῖσα ταραχὴν πόλεως καταστέλλει; ποῖος κωμαστὴς ἐν νηστείᾳ προῆλθε; ποῖος χορὸς ἀσελγὴς ἀπὸ νηστείας συνέστη; Ἄσματα πορνικὰ καὶ ὀρχήσεις ἐκμανεῖς ἐξαπίνης τῆς πόλεως ὑπεξέρχονται, ὥσπερ ὑπὸ δι-

(1) Ex hom. II *De jejunio*, 15.
(2) Ibid., 12.
(3) Ibid., 13.

Digitized by Google

καστοῦ τινος αὐστηροῦ τῆς νηστείας φυγαδευθεῖσαι (1). Εἰ δὲ πάντες αὐτὴν εἰς τὴν ὑπὲρ τῶν πραχτέων σύμβουλον παρελάμβανον, οὐδὲν ἐκώλυε βαθεῖαν εἰρήνην εἶναι κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· μήτε ἐθνῶν ἐπανισταμένων ἀλλήλοις, μήτε στρατοπέδων συρρήγνυμένων. Οὐδ' ἂν ὅλως εἶχον αἱ ἐρημίαι τοὺς κακούργους, ἢ αἱ πόλεις τοὺς συκοφάντας, ἢ τοὺς καταποντιστὰς ἡ θάλασσα. Οὐδ' ἂν οὕτως ἦν ὁ βίος ἡμῶν πολυστένακτος καὶ κατηφείας πλήρης, εἰ νηστεία τὸν βίον ἡμῶν ἐπρυτάνευε. Δηλονότι ἐδίδαξεν ἂν πάντας οὐχὶ βρωμάτων μόνον ἐγκράτειαν, ἀλλὰ καὶ φιλαργυρίας, καὶ πλεονεξίας, καὶ πάσης κακίας παντελῆ φυγήν τε καὶ ἀλλοτρίωσιν. Αὕτη τὸν μέγαν Σαμψὼν ἐτιθηνήσατο, καὶ ἕως ὅτε συμπαρῆν τῷ ἀνδρὶ, κατὰ χιλίους ἔπιπτον οἱ πολέμιοι, καὶ πύλαι πόλεων ἀνεσπῶντο, καὶ λέοντες τὴν ἰσχὺν τῶν χειρῶν οὐχ ὑφίσταντο. Ὅτε δὲ μέθη αὐτὸν καὶ πορνεία παρέλαβον, ἀλώσιμος ἦν τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν στερηθεὶς, παίγνιον προέκειτο τοῖς παιδαρίοις τῶν ἀλλοφύλων. Νηστεύσας Ἠλίας, ἀπέκλεισε τὸν οὐρανὸν τρία ἔτη καὶ μῆνας ἕξ. Ἐπειδὴ γὰρ εἶδε πολλὴν ἐκ τοῦ κόρου τικτομένην τὴν ὕβριν, ἀναγκαίως αὐτοῖς τὴν ἀκούσιον ἐκ τοῦ λιμοῦ νηστείαν ἐπήγαγε, δι' ἧς πρὸς τὸ ἄμετρον ἤδη χεομένην αὐτῶν τὴν ἁμαρτίαν ἔστησεν, οἷον καυτῆρί τινι ἢ τομῇ τῇ νηστείᾳ τὴν εἰς τὸ πλέον πρόοδον τοῦ κακοῦ διακόψας. Ἵνα γὰρ μαλάξῃ τὴν ἀμάλακτον καρδίαν τῶν σκληροτραχήλων, εἵλετο καὶ ἑαυτὸν τῇ κακοπαθείᾳ συγκαταδικάσαι ὁ δίκαιος. Διὰ τοῦτο, *Ζῇ Κύριος, εἰ ἔσται ὕδωρ ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μὴ διὰ στόματός μου*, φησίν. Οὕτως ἀπέδωκε καὶ τῇ χήρᾳ τὸν παῖδα, ἰσχυρὸς φανεὶς κατὰ θανάτου διὰ νηστείας. Οὔτε δὲ εὐποιίας σαλπιζομένης ὄφελος, καὶ νηστείας δημοσιευομένης κέρδος οὐδέν. Τὰ γὰρ ἐπιδεικτικῶς γενόμενα οὐ πρὸς τὸν αἰῶνα τὸν μέλλοντα τὸν καρπὸν ἐπεκτείνει, ἀλλ' εἰς τὸν τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον καταστρέφει. Ἐλισσαίῳ δὲ ποταπὸς ὁ βίος; πῶς μὲν παρὰ τῆς Σουναμίτιδος τῆς ξενίας ἀπέλαυε; πῶς δὲ αὐτὸς τοὺς προφήτας, ἐδεξιοῦτο; Οὐχὶ λάχανα ἄγρια καὶ ἄλευρον βραχὺ τὴν φιλοξενίαν ἐπλήρου; Ὅτε καὶ τῆς τολύπης παραληφθείσης, κινδυνεύειν ἔμελλον οἱ ἁψάμενοι, εἰ μὴ τῇ εὐχῇ (2) τοῦ νηστευτοῦ ἠμαυρώθη τὸ δηλητήριον. Καὶ ἁπαξαπλῶς, εὕροις ἂν τὴν νηστείαν πάντας τοὺς ἁγίους εἰς τὴν κατὰ Θεὸν πολιτείαν χειραγωγήσασαν.

A ab austero quopiam judice in exsilium actæ. Quod si omnes jejunium ad res gerendas in consilium adhiberent, nihil obstaret quominus per universum terrarum orbem alta pax esset, videlicet nec aliis gentibus in alias insurgentibus, nec exercitibus manus inter se conserentibus. In summa, nec deserta haberent maleficos, nec civitates sycophantas, nec mare piratas. Nec vita nostra tot suspiriis, tot mœroribus esset differta, si jejunium vitam nostram gubernaret. Videlicet unumquemque doceret non tantum ab eduliis abstinentiam, verum etiam ab avaritia et rapinis, denique ab omni vitio prorsus abhorrere, et alienum esse. (4) Jejunium magnum illum Sampsonem educavit [63], idque quandiu viro adfuit, cadebant hostes mille, urbium B portæ evellebantur, leones robur manuum illius non sustinebant. At simul atque ebrietas ac scortatio apprehendit hominem, facile in manus hostium incidit, atque exoculatus, pro ludo expositus est pueris alienigenarum. Elias, cum jejunasset, clausit cœlum tres annos, ac menses sex. Etenim cum videret multam nasci e satietate petulantiam, necessario illis involuntarium ex fame jejunium intulit, per quod citra modum jam effusam illorum iniquitatem cohibuit jejunio, velut ustione aut sectione quadam, majorem mali progressum intercidens. (5) Ut enim hominum duram cervicem habentium cor indomitum emolliret, vir justus voluit et seipsum ea calamitate cum cæteris condemnare. Propterea, *Vivit Dominus*, inquit, *si erit* C *aqua super terram, nisi per os meum* [64]: sic et reddidit viduæ filium, fortis factus adversus ipsam mortem per jejunium. Nam nec boni operis tuba nuntiati utilitas ulla; nec fructus ullus jejunii in publicum jactati. (6) Quæ enim ostentationis causa fiunt, ea nequaquam porrigunt fructum in sæculum venturum, verum in hominum laudem commendationemque desinunt. (7) Rursus quinam victus Elisei? quomodo apud Sunamitidem hospitio usus est? quomodo ipse prophetas excepit? Nonne agrestia olera ac farinæ pauxillum hospitalitatis munus explebant? quo tempore etiam colocynthide sumpta, erant periclitaturi qui gustarant, ni fuisset jejunatoris **529** prece dissipatum D venenum. Atque, ut semel omnia dicam, reperies quotquot fuere sancti, omnes per jejunium ad vitam Deo dignam institutos fuisse.

4. Ἔστι τις φύσις σώματος ἣν καλοῦσιν ἀμίαντον, ἀνάλωτος πυρί· ἧτις ἐν μὲν τῇ φλογὶ κειμένη, ἀπηνθρακῶσθαι δοκεῖ· ἐξαιρεθεῖσα δὲ τοῦ πυρὸς, ὡς ὕδατι λαμπρυνθεῖσα (3), καθαρωτέρα γίνεται. Τοιαῦτα ἦν τὰ τῶν τριῶν παίδων ἐκείνων σώματα, ἐκ τῆς νηστείας ἔχοντα τὸ ἀμίαντον. Ἐν γὰρ τῇ μεγάλῃ

4. Ea est natura corporis cujusdam, quod amianton vocant, ut igni consumi non possit. Id si in flamma ponatur videtur quidem ignescere, et in prunam verti: sed si eximatur igni, perinde quasi fuisset aqua illustratum, evadit purius. Hujusmodi erant trium illorum puerorum corpora,

[63] Judic. XIII, 14 sqq. [64] III Reg. XVII, 1.

(1) *Φυγαδευθεῖσαι*. Codicum alter φυγαδευθέντα.
(2) *Εὐχῇ*. Sic contextus et codicum alter. Editi ψυχῇ.
(3) *Τοῦ πυρὸς ὡς ὕδατι λαμπρυνθεῖσα*. Hæc addita ex eodem codice et ex contextu.
(4) Ex hom. II *De jejunio*, 14.
(5) Ex hom. I *De jejunio*, 5.
(6) Ibid., 2.
(7) Ibid., 5.

Digitized by Google

naturam amianti per jejunium habentia. Siquidem in vehementi fornacis flamma quasi natura fuissent aurei, ita apparuerunt noxa ignis ac injuria superiores. Quin et auro ostensi sunt fortiores. Neque enim ipsos conflabat ignis, sed integros illibatosque tuebatur. Atqui nihil est quod illam tum flammam sustinere potuisset, quam naphthe, pix et sarmenta sic alebant, ut ad quadraginta novem cubitos diffusa esset, atque circumjacentia depascens, plurimos Chaldæos absumpserit. Hoc igitur tantum incendium pueri cum jejunio ingressi conculcarunt, liquidum ac roscidum aerem in igne tam vehementi respirantes. Neque enim ignis vel pilos illorum ausus est attingere, eo quod a jejunio essent aliti. Porro Daniel vir desideriorum [65], cum tres hebdomadas panem non edisset, nec bibisset aquam, demissus in lacum etiam leones jejunare docuit. Neque enim leones dentes in illum impingere valuerunt, perinde quasi e lapide, aut ære, aut alia quapiam rigidiore materia concretus fuisset. Adeo jejunium velut quædam ferri tinctura firmarat viri illius corpus, ac leonibus insuperabile reddiderat. (1) Nequaquam Moses ausus fuisset verticem montis fumantem attingere, neque ingredi in nubem, nisi fuisset jejunio obarmatus. Per jejunium legem accepit digito Dei scriptam in tabulis, atque in montis quidem cacumine jejunium legem impetravit, in radice vero montis ingluvies ad idololatriam dementavit. Quod enim famulus quadraginta dies jejunus assidue versans cum Deo deprecansque confecerat, id unica temulentia reddidit irritum, infrugiferumque. Nam tabulas quas jejunium impetrarat conscriptas digito Dei, ebrietas comminuit; judicavit quippe propheta ebrium populum dignum non esse, qui legem acciperet a Deo. Ecquid inquinavit Esau, et servum fecit fratris? nonne edulium unum, cujus gratia vendidit jus primogeniti [66]? (2) Cum quadraginta dierum jejunio repurgasset animam Elias; ita demum in spelunca quæ est in Choreb, promeruit videre Dominum, quantum quidem licet homini videre. (3) *Quorum cadavera prostrata sunt in deserto* [67]? nonne eorum, qui esum carnium flagitabant? Illi donec erant contenti manna, et aqua de petra fluente, superabant Ægyptios, per mare faciebant iter, *Non erat infirmus in tribubus eorum* [68]. Posteaquam vero recordati sunt carnium ollas, et desiderio reversi sunt in Ægyptum, non viderunt terram repromissam.

5. Ac ne Daniel quidem ille sapiens visiones vidisset, nisi jejunio reddidisset animam limpidiorem. Siquidem pinguiore pastu ceu fumosi quidam vapores exhalantur, qui lucem **530** sancti Spiritus in hominis mentem irradiantem, quasi densa nubes interveniens, intercipiunt. (4) Somni leves, ejusque modi, qui excuti facile possint,

A φλογὶ τῆς καμίνου οἱονεὶ χρυσοῖ τὴν φύσιν ὄντες, οὕτω κρείττους τῆς ἀπὸ τοῦ πυρὸς διεδείκνυντο βλάβης. Ἤπου καὶ χρυσοῦ δυνατώτεροι διεδείκνυντο. Οὐ γὰρ ἐχώνευεν αὐτοὺς τὸ πῦρ, ἀλλ' ἐφύλαττεν αὐτοὺς ἀκεραίους. Καίτοι οὐδὲν ἂν ἐκείνην τότε τὴν φλόγα ὑπέστη, ἣν νάφθα καὶ πίσσα καὶ κληματίδες ἔτρεφον, ὡς ἐπὶ τεσσαράκοντα ἐννέα πήχεις αὐτὴν διαχεῖσθαι, καὶ τὰ κύκλῳ αὐτῆς ἐπινεμομένην, πολλοὺς τῶν Χαλδαίων ἐξαναλῶσαι. Ἐκείνην τοίνυν τὴν πυρκαϊὰν μετὰ νηστείας εἰσελθόντες, κατεπάτουν οἱ παῖδες, λεπτὸν ἀέρα καὶ ἔνδροσον ἐν οὕτω λάβρῳ τῷ πυρὶ ἀναπνέοντες. Οὐδὲ γὰρ τῶν τριχῶν τὸ πῦρ κατετόλμησε, διὰ τὸ ὑπὸ νηστείας αὐτὰς ἐκτραφῆναι. Δανιὴλ δὲ ὁ ἀνὴρ τῶν ἐπιθυμιῶν, ὁ τρεῖς ἑβδομάδας ἄρτον μὴ φαγὼν, καὶ ὕδωρ μὴ πιὼν, καὶ τοὺς λέοντας

B νηστεύειν ἐδίδαξεν, εἰσελθὼν εἰς τὸν λάκκον. Ὥσπερ γὰρ ἐκ λίθου, ἢ χαλκοῦ, ἢ ἄλλης τινὸς στερροτέρας ὕλης ἐμπεπηγότι, ἐμβαλεῖν οὐκ εἶχον τοὺς ὀδόντας οἱ λέοντες. Οὕτως οἱονεὶ βαφὴ σιδήρου τὸ σῶμα τοῦ ἀνδρὸς ἡ νηστεία στομώσασα, ἀδάμαστον ἐποίει τοῖς λέουσιν. Οὐκ ἂν κατετόλμησε Μωϋσῆς καπνιζομένης τῆς κορυφῆς προσβαλεῖν τῷ ὄρει, οὐδ' ἂν ἐθάρρησεν εἰσελθεῖν εἰς τὸν γνόφον, εἰ μὴ νηστείᾳ καθώπλιστο. Διὰ τῆς νηστείας τὴν ἐντολὴν ὑπεδέξατο, δακτύλῳ Θεοῦ γραφεῖσαν ἐν ταῖς πλαξί· καὶ ἄνω μὲν ἡ νηστεία νομοθεσίας πρόξενος γίνεται, κάτω δὲ ἡ γαστριμαργία εἰς εἰδωλολατρίαν ἐξέμηνε. Τεσσαράκοντα γὰρ ἡμερῶν προσεδρείαν νηστεύοντος καὶ δεομένου τοῦ θεράποντος ἄχρηστον ἀπέδειξεν οἰνοφλυγία μία. Ἃς γὰρ ἡ νηστεία ἔλαβε πλάκας δακτύλῳ Θεοῦ γραφείσας,

C ταύτας ἡ μέθη συνέτριψεν· οὐκ ἄξιον κρίναντος τοῦ προφήτου μεθύοντα λαὸν νομοθετεῖσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ. Τί τὸν Ἡσαῦ ἐβεβήλωσε, καὶ ἐποίησε δοῦλον τοῦ ἀδελφοῦ; οὐ βρῶσις μία, δι' ἣν ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια; Τεσσαράκοντα Ἠλίας ἡμέραις νηστείᾳ τὴν ψυχὴν ἀποκαθάρας, οὕτως ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ ἐν Χωρὴβ ἰδεῖν κατηξιώθη, ὡς δυνατόν ἐστιν ἰδεῖν ἀνθρώπῳ, τὸν Κύριον. *Τίνων ἔπεσε τὰ κῶλα ἐν τῇ ἐρήμῳ*; οὐ τῶν κρεωφαγίας ἐπιζητούντων; Ἐκεῖνοι ἕως μὲν ἠρκοῦντο τῷ μάννα, καὶ τῷ ἐκ τῆς πέτρας ὕδατι, Αἰγυπτίους ἐνίκων, διὰ θαλάσσης ὦδευον, *Οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν*. Ἐπειδὴ δὲ ἐνεθυμήθησαν τῶν κρεῶν τῶν λεβήτων, καὶ ἐστράφησαν ταῖς ἐπιθυμίαις εἰς Αἴγυπτον, οὐκ εἶδον τὴν

D γῆν τῆς ἐπαγγελίας.

5. Ἀλλ' οὐδ' ἂν ὁ σοφὸς Δανιὴλ τὰς ὀπτασίας εἶδεν, εἰ μὴ νηστείᾳ διαυγεστέραν ἐποίησε τὴν ψυχήν. Ἐκ γὰρ τῆς παχείας τροφῆς οἷον αἰθαλώδεις ἀναθυμιάσεις ἀναπεμπόμεναι, νεφέλης δίκην πυκνῆς, τὰς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιγινομένας ἐλλάμψεις ἐπὶ τὸν νοῦν διακόπτουσιν. Καὶ ὕπνοι κοῦφοι, καὶ εὐαπάλλακτοι, φυσικῶς ἀκολουθοῦσι τῷ λεπτῷ

[65] Dan. x, 2. [66] Hebr. III, 17. [67] Psal. CIV, 37. [68] Exod. XVI, 3.

(1) Ex hom. I *De jejunio*, 4.
(2) Ibid., 5.
(3) Ibid., 8.
(4) Ex epist. II, 75.

Digitized by Google

τῆς διαίτης· κατ' ἐπιτήδευσιν δὲ ταῖς περὶ τῶν μεγάλων μερίμναις διακοπτόμενοι. Τὸ γὰρ βαρεῖ κάρῳ κατακρατεῖσθαι, λυομένων αὐτοῦ (1) τῶν μελῶν, ὥστε σχολὴν ἀλόγοις φαντασίαις παρέχειν, ἐν καθημερινῷ θανάτῳ ποιεῖ τοὺς οὕτω καθεύδοντας: Μωϋσῆς, δευτέραν λαμβάνων νομοθεσίαν, δευτέρας νηστείας προσεδεήθη. Καὶ Νινευῖταις εἰ μὴ καὶ τὰ ἄλογα συνενήστευσεν, οὐκ ἂν διέφυγον τὴν ἀπειλὴν τῆς καταστροφῆς. Μέγα ἀγαθὸν ἀνθρώποις ἡ νηστεία, ἥτις ἀπόφασιν Θεοῦ ἀνεκαλέσατο. Ἐκηρύχθη ἐν Νινευῖ τριήμερος καταστροφή· καὶ ἐνίκησεν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστροφὴ τὴν καταστροφήν· ἡ γὰρ ἀπειλὴ τῆς καταστροφῆς, διὰ τὴν ἐπιστροφὴν ἀνείθη. Εὐγνώμονες (2) ἁμαρτωλοὶ οἱ Νινευῖται, ἀκούσαντες τοῦ Ἰωνᾶ κηρύσσοντος τὴν καταστροφήν, τῷ τρόπῳ τῆς νηστείας ἔστησαν τὴν ἀπειλήν, καὶ τῷ φαρμάκῳ τῆς ἐξομολογήσεως καὶ προσευχῆς ἐπεσπάσαντο τὴν σωτηρίαν. Τίς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον ἠλάττωσεν ἐν νηστείᾳ; Ἀρίθμησον σήμερον τὰ ἔνδον, καὶ ἀρίθμησον τὰ μετὰ ταῦτα, οὐδὲν διὰ τὴν νηστείαν λείψει τῶν ἐν τῷ οἴκῳ. Οὐδὲ ἓν ζῶον ὀδύρεται θάνατον, οὐδαμοῦ αἷμα (3), οὐδαμοῦ ἀπόφασις, παρὰ τῆς ἀπαραιτήτου γαστρὸς ἐκφερομένη κατὰ τῶν ζώων. Πέπαυται μαγείρων μάχαιρα· ἡ τράπεζα ἀρκεῖται τοῖς αὐτομάτοις. Τοῖς δὲ κομψοῖς Ἐγκρατιταῖς πρὸς τὸ σεμνὸν αὐτῶν πρόβλημα· Διά τί καὶ ἡμεῖς οὐχὶ πάντες ἐσθίομεν; ἐκεῖνο λεγέσθω, ὅτι καὶ τὰ περιττώματα ἡμῶν βδελυσσόμεθα. Κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἀξίαν, λάχανα χόρτου ἡμῖν ἐστι τὰ κρέα· κατὰ δὲ τὴν τῶν συμφερόντων διάκρισιν, ὡς καὶ ἐν λαχάνοις τὸ βλαβερὸν τοῦ καταλλήλου χωρίζομεν, οὕτω καὶ ἐν τοῖς κρέασι τοῦ χρησίμου τὸ βλαβερὸν διακρίνομεν. Ἐπείτοι λάχανόν ἐστι καὶ τὸ κώνειον, ὥσπερ κρέας ἐστὶ καὶ τὸ γύπειον· ἀλλ' ὅμως οὔτε ὑοσκύαμον φάγοι ἄν τις νοῦν ἔχων, οὔτε κυνὸς ἅψαιτο, εἰ μὴ μεγάλης ἀνάγκης κατεπειγούσης· ὡς ὅγε φαγὼν οὐκ ἠνόμησεν. Ἀνάπαυσόν σου τὸν μάγειρον, δὸς ἀργίαν τῷ τραπεζοποιῷ· στῆσον τὴν χεῖρα τῷ οἰνοχόῳ· παυσάσθω ποτὲ καὶ ὁ τὰς ποικιλίας τῶν βρωμάτων ἐπιτηδεύων· ἡσυχασάτω ποτὲ καὶ ὁ οἶκος ἀπὸ τῶν μυρίων θορύβων, καὶ τοῦ καπνοῦ καὶ τῆς κνίσσης, καὶ τῶν ἄνω καὶ κάτω διατρεχόντων, καὶ οἱονεὶ ἀπαραιτήτῳ δεσποίνῃ τῇ γαστρὶ λειτουργούντων. Δότω τινὰ ἐκεχειρίαν καὶ ἡ γαστὴρ τῷ στόματι· σπεισάσθω ἡμῖν πενθημέρους σπονδάς, ἡ ἀεὶ ἀπαιτοῦσα καὶ οὐδέποτε λήγουσα, ἡ λαμβάνουσα σήμερον, καὶ αὔριον ἐπιλανθανομένη. Ὅταν ἐμπλησθῇ, περὶ ἐγκρατείας φιλοσοφεῖ· ὅταν διαπνευσθῇ, ἐπιλανθάνεται τῶν δογμάτων.

naturalem cum tenui victus ratione necessitudinem habent : imo vero de industria magnarum rerum curis interrumpantur. Nam altiore correptum esse sopore, membris solutis, ita ut facilis pateat aditus imaginibus a ratione alienis, id quotidianæ morti addicit ita dormientes. (4) Moses ut alteram acciperet legem, altero jejunio opus habuit. Nisi et una cum Ninivitis jejunassent et ipsa bruta animalia, haudquaquam effugissent subversionis comminationem. (5) Magnum procul dubio mortalibus bonum est jejunium, quod quidem Dei decretum revocavit. Proclamata est Ninivæ post triduum subversio, et conversio ad Deum vicit subversionem. Subversionis siquidem comminatio propter conversionem relaxata est. Candidi et ingenui peccatores Ninivitæ, audito Jona subversionem prædicante, per jejunii modum comminationem cohibuerunt, et confessionis orationisque remedio attraxerunt salutem. (6) Quis rem familiarem diminuit in jejunio ? Recense hodie domus supellectilem, ac postea denuo numera, nihil deerit ob jejunium in rebus domesticis. Nullum animal deplorat mortem, nusquam sanguis, nusquam sententia ab inexorabili ventre adversus animantia prolata. Cessat machæra coquorum, mensa contenta est sponte nascentibus. (7) Lepidis autem Encratitis ad præclaram eorum quæstionem, Cur nos etiam non omnibus vescimur ? hoc detur responsi, nos etiam excrementa nostra aversari. Ac quantum quidem ad dignitatem, olera herbæ nobis sunt carnes : quantum vero ad utilium discretionem, quemadmodum et in oleribus noxium a salubri separamus, ita et in carnibus ab utili noxium secernimus. Nam certe et cicuta olus est, sicut etiam caro est vulturina : sed tamen nec hyoscyamum sanus quisquam comedet, nec cane vescetur, nisi urgente summa necessitate ; qui tamen comedit non peccat. (8) Dato respirationem et moram coquo tuo, sine vacare structorem mensarum ; siste pocillatoris manum ; sit aliquando respiratio variorum bellariorum ac cupediarum architecto ; conquiescat tandem ipsa domus ab infinitis tumultibus, a fumo, a nidore, ab his qui sursum deorsum cursitant, ac ventri velut imperiosæ dominæ ministrant. Det, det, inquam, aliquantum vacationis et venter ori ; paciscatur nobiscum quinque dierum inducias, qui semper alioqui flagitat, nec unquam desinit, dum quod accepit hodie, cras obliviscitur. Cum fuerit expletus, tum de abstinentia philosophatur : ubi detumuit, dogmatum illorum obliviscitur.

6. Ἀλλὰ καιρὸς ἤδη λοιπὸν, καὶ πρὸς τὸν ἐπι-

6. (9)* Sed jam tempus est, ut causa apud im-

(1) Αὐτοῦ. Codicum alter αὐτῶν.

(2) *Εὐγνώμονες*, etc. Locum hunc sanavimus et supplevimus quæ deerant ope codicum alterius et ipsius contextus. Editi εὐγνωμόνως τοῦ Ἰωνᾶ.

(3) *Οὐδαμοῦ αἷμα*. Hæc addita ex eodem codice et ex contextu.

(4) Ex hom. I *De jejunio*, 5.
(5) Ex hom. III *De jejunio*, 622.
(6) Ex hom. I *De jejunio*, 6.
(7) Ex epist. CCXXXVI, 565.
(8) Ex hom. I *De jejunio*, 6.
(9) Uterque codex indicat epist.

Digitized by Google

naturam amianti per jejunium habentia. Siquidem in vehementi fornacis flamma quasi natura fuissent aurei, ita apparuerunt noxa ignis ac injuria superiores. Quin et auro ostensi sunt fortiores. Neque enim ipsos conflabat ignis, sed integros illibatosque tuebatur. Atqui nihil est quod illam tum flammam sustinere potuisset, quam naphthe, pix et sarmenta sic alebant, ut ad quadraginta novem cubitos diffusa esset, atque circumjacentia depascens, plurimos Chaldæos absumpserit. Hoc igitur tantum incendium pueri cum jejunio ingressi conculcarunt, liquidum ac roscidum aerem in igne tam vehementi respirantes. Neque enim ignis vel pilos illorum ausus est attingere, eo quod a jejunio essent aliti. Porro Daniel vir desideriorum [65], cum tres hebdomadas panem non edisset, nec bibisset aquam, demissus in lacum etiam leones jejunare docuit. Neque enim leones dentes in illum impingere valuerunt, perinde quasi e lapide, aut ære, aut alia quapiam rigidiore materia concretus fuisset. Adeo jejunium velut quædam ferri tinctura firmarat viri illius corpus, ac leonibus insuperabile reddiderat. (1) Nequaquam Moses ausus fuisset verticem montis fumantem attingere, neque ingredi in nubem, nisi fuisset jejunio obarmatus. Per jejunium legem accepit digito Dei scriptam in tabulis, atque in montis quidem cacumine jejunium legem impetravit, in radice vero montis ingluvies ad idololatriam dementavit. Quod enim famulus quadraginta dies jejunus assidue versans cum Deo deprecansque confecerat, id unica temulentia reddidit irritum, infrugiferumque. Nam tabulas quas jejunium impetrarat conscriptas digito Dei, ebrietas comminuit; judicavit quippe propheta ebrium populum dignum non esse, qui legem acciperet a Deo. Ecquid inquinavit Esau, et servum fecit fratris? nonne edulium unum, cujus gratia vendidit jus primogeniti [66]? (2) Cum quadraginta dierum jejunio repurgasset animam Elias; ita demum in spelunca quæ est in Choreb, promeruit videre Dominum, quantum quidem licet homini videre. (3) *Quorum cadavera prostrata sunt in deserto* [67]? nonne eorum, qui esum carnium flagitabant? Illi donec erant contenti manna, et aqua de petra fluente, superabant Ægyptios, per mare faciebant iter, *Non erat infirmus in tribubus eorum* [68]. Posteaquam vero recordati sunt carnium ollas, et desiderio reversi sunt in Ægyptum, non viderunt terram repromissam.

A φλογὶ τῆς καμίνου οἱονεὶ χρυσοῖ τὴν φύσιν ὄντες, οὕτω κρείττους τῆς ἀπὸ τοῦ πυρὸς διεδείκνυντο βλάβης. Ἤπου καὶ χρυσοῦ δυνατώτεροι διεδείκνυντο. Οὐ γὰρ ἐχώνευεν αὐτοὺς τὸ πῦρ, ἀλλ' ἐφύλαττεν αὐτοὺς ἀκεραίους. Καίτοι οὐδὲν ἂν ἐκείνην τότε τὴν φλόγα ὑπέστη, ἣν νάφθα καὶ πίσσα καὶ κληματίδες ἔτρεφον, ὡς ἐπὶ τεσσαράκοντα ἐννέα πήχεις αὐτὴν διαχεῖσθαι, καὶ τὰ κύκλῳ αὐτῆς ἐπινεμομένην, πολλοὺς τῶν Χαλδαίων ἐξαναλῶσαι. Ἐκείνην τοίνυν τὴν πυρκαϊὰν μετὰ νηστείας εἰσελθόντες, κατεπάτουν οἱ παῖδες, λεπτὸν ἀέρα καὶ ἔνδροσον ἐν οὕτω λάβρῳ τῷ πυρὶ ἀναπνέοντες. Οὐδὲ γὰρ τῶν τριχῶν τὸ πῦρ κατετόλμησε, διὰ τὸ ὑπὸ νηστείας αὐτὰς ἐκτραφῆναι. Δανιὴλ δὲ ὁ ἀνὴρ τῶν ἐπιθυμιῶν, ὁ τρεῖς ἑβδομάδας ἄρτον μὴ φαγὼν, καὶ ὕδωρ μὴ πιὼν, καὶ τοὺς λέοντας
B νηστεύειν ἐδίδαξεν, εἰσελθὼν εἰς τὸν λάκκον. Ὥσπερ γὰρ ἐκ λίθου, ἢ χαλκοῦ, ἢ ἄλλης τινὸς στερροτέρας ὕλης ἐμπεπηγότι, ἐμβαλεῖν οὐκ εἶχον τοὺς ὀδόντας οἱ λέοντες. Οὕτως οἱονεὶ βαφὴ σιδήρου τὸ σῶμα τοῦ ἀνδρὸς ἡ νηστεία στομώσασα, ἀδάμαστον ἐποίει τοῖς λέουσιν. Οὐκ ἂν κατετόλμησε Μωϋσῆς καπνιζομένης τῆς κορυφῆς προσβαλεῖν τῷ ὄρει, οὐδ' ἂν ἐθάρρησεν εἰσελθεῖν εἰς τὸν γνόφον, εἰ μὴ νηστείᾳ καθώπλιστο. Διὰ τῆς νηστείας τὴν ἐντολὴν ὑπεδέξατο, δακτύλῳ Θεοῦ γραφεῖσαν ἐν ταῖς πλαξί· καὶ ἄνω μὲν ἡ νηστεία νομοθεσίας πρόξενος γίνεται, κάτω δὲ ἡ γαστριμαργία εἰς εἰδωλολατρίαν ἐξέμηνε. Τεσσαράκοντα γὰρ ἡμερῶν προσεδρείαν νηστεύοντος καὶ δεομένου τοῦ θεράποντος ἄχρηστον ἀπέδειξεν οἰνοφλυγία μία. Ἅς γὰρ
C ἡ νηστεία ἔλαβε πλάκας δακτύλῳ Θεοῦ γραφείσας, ταύτας ἡ μέθη συνέτριψεν· οὐκ ἄξιον κρίναντος τοῦ προφήτου μεθύοντα λαὸν νομοθετεῖσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ. Τί τὸν Ἡσαῦ ἐβεβήλωσε, καὶ ἐποίησε δοῦλον τοῦ ἀδελφοῦ; οὐ βρῶσις μία, δι' ἣν ἀπέδοτο τὰ πρωτοτόκια; Τεσσαράκοντα Ἠλίας ἡμέραις νηστείᾳ τὴν ψυχὴν ἀποκαθάρας, οὕτως ἐν τῷ σπηλαίῳ τῷ ἐν Χωρὴβ ἰδεῖν κατηξιώθη, ὡς δυνατόν ἐστιν ἰδεῖν ἀνθρώπῳ, τὸν Κύριον. *Τίνων ἔπεσε τὰ κῶλα ἐν τῇ ἐρήμῳ*; οὐ τῶν χρεωφαγίας ἐπιζητούντων; Ἐκεῖνοι ἕως μὲν ἠρκοῦντο τῷ μάννα, καὶ τῷ ἐκ τῆς πέτρας ὕδατι, Αἰγυπτίους ἐνίκων, διὰ θαλάσσης ὧδευον, *Οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν*. Ἐπειδὴ δὲ ἐνεθυμήθησαν τῶν κρεῶν τῶν λεβήτων, καὶ ἐστράφησαν ταῖς ἐπιθυμίαις εἰς Αἴγυπτον, οὐκ εἶδον τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας.

5. Ac ne Daniel quidem ille sapiens visiones vidisset, nisi jejunio reddidisset animam limpidiorem. Siquidem pinguiore pastu ceu fumosi quidam vapores exhalantur, qui lucem **530** sancti Spiritus in hominis mentem irradiantem, quasi densa nubes interveniens, intercipiunt. (4) Somni leves, ejusque modi, qui excuti facile possint,

D 5. Ἀλλ' οὐδ' ἂν ὁ σοφὸς Δανιὴλ τὰς ὀπτασίας εἶδεν, εἰ μὴ νηστείᾳ διαυγεστέραν ἐποίησε τὴν ψυχήν. Ἐκ γὰρ τῆς παχείας τροφῆς οἷον αἰθαλώδεις ἀναθυμιάσεις ἀναπεμπόμεναι, νεφέλης δίκην πυκνῆς, τὰς ἀπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιγινομένας ἐλλάμψεις ἐπὶ τὸν νοῦν διακόπτουσιν. Καὶ ὕπνοι κοῦφοι, καὶ εὐπάλλακτοι, φυσικῶς ἀκολουθοῦσι τῷ λεπτῷ

[65] Dan. x, 2. [66] Hebr. III, 17. [67] Psal. CIV, 37. [68] Exod. XVI, 3.

(1) Ex hom. I *De jejunio*, 4.
(2) Ibid., 5.
(3) Ibid., 8.
(4) Ex epist. II, 75.

Digitized by Google

τῆς διαίτης· κατ' ἐπιτήδευσιν δὲ ταῖς περὶ τῶν μεγάλων μερίμναις διακοπτόμενοι. Τὸ γὰρ βαρεῖ κάρῳ κατακρατεῖσθαι, λυομένων αὐτοῦ (1) τῶν μελῶν, ὥστε σχολὴν ἀλόγοις φαντασίαις παρέχειν, ἐν καθημερινῷ θανάτῳ ποιεῖ τοὺς οὕτω καθεύδοντας. Μωϋσῆς, δευτέραν λαμβάνων νομοθεσίαν, δευτέρας νηστείας προσεδεήθη. Καὶ Νινευῖται εἰ μὴ καὶ τὰ ἄλογα συνενήστευσεν, οὐκ ἂν διέφυγον τὴν ἀπειλὴν τῆς καταστροφῆς. Μέγα ἀγαθὸν ἀνθρώποις ἡ νηστεία, ἥτις ἀπόφασιν Θεοῦ ἀνεκαλέσατο. Ἐκηρύχθη ἐν Νινευῖ τριήμερος καταστροφή· καὶ ἐνίκησεν ἡ πρὸς τὸν Θεὸν ἐπιστροφὴ τὴν καταστροφήν· ἡ γὰρ ἀπειλὴ τῆς καταστροφῆς, διὰ τὴν ἐπιστροφὴν ἀνείθη. Εὐγνώμονες (2) ἁμαρτωλοὶ οἱ Νινευῖται, ἀκούσαντες τοῦ Ἰωνᾶ κηρύσσοντος τὴν καταστροφήν, τῷ τρόπῳ τῆς νηστείας ἔστησαν τὴν ἀπειλήν, καὶ τῷ φαρμάκῳ τῆς ἐξομολογήσεως καὶ προσευχῆς ἐπεσπάσαντο τὴν σωτηρίαν. Τίς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον ἠλάττωσεν ἐν νηστείᾳ; Ἀρίθμησον σήμερον τὰ ἔνδον, καὶ ἀρίθμησον τὰ μετὰ ταῦτα, οὐδὲν διὰ τὴν νηστείαν λείψει τῶν ἐν τῷ οἴκῳ. Οὐδὲ ἓν ζῶον ὀδύρεται θάνατον, οὐδαμοῦ αἷμα (3), οὐδαμοῦ ἀπόφασις, παρὰ τῆς ἀπαραιτήτου γαστρὸς ἐκφερομένη κατὰ τῶν ζώων. Πέπαυται μαγείρων μάχαιρα· ἡ τράπεζα ἀρκεῖται τοῖς αὐτομάτοις. Τοῖς δὲ κομψοῖς Ἐγκρατιταῖς πρὸς τὸ σεμνὸν αὐτῶν πρόβλημα· Διὰ τί καὶ ἡμεῖς οὐχὶ πάντες ἐσθίομεν; ἐκεῖνο λεγέσθω, ὅτι καὶ τὰ περιττώματα ἡμῶν βδελυσσόμεθα. Κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἀξίαν, λάχανα χόρτου ἡμῖν ἐστι τὰ κρέα· κατὰ δὲ τὴν τῶν συμφερόντων διάκρισιν, ὡς καὶ ἐν λαχάνοις τὸ βλαβερὸν τοῦ καταλλήλου χωρίζομεν, οὕτω καὶ ἐν τοῖς κρέασι τοῦ χρησίμου τὸ βλαβερὸν διακρίνομεν. Ἐπεῖτοι λάχανόν ἐστι καὶ τὸ κώνειον, ὥσπερ κρέας ἐστὶ καὶ τὸ γύπειον· ἀλλ' ὅμως οὔτε ὑοσκύαμον φάγοι ἄν τις νοῦν ἔχων, οὔτε κυνὸς ἅψαιτο, εἰ μὴ μεγάλης ἀνάγκης κατεπειγούσης· ὡς ὅγε φαγὼν οὐκ ἠνόμησεν. Ἀνάπαυσόν σου τὸν μάγειρον, δὸς ἀργίαν τῷ τραπεζοποιῷ· στῆσον τὴν χεῖρα τῷ οἰνοχόῳ· παυσάσθω ποτὲ καὶ ὁ τὰς ποικιλίας τῶν βρωμάτων ἐπιτηδεύων· ἡσυχασάτω ποτὲ καὶ ὁ οἶκος ἀπὸ τῶν μυρίων θορύβων, καὶ τοῦ καπνοῦ καὶ τῆς κνίσσης, καὶ τῶν ἄνω καὶ κάτω διατρεχόντων, καὶ οἱονεὶ ἀπαραιτήτῳ δεσποίνῃ τῇ γαστρὶ λειτουργούντων. Δότω τινὰ ἐκεχειρίαν καὶ ἡ γαστὴρ τῷ στόματι· σπεισάσθω ἡμῖν πενθημέρους σπονδάς, ἡ ἀεὶ ἀπαιτοῦσα καὶ οὐδέποτε λήγουσα, ἡ λαμβάνουσα σήμερον, καὶ αὔριον ἐπιλανθανομένη. Ὅταν ἐμπλησθῇ, περὶ ἐγκρατείας φιλοσοφεῖ· ὅταν διαπνευσθῇ, ἐπιλανθάνεται τῶν δογμάτων.

A naturalem cum tenui victus ratione necessitudinem habent : imo vero de industria magnarum rerum curis interrumpantur. Nam altiore correptum esse sopore, membris solutis, ita ut facilis pateat aditus imaginibus a ratione alienis, id quotidianæ morti addicit ita dormientes. (4) Moses ut alteram acciperet legem, altero jejunio opus habuit. Nisi et una cum Ninivitis jejunassent et ipsa bruta animalia, haudquaquam effugissent subversionis comminationem. (5) Magnum procul dubio mortalibus bonum est jejunium, quod quidem Dei decretum revocavit. Proclamata est Ninivæ post triduum subversio, et conversio ad Deum vicit subversionem. Subversionis siquidem comminatio propter conversionem relaxata est. Can- B didi et ingenui peccatores Ninivitæ, audito Jona subversionem prædicante, per jejunii modum comminationem cohibuerunt, et confessionis orationisque remedio attraxerunt salutem. (6) Quis rem familiarem diminuit in jejunio ? Recense hodie domus supellectilem, ac postea denuo numera, nihil deerit ob jejunium in rebus domesticis. Nullum animal deplorat mortem, nusquam sanguis, nusquam sententia ab inexorabili ventre adversus animantia prolata. Cessat machæra coquorum, mensa contenta est sponte nascentibus. (7) Lepidis autem Encratitis ad præclaram eorum quæstionem, Cur nos etiam non omnibus vescimur ? hoc detur responsi, nos etiam excrementa nostra aversari. Ac quantum quidem ad dignita- C tem, olera herbæ nobis sunt carnes : quantum vero ad utilium discretionem, quemadmodum et in oleribus noxium a salubri separamus, ita et in carnibus ab utili noxium secernimus. Nam certe et cicuta olus est, sicut etiam caro est vulturina : sed tamen nec hyoscyamum sanus quisquam comedet, nec cane vescetur, nisi urgente summa necessitate ; qui tamen comedit non peccat. (8) Dato respirationem et moram coquo tuo, sine vacare structorem mensarum ; siste pocillatoris manum ; sit aliquando respiratio variorum bellariorum ac cupediarum architecto ; conquiescat tandem ipsa domus ab infinitis tumultibus, a fumo, a nidore, ab his qui sursum deorsum cursitant, D ac ventri velut imperiosæ dominæ ministrant. Det, det, inquam, aliquantum vacationis et venter ori ; paciscatur nobiscum quinque dierum inducias, qui semper alioqui flagitat, nec unquam desinit, dum quod accepit hodie, cras obliviscitur. Cum fuerit expletus, tum de abstinentia philosophatur : ubi detumuit, dogmatum illorum obliviscitur.

6. Ἀλλὰ καιρὸς ἤδη λοιπὸν, καὶ πρὸς τὸν ἐπι-

6. (9)* Sed jam tempus est, ut causa apud im-

(1) *Αὐτοῦ*. Codicum alter αὐτῶν.
(2) *Εὐγνώμονες*, etc. Locum hunc sanavimus et supplevimus quæ deerant ope codicum alterius et ipsius contextus. Editi εὐγνωμόνως τοῦ Ἰωνᾶ.
(3) *Οὐδαμοῦ αἷμα*. Hæc addita ex eodem codice et ex contextu.

(4) Ex hom. I *De jejunio*, 5.
(5) Ex hom. III *De jejunio*, 622.
(6) Ex hom. I *De jejunio*, 6.
(7) Ex epist. CCXXXVI, 365.
(8) Ex hom. I *De jejunio*, 6.
(9) Uterque codex indicat epist.

Digitized by Google

peratorem insanabilia nobis præcipientem breviter dicta, desinamus. (1) Velis nobis, serenissime, parcere; qui tantum possidemus, quantum, si hodie comedere voluerimus, nobis non sufficiet. Cessat apud nos, ut par est, coquorum ars; nec eorum culter sanguinem attingit. **531** Ciborum nostrorum optimi, quibus affluimus, herbarum folia sunt cum pane asperrimo, et vino acescente : ne scilicet stupentes sensus nostri ob ventris ingluviem in vesania versentur. (2) Et quemadmodum in vestimento necessarium præcipue sectandum : ita in cibo panis explebit necessitatem ; aqua sedabit sitim recte valenti : quibus accedent quæcunque ex leguminibus pulmenta corpori vires ad necessarios usus conservare possunt. Edere autem decet, non belluantium speciem præbentes, sed ubique modestiam et lenitatem atque in voluptatibus continentiam retinentes. (3) Sed quid faciam ? Cum eorum quæ dicta sunt copiam considero, ultra modum ferri me video : cum autem iterum ad sapientiæ in opificiis splendescentis varietatem respicio, ne incepisse quidem narrationem mihi videor. Atque etiam diutius detinere vos non fuerit inutile. Quid enim quis ab hoc tempore ad usque vesperam facere possit ? Vos non urgent convivatores, non vos compotationes exspectant. Unde, si videtur, corporali jejunio ad exhilarandas animas utemur. Sæpe inservisti carni ad voluptatem capiendam : hodie animæ servire persevera. *Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui* [69]. Quid enim prodest, quæso, corpore jejunare, animam vero innumeris malis refertam esse? Qui vero male non agit, alias autem otium agit, quid non loquitur vani? quid absurdi non auscultat ? Nam otium Dei timore destitutum, iis qui tempore uti non norunt, magister est pravitatis. Fortassis igitur aliqua etiam utilitas ex iis quæ dicuntur, percipietur a vobis ; sin minus, saltem licet vobis per præsentem occupationem non peccare. Quare diutius vos detinere, est diutius vos a delictis amovere, atque ad cœleste illud regnum veluti manu ducere. Quod quidem assequi nos omnes contingat, in Christo Jesu Domino nostro, quia illi debetur gloria, et honor, atque adoratio, æternoque simul Patri, ac sanctissimo vivificantique Spiritui, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

τάττοντα ἡμῖν τὰ ἀνίατα βασιλέα μικρὸν ἀπολογησαμένους, καταλῦσαι τὸν λόγον. Φείσασθαι ἡμῶν θέλησον, γαληνότατε, τοσαῦτα ἡμῶν κεκτημένων, ὅσα, ἂν σήμερον θελήσωμεν φαγεῖν, οὐκ ἐξαρκέσει ἡμῖν. Ἀργεῖ γάρ, ὡς εἰκὸς, παρ' ἡμῖν μαγείρων τέχνη, μάχαιρα δὲ αὐτῶν αἵμασιν οὐ προσομιλεῖ. Τὰ βέλτιστα τῶν παρ' ἡμῖν βρωμάτων, ἐν οἷς ἡ δαψίλεια, χόρτων φύλλα σὺν ἄρτῳ τραχυτάτῳ καὶ τῷ ἐξεστηκότι οἴνῳ, ὥστε μὴ ἐκθαμβεῖσθαι ἡμῶν τὰ αἰσθητήρια ὑπὸ τῆς γαστριμαργίας, καὶ ἐπ' ἀφροσύνῃ μὴ πολιτεύεσθαι. Ὡς γὰρ ἐν τῷ ἐνδύματι ἡγεῖσθαι προσήκει τὸ χρειῶδες, οὕτω καὶ ἐν τῇ τροφῇ ἄρτος ἐκπληρώσει τὴν χρείαν, καὶ ὕδωρ θεραπεύσει τὴν δίψαν τῷ ὑγιαίνοντι, καὶ ὅσα ἐκ σπερμάτων πτοφήματα πρὸς τὰς ἀναγκαίας χρείας τὴν ἰσχὺν τῷ σώματι δύναται διασώσασθαι. Ἐσθίειν δὲ, μὴ λυσσώδη γαστριμαργίαν ἐπιφαίνοντα, ἀλλὰ πανταχοῦ τὸ εὐσταθὲς καὶ πρᾶον καὶ περὶ τὰς ἡδονὰς ἐγκρατὲς διασώζοντα. Ἀλλὰ τί πάθω ; Ὅταν μὲν ἀπίδω πρὸς τὸ πλῆθος τῶν εἰρημένων, ἔξω ἐμαυτὸν ὁρῶ τοῦ μέτρου φερόμενον· ὅταν δὲ πάλιν πρὸς τὸ ποικίλον τῆς ἐν πᾶσι τοῦ Θεοῦ σοφίας ἀποβλέψω, οὐδὲ ἤρχθαι νομίζω τῆς διηγήσεως· ἅμα δὲ καὶ τὸ παρακατέχειν ὑμᾶς ἐπὶ πλεῖον, οὐκ ἄχρηστον. Τί γὰρ ἄν τις ποιοῖ τὸν μέχρι τῆς ἑσπέρας χρόνον; οὐκ ἐπείγουσιν ὑμᾶς οἱ ἑστιάτορες, οὐκ ἀναμένει ὑμᾶς τὰ συμπόσια. Ὅθεν, εἰ δοκεῖ, τῇ σωματικῇ νηστείᾳ εἰς τὴν τῶν ψυχῶν εὐφροσύνην ἀποχρησόμεθα (5). Πολλάκις ὑπηρέτησας τῇ σαρκὶ πρὸς ἀπόλαυσιν, σήμερον τῇ διακονίᾳ παράμεινον τῆς ψυχῆς. *Κατατρύφησον τοῦ Κυρίου, καὶ δώῃ σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου.* Τί γὰρ ὄφελος νηστεύειν τῷ σώματι, τὴν δὲ ψυχὴν μυρίων κακῶν ἐμπεπλῆσθαι; Ὃ μὴ κακὸν μὲν ἐργαζόμενος, σχολὴν δὲ ἄγων, τί οὐ φθέγγεται τῶν ματαίων ; τί οὐκ ἀκούει τῶν ἀσόπων; Σχολὴ γὰρ ἄνευ φόβου Θεοῦ, πονηρίας διδάσκαλος τοῖς ἀκαιρουμένοις ἐστί. Τάχα μὲν οὖν τι καὶ ὄφελος ἐν τοῖς λεγομένοις εὑρήσετε· εἰ δὲ μὴ ἀλλὰ τό γε μὴ ἁμαρτάνειν ἐκ τῆς ἐνταῦθα ὑμῖν ἀσχολίας περίεστιν. Ὥστε τὸ ἐπὶ πλέον κατέχειν, ἐπὶ πλέον ἐστὶν ὑμᾶς τῶν κακῶν ὑπεξάγειν, καὶ πρὸς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν χειραγωγεῖν, ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι αὐτῷ πρέπει ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ Πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

DE MORTE.

SERMO XI.

1. (4) O rem mirandam, charissimi ! ut unusquisque nostrum ubi e materno sinu exivit, statim

ΠΕΡΙ ΘΑΝΑΤΟΥ.

ΛΟΓΟΣ ΙΑ'.

1. Ὦ τοῦ θαύματος, ἀγαπητοί ! πῶς ἕκαστος ἡμῶν μετὰ τὸ τοὺς μητρῴους κόλπους ἀποφυγεῖν, εὐθὺς

[69] Psal. xxxvi, 4.

(1) Ex epist. xli. 124
(2) Ex epist. ii, 74.
(3) Ex hom. viii *in Hexaem.*, 79.

(4) Ex h. *Quod mundanis adhærendum non sit*, 16.
(5) Ἀποχρησόμεθα. Sic cont. xius et codicum aliter. Editi ἀποχρησώμεθα.

Digitized by Google

τοῖς τοῦ χρόνου ῥεύμασιν ἐνδεθεὶς ὑποσύρεται· κατόπιν ἀεὶ τὴν βεβιωμένην ἡμέραν ἐῶν, καὶ πρὸς τὴν χθὲς ἐπανελθεῖν οὐδέποτε, κἂν θελήσοι, δυνάμενος. Ἡμεῖς δὲ ἡδόμεθα ἐπὶ τὰ πρόσω φερόμενοι, καὶ τὰς ἡλικίας ἀμείβοντες, ὥς τι προσλαμβάνοντες, χαίρομεν, καὶ μακάριον κρίνομεν, ὅταν ἐκ παιδὸς μὲν ἀνὴρ, ἐκ δὲ ἀνδρὸς γένηταί τις πρεσβύτης. Ἀγνοοῦμεν δὲ ἄρα τοσοῦτον ἀπολλύντες ἑκάστοτε τῆς ζωῆς, ὅσον ἐζήσαμεν· καὶ οὐκ αἰσθανόμεθα δαπανωμένου τοῦ βίου, καίτοιγε ἀεὶ μετροῦντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ παραδραμόντος καὶ παραῤῥεύσαντος· οὐδὲ ἐννοοῦμεν, ὡς ἄρα ἄδηλον, ὁπόσον ὁ πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν ταύτην ἐκπέμψας ἡμᾶς ἐνδοῦναι τῷ χρόνῳ βουλήσεται. Οὐδὲ ἐθέλομεν σκοπεῖν ἀκριβῶς, ποῖα μὲν κοῦφα φορτία πρὸς τὸν τοιοῦτον δρόμον ἡμῖν, καὶ συμμεθίστασθαι δύναται τοῖς συλλέξασι· ποῖα δὲ βαρέα καὶ δυσχερῆ καὶ προσηλωμένα τῇ γῇ, καὶ οὐ πεφυκότα τοῖς ἀνθρώποις οἰκειοῦσθαι καθάπαξ, οὐδὲ συγχωρούμενα διὰ τῆς στενῆς ἐκείνης πύλης ἀκολουθῆσαι τοῖς ἔχουσιν. Ἀλλ' ὅσα μὲν χρὴ συλλέγειν, καταλιμπάνομεν· ὧν δὲ ὑπερορᾷν προσήκει, ταῦτα συλλέγομεν. Καὶ ἃ μὲν ἡμῖν ἐνωθῆναι, καὶ κόσμος ὄντως γενέσθαι δύναται συμφυὴς ψυχῇ τε καὶ σώματι, τούτοις οὐδὲ προσέχομεν· ἃ δὲ ἀλλότρια μένει διηνεκῶς, μόνην ἡμῖν ἐναποματτόμενα (1) τὴν αἰσχύνην, ταῦτα ἀθροίζειν ἐπιχειροῦμεν, μοχθοῦντες διακενῆς, καὶ πονοῦντες πόνον, οἷόν τις ἑαυτὸν ἀπατῶν, εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖν ἐθελήσειεν. Ὥσπερ γὰρ οἵ τινα συντεταμένην πορείαν ἀνύοντες, ἐπὶ τὰ πρόσω τὰς τῶν ποδῶν βάσεις ἀμιλλωμένας ἀλλήλαις εἰς δρόμον ἀμείβοντες, καὶ τὴν ἀεὶ προτέραν ἐπὶ τῆς γῆς ἐρεισθεῖσαν δευτέραν ἀποδεικνύντες τῇ ταχείᾳ μεταθέσει τῆς ἄλλης, ῥᾳδίως ἐπὶ τὸ τῆς ὁδοῦ τέρμα χωροῦσιν· οὕτως οἱ πρὸς τὸ ζῆν παραχθέντες ὑπὸ τοῦ κτίσαντος, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῖς τοῦ χρόνου τμήμασιν ἐπεμβαίνοντες, καὶ τὸ πρότερον ἀεὶ καταλιμπάνοντες ὕστερον, ἐπὶ τὸ πέρας φθάνουσι τῆς ζωῆς. Καὶ γὰρ συνεχής τις ὁδὸς ὑφηπλῶσθαί μοι δοκεῖ ἡ παροῦσα ζωὴ, καὶ πορεία διειλημμένη ταῖς ἡλικίαις καθάπερ σταθμοῖς· ἀρχὴν μὲν ἑκάστῳ τῆς ὁδοιπορίας παρέχουσα τὰς τῶν μητέρων ὠδῖνας, τέρμα δὲ ὑποδεικνῦσα τοῦ δρόμου τὰς τῶν τάφων σκηνάς· καὶ πρὸς ἐκείνας ἅπαντας ἄγουσα, τοὺς μὲν θᾶττον, τοὺς δὲ βραδύτερον, καὶ τοὺς μὲν διὰ πάντων τῶν τοῦ χρόνου διαστημάτων ὁδεύσαντας, τοὺς δὲ οὐδὲ τοῖς πρώτοις ἐπαυλισθέντας τοῦ βίου σταθμοῖς.

temporis fluento illigatus rapitur, semper a tergo diem quam vixit relinquens, nec unquam ad hesternam, etiamsi velit, reverti valens. Nos autem lætamur cum progredimur ulterius, et permutata ætate quasi nonnihil acquirentes, gaudemus, ac beatum quiddam ducimus, cum quis ex puero vir, et ex viro senex factus est. Sed fugit nos, tantum vitæ spatium a nobis amitti, quantum viximus; sicque inscientibus nobis vita absumitur, quanquam semper ipsam ex eo quod ante actum est, quodque jam præterfluxit, metiamur: neque cogitamus quam incertum sit, **532** quantum nobis temporis ad hunc cursum impertire velit qui nos ad hoc iter perficiendum misit. Neque diligenter considerare volumus, quæ sarcinæ leves sint nobis ad hunc cursum, et tales, ut cum colligentibus transferri possint: quæ vero graves sint et molestæ, atque humi defixæ, et ejusmodi, ut suapte natura hominum propriæ nunquam esse possint, nec possessores suos per angustam illam portam subsequi permittantur. Sed tamen relinquimus quæ colligenda erant: quæ vero contemnere par fuerat, colligimus. Et quæ nobiscum copulari, vereque esse possunt ornamentum animæ simul et corpori conveniens, his ne attendimus quidem: quæ vero perpetuo aliena manent, solam nobis infamiam inurentia, ea coacervare nitimur; inanem operam sumentes, atque ejusmodi suscipientes laborem, perinde ut si quispiam, seipsum seducens, in pertusum dolium infundere voluerit. (2) Quemadmodum enim qui aliquod iter haud remisse susceptum conficiunt, gressus pedum ad cursum peragendum certatim ulterius promoventes, jugiterque gressum humi prius fixum veloci alterius translatione posteriorem reddentes, pertingunt facile ad viæ finem: ita qui in vitam a Conditore introducti sunt, statim in ipso initio particulas temporis ingredientes, ac priorem semper posteriorem relinquentes, ad vitæ terminum perveniunt. Nam hæc vita præsens mihi videtur continua quædam et porrecta via esse, et iter ætatibus quasi quibusdam mansionibus interstinctum: quod ut profectionis initium partum maternum unicuique exhibet, ita cursus finem tentoria sepulcrorum ostendit. Atque huc omnes conducit, alios citius, serius alios, et hos quidem per omnia temporis intervalla profectos, alios vero ne in primis quidem vitæ stationibus commoratos.

2. Ὁ γὰρ πλάσας ἡμᾶς καὶ ψυχώσας Θεὸς, ἰδίαν ἔδωκεν ἑκάστῃ ψυχῇ τὴν τοῦ βίου διαγωγὴν, καὶ ἄλλοις ἄλλους ὅρους ἔπηξε τῆς ἐξόδου. Τὸν μὲν γὰρ ἐπὶ πλεῖον παραμεῖναι τῇ παρουσίᾳ τῆς σαρκὸς ᾠκονόμησε· τὸν δὲ θᾶττον ἀπολυθῆναι τῶν δεσμῶν τοῦ σώματος ἐτάξατο, κατὰ τοὺς ἀῤῥήτους αὐτοῦ τῆς σοφίας καὶ τῆς δικαιοσύνης λόγους. Ὥσπερ γὰρ οἱ

2. (3) Deus enim qui formavit nos et animavit, animæ cuilibet tribuit propriam quamdam vitæ moram, et aliis alios exitus terminos præfixit. Etenim certo quodam consilio voluit alium diutius in carne permanere; statuit vero alium ocius vinculis corporis exsolvi, juxta ineffabiles sapientiæ atque justitiæ suæ rationes. Quemadmodum

(1) Ἐναποματτόμενα. Sic Regius codex toties citatus, ac ipse etiam contextus. Editi ἐναποτιθέμενα.

(2) Ex hom. *Quod mundanis adhærendum non sit*, 164.

(3) Ex hom. *in mart. Julittam*, 31.

Digitized by Google

igitur ex iis qui in carcerem conjiciuntur, alii diutius detinentur in carcerum cruciatibus, alii ab ea calamitate liberantur citius : sic et animæ, aliæ quidem diutius, aliæ vero minus in hac vita detinentur, pro cujusque merito ac dignitate, Deo, qui nos condidit, rebus cujusque nostrum prospiciente sapienter, et alte, sicque, ut mens hominum attingere non possit. (1) Quemadmodum enim qui in navigiis dormiunt, sponte a vento in portus deducuntur, et quamvis ipsi nequaquam sentiant, cursus tamen eos ad terminum ducit : sic et nos, diffluente vitæ nostræ tempore, insensibili vitæ nostræ cursu velut continuo quodam et irrequieto motu unusquisque ad proprium finem festinamus. In hac vita viator es : omnia transeunt, post tergum tuum relinquuntur omnia. Plantam, **533** herbam, aquam, aut quidvis aliud aspectu dignum in via vidisti : paulum oblectatus, mox præteris. Rursus in lapides, convalles, præcipitia, scopulos et palos, aut etiam in feras, in animalia repentia, in spinas, et in aliud quodvis infortunium incidisti : postquam es paululum afflictus, mox ista reliquisti. Vita est ejusmodi : neque ejus deliciæ, neque molestiæ constanter perseverant. Hodie tu coluisti terram, cras alter, post hunc colet et alius. Vides agros hos et domos sumptuosas ? quoties singula, ex quo exsistunt, nomen jam mutavere ? Dicebantur hujus esse, postea ipsis impositum est nomen alterius, ad alium transierunt, tum demum alterius esse dicuntur. Nonne ergo vita nostra via est, alio tempore alium excipiens, et in qua sibi invicem succedunt omnes ? (2) Alias quidem vias quæ ex urbe ad urbem ducunt, licet declinare, et per eas non proficisci, si quis ita volet : hæc vero vitæ istius via, etiamsi nos differre cursum voluerimus, eos qui in se incedunt viatores violenter apprehensos ad destinatam a Domino metam trahit. Nec fieri potest, ut is qui semel extra portam ad hanc vitam deducentem egressus est, idque iter inivit, non etiam ad illius terminum perveniat.

3. (3) Ne igitur pretiosissimis vilissima præferte, neque male commutetis, dum mortalem hanc vitam immortali beatæque illi quieti anteponitis. Siquidem præter ignominiæ affectiones, quibus voluptarii plerique subjecti sunt, adhuc etiam vitæ necessitates, magnanimitatem animæ frangentes, ipsam veluti redigunt in servitutem, dum ad carnis famulatum illam detrahunt. Ubi autem servitus, illic esse et ignominiam liquet. Fugienda igitur est vita, cui ignominia conjuncta est.

Non magna facio, inquit, *si me hero tradam tibi ;*

(1) Ex hom. *in psal.* I, 94.
(2) Ex hom. *Quod mundanis adhærenaum non sit*, 164.
(3) Ex hom. *in psal* CXV, 375.

Α ἐν ταῖς εἱρκταῖς ἐμπίπτοντες, οἱ μὲν ἐπὶ πλείονα χρόνον τῇ κακώσει τῶν δεσμωτηρίων (4) ἐναποκλείονται, οἱ δὲ ταχυτέραν εὑρίσκουσι τὴν τῆς κακοπαθείας ἀπαλλαγήν· οὕτω καὶ αἱ ψυχαί, αἱ μὲν ἐπὶ πολὺ προσκατέχονται τῇ ζωῇ ταύτῃ, αἱ δὲ ἐπ' ἔλαττον, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἀξίας ἑκάστου· σοφῶς καὶ βαθέως, καὶ ὡς οὐκ ἂν ἐφίκοιτο νοῦς ἀνθρώπων, τὰ περὶ ἕκαστον ἡμῶν τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς προβλεπομένου Θεοῦ. Ὥσπερ γὰρ οἱ ἐν τοῖς πλοίοις καθεύδοντες αὐτομάτως ὑπὸ τοῦ πνεύματος ἐπὶ λιμένας ἄγονται, κἂν αὐτοὶ μὴ αἰσθάνωνται, ἀλλ' ὁ δρόμος αὐτοὺς πρὸς τὸ τέλος ἐτάγει· οὕτω καὶ ἡμεῖς, τοῦ χρόνου τῆς ζωῆς ἡμῶν παραῤῥέοντος, οἷον τινι κινήσει συνεχεῖ καὶ ἀπαύστῳ πρὸς τὸ οἰκεῖον ἕκαστος πέρας τῷ λανθάνοντι δρόμῳ τῆς Β ζωῆς ἡμῶν κατεπειγόμεθα. Ὁδοιπόρος ἐφέστηκας τῷ βίῳ τούτῳ· πάντα παρέρχῃ, πάντα κατόπιν σοι γίνεται. Εἶδες ἐπὶ τῆς ὁδοῦ φυτὸν ἢ πόαν ἢ ὕδωρ, ἢ ὅτι ἂν τύχοι τῶν ἀξίων θεάματος· μικρὸν ἐτέρφθης, εἶτα παρέδραμες. Πάλιν ἐνέτυχες λίθοις καὶ φάραγξι, καὶ χρημνοῖς καὶ σκοπέλοις καὶ σκόλοψιν, ἢ που καὶ θηρίοις, καὶ ἑρπετοῖς, καὶ ἀκάνθαις, καί τισιν ἄλλοις τῶν ὀχληρῶν· μικρὸν ἠνιάθης, εἶτα κατέλιπες. Τοιοῦτος ὁ βίος· οὔτε τὰ τερπνὰ μόνιμα, οὔτε τὰ λυπηρὰ διαρκῆ κεκτημένος. Σήμερον τὴν γῆν σὺ ἐγεώργησας, καὶ αὔριον ἄλλος, καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος. Ὁρᾷς τοὺς ἀγροὺς τούτους καὶ τὰς πολυτελεῖς οἰκίας; πόσα ἤδη ὀνόματα ἀφ' οὗ γέγονε τούτων ἕκαστον ἠμείψε; Τοῦ δεῖνος ἐλέγετο, εἶτα μετωνομάσθη πρὸς ἕτερον, πρὸς τὸν δεῖνα μετῆλθεν, εἶτα νῦν ἄλλου λέγεται. C Ἆρ' οὖν οὐχ ὁδὸς ἡμῶν ὁ βίος, ἄλλοτε ἄλλον μεταλαμβάνων, καὶ πάντας ἔχων ἀλλήλοις ἐφεπομένους; Τὰς μὲν οὖν ἄλλας ὁδοὺς, ὅσαι πρὸς πόλιν ἐκ πόλεως ἄγουσιν, ἔστιν ἐκκλῖναι, καὶ μὴ ὁδεῦσαι τὸν μὴ βουλόμενον· ἡ δὲ τῆς ζωῆς ταύτης ὁδός, κἂν ἡμεῖς ἀναβάλλεσθαι βουληθῶμεν τὸν δρόμον, περιλαβοῦσα πρὸς βίαν, ἐπὶ τὸ τεταγμένον ὑπὸ τοῦ δεσπότου πέρας ἕλκει τοὺς ἐπ' αὐτῆς. Καὶ οὐκ ἔστι τὸν ἅπαξ ὑπεκδραμόντα τὴν ἐπὶ τόνδε τὸν βίον φέρουσαν πύλην, καὶ τῆς ὁδοῦ ταύτης ἐπιβάντα, μὴ καὶ πρὸς τὸ τέλος ταύτης ἐλθεῖν.

3. Μὴ τοίνυν προτιμᾶτε τῶν πολυτιμήτων τὰ ἀτιμότατα, μηδὲ κακοὶ συναλλάκται γίνεσθε, τὴν φθειρομένην ζωὴν τῆς ἀφθάρτου καὶ μακαρίας καταστάσεως (5) προτιμῶντες. Ἄνευ γὰρ τῶν παθημάτων τῆς ἀτιμίας, οἷς οἱ πλεῖστοι τῶν φιληδόνων ὑπόκεινται, ἔτι καὶ αἱ κατὰ τὸν βίον χρεῖαι, τῆς ψυχῆς τὸ μεγαλοφυὲς κατακάμπτουσαι, οἱονεὶ δουλοῦνται αὐτὴν, πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν τῆς σαρκὸς κατασύρουσαι. Ὅπου δὲ δουλεία, ἐκεῖ δηλονότι καὶ ἀτιμία. Φευκτέον οὖν τὴν ζωὴν, ᾗ τὸ ἄτιμον παραπέφυκεν.

Οὐδὲν γὰρ, φησὶ, *μέγα ποιῶ, ἐμαυτόν σοι ἀποδιδοὺς τῷ δεσπότῃ·*

(4) *Τῶν δεσμωτηρίων*. Idem codex τῶν δεσμῶν, *in vinculorum cruciatibus*.
(5) *Καταστάσεως*. Sic Regius codex et contextus. Editi καταπαύσεως.

Digitized by Google

Δοῦλος γὰρ ὢν σὸς, σοὶ προσάγω (1) τὸ σὸν [κτῆμα. A

Tibi namque servus, quod tuum est tibi offero.

Πάντως γὰρ τοῦ κτίσαντος δοῦλον ὑπάρχει τὸ ἐκτισμένον. Τοιγαροῦν ζῶντα μὲν ἐν τῇ σαρκὶ πάροικον εἶναι προσήκει τὸν ἄνθρωπον· μεταβαίνοντα δὲ ἀπὸ τῆς ζωῆς ταύτης, τοῖς οἰκείοις τόποις ἐναναπαύεσθαι. Διὰ τοῦτο καὶ Ἀβραὰμ ἐν μὲν τῇ ζωῇ παροικεῖ τοῖς ἀλλοφύλοις, οὐδὲ βῆμα ποδὸς ἰδίας γῆς κεκτημένος· ἐν δὲ τῇ ταφῇ οἰκείαν ἑαυτῷ τὴν δεξαμένην αὐτοῦ τὸ σῶμα γῆν ἀργυρίου ἐπραγματεύσατο. Μακάριον οὖν τῷ ὄντι, μὴ ὡς οἰκείοις προστετηκέναι τοῖς ἐν τῇ γῇ, μηδὲ ὥσπερ πατρίδος τινὸς φυσικῆς ἀντέχεσθαι τῶν ἐνταῦθα (2)· ἀλλὰ τὴν ἐκ καταδίκης ἐνθάδε διαγωγὴν βαρυνομένους, οὕτω παροικεῖν, ὡς ὑπὸ δικαστῶν τινων ἐπί τισι πλημμελήμασιν εἰς τὴν ὑπερορίαν ἐκ τῆς ἐνεγκούσης ἀπελαθέντας. Ἀλλὰ B πλούτῳ κομᾷς; καὶ ἐπὶ προγόνοις μέγα φρονεῖς (3); καὶ ἐπαγάλλῃ πατρίδι καὶ κάλλει σώματος, καὶ ταῖς παρὰ πάντων τιμαῖς; Εἶτα οὐκ οἶδας, ὅτι θνητὸς εἶ, ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ; Περίβλεψαι τοὺς πρὸ σοῦ ἐν ταῖς ὁμοίαις περιφανείαις ἐξετασθέντας. Ποῦ οἱ τὰς πολιτικὰς δυναστείας περιβεβλημένοι; ποῦ εἰ δυσμαχώτατοι ῥήτορες; ποῦ οἱ στρατηγοὶ, οἱ σατράπαι, οἱ τύραννοι; Οὐ πάντα κόνις; οὐ πάντα μῦθος; οὐκ ἐν ὀλίγοις ὀστέοις τὰ μνημόσυνα αὐτῶν; Ἔγκυψον τοῖς τάφοις, εἰ δυνήσῃ διακρῖναι, τίς ὁ οἰκέτης καὶ τίς ὁ δεσπότης, τίς ὁ πτωχὸς καὶ τίς ὁ πλούσιος. Διάκρινον, εἴ τίς σοι δύναμις, τὸν δέσμιον ἀπὸ τοῦ βασιλέως, τὸν ἰσχυρὸν ἀπὸ τοῦ ἀσθενοῦς, τὸν εὐπρεπῆ ἀπὸ τοῦ δυσειδοῦς. Καὶ μεμνημένος τῆς φύ- C σεως, οὐκ ἐπαρθήσῃ ποτέ.

Omnino enim res creatæ Creatoris servæ sunt. (4) Oportet igitur viventem in carne incolam esse hominem; migrantem autem ex hac vita, in propriis locis requiescere. Propterea etiam Abraham in hac vita incola erat cum alienigenis, ac ne passum quidem pedis terræ propriæ possedit: in sepultura autem propriam sibimetipsi terram, quæ corpus ipsius exciperet, argento mercatus est. Porro beatum plane fuerit, rebus terrenis non ut propriis nos addictos esse, neque rebus præsentibus tanquam naturali cuidam patriæ adhærere: sed nostram hic commorationem, quæ ex condemnatione nobis imposita est, moleste ferentes, ita peregrinari, quasi ob aliqua delicta a judicibus in exteram regionem ex patria pulsi essemus. (5) Efferris vero ob divitias? jactas te ob majorum nobilitatem? de patria ac pulchritudine corporis, deque delatis ab omnibus honoribus gloriaris? Itane ignoras, mortalem te esse, terram esse et in terram reversurum? Circumspice eos, qui ante te degerunt in similibus splendoribus. Ubi sunt qui magistratus civiles gessere? ubi **534** rhetores illi inexpugnabiles? exercituum duces, satrapæ, tyranni? Annon omnia pulvis? annon omnia fabula? annon ipsorum memoria conservatur in paucis ossibus? Conspicito sepulcra, num possis servum ab hero, et pauperem a divite discernere. Discerne, si quo modo potes, vinctum a rege, fortem a debili, formosum a deformi. Itaque naturæ si memineris, nunquam te extolles.

4. Τί γὰρ ὄφελος πλουσίῳ ἀποθνήσκοντι, μὴ δυναμένῳ λαβεῖν τὸν πλοῦτον σὺν ἑαυτῷ; ὅσγε τοσοῦτον ἀπὸ τῆς ἀπολαύσεως ἐκέρδανε μόνον, ὅσον τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ παρὰ τῶν κολάκων μακαρισθῆναι. Ἐν δὲ τῷ ἀποθνήσκειν οὐ λήψεται πᾶσαν ταύτην τὴν περιβολήν· μόλις ἔνδυμα λήψεται καλύπτον αὐτοῦ τὰ ἀσχήμονα, καὶ τοῦτο, ἐὰν δόξῃ τῶν οἰκετῶν τοῖς περιστέλλουσιν. Ἀγαπητὸν αὐτῷ, γῆς ὀλίγης λαχεῖν· καὶ ταύτης δι' οἴκτου διδομένης αὐτῷ παρὰ τῶν κηδευόντων, οἵτινες αὐτῷ παρέχονται ταῦτα, αἰδοῖ τῆς κοινῆς καὶ ἀνθρωπίνης φύσεως, οὐκ αὐτῷ χαριζόμενοι, ἀλλὰ τιμῶντες τὴν ἀνθρω- D πότητα. Ὥστε οὐδὲν τῶν ἐν τῷ βίῳ τερπνῶν, ἐφ' ὧν οἱ πλείους μεμήνασιν, ἡμέτερον ὄντως ἐστὶν, ἢ γενέσθαι πέφυκεν· ἀλλ' ὁμοίως ἁπάντων ἀλλότρια φαίνεται, τῶν τε ἀπολαύειν δοκούντων, τῶν τε οὐ προσπελαζόντων αὐτοῖς. Οὐ γὰρ εἰ χρυσόν τινες ἐν τῷ βίῳ συναγάγοιεν ἄπλετον, ἴδιος αὐτῶν μένει διηνεκῶς· ἀλλ' ἢ ζῶντας ἔτι πανταχόθεν αὐτὸν περισφίγγοντας ἀποδιδράσκει, πρὸς τοὺς δυνατωτέρους

4. (6) Quæ enim utilitas est diviti morienti, cum non queat secum auferre divitias? qui scilicet id ex earum possessione lucratus sit solum, quod ipsius anima in hac vita ab adulatoribus beata prædicata sit. Verum cum moritur, non assumet omnem hanc opulentiam: vix indumentum accipiet, quo pudenda ejus tegantur, idque, si visum fuerit famulis ipsum amicientibus. Bene cum eo actum fuerit, si exiguam terram sortiatur; eamque ipsi a funeris curatoribus datam ob commiserationem, qui ei isthæc præstant, ob communis humanæ naturæ reverentiam, non ei hæc largientes, sed humanam naturam honore afficientes. (7) Itaque nihil eorum quæ in vita jucunda sunt, et quorum gratia plerique insaniunt, vere nostrum est, aut ex se esse posset: sed ipsa omnibus pariter extranea, tum iis qui eis frui videntur, tum iis qui ne illa quidem attingunt. Nec enim si qui in vita plurimum auri congesserint, id ipsorum proprium perpetuo manet; sed aut adhuc viventibus

(1) *Προσάγω.* Sic etiam idem codex cum contextu. Editi προάγω.

(2) *Τῶν ἐνταῦθα.* Hic quoque Regius codex consentit cum contextu. Editi habebant τῆς ἐνταῦθα.

(3) *Μέγα φρονεῖς.* Sic Basilii contextus. Codex Regius μεγαφρονεῖς. Editi μεγαλοφρονεῖς.

(4) Ex hom. *in psal.* XIV, 352.

(5) Ex hom. in illud, *Attende tibi ipsi*, 21.

(6) Ex hom. *in psal.* XLVIII, 187.

(7) Ex hom. *Quod mundanis adhærendum non sit*, 165.

Digitized by Google

ac illud undique constringentibus elabitur ad potentiores affluens, aut jam mortem oppetentes deserit, nec vult una cum iis qui ipsum compararunt, peregre proficisci. Sed hi quidem ab eo, qui vi animas a misera hac carne separat, ad ineluctabilem migrationem tracti, frequenter convertentes se ad pecunias, sudores quos a juventute ob eas emisere, deplorant; divitiæ vero in alienas manus commigrant, posteaquam solum illis colligendi laborem atque avaritiæ crimen asciverint. Neque si quis innumera terræ jugera possideat, et magnificas ædes, et animantium greges omnis generis, fueritque humano omni potentatu septus, his perpetuo fruitur : sed eorum dominus brevi dictus tempore, aliis rursus opes cedit, ipsum vero exigua tellus recondit. Imo etiam sæpe ante sepulturam, et antequam hinc discedat, videbit sua bona ad alios, eosque fortasse inimicos, transire. An ignoramus quam multi agri, quam multæ ædes, quam multæ gentes ac civitates, etiam adhuc viventibus qui ea possederant, aliorum dominorum nomina prioribus exutis induerint? et quemadmodum ii qui olim servituti addicebantur, conscenderint principatus thronum : qui vero domini herique vocabantur, si cum subditis sederent, bene secum actum arbitrati sint, ac succubuerint suis ipsorum servis, rebus, velut in tesserarum circumactu, derepente transmutatis?

5. (1) Quandocunque herbam feni et florem conspexeris, veniat tibi in mentem humana natura, hanc sapientis Isaiæ imaginem recordanti : *Omnis caro ut fenum, et omnis gloria* **535** *hominis ut flos feni*[70]. Nam vitæ brevitas, et prosperitatis humanæ lætitia, hilaritasque haud diu duratura accommodatissimam apud prophetam sortita est similitudinem. Hodie qui floret corpore, qui præ deliciis carnosus est, qui colorem præ ætatis flore efflorescentem præ se fert, qui viget et acer est, et cujus nequit sustineri impetus, hic idem cras miserabilis est, aut tempore marcidus, aut morbo dissolutus. Quispiam divitiarum copia inclaruit, ipsumque adulatorum circumstat multitudo : adest fictorum amicorum, gratiam illius venantium, comitatus : frequentes sunt consanguinei, iique simulationis artificio eruditi : adest agmen sequacium innumerorum, qui partim parandi sibi gratia, partim ob alias necessitates ipsi astant : quos dum et abiens, et iterum rediens, secum trahit, in se occurrentium concitat invidiam. Adde divitiis etiam civilem aliquam potestatem, aut etiam dilatos a regibus honores, aut gentium gubernationem, aut exercituum imperium, præconem magna voce ante ipsum clamantem, lictores hinc et inde subditis timorem gravissimum inferentes, plagas, publicationes bonorum,

A μεταβρύεις, ἢ πρὸς τῷ θανάτῳ γεγενημένους ἤδη καταλιμπάνει, καὶ οὐκ ἐθέλει τοῖς κτησαμένοις συνεκδημεῖν. Ἀλλ' οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ πρὸς βίαν χωρίζοντος τὰς ψυχὰς τῆς ταλαιπώρου ταύτης σαρκὸς ἑλκόμενοι πρὸς τὴν ἀναγκαίαν ὁδὸν, πυκνὰ μεταστρεφόμενοι πρὸς τὰ χρήματα, τοὺς ἐκ νεότητος ἐπ' αὐτοῖς ἱδρῶτας ἀποδακρύουσιν· ὁ πλοῦτος δὲ εἰς ἑτέρων χεῖρας ὁρᾷ, μόνον ἐκείνοις τὸν ἐπὶ τῇ συλλογῇ μόχθον καὶ τὸ τῆς πλεονεξίας ἔγκλημα προστριψάμενος. Οὔτε εἰ ἐπὶ γῆς πλέθρα κτήσαιτό τις μυρία, καὶ μεγαλοπρεπεῖς οἰκίας, καὶ ζώων ἀγέλας παντοδαπῶν, καὶ τὴν ἐν ἀνθρώποις ἅπασαν περιβάλλοιτο δυναστείαν, ἀπολαύοι δι' αἰῶνος αὐτῶν· ἐπ' ὀλίγον δὲ κύριος τούτων (2) ὀνομασθείς, ἄλλοις πάλιν τῆς εὐπορίας ἐκστήσεται, βραχεῖαν γῆν αὐτὸς ὑποδύς.
B Πολλάκις δὲ καὶ πρὸ τοῦ τάφου, καὶ πρὸ τῆς ἐντεῦθεν ἀπαναστάσεως, εἰς ἑτέρους, καὶ πολεμίους τυχὸν, τὴν εὐπραγίαν ὄψεται μεταβαίνουσαν. Ἢ οὐκ ἴσμεν, ὁπόσοι μὲν ἀγροὶ, πόσαι δὲ οἰκίαι, πόσα δὲ ἔθνη καὶ πόλεις, καὶ ζώντων (3) ἔτι τῶν κτησαμένων, ἑτέρων ὀνόματα μετημφιάσαντο δεσποτῶν; καὶ ὡς οἱ μὲν πάλαι δουλεύοντες, ἐπὶ τὸν τῆς ἀρχῆς θρόνον ἀνέβησαν· οἱ δὲ κύριοι καὶ δεσπόται καλούμενοι, στῆναι μετὰ τῶν ἀρχομένων ἠγάπησαν, καὶ τοῖς ἑαυτῶν δούλοις ὑπέκυψαν, ὥσπερ ἐν κύβων περιτροπαῖς, μεταχθέντων ἄφνω τῶν πραγμάτων αὐτοῖς;

5. Ὅταν ἴδῃς βοτάνην χόρτου καὶ ἄνθος, εἰς ἔννοιαν ἔρχου τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, μεμνημένος
C τῆς εἰκόνος τοῦ σοφοῦ Ἡσαΐου, ὅτι *Πᾶσα σὰρξ ὡς χόρτος, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου.* Τὸ γὰρ ὀλιγοχρόνιον τῆς ζωῆς, καὶ τὸ ἐν ὀλίγῳ περιχαρὲς καὶ ἱλαρὸν τῆς ἀνθρωπίνης εὐημερίας, κυριωτάτης παρὰ τῷ προφήτῃ τετύχηκε τῆς εἰκόνος. Ὁ σήμερον εὐθαλὴς τῷ σώματι, κατασεσαρκωμένος ὑπὸ τρυφῆς, ἐπανθοῦσαν ἔχων τὴν εὔχροιαν ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν ἡλικίαν ἀκμῆς, σφριγῶν καὶ σύντονος, καὶ ἀνυπόστατος τὴν ὁρμὴν, αὔριον αὐτὸς οὗτος ἐλεεινὸς, ἢ τῷ χρόνῳ μαρανθείς, ἢ νόσῳ διαλυθείς.
D Ὁ δεῖνα περίβλεπτος ἐπὶ χρημάτων περιουσίᾳ, καὶ πλῆθος περὶ αὐτὸν κολάκων· δορυφορία φίλων προσποιητῶν, τὴν ἀπ' αὐτοῦ χάριν θεραπευόντων· πλῆθος συγγενείας, καὶ ταύτης κατεσχηματισμένης· ἐσμὸς τῶν ἑφεπομένων μυρίος, τῶν τε ἐπὶ σιτίων καὶ τῶν κατ' ἄλλας χρείας αὐτῷ προσεδρευόντων· οὓς καὶ προϊὼν καὶ πάλιν ἐπανιὼν καὶ ἐπισυρόμενος, ἐπίφθονός ἐστι τοῖς ἐντυγχάνουσι. Πρόσθες τῷ πλούτῳ καὶ πολιτικὴν δυναστείαν, ἢ καὶ τὰς ἐκ βασιλέων τιμὰς, ἢ ἐθνῶν ἐπιμέλειαν, ἢ στρατοπέδων ἡγεμονίαν, τὸν κήρυκα μέγα πρὸ αὐτοῦ βοῶντα, τοὺς ῥαβδούχους ἔνθεν καὶ ἔνθεν βαρυτάτην κατάπληξιν τοῖς ἀρχομένοις ἐμβάλλοντας, τὰς πληγὰς, τὰς δημεύσεις, τὰς ἀπαγωγὰς, τὰ δεσμωτήρια, ἐξ ὧν ἀφό-

[70] Isa. XL, 6.

(1) Ex hom. V *in Hexaem.*, 41.

(2) *Κύριος τούτων.* Sic codex Regius, multo melius, quam quod in editis ac ipso contextu legitur, ἀπὸ τούτων, *ab his accepto nomine*

(3) *Ζώντων.* Hanc vocem addidimus ex codice Regio et contextu.

Digitized by Google

ρητος ὁ τῶν ὑποχειρίων συναθροίζεται φόβος. Καὶ τί μετὰ τοῦτο; Μία νὺξ, καὶ πυρετὸς εἷς, ἢ πλευρῖτις, ἢ περιπνευμονία, ἀνάρπαστον ἐξ ἀνθρώπων ἀπάγουσα τὸν ἄνθρωπον οἴχεται, πᾶσαν τὴν κατ' αὐτὸν σκηνὴν ἐξαπίνης ἀπογυμνώσασα, καὶ ἡ δόξα ἐκείνη ὥσπερ ἐνύπνιον ἀπηλέγχθη. Ὥστε ἐπιτέτευκται τῷ προφήτῃ ἡ πρὸς τὸ ἀδρανέστατον ἄνθος τῆς ἀνθρωπίνης δόξης ὁμοίωσις.

6. Ἀλλὰ τίνα ἡμῖν εὐπρόσωπον αἰτίαν τῆς φειδωλίας οἱ περὶ τὴν ζωὴν ταύτην ἐπτοημένοι προβάλλονται; Οὐ πωλῶ τὰ ὑπάρχοντα, οὐδὲ δίδωμι τοῖς πτωχοῖς, διὰ τὰς ἀναγκαίας χρείας τοῦ βίου· ἀλλ' ἀπολαύσας αὐτῶν παρὰ πᾶσάν μου τὴν ζωὴν, μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ βίου, διαδόχους ποιήσομαι τῶν ἐμοὶ προσόντων τοὺς πένητας. Ὅτε οὐκέτι ἔσῃ ἐν ἀνθρώποις, τότε γενήσῃ φιλάνθρωπος· ὅταν νεκρόν σε ἴδω, τότε εἴπω φιλάδελφον. Πολλή σοι χάρις τῆς φιλοτιμίας, ὅτι ἐν τῷ μνήματι κείμενος, καὶ εἰς γῆν διαλυθεὶς, ἀδρὸς γίνῃ ταῖς δαπάναις καὶ μεγαλόψυχος. Ποίων, εἰπέ μοι, καιρῶν τοὺς μισθοὺς ἀπαιτήσεις, τῶν ἐν τῇ ζωῇ, ἢ τῶν μετὰ τὴν ἀποβίωσιν; Ἀλλ' ὃν μὲν ἔζης χρόνον, καθηδυπαθῶν, καὶ τῇ τρυφῇ διαῤῥέων, οὐδὲ προσβλέπειν ἠνείχου τοὺς πένητας· ἀποθανόντος δὲ (1) ποία μὲν πρᾶξις; ποῖος δὲ μισθὸς ἐργασίας ὀφείλεται; Δεῖξον τὰ ἔργα, καὶ ἀπαίτει τὰς ἀντιδόσεις. Οὐδεὶς μετὰ τὸ λυθῆναι τὴν πανήγυριν πραγματεύεται, οὐδὲ μετὰ τοὺς ἀγῶνας ἐπανελθὼν στεφανοῦται, οὐδὲ μετὰ τοὺς πολέμους ἀνδραγαθίζεται. Οὐ τοίνυν οὐδὲ μετὰ τὴν ζωὴν εὐσεβεῖ δηλονότι. Ἐὰν γὰρ μέλανι καὶ γράμμασι κατεπαγγέλλῃ τὰς εὐποιΐας, τίς ἀναγγελεῖ σοι τὸν καιρὸν τῆς ἐξόδου; τίς ἐγγυητὴς ἔσται τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς; Πόσοι ὑπὸ βιαίων ἀνηρπάσθησαν συμπτωμάτων, οὐδὲ φωνὴν ῥῆξαι συγχωρηθέντες ὑπὸ τοῦ πάθους! Τί ἀναμένεις καιρὸν, ἐν ᾧ πόλλακις οὐδὲ τῶν λογισμῶν τῶν σεαυτοῦ ἔσῃ κύριος; νὺξ βαθεῖα, καὶ ἡ νόσος βαρεῖα, καὶ ὁ βοηθῶν οὐδαμοῦ. Εἶτα περιβλεψάμενος ὧδε κἀκεῖσε, καὶ ἰδὼν τὴν περιεστῶσάν σε ἐρημίαν, τότε αἰσθήσῃ τῆς ἀβουλίας· τότε στενάξεις τὴν ἄνοιαν, εἰς οἷον καιρὸν ἐταμιεύου τὴν ἐντολὴν, ἐν τῇ ζωῇ μὲν ἀπολαύων τῶν ἡδονῶν, ἀποθανὼν δὲ διαπραττόμενος τὰ διατεταγμένα. Ὅτε ἔζης, σεαυτὸν τῆς ἐντολῆς προετίθης· μετὰ δὲ τὸν θάνατον, τότε τὴν ἐντολὴν τῶν ἐχθρῶν προτιμᾷς. Ἵνα γὰρ μὴ λάβῃ ὁ δεῖνα, λαβέτω, φησὶν, ὁ Χριστός. Καὶ τί τοῦτο; ἐχθρῶν ἄμυνα, ἢ τοῦ πλησίον ἀγάπη;

A exsilia, vincula, e quibus intolerabilis ille subjectorum metus concrescit. Quid vero post hoc? una nox, aut una febris, aut pleuritis, aut pulmonis inflammatio, hunc hominem ex hominibus abreptum abducit, illico omnem illius scenam nudat, atque gloria illa ceu somnium esse convincitur. Quare apte propheta humanam gloriam cum debilissimo flore comparavit.

6. (3) Sed quamnam speciosam parcimoniæ causam nobis afferunt ii qui attoniti hujus vitæ rebus adeo inhiant? Non vendo quæ habeo, neque do pauperibus, ob necessarios vitæ usus. Sed posteaquam divitiis fruitus fuero per omnem vitam meam, post finem vitæ meæ pauperes constituam hæredes facultatum mearum. Cum jam non versabere inter B homines, tum humanus fies et liberalis; cum mortuum te videro, tunc dicam te fratris amantem. Multa tibi debebitur gratia ob munificentiam, quod in sepulcro jacens et in terram resolutus, jam in sumptibus faciendis largus exstiteris atque magnanimus. Dic mihi, quæso, quorumnam temporum mercedem exposces, eorumne quibus vixisti, an eorum, quæ post mortem secuta sunt? Sed quo tempore vivebas, voluptatibus deditus et deliciis diffluens, ne aspicere quidem egenos sustinuisti. Jam autem quænam actio est mortui? quæ quoque operis merces debetur? Ostende opera, et reposce remunerationem. Nemo solutis nundinis negotiatur: nec post certamen superveniens coronatur, nec post bellum egregia edit facinora. Neque igitur post vitam C locus ullus est pietatis excolendæ. Nam si atramento ac tabulis fore te beneficium polliceris, quis annuntiabit tibi exitus tempus? quis generis mortis sponsor erit? Quot violentis casibus abrepti sunt, quibus ne vocem quidem edere per morbum licuit! Quid igitur exspectas tempus, in quo plerumque rationis non eris compos? cum videlicet erit **536** profunda nox, morbus gravis, nemo usquam qui adjuvet. Deinde conjectis huc et illuc oculis, circumstantem te solitudinem conspiciens, tunc dementiam tuam intelliges; tunc lugebis stultitiam, quod præceptum distuleris in hoc tempus, interim dum vivebas voluptatibus indulgens: (4) mortuus vero, mandata perficiens. Quoad vixisti, te ipse D prætulisti mandato; mortuus vero, tunc inimicis præceptum anteponis. Etenim ne accipiat homo ille, accipiat, inquit, Christus. At quid illud? hostiumne ultio, an proximi charitas?

7. Μὴ τοίνυν ὀδυρώμεθα τὰς ἐντεῦθεν ἐξόδους, καὶ μάλιστα τῶν ὁσίων ἀνδρῶν, ἀλλὰ τὰς γενέσεις μᾶλλον καὶ τὰς εἰς τὴν ζωὴν ταύτην παρόδους. Ἡ μὲν γὰρ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον εἴσοδος δι' ἀτιμίας ἐστὶ ῥύπου καὶ δυσωδίας, καὶ ὧν οὐδ' ἂν τὴν θέαν εὐκόλως ἀνάσχοιτό τις τῆς ζωῆς ἡμῶν καθηγουμένων (2). Διὰ γὰρ τῶν τοιούτων ἡ πάροδος τῆς σαρκίνης γε-

7. (5) Ne igitur eorum qui hinc excedunt, maximeque piorum sortem lugeamus, sed potius ortum, et eorum in hanc vitam ingressum. Nam introitus in hunc mundum adjunctam habet ignominiam sordium fetorisque et earum rerum, quarum ne aspectum quidem facile ferre posset nostrum aliquis, qui in vita prævivimus. Per talia enim necessitate

(1) Ἀποθανόντος δέ. Hæc etiam, quæ deerant in editis, ex eodem codice et contextu supplevimus.
(2) Τίς... καθηγουμένων. Legendum videtur τις τῶν... καθηγουμένων. Edit.

(3) Ex hom. *in Divites*, 60.
(4) Ibid., 61.
(5) Ex hom. *in ps.* [illegible].

Digitized by Google

naturæ constitutus est carneæ nativitatis ingressus: contra, exitus, et is qui hinc fit abscessus, pretiosus est et illustris, non omnium hominum, sed eorum, qui sancte et juste hanc vitam transegerunt. Pretiosa igitur est mors, non pretiosus hominum ortus. *Seminatur enim*, inquit, *in ignobilitate, surgit in gloria: seminatur in corruptione, surgit in incorruptione* [11]. Cum etiam Judaice interirent homines, abominanda erant cadavera : ubi vero contigit mors pro Christo, reliquiæ sanctorum ejus sunt pretiosæ. Antea dicebatur sacerdotibus et Nazaræis : Non contaminabitur super ullo mortuo : et, *Si quis tetigerit cadaver, immundus erit* [12]; item, *Lavabis tua ipsius vestimenta* [13]. Nunc autem qui martyris ossa tetigerit, ex insidente in corpore gratia quamdam sanctitatis participationem accipit. *Pretiosa enim est in conspectu Domini mors sanctorum ejus* [14]. Compara itaque mortem nativitati; ac eum qui liberatus est ignominia, lugere desinas. (1) Cum justis enim exsultare, simulque lætari, præcipit nobis sermo divinus : lugeamus vero et lamentemur cum iis qui ex pœnitentia effundunt lacrymas : aut etiam eos qui nullo doloris sensu tanguntur, deploremus, quod perire se ne intelligant quidem. Cæterum implevisse mandatum haudquaquam putandus est, qui hominum mortem deplorat et cum lugentibus edit clamorem. Neque enim laudaverim medicum, qui cum opem ægrotantibus ferre deberet, morbis ipse repleretur. (2) Sic etiam David cum amicissimum sibi Jonatham lugeret, hostem quoque suum una luxit, *Doleo super te*, inquiens, *frater mi Jonathan*; et, *Filiæ Israel, super Saul flete* [15]. Hunc quidem luget, ut peccato immortuum ; Jonathan vero ut hominem sibi per totam vitam conjunctissimum.

8. (3) Homines enim mors invadit, expletis vitæ terminis, quos unicuique ab initio constituit judicium justum Dei, quid cuique nostrum conducat, longe prospicientis. At filii charissimi mors animum tuum dolore opprimit. (4) Quis enim adeo corde lapideo, aut omnino humanæ naturæ expers, ut in **537** ejusmodi eventu nihil patiatur, aut modicum dolorem animo accipiat? Domus splendidæ successio, fulcimentum generis, patriæ spes, parentum piorum germen cum innumeris votis educatum, in ipso ætatis flore, ex mediis patris manibus ereptum abit. Hæc quam adamantis naturam non valeant dissolvere, et ad commiserationem adducere? (5) Igitur si ob ea quæ acciderunt lugere, et lacrymas effundere volumus, tempus vitæ nobis non sufficiet; nec si homines

A νέσεως τῷ τῆς φύσεως ἀναγκαίῳ νενομοθέτηται· ἡ δὲ ἔξοδος, καὶ ἡ ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴ, τιμία καὶ περιφανὴς, οὐ πάντων ἀνθρώπων, ἀλλὰ τῶν ὁσίως καὶ δικαίως τὸν ἐνταῦθα βίον διενεγκόντων. Τίμιος γὰρ ὁ θάνατος, οὐχὶ τιμία τῶν ἀνθρώπων ἡ γένεσις. *Σπείρεται* γὰρ, φησὶν, *ἐν ἀτιμίᾳ, ἐγείρεται ἐν δόξῃ· σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ.* Καὶ ὅτε μὲν Ἰουδαϊκῶς ἀπέθνησκον οἱ ἄνθρωποι, βδελυκτὰ ἦν τὰ θνησιμαῖα· ὅτε δὲ ὑπὲρ Χριστοῦ ὁ θάνατος, τίμια τὰ λείψανα τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Πρὸ τούτου ἐλέγετο τοῖς ἱερεῦσι καὶ τοῖς Ναζιραίοις τὸ, Οὐ μιανθήσεται ἐπ' οὐδενὶ τεθνηκότι· καὶ τὸ, *Ἐάν τις ἅψηται νεκροῦ, ἀκάθαρτος ἔσται*· καὶ τὸ, *Πλυνεῖς σεαυτοῦ* (6) *τὰ ἱμάτια.* Νῦν δὲ ὁ ἁψάμενος ὀστέου μάρτυρος, λαμβάνει τινὰ μετουσίαν ἁγιασμοῦ ἐκ τῆς B τοῦ σώματος παρεδρευούσης χάριτος. *Τίμιος γὰρ ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ.* Σύγκρινον τοίνυν τῇ γενέσει τὸν θάνατον, καὶ παῦσαι ὀδυρόμενος τὸν τῆς ἀτιμίας ἀπαλλασσόμενον. Δικαίοις μὲν γὰρ συσκιρτᾷν καὶ συναγάλλεσθαι ὁ θεῖος λόγος ἡμῖν ἐπιτρέπει· τοῖς δ' ἐκ μετανοίας ἀφιεῖσι δάκρυον, συμπενθεῖν καὶ συνοδύρεσθαι· καὶ τοὺς ἀναλγήτως διακειμένους ἀποκλαίεσθαι, ὅτι οὐδὲ ἴσασι πῶς ἀπόλλυνται. Οὐχὶ δὲ ἐπὶ θανάτῳ ἀνθρώπων κατακλαύσαντα, καὶ συνεκδοῦσαντα (7) τοῖς πενθοῦσι, πληρωτὴν προσήκει νομίζειν εἶναι τῆς ἐντολῆς. Οὐδὲ γὰρ ἰατρὸν ἐπαινῶ, τὸν ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν τοῖς κάμνουσιν, ἑαυτὸν τῶν νοσημάτων ἀναπιμπλάμενον. Οὕτω καὶ ὁ Δαβὶδ τὸν φίλον ὀλοφυρόμενος Ἰωνάθαν, συναπεθρήνησε καὶ τὸν ἐχθρὸν ἑαυτοῦ, C *Ἀλγῶ ἐπὶ σὲ*, λέγων, *ἀδελφὲ Ἰωνάθαν*· καὶ, *Θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, θρηνήσατε ἐπὶ Σαούλ.* Τὸν μὲν γὰρ θρηνεῖ, ὡς ἀναποθανόντα τῇ ἁμαρτίᾳ· τὸν δὲ Ἰωνάθαν, ὡς μέχρι παντὸς αὐτῷ κοινωνήσαντα τοῦ βίου.

8. Θάνατοι γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ἐπάγονται, τῶν ὅρων τῆς ζωῆς πληρωθέντων, οὓς ἐξ ἀρχῆς περὶ ἕκαστον ἔπηξεν ἡ δικαία τοῦ Θεοῦ κρίσις, πόρρωθεν τὸ περὶ ἕκαστον ἡμῖν συμφέρον προβλεπομένου. Ἀλλὰ παιδὸς ἀγαπητοῦ θάνατος ἐκπιέζει σου τὴν ψυχήν. Καὶ τίς οὕτω λίθινος τὴν καρδίαν, ἢ ἔξω παντελῶς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, ὥστε ἀπαθῶς ἐνεγκεῖν τὸ συμβὰν, ἢ μετρίῳ πάθει τὴν ψυχὴν καταληφθῆναι (8); Οἴκου λαμπροῦ διαδοχὴ, ἔρεισμα γένους, πατρίδος ἐλπὶς, γονέων εὐσεβῶν βλάστημα D ὑπὸ μυρίαις εὐχαῖς ἐντραφὲν, ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας ὄν, ἐκ μέσου τῶν πατρικῶν χειρῶν ἀναρπασθὲις οἴχεται. Ταῦτα ποίαν ἀδάμαντος φύσιν οὐχ ἱκανὰ ἐκλῦσαι, καὶ εἰς συμπάθειαν ἀγαγεῖν; Ἀλλ' ἐὰν μὲν ποτνιᾶσθαι ἐπὶ τοῖς συμβᾶσι καὶ δακρύειν βουλώμεθα, οὐκ ἐξαρκέσει μὲν ὁ χρόνος τοῦ βίου·

[11] I Cor. xv, 42, 43. [12] Levit. xi, 39. [13] ibid. 25. [14] Psal. cxv, 14. [15] II Reg. i, 26.

(1) Ex hom. *in mart. Julittam*, 41.
(2) Ex hom. *De gratiarum actione*, 28.
(3) Ex hom. *Quod Deus non est auctor malorum*, 74.
(4) Ex epist. v, 77.
(5) Ibid.
(6) *Πλυνεῖς σεαυτοῦ*. Sic Regius codex. Editi πλυνεῖς αὐτοῦ. Legitur in ipso contextu πλυνεῖ ἑαυτοῦ.
(7) *Καὶ συνεκδοῦσαντα*. Hæc addita ex Regio codice et contextu.
(8) *Καταληφθῆναι*. Regius codex 1992, καταβληθῆναι.

Digitized by Google

πάντες δὲ ἄνθρωποι μεθ' ἡμῶν στένοντες, παριστάναι ἀπαθῆ τὸν ὀδυρμὸν οὐ δυνήσονται· ἀλλὰ κἂν τὰ τῶν ποταμῶν ῥεύματα δάκρυον γένηται, ἐκπληρῶσαι τῶν συμβάντων τὸν θρῆνον οὐκ ἐξαρκέσει. Διὸ παρακαλῶ, ὡς γενναῖον ἀγωνιστὴν, στῆναι πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πληγῆς, καὶ μὴ ὑποπεσεῖν τῷ βάρει τῆς λύπης, μηδὲ καταπυθῆναι τὴν ψυχήν· ἐκεῖνο πεπεισμένον, ὅτι κἂν οἱ λόγοι τῶν παρὰ Θεοῦ οἰκονομουμένων διαφεύγωσιν ἡμᾶς, ἀλλὰ πάντως γε τὸ παρὰ τοῦ σοφοῦ καὶ ἀγαπῶντος ἡμᾶς οἰκονομηθὲν ἀπόδεκτόν ἐστι, κἂν ἐπίπονον ᾖ. Αὐτὸς γὰρ οἶδε, πῶς ἑκάστῳ διατίθησι τὸ συμφέρον, καὶ διὰ τί ἄνισα τίθησιν ἡμῖν τοῦ βίου τὰ πέρατα. Ἔστι γάρ τις ἀνθρώποις αἰτία ἀκατάληπτος, δι' ἣν οἱ μὲν θᾶττον ἐντεῦθεν ἀπάγονται, οἱ δὲ ἐπὶ πλεῖον προσταλαιπωρεῖν τῷ ὀδυνηρῷ τούτῳ βίῳ καταλιμπάνονται. Ὥστε ἐπὶ πᾶσι προσκυνεῖν αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν ὀφείλομεν, καὶ μὴ δυσχεραίνειν· μεμνημένοι τῆς μεγάλης ἐκείνης καὶ ἀοιδίμου φωνῆς, ἣν ὁ μέγας ἀθλητὴς Ἰὼβ ἐφθέγξατο, ἐπὶ μιᾶς τραπέζης ἰδὼν δέκα παῖδας ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ συντριβέντας· *Ὁ Κύριος ἔδωκεν, ὁ Κύριος ἀφείλετο* (1)· ὡς τῷ Κυρίῳ ἔδοξεν, οὕτως καὶ ἐγένετο. Ἡμέτερον τοῦτο τὸ θαῦμα ποιησώμεθα· ἴσος ὁ μισθὸς παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ τοῖς τὰ ἴσα ἐπιδεικνυμένοις ἀνδραγαθήματα. Οὐκ ἀπεστερήθημεν τοῦ παιδὸς, ἀλλ' ἀπεδώκαμεν τῷ χρήσαντι (2)· οὐκ ἠφανίσθη αὐτοῦ ἡ ζωὴ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ βέλτιον διημείφθη· οὐ γῆ κατέκρυψε τὸν ἀγαπητὸν, ἀλλ' οὐρανὸς ὑπεδέξατο. Μικρὸν ἀναμείνωμεν, καὶ συνεσόμεθα τῷ ποθουμένῳ. Οὐδὲ πολὺς ὁ χρόνος τῆς διαστάσεως, πάντων ὥσπερ ἐν ὁδῷ τῷ βίῳ τούτῳ πρὸς τὸ αὐτὸ καταγώγιον ἐπειγομένων· ἐν ᾧ ὁ μὲν προκατέλαβεν (3), ὁ δὲ ἐπῆλθεν, ὁ δὲ ἐπείγεται, πάντας δὲ ἓν ὑποδέχεται τέλος. Εἰ γὰρ καὶ θᾶττον τὴν ὁδὸν κατέλυσεν, ἀλλὰ πάντες τὴν αὐτὴν πορευόμεθα, καὶ πάντας τὸ αὐτὸ ἀναμένει κατάλυμα. Ἀναμνήσθητι τοῦ σοῦ πατρὸς, ὅτι τέθνηκε. Τί οὖν θαυμαστὸν, ἐκ θνητοῦ γεννηθέντα, θνητοῦ γενέσθαι πατέρα; Τὸ δὲ πρὸ ὥρας, καὶ πρὶν κορεσθῆναι τοῦ βίου, καὶ πρὶν εἰς μέτρον ἡλικίας ἐλθεῖν, καὶ φανῆναι τοῖς ἀνθρώποις, καὶ διαδοχὴν τοῦ γένους καταλιπεῖν· ταῦτα οὐκ αὔξησις τοῦ πάθους, ἀλλὰ παραμυθία τοῦ γεγονότος ἐστὶν, ὅτι μὴ κατέλιπεν ὑπὲρ γῆς ὀρφανὰ τέκνα· ὅτι μὴ γυναῖκα χήραν θλίψει μακρᾷ ἔκδοτον ἀφῆκεν, ἢ ἀνδρὶ ἑτέρῳ συνοικοῦσαν, καὶ τῶν προτέρων τέκνων καταμελοῦσαν. Τὸ δὲ, ὅτι οὐ παρετάθη τῷ βίῳ τούτῳ ἡ ζωὴ τοῦ παιδὸς, τίς οὕτως ἀγνώμων, ὡς μὴ τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν τοῦτο νομίζειν εἶναι; Ἡ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἐνταῦθα διατριβὴ, πλειόνων κακῶν ἐστιν ἀφορμή.

9. Τίνος ἕνεκεν οὐχὶ θνητὰ φρονεῖν περὶ τοῦ θνητοῦ προειθίσθης, ἀλλ' ἀπροσδόκητον τοῦ παιδὸς τὸν θάνατον προσεδέξω; Ὅτε σοι πρῶτον ἠγγέλθη τοῦ

A omnes nobiscum gemant, infortunio planctum adæquare poterunt: imo etiamsi fluviorum aquæ lacrymæ fiant, nequibunt casus illius lamenta explere. (4) Quare adhortor te, ut strenuum athletam, ut contra plagæ magnitudinem obnitaris, nec succumbas ponderi doloris, neque absorbearis animo; persuasum habens, etsi rationes eorum quæ a Deo dispensantur, nos latent, at profecto quod a sapiente nosque amante dispensatur, accipiendum, etiamsi molestum sit. Novit enim ipse, quomodo unicuique dividat quod utile est, et quam ob causam inæquales vitæ terminos nobis præstituat. Est enim causa aliqua hominibus indeprehensa, ob quam alii quidem citius hinc abripiuntur, alii vero diutius in hac calamitosa vita ad ærumnas

B perferendas relinquuntur. Itaque in omnibus adorare illius in nos amorem debemus, nec ægre ferre; memores magnæ illius et celeberrimæ vocis, quam magnus ille athleta Job emisit, cum in uno convivio liberos decem exiguo temporis momento oppressos vidit: *Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino visum, ita et factum est* [16]. Admirabilem illam vocem nostram faciamus: par merces a justo judice paria præclare facta designantibus. Non sumus filio orbati: sed restituimus ei qui mutuo dederat. Neque exstincta est illius vita, sed in melius transmutata: neque humus dilectum nostrum obtexit, sed cœlum suscepit. Paulisper exspectemus; et una cum eo quem desideramus,

C erimus. Neque longum est tempus sejunctionis, cum omnes in hac vita tanquam in via ad idem diversorium contendant: in quod hic jam advenit, ille supervenit, alter festinat: finis autem unus omnes excipiet. Etsi enim citius viam confecit, eamdem omnes ingredimur, omnesque idem manet diversorium. (5) Fac recorderis patris tui, qui mortuus est. Quid igitur mirum, ex mortali genitum, mortalis patrem factum esse? Quod autem immature, et priusquam vita satiaretur, priusquam ad ætatis mensuram perveniret, et innotesceret hominibus, ac generis relinqueret successionem: nequaquam hæc doloris accessio, sed eventus sunt solatium, quod non reliquerit in terra liberos orbos, nec viduam aut ærumnis diuturnis obnoxiam,

D aut cum altero viro habitaturam et liberos priores neglecturam. Quod autem vita pueri longius in hoc sæculo producta non fuit; quis adeo inconsideratus, ut id maximum bonorum esse non judicet? Longior enim hic commoratio, malorum plurium occasio est.

538 9. (6) Quorsum non prius assuevisti de mortali mortale quiddam sentire, sed mortem filii suscepisti præter exspectationem? Ortus filii cum sibi pri

[16] Job I, 21.

(1) Ἀφείλετο. Uterque codex et editio prima Paris. ἀφείλατο.
(2) Χρήσαντι. Codex Regius 1992, χαρίσαντι.
(3) Προκατέλαβεν. Contextus προκατέλυσεν, et infra, συνοικήσουσαν, et καταμελήσουσαν.
(4) Ex epist v, 78.
(5) Ex epist. ccc, 436.
(6) Ex hom. *in mart. Julittam*, 75.

Digitized by Google

mum nuntiatus est, si quis te interrogasset quale esset quod natum est, quidnam tunc respondisses? aliudne dixisses, nisi quod homo sit quod natum est? Quod si homo, utique et mortalis. Quid igitur miri, si mortuus est mortalis? Annon vides solem orientem et occidentem? non vides crescentem lunam et decrescentem? non terram virentem, deinde arescentem? Quid igitur mirum, si nos quoque cum pars simus mundi, eorum quæ mundi sunt, participes simus? Filii charissimi, aut uxoris gratissimæ, aut alterius cujuspiam eorum qui sunt amicissimi, et omni benevolentia atque necessitudine conjuncti, privatio, haudquaquam futura est molesta et gravis homini provido, et rectam rationem vitæ ducem habenti, non autem ex consuetudine quadam incedenti. Nam acerbissimum est vel ipsis brutis animantibus a consuetudine avelli. Equidem ego ipse vidi aliquando bovem in præsepi illacrymantem, pastus ac jugi socio morte sibi prærepto. Quinetiam videre est reliquas belluas consuetudini valde admodum adhærescere.

A υἱέως ὁ τοκετὸς, εἴ τίς σε εἴρετο, Ποταπόν ἐστι τὸ τεχθὲν, τί ποτε ἂν ἀπεκρίνω; ἄρα ἄλλο τι ἂν εἶπες, ἢ ὅτι ἄνθρωπός ἐστι τὸ γεννηθέν; Εἰ δὲ ἄνθρωπος, καὶ θνητὸς δηλονότι. Τί οὖν παράδοξον, εἰ ἀπέθανεν ὁ θνητός; Οὐχ ὁρᾷς ἥλιον ἀνατέλλοντα καὶ δυόμενον; οὐχ ὁρᾷς τὴν σελήνην αὔξουσαν, εἶτα φθίνουσαν; οὐ τὴν γῆν θάλλουσαν, εἶτα ξηραινομένην; Τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἡμεῖς, μέρος ὄντες τοῦ κόσμου, ἀπολαύομεν τῶν ἐκ τοῦ κόσμου; Παιδὸς ἀγαπητοῦ, ἢ γυναικὸς καταθυμίας, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν φιλτάτων καὶ κατὰ πᾶσαν εὔνοιαν συντεμμένων στέρησις, οὐδὲν δεινὸν τῷ προεσκεμμένῳ, καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον ἡγεμόνα τῆς ζωῆς ἔχοντι, ἀλλὰ μὴ κατὰ συνήθειάν τινα πορευομένῳ. Ἔθους γὰρ χωρισμὸς καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐστὶ δυσφορώτατος. Καί B ποτε εἶδον ἐγὼ βοῦν ἐπὶ φάτνης δακρύοντα, τοῦ συνόμου αὐτῷ καὶ ὁμοζύγου τελευτήσαντος. Καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀλόγων σφοδρῶς τῆς συνηθείας ἔστιν ἰδεῖν ἀντεχόμενα.

10. (1) Non existimavi æquum esse ut officio meo deessem, nec ad te, quæ illius mater es, sermonem converterem. Novi qualia sint matrum viscera; atque conjicio quantum probabile sit in præsentibus malis dolorem esse. Filium amisisti, quem viventem matres omnes prædicabant beatum, talesque suos esse optabant; mortuum vero perinde luxerunt, ac si suum quæque humo contexisset. Illius mors plaga exstitit patriæ; cum illo magnum C et illustre genus concidit, veluti fulcro sublato concussum. O incursum mali dæmonis, quantum potuit mali patrare! O terra talem coacta suscipere casum! Horruit forte ipse sol, si quis in eo sensus, triste illud spectaculum. Et quis tantum dicere poterit, quantum inops consilii animus suggerit? Verum nostra non flunt citra providentiam, quemadmodum in Evangelio didicimus, ne passerem quidem cadere sine voluntate Patris nostri [77]. Quare si quid contigit, voluntate contigit Conditoris nostri. Quis autem Dei voluntati resistit [78]? Suscipiamus quod accidit; moleste enim ferentes, neque id quod factum est reparamus, ac præterea nosmetipsos perdimus. Ne culpemus justum Dei judicium. Nimium imperiti sumus, quam ut arcana illius D judicia exploremus. Nunc Dominus amoris in se tui periculum facit. Tibi nunc tempus est, ut per patientiam partem martyrum consequare. Machabæorum mater [79] septem filiorum mortem conspexit, nec ingemuit, nec ignobiles lacrymas effudit: sed gratias agens Deo, quod videret eos igne et ferro et acerbissimis verberibus e vinculis carnis exsolvi, Deo quidem probata fuit, celebris vero habita est apud homines. Afflictio magna, fateor et ego: sed et magna a Domino præmia patientibus

10. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐνόμισα δίκαιον εἶναι παραλιπεῖν τὸ ἐπιβάλλον ἐμοὶ, καὶ μὴ καὶ πρὸς σὲ, τὴν ἐκείνου μητέρα, τὸν λόγον τρέψαι. Οἶδα γὰρ ποταπὰ τῶν μητέρων τὰ σπλάγχνα· καὶ λογίζομαι, πόσην εἰκὸς ἐπὶ τοῖς παροῦσιν εἶναι τὴν ἀλγηδόνα. Παῖδα ἐζημιώθης, ὃν περιόντα μὲν ἐμακάρισαν πᾶσαι μητέρες, καὶ ηὔξαντο τοὺς ἑαυτῶν τοιούτους εἶναι· ἀποθανόντα δὲ ἐστέναξαν, ὡς ἑκάστη τὸν ἑαυτῆς τῇ γῇ κατακρύψασα. Ἐκείνου ὁ θάνατος πληγὴ τῆς πατρίδος ἐγένετο· ἐκείνῳ τὸ μέγα καὶ περιφανὲς γένος συγκατέπεσεν, ὥσπερ ἐρείσματος ὑφαιρεθέντος κατασεισθέν. Ὦ συνάντημα πονηροῦ δαίμονος, πόσον ἴσχυσε κακὸν ἐξεργάσασθαι! Ὦ γῆ τοιοῦτον ἀναγκασθεῖσα ὑποδέξασθαι πάθος! Ἔφριξε τάχα καὶ ὁ ἥλιος, εἴ τις αἴσθησις αὐτῷ, τὸ σκυθρωπὸν ἐκεῖνο θέαμα. Καὶ τί ἂν τις τοσοῦτον εἴποι, ὅσον ἡ ἀμηχανία τῆς ψυχῆς ὑποβάλλει; Ἀλλ' οὐ γὰρ ἀπρονόητα τὰ ἡμέτερα, ὡς μεμαθήκαμεν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, ὅτι οὐδὲ στρουθίον πίπτει ἄνευ θελήματος τοῦ Πατρὸς ἡμῶν. Ὥστε εἴ τι γέγονε, θελήματι γέγονε τοῦ κτίσαντος ἡμᾶς. Τῷ δὲ βουλήματι τοῦ Θεοῦ τίς ἀνθέστηκε; Καταδεξώμεθα τὸ συμβάν· δυσανασχετοῦντες γὰρ οὔτε τὸ γενόμενον διορθούμεθα, καὶ ἑαυτοὺς προσαπόλλυμεν. Μὴ κατηγορήσωμεν τῆς δικαίας κρίσεως τοῦ Θεοῦ. Ἀμαθεῖς ἐσμεν, ὥστε τὰ ἄῤῥητα αὐτοῦ κρίματα δοκιμάζειν. Νῦν σου λαμβάνει τὴν δοκιμὴν ὁ Κύριος τῆς πρὸς αὐτὸν ἀγάπης· νῦν σοι πάρεστι καιρὸς διὰ τῆς ὑπομονῆς τὴν μερίδα τῶν μαρτύρων λαβεῖν. Ἡ τῶν Μακκαβαίων μήτηρ ἑπτὰ παίδων εἶδε θάνατον, καὶ οὐκ ἀνεστέναξεν, οὐδὲ ἀφῆκεν ἀγεννὲς δάκρυον· ἀλλ' εὐχαριστοῦσα τῷ Θεῷ, ὅτι ἔβλεπεν αὐτοὺς πυρὶ καὶ σιδήρῳ καὶ ταῖς χαλεπωτάταις αἰκίαις τῶν δεσμῶν τῆς σαρκὸς λυομένους, εὐδόκιμος μὲν παρὰ Θεῷ, ἀοίδιμος δὲ παρὰ ἀνθρώ-

[77] Matth. x, 29. [78] Rom. ix, 19. [79] II Machab. vii, 20.

(1) Ex epist. vi, 78.

Digitized by Google

ποις ἐκρίθη. Μέγα τὸ πάθος, φημὶ κἀγώ· ἀλλὰ μεγάλοι καὶ οἱ παρὰ τοῦ Κυρίου μισθοὶ τοῖς ὑπομένουσιν ἀποκείμενοι. Ὅτε ἐγένου μήτηρ, καὶ εἶδες τὸν παῖδα, καὶ ηὐχαρίστησας τῷ Θεῷ, ἤδεις πάντως, ὅτι θνητὴ οὖσα θνητὸν ἐγέννησας. Τί οὖν παράδοξον, εἰ ἀπέθανεν ὁ θνητός; Ἀλλὰ λυπεῖ ἡμᾶς τὸ παρὰ καιρόν. Ἄδηλον, εἰ μὴ εὔκαιρον τοῦτο· ἐπειδὴ ἡμεῖς, καὶ ἐκλέγεσθαι τὰ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς, καὶ ὁρίζειν προθεσμίαν ἀνθρωπίνης ζωῆς, οὐκ ἐπιστάμεθα. Περίβλεψαι τὸν κόσμον ἅπαντα, ἐν ᾧ κατοικεῖς· καὶ ἐννόησον, ὅτι πάντα θνητὰ τὰ ὁρώμενα· καὶ πάντα φθορᾷ ὑποκείμενα. Ἀνάβλεψον πρὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ οὗτός ποτε λυθήσεται· πρὸς τὸν ἥλιον, οὐδὲ οὗτος διαμενεῖ· οἱ ἀστέρες σύμπαντες, ζῶα χερσαῖα καὶ ἔνυδρα, τὰ περὶ γῆν κάλλη, αὐτὴ ἡ γῆ, πάντα φθαρτὰ, καὶ πάντα μικρὸν ὕστερον οὐκ ἐσόμενα. Ἡ τούτων ἔννοια, παραμυθία ἔστω τοῦ συμβεβηκότος. Μὴ καθ' ἑαυτὸ μέτρει τὸ πάθος· ἀφόρητον γὰρ οὕτω φανεῖταί σοι· ἀλλὰ τοῖς ἀνθρωπίνοις πᾶσι συγκρίνουσα, ἐντεῦθεν εὑρήσεις αὐτοῦ τὴν παραμυθίαν. Ἐπὶ πᾶσι δὲ ἐκεῖνο εἰπεῖν ἰσχυρὸν ἔχω· Φεῖσαι τοῦ ὁμοζύγου· ἀλλήλοις γένεσθε παραμυθία· μὴ ποιήσῃς αὐτῷ χαλεπωτέραν τὴν συμφορὰν, τῷ πάθει ἑαυτὴν καταναλίσκουσα.

11. Ὑποπτον γὰρ ἡμῖν ἐστι τὸ ἄγαν σου φιλότεκνον, μήποτε ἔκδοτον δῷς σαυτὴν τῷ πάθει, δι' ἁπαλότητα ἠθῶν βαθεῖαν τὴν πληγὴν δεξαμένη τῆς λύπης. Οὐδὲν γὰρ τῶν συμβαινόντων ἡμῖν ὡς λυπηρὸν ὑποδέχεσθαι χρὴ, κἂν πρὸς τὸ παρὸν ἅπτηται τῆς ἀσθενείας ἡμῶν. Εἰ γὰρ καὶ τοὺς λόγους ἀγνοοῦμεν, καθ' οὓς ἕκαστον τῶν γινομένων ὡς καλὸν παρὰ τοῦ Δεσπότου ἡμῖν ἐπάγεται· ἀλλ' ἐκεῖνο πεπεῖσθαι ὀφείλομεν, ὅτι πάντως συμφέρει τὸ γινόμενον, ἢ ἡμῖν διὰ τὸν τῆς ὑπομονῆς μισθὸν, ἢ τῇ παραληφθείσῃ ψυχῇ, ἵνα μὴ ἐπὶ πλέον τῇ ζωῇ ταύτῃ ἐπιβραδύνασα, τῆς ἐμπολιτευομένης τῷ βίῳ κακίας ἀναπλησθῇ. Εἰ μὲν γὰρ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἡ τῶν Χριστιανῶν ἐλπὶς περιώριστο, εἰκότως χαλεπὸν ἂν ἐνομίσθη τὸ θᾶττον διαζευχθῆναι τοῦ σώματος· εἰ δὲ ἀρχὴ τοῦ ἀληθινοῦ βίου τοῖς κατὰ Θεὸν ζῶσίν ἐστι τὸ τῶν δεσμῶν τούτων τῶν σωματικῶν τὴν ψυχὴν ἐκλυθῆναι, τί λυπούμεθα, ὡς καὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἐλπίδα; Ἀλλ' ἀνδρὸς φιλτάτου στέρησις ἀνυπομόνητόν σοι τὴν συμφορὰν ἐμποιεῖ. Κἀγὼ συντίθημι. Ὅτι μὲν γὰρ λυπηρὰ συμφορὰ τοῦ πάθους τοῦ κατὰ τὸν ἄριστον τῶν ἀνδρῶν ἐκεῖνον, ἅπαντες ἴσμεν. Πάντως γὰρ οὐδεὶς οὕτως ἐστὶ λιθίνην ἔχων τὴν καρδίαν, ὃς εἰς πεῖραν ἀφικόμενος τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου, εἶτ' ἀκούσας αὐτὸν ἀθρόον ἐξ ἀνθρώπων ἁναρπασθέντα, οὐχ ὡς κοινὴν ζημίαν τοῦ βίου τὴν τούτου στέρησιν ἐλογίσατο. Εἰ δὲ τοῖς πόρρω τῆς οἰκειότητος οὕτω βαρὺ καὶ δύσφορον τὸ συμβὰν, πῶς εἰκὸς ὑπὸ τοῦ πάθους τὴν σὴν διατεθῆναι ψυχὴν, οὕτως ὑποκειμένην τῷ πάθει, ὥστε οἱονεὶ διχοτομίας τινὸς αἰσθάνεσθαι ἐν τῷ τοῦ φιλτάτου χωρισμῷ τελευτήσαντος; Καὶ γὰρ οὐχ ἧττόν ἐστιν ἀλγεινὴ ἡ τοιαύτη διάζευξις, ἢ εἰ τὸ ἥμισυ

A reposita. Mater cum effecta es **539**, puerumque vidisti, ac gratias egisti Deo, plane sciebas mortalem a te, cum mortalis sis, genitum esse. Quid igitur mirum, si mortuus est mortalis? Sed dolet nobis, quod præter tempus. Incertum, utrum hoc non fuerit tempestivum : nos siquidem eligere quæ animabus utilia sunt, et præfinire terminos humanæ vitæ non novimus. Circumspice totum terrarum orbem, in quo habitas, et cogita omnia mortalia esse quæ videntur, omnia corruptioni obnoxia. Respice ad cœlum, et illud ipsum aliquando dissolvetur : ad solem, ne ille quidem permanebit; stellæ omnes, animalia terrestria et aquatilia, terræ ornatus, terra ipsa, omnia corruptioni obnoxia, omnia paulo post non amplius futura. Horum cogitatio sit casus solatium. Cave calamitatem seipsa metiaris : ita enim tibi videbitur intolerabilis : sed eam cum omnibus rebus humanis comparans, inde reperies illius solatium. His autem omnibus illud validissimum addendum habeo : Parce marito : alter alteri solamen estote : ne facias ei graviorem calamitatem, dolore te ipsa conficiens.

3. Ἔστιν ὅτε καὶ κατὰ πεῖραν ταῖς ψυχαῖς αἱ τοῦ βίου δυσκληρίαι τοῖς ἀνθρώποις προσάγονται, ἵν' ἐπὶ τῆς δυσκολίας ἀπελεγχθῶσιν οἱ δόκιμοι, εἴτε πλούσιοι, εἴτε πένητες. Ἑκάτεροι γὰρ διὰ τῆς ὑπομονῆς δοκιμάζονται· κἀν τούτῳ μάλιστα τῷ καιρῷ διαδείκνυται ὁ μὲν, εἰ κοινωνικὸς καὶ φιλάδελφος· ὁ δὲ, εἰ εὐχάριστος καὶ μὴ τοὐναντίον βλάσφημος, ταῖς τοῦ βίου περιφοραῖς ὀξέως συμμεταβάλλων τὸ φρόνημα. Καὶ κυβερνήτην μὲν ὁ χειμὼν, καὶ τὸν ἀθλητὴν τὸ στάδιον, τὸν στρατηγὸν ἡ παράταξις, τὸν μεγαλόψυχον ἡ συμφορά· τὸν Χριστιανὸν δὲ ὁ πειρασμὸς δοκιμάζει. Καὶ ὥσπερ τοὺς ἀθλητὰς οἱ τῶν ἀγώνων κάματοι τοῖς στεφάνοις προσάγουσιν, οὕτω καὶ τοὺς Χριστιανοὺς ἡ ἐν τοῖς πειρασμοῖς δοκιμασία πρὸς τὴν τελείωσιν ἄγει, ἐὰν μετὰ τῆς πρεπούσης ὑπομονῆς εὐχαριστίᾳ πάσῃ τὰ οἰκονομούμενα παρὰ τοῦ Κυρίου καταδεξώμεθα. Πένης εἶ; μὴ ἀθυμήσῃς, ἀλλ' ἔχε τὴν ἐλπίδα πρὸς τὸν Θεόν. Μὴ γὰρ οὐκ ἐπιβλέπει τὴν στένωσιν; Ἔχει τὴν τροφὴν ἐν χειρὶ, καὶ παρέλκει τὴν δόσιν, ἵνα σου δοκιμάσῃ τὸ βέβαιον, ἵνα καταμάθῃ τὴν γνώμην, εἰ μὴ τῇ τῶν ἀκολάστων καὶ ἀγνωμόνων ἐστὶν ὁμοία. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, μέχρι μὲν ἐν τῷ στόματι τὰ σιτία τυγχάνει, εὐφημοῦσι, κολακεύουσιν, ὑπερθαυμάζουσιν· ὀλίγον δὲ τῆς τραπέζης ὑπερτεθείσης, ὥσπερ τισὶ λίθοις ταῖς βλασφημίαις βάλλουσιν οὓς πρὸ βραχέως (1) διὰ τὴν ἡδονὴν προσεκύνουν. Ἠλίαν εἶχεν ὁ Κάρμηλος, ὄρος ὑψηλὸν καὶ ἀοίκητον, ἔρημος ἔρημον· ψυχὴ δὲ ἦν τῷ δικαίῳ τὰ πάντα, καὶ τῆς ζωῆς ἐφόδιον, ἡ πρὸς Θεὸν ἐλπίς. Ζῶν δὲ οὕτως, λιμῷ τὴν ζωὴν οὐκ ἀπήλλαξεν· ἀλλ' οἱ ἁρπακτικώτεροι καὶ μάλιστα γαστρίμαργοι τῶν ὀρνίθων, οὗτοι διεκόμιζον τὰ σιτία, καὶ τροφῆς ἐγένοντο τῷ δικαίῳ διάκονοι, οἱ τὰς ἀλλοτρίας τροφὰς ἐκ συνηθείας ἁρπάζοντες· καὶ τῷ Δεσποτικῷ προστάγματι τὴν φύσιν διήμειψαν, πιστοὶ φύλακες γενόμενοι τῶν ἄρτων καὶ τῶν κρεῶν. Εἶχε καὶ ὁ Βαβυλώνιος λάκκος τὸν Ἰσραηλίτην νεανίσκον, αἰχμάλωτον μὲν τὴν συμφορὰν, ἐλεύθερον δὲ τὴν ψυχὴν καὶ τὸ φρόνημα. Καὶ τί τὰ παρ' ἐκεῖνον; Οἱ μὲν λέοντες παρὰ φύσιν ἐνήστευον, ὁ δὲ τούτου τροφεὺς Ἀββακοῦν ἐφέρετο δι' ἀέρος, κομίζοντος τοῦ ἀγγέλου μετὰ τῶν ὄψων τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἵνα μὴ λιμῷ πιεσθῇ δίκαιος, τοσαύτης ὑπερηνέχθη γῆς καὶ θαλάττης ὁ προφήτης ἐν μικρῷ μορίῳ καιροῦ, ὅσην ἐκ τῆς Ἰουδαίας μέχρι Βαβυλῶνος ἡπλῶσθαι. Τί δὲ πάλιν ὁ τῆς ἐρήμου λαὸς, οὗ Μωσῆς ἐπετρόπευσε; πῶς ᾠκονομήθη τὸν βίον ἐν ἔτεσι τεσσαράκοντα; Οὐκ ἦν ἐκεῖ σπείρων ἀνὴρ, οὐ βοῦς ἕλκων ἄροτρον, οὐχ ἅλως, οὐ ληνὸς, οὐ ταμιεῖον·

548 3. (2) Fit quoque aliquando, ut vitæ infortunia irrogentur hominibus ad animas probandas, ut inter difficultates deprehendantur, qui probi sint, sive divites, sive pauperes. Utrique enim per patientiam probantur : et maxime hoc tempore declaratur, sitne hic liberalis et fratrum amans; sitne ille gratus et beneficiorum memor, ac non contra blasphemus, cujus animus statim vitæ vicissitudinibus mutetur. (3) Navis quippe B gubernatorem tempestas, athletam stadium, imperatorem acies, magnanimum virum calamitas, Christianum tentatio probat. (4) Quemadmodum enim certaminum labor athletas ad coronam, ita etiam Christianos probatio in tentationibus ad perfectionem adducit, si modo ea quæ a Domino dispensantur, cum debita patientia in omni gratiarum actione suscipiamus. (5) Pauper es? cave animum abjicias, sed spem habeto in Deum. Nunquid enim non videt angustiam? Habet cibum in manibus : sed differt largitionem, ut probet tuam constantiam, ut animum agnoscat, sitne intemperantibus et ingratis consimilis. Hi enim, dum in ore sunt cibi, benedicunt, adulantur, supra modum admirantur; paululum vero dilata mensa, C blasphemiis velut lapidibus impetunt eos quos paulo antea propter ciborum voluptatem colebant. Eliam habebat Carmelus, excelsus mons et inhabitabilis, solitudo solitarium : verum anima erat justo instar omnium, vitæque erat viaticum spes, quam in Deo reponebat. Etsi autem sic viveret, fame tamen vitam non finivit : sed avium rapacissimæ et voracissimæ, hæ ipsæ afferebant cibum : et justo erant victus ministræ eædem, quæ solent alienos cibos diripere, ac transmutata per Domini præceptum natura, panis ac carnium fidæ custodes effectæ sunt. Habebat etiam Babylonicus lacus Israelitam juvenem, calamitate quidem captivum, animo vero ac constantia liberum. Quid tum inde? D Leones quidem præter naturam jejunabant, Habacuc vero illius altor ferebatur per aerem, angelo hominem una cum obsoniis portante : et ne justus fame premeretur, tantum terræ ac maris spatium brevi temporis momento prætervectus est propheta, quantum a Judæa ad Babylonem usque extenditur [a]. Quid rursus solitudinis populus, Moyse præfecto? quomodo fuit ei per quadraginta annos dispensatus victus? Illic erat nemo, qui sementem faceret : non bos, qui traheret aratrum : non area, non torcular, non cella penaria; et ta-

[a] Dan. XIV, 30-38.

(1) *Πρὸ βραχέως*. Contextus addit ἴσα Θεῷ.
(2) Ex hom. *in famem et siccitatem*, 66.
(3) Ibid., 67.
(4) Ex epist. CI, 197.
(5) Ex hom. *in famem et siccitatem*, 67.

Digitized by Google

men sibi suppetebat victus citra sementem, citra arationem : fontes denique qui prius non exstiterant, sed in necessitate eruperant, petra subministrabat. Tu igitur velut strenuus Job, patiens esto in calamitate, et ne evertaris a tempestate, nec quidquam ex his, quas tecum vehis, virtutis mercibus abjicias. Serva in animo gratiarum actionem tanquam vecturam pretiosissimam, et tu quoque pro gratiarum actione voluptatem duplo majorem consequere.

4. (1) Atqui non is cui necessaria desunt, tolerans est : sed is, qui inter bonorum fruendorum copiam in malis ferendis perseverat. **549** (2) Æger es? æquanimiter tolera, quoniam *Quem diligit Dominus castigat* [6]. Pauper es? lætare, quia manet te successio et hæreditas Lazari. Contumelias pateris propter nomen Christi? beatus es, quoniam tibi ista confusio angelici consortii gloriam parat. (3) Servus es? habe etiam eo nomine gratiam, est aliquis te dejectior; gratias repende, quod uni præstes, quod non sis addictus pistrino, quod plagas non accipias. Nemini procul dubio desunt gratias agendi occasiones. Fuste plecteris immerito? gaude spe futurorum. Jure damnatus es? sic etiam grates age. (4) Et quoniam bonæ quoque priscorum hominum actiones aut memoriæ successione ad nos usque conservantur, aut in poetarum aut historicorum monumentis custodiuntur, ne utilitas quidem quæ hinc nasci potest, desit nobis. Verbi gratia, homo quidam circumforaneus conviciis Periclem consectabatur; hic autem non attendebat; et die tota perstitit uterque, ille quidem permultis probris incessens, hic vero nequaquam curans. Deinde vespere jam facto, tenebrisque obortis vix discedentem Pericles facem præferens deduxit, ne sibi desineret exercitatio philosophiæ. (5) Rursus, cum percuteret quidam Sophronisci filium Socratem, in ipsam faciem facto sæpius impetu : hic autem nihil repugnavit, sed sivit ebriosum illum iram suam exsatiare sic ut intumesceret jam ejus vultus præ plagis, esseteque saniosus. Ubi autem ille a verberibus destitisset, Socrates quidem nihil aliud fecisse dicitur, quam fronti suæ quasi statuæ inscripsisse auctorem, Talis faciebat; seque hoc modo vindicasse. (6) Quidam vero Euclidi Megarensi iratus, mortem ei minitatus est, ac juravit : hic vicissim juravit facturum utique, ut is placaretur, ac sibi infensus esse desineret. (7) Quin et illud Cliniæ, qui unus e Pythagoræ discipulis est, vix crediderim cum nostris institutis fortuito consentire, non consulto ea imitari. Ecquid autem erat, quod fecit ille?

καὶ τὴν τροφὴν εἶχον ἄσπορον καὶ ἀνήροτον· καὶ τὰς πηγὰς ἐχορήγει πέτρα, οὐ πρότερον οὖσας, ἀλλ' ἐκραγείσας ἐπὶ τῆς χρείας. Καὶ σὺ τοίνυν καρτέρησον ἐπὶ τῆς συμφορᾶς, ὡς ὁ γενναῖος Ἰώβ, καὶ μὴ παρατραπῇς ἐκ τοῦ κλύδωνος, μηδὲν ἀποβάλῃς ὧν φέρεις ἀγωγίμων τῆς ἀρετῆς. Ὡς βαρύτιμον ἐνθήκην τὴν εὐχαριστίαν διάσωσον ἐπὶ τῆς ψυχῆς, καὶ λήψῃ καὶ σὺ τῆς εὐ ποιστίας τὰ διπλασίονα τὴν τρυφήν (8).

4. Καίτοι οὐχ ὁ ἀπορῶν τῶν ἀναγκαίων, καρτερικός· ἀλλ' ὁ ἐν ἀφθονίᾳ τῆς ἀπολαύσεως ἐγκαρτερῶν τοῖς δεινοῖς. Νοσεῖς; εὐθύμει, ὅτι *Ὃν ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει*. Πτωχεύεις; εὐφραίνου, ὅτι Λαζάρου σε τὰ ἀγαθὰ διαδέξεται. Ἀτιμάζῃ διὰ τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ; μακάριος εἶ, ὅτι σου ἡ αἰσχύνη εἰς δόξαν ἀγγέλου μεταβληθήσεται. Οἰκέτης εἶ; εὐχαρίστει καὶ οὕτως, ἔχεις τὸν σεαυτοῦ ταπεινότερον· εὐχαρίστει ὅτι ἑνὸς ὑπερέχεις, ὅτι μὴ ἐν τῷ μυλῶνι καταδεδίκασαι, ὅτι μὴ πληγὰς λαμβάνεις. Οὐδένα ἐπιλείψουσιν αἱ τοῦ εὐχαριστεῖν ἀφορμαί. Ξύλῳ ἀδίκως κολάζῃ; τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι χαῖρε. Δικαίως κατεδικάσθης; καὶ οὕτως εὐχαρίστει. Ἐπεὶ δὲ καὶ πράξεις σπουδαῖαι τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν, ἢ μνήμης ἀκολουθίᾳ πρὸς ἡμᾶς διασώζονται, ἢ ποιητῶν ἢ συγγραφέων φυλαττόμεναι λόγοις, μηδὲ τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας ἀπολειπώμεθα. Οἷον, ἐλοιδόρει τὸν Περικλέα τῶν ἐξ ἀγορᾶς τις ἀνθρώπων· ὁ δὲ οὐ προσεῖχε· καὶ εἰς πᾶσαν διῆρκεσε τὴν ἡμέραν, ὁ μὲν ἀφειδῶς πλύνων αὐτὸν τοῖς ὀνείδεσιν, ὁ δὲ οὐ μέλων αὐτῷ (9). Εἶτα, ἑσπέρας ἤδη καὶ σκότους ἀπαλλαττόμενον μόλις, ὑπὸ φωτὶ παρέπεμψε Περικλῆς, ὅπως αὐτῷ μὴ διαφθαρῇ τὸ πρὸς φιλοσοφίαν γυμνάσιον. Πάλιν ἔτυπτέ τις τὸν Σωφρονίσκου Σωκράτην εἰς αὐτὸ τὸ πρόσωπον ἐμπεσὼν ἀφειδῶς· ὁ δὲ οὐκ ἀντῆρεν, ἀλλὰ παρεῖχε τῷ παροινοῦντι τῆς ὀργῆς ἐμφορεῖσθαι, ὥστε ἐξοιδεῖν ἤδη καὶ ὕπουλον αὐτῷ τὸ πρόσωπον ὑπὸ τῶν πληγῶν εἶναι. Ὡς δ' οὖν ἐπαύσατο τύπτων, ἄλλο μὲν οὐδὲν ὁ Σωκράτης ποιῆσαι, ἐπιγράψαι δὲ τῷ μετώπῳ λέγεται, ὥσπερ ἀνδριάντι τὸν δημιουργόν· Ὁ δεῖνα ἐποίει· καὶ τοσοῦτον ἀμύνασθαι. Εὐκλείδῃ δέ τις τῷ Μεγαρόθεν παροξυνθείς, θάνατον ἠπείλησε καὶ ἐπώμοσεν· ὁδὲ ἀντώμοσεν, ἢ μὴν ἱλεώσασθαι (10) αὐτὸν, καὶ παύσειν χαλεπῶς πρὸς αὐτὸν ἔχοντα. Τὸ δὲ τοῦ Κλεινίου, τῶν Πυθαγόρου γνωρίμων ἑνὸς, χαλεπὸν πιστεῦσαι ἀπὸ ταυτομάτου συμβῆναι τοῖς ἡμετέροις, ἀλλ' οὐχὶ μιμησαμένου σπουδῇ. Τί δὲ ἦν ὃ ἐποίησεν ἐκεῖνος; Ἐξὸν δι' ὅρκου τριῶν ταλάντων ζημίαν ἀποφυγεῖν, ὁ δὲ ἀπέτισε μᾶλλον ἢ ὤμοσε, καὶ ταῦτα εὐορκεῖν μέλλων· ἀκούσας, ἐμοὶ δοκεῖν, τοῦ προστάγματος τοῦ τὸν ὅρκον ἡμῖν ἀπαγορεύοντος. Καὶ

[6] Hebr. XII, 6.

(1) Ex hom. *in quadraginta martyres*, 154.
(2) Ex hom. *in psal.* LIX, 192.
(3) Ex hom. *in mart. Julittam*, 39.
(4) Ex serm. *De legendis libris gentilium*, 178.
(5) Ibid., 179.
(6) Ibid., 178
(7) Ibid., 179.
(8) *Τὴν τρυφήν*. Sic Regius codex. Contextus et editi τῆς τρυφῆς.
(9) Αὐτῷ. Forte αὐτοῦ. EDIT.
(10) *Ἱλεώσασθαι*. Lege, ἱλεώσεσθαι. ID.

Digitized by Google

τουτὶ μὲν τὸ τοῦ Κλεινίου, ἀδελφὸν ἐκείνῳ τῷ παραγγέλματι· τὸ δὲ τοῦ Εὐκλείδου, τῷ τοῖς διώκουσιν εὔχεσθαι τὰ ἀγαθὰ, ἀλλὰ μὴ ἐπαρᾶσθαι· ὡς ὅγε ἐν τούτοις προπαιδευθεὶς, οὐκ ἔτι ἂν ἐκείνοις ὡς ἀδυνάτοις διαπιστήσειεν. Ἔστω σοι τοίνυν ἡ ἐντολὴ τοῦ Θεοῦ σύνοικος, οἷόν τι φῶς καὶ διαύγειαν πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων διάκρισιν ἀδιαλείπτως παρεχομένη· ἥτις πόρρωθεν τὴν τῆς ψυχῆς σου ἐπιστασίαν προκατασχοῦσα, καὶ τὰς ἀληθεῖς περὶ ἑκάστου δόξας προευτρεπίζουσα, ὑπ' οὐδενὸς ἐάσει σε τῶν προσπιπτόντων ἀλλοιωθῆναι· ἀλλὰ προσευτρεπισμένον τῇ διανοίᾳ, ὥσπερ τινὰ σκόπελον θαλάσσης γείτονα, ἀσφαλῶς καὶ ἀσείστως τῶν τε βιαίων πνευμάτων καὶ κυμάτων (1) τὰς προσβολὰς ὑπομένειν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Jurejurando cum ei liceret talentorum trium effugere multam, solvere maluit quam jurare, idque cum non esset falso juraturus, præceptum quo nobis jusjurandum interdicitur, ut mihi videtur, edoctus. Atque hoc Cliniæ factum, illi præcepto germanum est; Euclidis vero ei quod persequentibus bene precari jubet, mala vero nequaquam : adeo ut qui his jam antea fuerit imbutus, non amplius nostris, ut impossibilibus, fidem deroget. Contubernale igitur semper tibi Dei mandatum esto, perpetuam tibi dans lucem, et veluti facem præferens, discernendis dijudicandisque rebus : quod quidem eminus animi tui principatum præoccupans, verasque de singulis opiniones prius informans atque præparans, nullis te casibus alienari atque B immutari permittet : sed tota mentis acie præinstructum, veluti quemdam vicinum mari scopulum, rapidos violentorum ventorum et fluctuum impetus tuto atque immobiliter sustinere te faciet, in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ΠΕΡΙ ΜΕΛΛΟΥΣΗΣ ΚΡΙΣΕΩΣ.

ΛΟΓΟΣ ΙΔ'.

1. Ὅταν μέλλῃς ἐπί τινα ὁρμᾷν ἁμαρτίαν, ἐννόησόν μοι ἐκεῖνο τὸ φρικτὸν καὶ ἀνύποιστον τοῦ Χριστοῦ δικαστήριον, ἐν ᾧ προκαθέζεται μὲν ἐπὶ θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου ὁ κριτὴς, παρέστηκε δὲ πᾶσα ἡ κτίσις ὑποτρέμουσα τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ τὴν ἔνδοξον. Παράγεσθαι δὲ μέλλομεν καθ' ἕνα εἰς ἐξέτασιν τῶν βεβιωμένων ἡμῖν. Εἶτα τῷ πολλὰ πονηρὰ πεποιηκότι κατὰ τὸν βίον, φοβεροί τινες καὶ κατηφεῖς παρίστανται ἄγγελοι, πῦρ βλέποντες, πῦρ C ἀναπνέοντες, διὰ τὴν πονηρίαν τῆς προαιρέσεως· νυκτὶ ἐοικότες τὰ πρόσωπα, διὰ τὸ κατηφὲς καὶ μισάνθρωπον. Εἶτα βάραθρον βαθὺ, καὶ σκότος ἀδιεξόδευτον, καὶ πῦρ ἀλαμπὲς ἐν τῷ σκότει, τὴν μὲν καυστικὴν δύναμιν ἔχον, τὸ δὲ φῶς ἀφῃρημένον. Εἶτα σκωλήκων τι γένος ἰοβόλων καὶ σαρκοφάγων, ἀπλήστως ἐσθίον καὶ μηδέποτε κορεννύμενον, ἀφορήτους ὀδύνας ἐμποιοῦν τῇ καταβρώσει· εἶτα τὴν πασῶν χαλεπωτάτην κόλασιν, τὸν ὀνειδισμὸν ἐκεῖνον, καὶ τὴν αἰσχύνην τὴν αἰώνιον. Τούτων τῷ φόβῳ (2) παιδαγωγούμενος, οἱονεὶ χαλινῷ τινι ἀνάκοπτε τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς πρὸς τὰ φαῦλα ἐπιθυμίας. Ὁ γὰρ τὴν ἡμέραν ἐκείνην καὶ τὴν ὥραν πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενος, καθ' ἣν πᾶσα ἡ κτίσις περιστήσεται τὸν κριτὴν, τὰς εὐθύνας τῶν πεπραγμένων ἀποδιδοῦσα, καὶ D ἀεὶ μελετῶν τὴν ἐπὶ τοῦ ἀπαραλογίστου κριτηρίου ἀπολογίαν· ὁ τοιοῦτος ἢ οὐδὲν παντελῶς, ἢ ἐλάχιστα ἁμαρτήσεται· διότι τὸ ἁμαρτάνειν ἡμῖν κατὰ ἀπουσίαν τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ γίνεται. Οἷς δὲ ἂν ἐναργὴς παρῇ τῶν ἀπειλουμένων ἡ προσδοκία, οὐδένα καιρὸν δώσει τοῖς τοιούτοις ὁ σύνοικος φόβος εἰς ἀβουλήτους πράξεις ἢ ἐνθυμήσεις ἐκπεσεῖν.

550 DE FUTURO JUDICIO.

SERMO XIV.

1. (3) Cum ad aliquod peccatum impelli te videris, horrendum illud et intolerabile Christi tribunal, quæso, cogita : in quo præsidet quidem judex in alto quodam et sublimi throno, omnis vero creatura ob gloriosum ejus conspectum contremiscens astat ; imo vero futurum est ut singuli adducamur, eorum quæ in vita egerimus examen subituri. Deinde ei qui multa mala per vitam perpetraverit, horribiles quidam ac morosi angeli assident, ignem ex oculis emittentes, ignem spirantes, adeo perversi animo judicioque depravati sunt : nocti vultu similes, ob faciei tetricitatem et hominum odio. Postea animo tibi fingas barathrum profundum, tenebras impenetrabiles, ignem splendoris expertem, vim quidem urendi in tenebris habentem, sed luce destitutum : subinde vermium quoddam genus venenatum ac carnivorum, edens insatiabiliter, nec unquam exsatiatum, intolerabiles dolores morsibus inducens : postremo supplicium omnium gravissimum, probrum illud et dedecus sempiternum. Horum metu ductus, quasi freno quodam a pravis concupiscentiis tuam cohibe animam. (4) Qui enim diem illam atque horam ante oculos positam habet, in qua creatura omnis actionum suarum rationem reddiura judicem circumstabit, semperque suam pro illo tribunali, quod decipi nequit, defensionem meditatur, is aut nihil aut omnino levissima peccabit, quia peccare nobis ob absentiam timoris Dei contingit. Quibus autem clare observabitur intentarum minarum exspectatio, his nullum tempus dabit insitus timor involuntarias actiones aut cogitationes incidendi.

(1) *Καὶ κυμάτων.* Hæc desumpsimus ex codice Regio. Totus hic locus ἔστω σοι τοίνυν usque ad finem non repertus in operibus S. Basilii.

(2) *Τούτων τῷ φόβῳ.* Sic Regius codex. Editi ταῦτα καὶ, etc. Contextus ταῦτα φοβοῦ καὶ τούτῳ.

(3) Ex hom. *in psal.* XXXIII, 151.

(4) Ex epist. CLXXIV, 262.

Digitized by Google

2. (1) Strenui etenim Dei athletæ, qui cum invisibilibus inimicis per omnem suam vitam valde colluctati sunt, postquam eorum omnes insectationes effugerint, prope vitæ finem constituti, a sæculi principe examinantur, ut si reperiantur aut vulnera ex certaminibus, aut aliquas maculas, aut peccati vestigia retinuisse, detineantur : sin autem inveniantur invulnerati et intemerati, a Christo tanquam invicti et liberi in requiem transferantur. Et hæc ipse Domino discere potes, circa suæ passionis tempus dicente : *Nunc princeps hujus mundi venit, et in me non habebit quidquam* [7]. Enimvero qui peccatum non admiserat, nihil illum in se habere dicebat : satis autem fuerit homini, si audeat dicere : Venit princeps mundi hujus, et in me habebit pauca et parva. (2) Cogita, quæso, horrenda illa mala, quæ a Deo puniendis infligentur : nimirum cum offundentur stellis tenebræ, deficietque lux solis, nec luna amplius illustrabitur, cum, fulminibus percurrentibus, horrendo cum fragore ruent tonitrua [8] ; cum aer capiti imminens obscurabitur, ita ut cruciatus eorum qui iræ fuerint traditi, nulla ex parte solatium aut levamen admittat. Creatura enim, conditoris **551** administra [9], vehementer ad iniquos plectendos exasperatur : mitigatur vero et demulcetur ad eos qui suam in ipso fiduciam reposuerint, afficiendos beneficio. Et quemadmodum *Super uno peccatore pœnitentiam agente gaudium est in cœlis* [10] : ita quoque indignatio et tristitia est super iis, qui per peccatum a Conditore deficiunt. (3) Tum ignis qui diabolo et angelis ejus in supplicium paratus est, voce Domini interciditur ; ut cum duæ sint in igne facultates, quarum una comburit, altera illustrat, ignis quidem asperitas, ac torquendi proprietas iis qui adustione digni sunt servetur ; illius vero splendor et claritas ad hilaritatem eorum qui lætam ac beatam vitam acturi sunt, destinetur : adeo ut supplicii quidem ignis obscurus sit ; qui vero in oblectamentum, vi careat comburendi. Neque ea in re tibi addubitandum esse cogita. (4) Nam cum rerum in vita gestarum merces retribuetur, natura ignis dividetur ; cujus quidem lumen, justorum oblectamento : urendi vero molestia, puniendorum tribuetur ultioni. (5) Horribilior autem tenebris et igne æterno ignominia, in qua æternum vivent peccatores, semper ob oculos habentes vestigia admissi in carne peccati, quæ in modum indelebilis cujusdam tincturæ perpetuo in animæ eorum memoria permansura sunt. Paucorum autem est ac-

2. Καὶ γὰρ καὶ οἱ γενναῖοι τοῦ Θεοῦ ἀθληταὶ, ἱκανῶς παρὰ πάντα τὸν βίον ἑαυτῶν τοῖς ἀοράτοις ἐχθροῖς προσπαλαίσαντες, ἐπειδὰν πάσας αὐτῶν ὑπεκφύγωσι τὰς διώξεις, πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου γενόμενοι, ἐρευνῶνται ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος τοῦ αἰῶνος, ἵνα ἂν μὲν εὑρεθῶσιν ἔχοντες τραύματα ἀπὸ τῶν παλαισμάτων, ἢ σπίλους τινὰς καὶ τύπους τῆς ἁμαρτίας. κατασχεθῶσιν· ἐὰν δὲ ἄτρωτοι εὑρεθῶσι καὶ ἄσπιλοι, ὡς ἀκράτητοι ὄντες, ὡς ἐλεύθεροι ὑπὸ Χριστοῦ ἀναπαύωνται. Καὶ ταῦτα μάθοις ἂν ἐξ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου λέγοντος περὶ τὸν καιρὸν τοῦ πάθους· *Νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἔρχεται, καὶ ἐν ἐμοὶ ἕξει οὐδέν.* Ἀλλ' ὁ μὲν μὴ ποιήσας ἁμαρτίαν, ἔλεγεν ἔχειν οὐδέν· ἀνθρώπῳ δὲ αὐταρκες, ἐὰν τολμήσῃ εἰπεῖν, ὅτι Ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ ἕξει ὀλίγα καὶ μικρά. Ἐννόησόν μοι τοιγαροῦν τὰ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ φοβερὰ ἐπιπίπτοντα τοῖς κολαζομένοις, ὅταν σκότωσις μὲν γένηται ἀστέρων, ἀφεγγὴς δὲ ὁ ἥλιος, καὶ ἡ σελήνη οὐκ ἔτι (6) πεφωτισμένη, ὅταν σκηπτοὶ διατρέχοντες, καὶ βρονταὶ φοβερῶς καταῤῥηγνύμεναι· ὅταν ὑπὲρ κεφαλῆς ἀὴρ ἐσκοτισμένος ὑπάρχῃ, ὡς πανταχόθεν ἀπαραμύθητον εἶναι τοῖς τῇ ὀργῇ παραδεδομένοις τὴν βάσανον. Ἡ γὰρ κτίσις, τῷ ποιήσαντι ὑπηρετοῦσα, ἐπιτείνεται μὲν εἰς κόλασιν κατὰ τῶν ἀδίκων, ἀνίεται δὲ εἰς εὐεργεσίαν ὑπὲρ τῶν ἐπ' αὐτῷ πεποθότων. Καὶ καθάπερ *Ἐπὶ ἑνὶ* (7) *ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι χαρὰ γίνεται ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, οὕτω καὶ παροξυσμὸς καὶ λύπη ἐπὶ τοῖς ἀποστατοῦσι διὰ τῆς ἁμαρτίας τοῦ κτίσαντος. Τότε τὸ πῦρ ἡτοιμασμένον εἰς κόλασιν (8) τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ διακόπτεται τῇ φωνῇ τοῦ Κυρίου· ἵνα ἐπειδὴ δύο εἰσὶν ἐν τῷ πυρὶ δυνάμεις, ἥ τε καυστικὴ καὶ ἡ φωτιστικὴ, τὸ μὲν δριμὺ καὶ κολαστικὸν τοῦ πυρὸς τοῖς ἀξίοις τῆς καύσεως προσαπομείνῃ, τὸ δὲ φωτιστικὸν αὐτοῦ καὶ λαμπρὸν τῇ φαιδρότητι τῶν εὐφραινομένων ἀποκληρωθῇ· ὡς ἀλαμπὲς εἶναι τὸ πῦρ τῆς κολάσεως, ἄκαυστον δὲ τὸ τῆς ἀναπαύσεως ἀπομεῖναι (9). Καὶ μὴ ἀμφίβαλλε. Ἐν γὰρ ταῖς τῶν βεβιωμένων ἡμῖν ἀνταποδόσεσι, τοῦ πυρὸς ἡ φύσις διαιρεθήσεται· καὶ τὸ μὲν φῶς, εἰς ἀπόλαυσιν τοῖς δικαίοις· τὸ δὲ τῆς καύσεως ὀδυνηρὸν, τοῖς κολαζομένοις ἀποταχθήσεται. Φοβερώτερα δὲ τοῦ σκότους καὶ τοῦ πυρὸς τοῦ αἰωνίου ἡ αἰσχύνη ἐστὶν, ἣ μέλλουσι συνδιαιωνίζειν οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἀεὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ἔχοντες τὰ ἴχνη τῆς ἐν σαρκὶ ἁμαρτίας, οἱονεί τινος βαφῆς ἀνεκπλύντου, τῇ μνήμῃ τῆς ψυχῆς αὐτῶν εἰς τὸ διηνεκὲς ἀναμένοντα (10). Ὀλίγων δέ ἐστι τὸ προσελθεῖν τῷ φωτὶ τῷ ἀληθινῷ, καὶ ἀποκαλύψαι, καὶ μετὰ τὴν ἀποκάλυψιν τῶν κρυπτῶν, μὴ ἀπελθεῖν αἰσχυνθέντας τὰ πρόσωπα. Θεοῦ γὰρ ἀλλοτρίωσις, καὶ ἀποστροφὴ, καὶ τῶν

[7] Joan. XIV, 30. [8] Matth. XXIV, 29. [9] Sap. V, 18-21. [10] Luc. XV, 10.

(1) Ex hom. *in psal.* VII, 99.
(2) Ex comment. *in Isaiam*, 581.
(3) Ex hom. *in psal.* XXVIII, 121.
(4) Ex hom. VI *in Hexaem.* 52.
(5) Ex hom. *in psal.* XXXIII, 147.
(6) *Οὐκ ἔτι.* Sic contextus cui favent nostri codices. In his enim legitur οὐκ ἔστι. Editi οὐκ ἔσται.
(7) *Ἐνί.* Deest in cod. 1992
(8) *Εἰς κόλασιν.* Hæc desunt in eodem codice.
(9) *Ἀπομεῖναι.* Uterque codex ἀπομένῃ. Ibidem cod. 1992 μὴ ἀμφίβαλλε ὡς ἐν ταῖς, etc.
(10) *Ἀναμένοντα.* Idem codex ἐπιμένοντα. Contextus παραμένοντα.

Digitized by Google

ἐν τῇ γεέννῃ προσδοκωμένων κολάσεων ἀφορητότερόν ἐστι καὶ βαρύτερον τῷ παθόντι, ὡς ὀφθαλμῷ φωτὸς στέρησις, κἂν μὴ ὀδύνη προσῇ. Πᾶσαν γὰρ ὁμοῦ τὴν ἀφ' οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι τῷ λόγῳ τις συλλαβὼν καὶ εἰς ἓν ἀθροίσας εὐδαιμονίαν, οὐδὲ πολλοστῷ μέρει τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων εὑρήσει παρισουμένην· ἀλλὰ πλεῖον τοῦ ἐν ἐκείνοις ἐλαχίστου τὰ σύμπαντα τῶν τῇδε καλῶν κατὰ τὴν ἀξίαν ἀφεστηκότα, ἢ καθ' ὅσον σκιὰ καὶ ὄναρ τῶν ἀληθινῶν (1) ἀπολείπηται. Μᾶλλον δὲ, ἵν' οἰκειοτέρῳ χρήσωμαι παραδείγματι, ὅσῳ ψυχὴ τοῖς πᾶσι τιμιωτέρα σώματος, τοσούτῳ καὶ τῶν βίων ἑκατέρων ἐστὶ τὸ διάφορον.

A cedere ad veram lucem, ac revelare, et post occultorum revelationem, facie non confusa abire. Dei enim a nobis alienatio atque aversio, illi qui eam patitur, intolerabilior graviorque est quam cætera gehennæ exspectata supplicia : ut oculo privatio luminis, licet alius non adsit dolor. (3) Si quis enim omnem simul ex quo homines nati sunt felicitatem sermone complexus, in unum coacervaverit, eam tamen comperiet ne minimæ quidem bonorum illorum parti æquiparandam esse ; sed omnia præsentis vitæ bona plus a minima futurorum dignitate distare, quam a rebus veris umbram et somnium. Imo vero, ut exemplo magis idoneo utar, quanto anima omnibus præstat corpori, tanta est et utriusque vitæ differentia.

3. Ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τὸ, *Ὁ μὲν βαρήσεται πολλὰς, ὁ δὲ ὀλίγας*, τέλος εἶναι τῆς κολάσεως τοῖς κολαζομένοις φασίν. Ὅπερ οὐκ ἐν τῇ τοῦ χρόνου παρατάσει ἢ συμπληρώσει, ἀλλ' ἐν τῇ διαφορᾷ τῆς κολάσεως γίνεται. Τοῦ γὰρ Κυρίου ποτὲ μὲν ἀποφαινομένου, ὅτι ἀπελεύσονται οὗτοι εἰς κόλασιν αἰώνιον, οἱ δὲ δίκαιοι εἰς ζωὴν αἰώνιον· ποτὲ δὲ ἐκπέμποντός τινας εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, καὶ ἄλλοτε ὀνομάζοντος γέενναν πυρὸς, καὶ ἐπιφέροντος· *Ὅπου ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτᾷ, καὶ τὸ πῦρ οὐ σβέννυται*· καὶ ἔτι πάλιν διὰ τοῦ προφήτου περί τινων εἰρηκότος, ὅτι ὁ σκώληξ αὐτῶν οὐ τελευτήσει, καὶ τὸ πῦρ αὐτῶν οὐ σβεσθήσεται· τούτων καὶ τῶν τοιούτων πολλαχοῦ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς κειμένων, ἐν πάντως καὶ τοῦτο τῆς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, τὸ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ ἐπιλανθανομένους τῶν τοσούτων καὶ τοιούτων τοῦ Κυρίου ἀποφάσεων, τέλος κολάσεως, εἰς τὸ μᾶλλον κατατολμᾶν τῆς ἁμαρτίας, ἑαυτοῖς ὑπογράφειν. Εἰ γὰρ τῆς αἰωνίου κολάσεως ἔσται ποτὲ τέλος, ἕξει πάντως καὶ ἡ αἰώνιος ζωή. Εἰ δὲ ἐπὶ τῆς ζωῆς τοῦτο νοῆσαι οὐ καταδεχόμεθα, πῶς ἂν ἔχοι λόγον τῇ κολάσει τῇ αἰωνίῳ τέλος διδόναι; Ἡ γὰρ τοῦ αἰωνίου προσθήκη ἐφ' ἑκατέρων ἐπίσης κεῖται. *Ἀπελεύσονται γὰρ οὗτοι*, φησὶν, *εἰς κόλασιν αἰώνιον· οἱ δὲ δίκαιοι, εἰς ζωὴν αἰώνιον*. Ὥστε καὶ τὸ, *Δαρήσεται πολλὰς, καὶ ὀλίγας*, οὐχὶ τέλος, ἀλλὰ διαφορὰν κολάσεως δηλοῖ. Εἰ γὰρ ὁ Θεὸς δίκαιος κριτής ἐστιν, οὐ μόνον τοῖς ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς πονηροῖς, ἀποδιδοὺς ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ, δύναται εἶναι ὁ μέν τις πυρὸς ἀσβέστου ἄξιος, καὶ τούτου ἤτοι μαλακωτέρου, ἢ μᾶλλον φλέγοντος· ὁ δέ τις σκώληκος ἀτελευτήτου, καὶ τούτου πάλιν ἢ πραοτέρου ὀδυνῶντος, ἢ σφοδρότερον, κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστου· καὶ ἄλλος (2) γεέννης, διάφορα πάντως ἐχούσης τὰ κολαστήρια· καὶ ἕτερος τοῦ ἐξωτέρου σκότους, ἔνθα ὁ μέν τις ἐν κλαυθμῷ μόνον, ὁ δέ τις καὶ ἐν βρυγμῷ τῶν ὀδόντων, διὰ τὸ ἐπιτεταμένον τῶν πόνων γίνεται. Καὶ τὸ ἐξώτερον δὲ σκότος

B 3. Sed homines multi propter eum Scripturæ locum qui habet, (4) *Hic quidem vapulabit multis, ille vero paucis* [11], finem tandem suppliciorum habituros esse eos qui puniuntur asserunt. Sed tamen ut hic multis vapulet, ille vero paucis, non temporis diuturnitate aut complemento, sed pœnæ diversitate perficitur. Cum enim Dominus pronuntiet aliquando hos in supplicium æternum ituros, justos autem in vitam æternam [12] ; aliquando vero mittat quosdam in ignem æternum paratum diabolo et angelis ejus [13], et alibi gehennæ ignis mentione facta, subjiciat illud : *Ubi vermis eorum non moritur, et ignis non exstinguitur* [14] ; cumque rursus de quibusdam dixerit per prophetam, vermem eorum non moriturum, neque ignem eorum exstinctum iri [15] : hæc igitur et horum similia cum in multis divinæ Scripturæ locis habeantur, hoc quoque unum profecto est ex artificiis diaboli, ut multi homines velut obliti tot et talium Domini sententiarum, quo majore cum audacia peccent, sibi finem supplicii fingant. **552** Etenim si æterni supplicii futurus est aliquando finis, finem utique habitura est etiam vita æterna. Quod si non possumus illud de vita æterna intelligere, qua ratione supplicio æterno ascribitur finis? Nam æqualiter pro utroque habetur *æterni* adjectio. *Ibunt enim*, inquit, *hi in supplicium æternum : justi autem in vitam æternam* [16]. Itaque etiam illud, *Vapulabit multis, et paucis* [17], non finem, sed diversitatem supplicii significat. Si enim Deus justus judex est, non bonis solum, sed malis etiam, reddens unicuique juxta opera sua, potest alius esse dignus igne inexstinguibili, qui aut mollius aut acrius adurat : alius verme nunquam morituro, qui etiam aut mitius aut acerbius excruciet pro cujusque merito : alius gehenna, quæ varia ac penitus diversa supplicia habeat ; alius exterioribus tenebris, ubi hic quidem in fletu solum, ille vero in dentium etiam stridore ob dolorum vehemen-

[11] Luc. XII, 47. [12] Matth. XXV 46. [13] ibid. 41. 46. [14] Marc. IX, 45. [15] Isa. LXVI, 24. [16] Matth. XXV, 46. [17] Luc. XII, 47.

(1) *Τῶν ἀληθινῶν*. Codex uterque pro his vocibus habet. τῶν ἀγαθῶν.

(2) *Καὶ ἄλλος*. Cod. 1992 καὶ ἄλλος τόπος, *Ac alius gehennæ locus.*

(3) Ex serm. *De legendis libris gentilium*, 174.

(4) Ex *Regulis fusius tractatis*, 306, 307.

Digitized by Google

tiam exsistat. Quin et exteriores illæ tenebræ alias etiam prorsus esse interiores indicant. Et illud quod dictum est in Proverbiis [18], *In profundum inferni*, declarat quosdam esse in inferno quidem, sed non in profundo inferni, qui leviorem pœnam perferant. Minime autem existimaveris me veluti nutritiam quamdam matrem, larvas tibi ac terricula obtrudere, quemadmodum illæ infantibus puerulis incomposite pertinaciterque flentibus factitare consueverunt, eosque fictis et commentitiis narrationibus compescunt. Hæc enim non fabulæ, sed minime mendax sermo longe ante voce promulgatus. Tibique certo persuadeas velim, futuram aliquando diligentem actæ vitæ pervestigationem. (1) Afflixisti fratrem? par exspecta. Rapuisti inferiorum facultates, pugnis pauperes cecidisti, per convicia incussisti pudorem, calumniatus es, mentitus es, alienis nuptiis parasti insidias, pejerasti, terminos patrum transposuisti, orphanorum invasisti possessiones, viduas oppressisti, bonis promissis prætulisti præsentem voluptatem? Vicem his dignam exspecta. Qualia enim unusquisque seminat, talia et metet. Cæterum si quid etiam boni abs te perpetratum est, remunerationem similiter exspecta.

A ὑποφαίνει πάντως εἶναι καὶ ἐσώτερον. Καὶ τὸ, *Εἰς πυθμένα ᾅδου*, ἐν Παροιμίαις εἰρημένον δηλοῖ, ὅτι εἰσί τινες ἐν τῷ ᾅδῃ μὲν, οὐκ ἐν πυθμένι δὲ ᾅδου, κουφοτέραν ὑπομένοντες τὴν κόλασιν. Καὶ μή με νομίσῃς ὥσπερ μητέρα τινὰ τροφὸν, ψευδῆ σοι μορμολύκεια ἐπισείειν, ὥσπερ ἐκεῖναι ποιεῖν περὶ τοὺς νηπίους τῶν παίδων εἰώθασιν, ὅταν θρηνῶσιν ἄτακτα καὶ ἀπέραντα, καὶ δι' ἐπιπλάσεως τῶν διηγημάτων κατασιγάζουσι. Ταῦτα γὰρ οὐ μῦθος, ἀλλὰ λόγος ἀψευδὴς προκεκηρυγμένος φωνῇ (3). Καὶ ἴσθι ἀκριβῶς, ὅτι γενήσεται τῶν βεβιωμένων ἔλεγχος ἀκριβής. Ἔθλιψας τὸν ἀδελφόν; ἐκδέχου τὸ ἴσον. Ἥρπασας τὰ τῶν ὑποδεεστέρων, κατεκονδύλισας πένητας, κατῄσχυνας ἐν λοιδορίαις, ἐσυκοφάντησας, κατεψεύσω, ἀλλοτρίοις ἐπεβούλευσας γάμοις, ἐπιώρκησας, ὅρια B πατέρων μετέθηκας, κτήμασιν ὀρφανῶν ἀπῆλθες (4), χήρας ἐξέθλιψας, τὴν παροῦσαν ἡδονὴν τῶν ἐν ἐπαγγελίαις ἀγαθῶν προετίμησας; Ἐκδέχου τούτων τὴν ἀντιμέτρησιν. Οἷα γὰρ σπείρει ἕκαστος, τοιαῦτα καὶ θερίσει. Καὶ μέντοι καὶ εἴ τι τῶν ἀγαθῶν πέπραχταί σοι, κἀκείνων ἐκδέχου παραπλησίως (5) τὰς ἀντιδόσεις.

4. (2) Cogita autem, o homo, diem extremam (siquidem non tu solus sæculum æternum vives), anxietatem, suffocationem, mortis horam, urgentem Dei sententiam, festinantes angelos, animum interea graviter perturbatum, et conscientia peccatrice amare excruciatum, seque miserabiliter ad C ea quæ hic sunt convertentem, ac ineluctabilem longe illius peregrinationis necessitatem. Describe mihi in mente tua extremum communis vitæ finem, cum veniet Filius hominis in gloria sua. *Veniet enim et non silebit* [19] : nimirum quando veniet judicaturus vivos et mortuos, atque unicuique secundum opus suum redditurus; quando tuba illa magnum quiddam ac horrendum sonans excitabit eos qui ab orbe condito dormierint, **553** et procedent qui bona fecerint, in resurrectionem vitæ, qui vero mala, in resurrectionem judicii [20]. Revoca tibi in memoriam Danieli oblatam Dei visionem, quomodo nobis ob oculos judicium ponat. *Aspiciebam*, inquit, *donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit. Flumen ignis trahebat in conspectu ejus. Mille millia deserviebant ei, et dena millia denum millium assistebant ei. Judiciique locum constituit, et libri aperti sunt* [21], bona, mala, manifesta, occulta, actiones, verba, cogitationes, omnia acervatim, ut ab omnibus et angelis et hominibus exaudiri pos-

4. Λάβε τοίνυν εἰς ἔννοιαν τὴν ἐσχάτην ἡμέραν, ὦ ἄνθρωπε (οὐ γὰρ σὺ μόνος τὸν αἰῶνα βιώσεις), καὶ τὴν συνοχὴν (6) καὶ πνιγμὸν, καὶ θανάτου ὥραν, καὶ ἀπόφασιν Θεοῦ κατεπείγουσαν, καὶ ἀγγέλους ἐπισπεύδοντας, καὶ ψυχὴν ἐν τούτοις δεινῶς θορυ- C βουμένην, καὶ ἁμαρτωλῷ συνειδότι πικρῶς μαστιγουμένην (7), καὶ πρὸς τὰ τῇδε ἐλεεινῶς ἐπιστρέφουσαν, καὶ ἀπαραίτητον τῆς μακρᾶς ἐκείνης ἀποδημίας ἀνάγκην. Διάγραψόν μοι τῇ διανοίᾳ τὴν τελευταίαν τοῦ κοινοῦ βίου καταστροφὴν, ὅταν ἔλθῃ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. *Ἥξει γὰρ, καὶ οὐ παρασιωπήσεται·* ὅταν ἔλθῃ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὴν πρᾶξιν αὐτοῦ· ὅταν ἡ σάλπιγξ ἐκείνη, μέγα τι καὶ φοβερὸν ἠχήσασα, τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἐξυπνίσῃ καθεύδοντας, καὶ ἐκπορεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς, οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες εἰς ἀνάστασιν κρίσεως. Μνήσθητι τῆς τοῦ Δανιὴλ θεοπτίας, ὅπως ἡμῖν ὑπ' ὄψιν ἄγει τὴν κρίσιν. *Ἐθεώρουν*, φησὶν, *ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ Παλαιὸς* D *ἡμερῶν ἐκαθέζετο. Ποταμὸς πυρὸς εἵλκυεν* (8) *ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν αὐτῷ. Κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἀνεῴχθησαν*, τὰ καλὰ, τὰ φαῦλα, τὰ φανερὰ, τὰ κεκρυμμένα, τὰ πράγματα, τὰ ῥήματα, τὰ ἐνθυμήματα, τὰ πάντα

[18] Prov. IX, 8. [19] Psal XLIX, 3. [20] Joan. V, 39. [21] Dan. VII, 9-10.

(1) Ex hom. *in psal.* LXI, 198.
(2) Ex epist. XLVI, 138.
(3) *Φωνῇ*. Sic Regius codex 1992, melius quam editi φωνεῖ. Paulo post idem codex καὶ ἴστε. Hic autem locus ab his verbis, καὶ μή μενομίσῃς, usque ad illa, ἔλεγχος ἀκριβής, non repertus in contextu.
(4) *Ἀπῆλθες*. Forte ἐπῆλθες. EDIT.
(5) *Παραπλησίως*. Magis arridet hæc scriptura, quam quod legitur in contextu πολλαπλασίους, *multiplicem remunerationem*.
(6) *Τὴν συνοχήν*. Regius codex 1992 λάβε μοι τὴν συνοχήν
(7) *Μαστιγουμενην*. Sic idem codex et contextus. Editi προσμαστιγουμένην. Mox idem codex διὰ τὴν ἀπαραίτητον.
(8) *Εἵλκυεν*. Contextus εἶλκε

Digitized by Google

ἀθρόως εἰς ἐξάκουστον τοῖς πᾶσι καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις σαφῶς ἀνακαλύπτουσαι. Πρὸς ταῦτα ποταποὺς εἶναι ἀνάγκη τοὺς κακῶς βεβιωκότας; Ποῦ ἄρα ἡ ψυχὴ ἐκείνη καταδύσεται, ἡ ἐν ὄψεσι τοσούτων θεατῶν ἐξαίφνης ὀφθεῖσα αἰσχύνης ἀνάπλεως; ποίῳ δὲ σώματι τὰς ἀπεράντους ἐκείνας καὶ ἀνυποίστους ὑποστήσεται μάστιγας, ὅπου πῦρ ἄσβεστον, καὶ σκώληξ ἀθάνατα κολάζων, καὶ πυθμὴν ᾅδου σκοτεινὸς καὶ φρικώδης, καὶ οἰμωγαὶ πικραὶ, καὶ ὀλολυγμὸς ἐξαίσιος, καὶ κλαυθμὸς, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων, καὶ πέρας οὐκ ἔχει τὰ δεινά; Τούτων οὐκ ἔστιν ἀπαλλαγὴ μετὰ θάνατον, οὐδέ τις ἐπίνοια, οὐδὲ μηχανὴ τοῦ διεκδῦναι τὰ πικρὰ κολαστήρια. Ταῦτα φεύγειν ἔξεστι νῦν. Ἕως ἔξεστιν, ἑαυτοὺς ἀπὸ τοῦ πτώματος ἀναλάβωμεν, μηδ' ἀπελπίσωμεν ἑαυτῶν, ἐὰν ἀναλύσωμεν ἀπὸ τῶν κακῶν. Ἔστιν ὁδὸς σωτηρίας, ἐὰν θέλωμεν. Σὲ ζητεῖ ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ καταλιπὼν τὰ μὴ πεπλανημένα. Ἐὰν ἐπιδῷς σεαυτὸν, οὐκ ὀκνήσει, οὐδ' ἀπαξιώσει σε ὁ φιλάνθρωπος ἐπὶ τῶν ὤμων βαστάσαι τῶν ἰδίων, χαίρων ὅτι εὗρεν αὐτοῦ τὸ πρόβατον τὸ ἀπολωλός. Ἕστηκεν ὁ πατὴρ καὶ ἀναμένει τὴν σὴν ἀπὸ τῆς πλάνης ἐπάνοδον. Μόνον ἀνάλυσον, καὶ ἔτι σοῦ μακρὰν ὄντος, προσδραμὼν ἐπιπεσεῖται (1) ἐπὶ τὸν τράχηλόν σου, καὶ φιλικοῖς ἀσπασμοῖς περιπτύξεται τὸν ὑπὸ τῆς μετανοίας ἤδη κεκαθαρμένον. Κἂν ἐγκαλέσῃ τις τῶν ἑστάναι δοκούντων, ὅτι ταχὺ προσελήφθης, αὐτὸς ὁ ἀγαθὸς (2) ὑπὲρ σοῦ ἀπολογήσεται, λέγων· Εὐφρανθῆναι δεῖ καὶ χαρῆναι, ὅτι οὗτος ὁ Υἱός μου νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε, καὶ ἀπολωλὼς, καὶ εὑρέθη. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A sint, clare et aperte revelantes. Ad hæc quomodo affectos necesse est esse eos, qui male vixerint? Ubi itaque anima illa abscondetur, quæ in oculis tot spectatorum subito visa fuerit dedecoris plena? quali vero corpore infinita illa et intolerabilia perferet supplicia, ubi ignis inexstinctus, et vermis indesinenter puniens, et imum inferi tenebricosum et horrendum et ululatus amari, et ejulatus ingens, et ploratus, et stridor dentium, et ubi mala finem non habent? Ab his post mortem liberari non datur, neque est industria ulla, neque ars effugiendi amara supplicia. (4) Hæc nunc vitare licet. Dum autem licet, erigamus nosmetipsos ex casu, neque de nobis ipsi desperemus, si a malis discesserimus. Est via salutis, si modo velimus. (5) Quærit te B pastor bonus, ovibus, quæ non erravere, derelictis. Te ipse si dederis, non cunctabitur, neque dedignabitur te suis ipsius humeris portare, lætus quod ovem suam perditam invenerit. Stat pater ac exspectat tuum ab errore reditum. Revertere tantummodo, teque longe adhuc stante, accurrens cadet in collum tuum, et amicis amplexibus jam pœnitentia expurgatum complectetur. (6) Quod si quispiam ex iis, qui stare sibi videntur, vitio verterit, quod cito assumptus es, ipse ille bonus pater pro te respondebit, dicens : Lætandum est et gaudendum, quia hic filius meus mortuus erat, et revixit, et disperditus erat, et inventus est [22]. Illi gloria in sæcula sæculorum. Amen. C

ΠΕΡΙ ΑΡΧΗΣ ΚΑΙ ΕΞΟΥΣΙΑΣ.

ΛΟΓΟΣ ΙΕ'.

1. Καλὸν ἀεὶ τὸ χεῖρον ὑπὸ τοῦ κρείττονος ἄγεσθαι· πολλάκις γὰρ ἀκρισία δήμου τὸν χείριστον εἰς ἀρχὴν προεστήσατο. Προσήκει τοίνυν τὸν ἐπὶ πάντων ἐπὶ συνέσει καὶ εὐσταθείᾳ καὶ τῇ κατὰ τὴν ζωὴν ἀκριβείᾳ μεμαρτυρημένον διαφέρειν, τοῦτον προστήσεσθαι (3) εἰς τὸ καθηγεῖσθαι τῶν ἄλλων, ἵνα τὸ ἐν τούτῳ ἀγαθὸν κοινὸν πάντων τῶν μιμουμένων γίνηται. Πρὸς γὰρ τὸ τῶν κρατούντων ἦθος πλάττεσθαι πέφυκεν, ὡς τὰ πολλὰ, τὸ ἀρχόμενον· ὥστε ὁποῖοί ποτ' ἂν οἱ ἄγοντες ὦσι, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ τὸν ἀγόμενον εἶναι. Καὶ ὁποῖοι δ' ἂν ὦσιν οἱ προεστῶτες, τοιαῦτα ὡς ἐπὶ πολὺ καὶ τὰ ἤθη τῶν ἀρχομένων πέφυκε γίνεσθαι. Καὶ ὥσπερ, εἰ πλείονες ζωγράφοι ἑνὸς προσώπου χαρακτῆρα γράφοιεν, πᾶσαι αἱ εἰκόνες ὁμοίως πρὸς ἀλλήλας ἔξουσι, διὰ τὸ τῷ ἑνὶ ὁμοιοῦσθαι· οὕτω τὰ πολλὰ ἤθη, εἰ πρὸς τὴν τοῦ ἑνὸς μίμησιν βλέποι, πᾶσιν ὁμοίως ἀγαθὸς τοῦ βίου χαρακτὴρ ἐπιλάμψει. Καὶ γὰρ ἡ ἀληθὴς καὶ

DE IMPERIO AC POTESTATE.

SERMO XV.

1. (7) Imbecilliores semper a præstantioribus regi ac gubernari decet : pessimo enim principatum popularis sæpenumero detulit imprudentia. (8) Consentaneum est igitur, ut qui omnium testimonio cæteros sapientia, et fortitudine, atque exacta integrioris vitæ ratione antecellit, aliis dux præficiatur, ut quidquid in eo boni est, commune omnium imitantium fiat. (9) Enimvero subjecti ad mores eorum qui rerum potiuntur, ut plurimum sese conformare solent : ita ut quales tandem fuerint duces, eum etiam qui ducitur, talem esse necesse sit. Et quales sunt qui præsunt, tales ut plurimum et mores eorum, **554** quibus præsunt, esse solent. (10) Et quemadmodum si plures pictores unius faciei lineamenta pingunt, omnes imagines futuræ sunt inter se similes, utpote uni assimilatæ : eumdem ad modum si multa ingenia unum imitandum sibi proponant, in omnibus æqualiter D

[22] Luc. xv, 32.

(1) *Ἐπιπεσεῖται.* Hanc vocem addidi ex Regio codice et contextu.
(2) *Ὁ ἀγαθός.* Sic idem codex et contextus. Editi, ὡς ἀγαθός. In ipso contextu additur, πατήρ.
(3) *Προστήσεσθαι.* Forte προστήσασθαι. Edit.
(4) Ex epist. xlvi, 139.
(5) Ibid., 140.
(6) Ibid.
(7) Uterque codex indicat *Ascetica.*
(8) Ex *Ascet.*, 324.
(9) Ex comment. *in Isai.*, 417.
(10) Ex *Ascet.*, 324.

Digitized by Google

bona vitæ forma elucescet. Vera etenim et perfecta subditorum erga præfectum obedientia in eo declaratur, si non a flagitiosis modo abstineant ex præfecti consilio, sed si ne ea quidem quæ laudabilia sunt, citra illius arbitrium peragant. Nam abstinentia et omnis corporalis afflictatio ad aliquid utilis est : sed si quis animi sui motum secutus, quod sibi placet, egerit, et præposito consilium sibi danti non obtemperaverit, peccatum futurum est majus, quam recte factum. *Qui enim resistit potestati, Dei ornationi resistit*[23] ; atque obedientiæ major merces quam abstinentiæ virtuti tribuitur.

A τελεία ὑπακοὴ τῶν ὑποχειρίων πρὸς τὸν προεστῶτα, ἐν τούτῳ δείκνυται, ἐν τῷ μὴ μόνον τῶν ἀτόπων κατὰ τὴν συμβουλὴν αὐτοῦ ἀπέχεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὰ τὰ ἐπαινετὰ χωρὶς τῆς ἐκείνου γνώμης ποιεῖν. Ἡ γὰρ ἐγκράτεια, καὶ πᾶσα ἡ σωματικὴ κακοπάθεια, πρός τι χρησίμως ἔχει· ἀλλ' ἐάν τις ταῖς ἰδίαις ὁρμαῖς ἀκολουθῶν, τὸ ἀρέσκον ἑαυτῷ ποιῇ, καὶ συμβουλεύοντι τῷ προεστῶτι μὴ πείθηται, μεῖζον τοῦ κατορθώματος ἔσται τὸ πλημμελούμενον. Ὁ γὰρ ἀντιτασσόμενος τῇ ἐξουσίᾳ, τῇ τοῦ Κυρίου διαταγῇ ἀνθέστηκε· καὶ ὁ τῆς ὑπακοῆς μισθὸς μείζων τοῦ κατὰ τὴν ἐγκράτειάν ἐστι κατορθώματος.

2. (1) Is igitur qui potest malo mederi, sed sponte differt, non injuria velut homicida condemnari poterit. Non autem qui præest ob eum in B quo positus est dignitatis gradum sese attollat aut insolescat, ne humilitatis beatitudine privetur. (2) Nunquid enim qui regi famulatur, se ideo jactabit quod in hoc aut in illo ministerii ordine collocatus est : qui vero dignus habitus est qui Deo serviat, aliunde laudes sibi excogitabit, quasi ad omnem gloriæ splendorisque cumulum invocatio Domini sibi non sufficiat? Satis enim est nobis ad omnem dignitatem, tanti Domini servos nominari. (3) Et quemadmodum nec quidquam aliud oportet præter Deum colere : sic nec in alio, quam in Deo omnium Domino spem reponere. Qui namque in homine sperat, aut qui ob aliquid aliud mundanum effertur, puta, ob potestatem, vel ob divitias, vel ob quidpiam aliud eorum, quæ splendida a multis re- C putantur, non potest dicere : *Domine Deus meus, in te speravi.* Præceptum enim est, non oportere in principibus sperare; et, *Maledictus homo qui confidit in homine*[24]. (4) Beatus igitur vere est, qui ob nullam vitæ rem quantumvis sublimem exsultat, sed suam Deum gloriam esse ducit, Deumque quo glorietur unicum habet, ac secundum Apostolum dicere potest : *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Christi*[25]. Etenim si quis sese magnopere jactat, quod servus sit regis, atque in magno honore apud eum habeatur : quantum convenit gloriari te apud temetipsum, quod Regis magni servus es, ab ipso accitus ad summam familiaritatem? (5) Qui vere princeps est, non ab externis insigni- D bus dignoscitur, uti purpura, paludamento et diademate; sed ab imperatoria qua præditus est virtute. Qui enim subditur voluptatibus, ac variis cupiditatibus ducitur, servus cum sit peccati, ad imperandum idoneus non est. (6) Nam rebelles sub potestatem redigere, et fortis est viri, et vere imperantis : at benignum esse ac mansuetum in pro-

2. Ὁ τοίνυν ἔχων ἐν ἐξουσίᾳ τὴν τοῦ κακοῦ θεραπείαν, ἐκὼν δὲ ὑπερτιθέμενος, εἰκότως ἂν ἐν τῷ ἴσῳ τῶν αὐτοχείρων καταδικάζοιτο. Καὶ τὸν προεστῶτα δὲ μὴ ἐπαιρέτω τὸ ἀξίωμα, ἵνα μὴ ἐκπέσῃ τοῦ μακαρισμοῦ τῆς ταπεινοφροσύνης. Οὐ γὰρ δήπου βασιλείᾳ (7) μέν τις ὑπηρετῶν μέγα φρονήσει, διὰ τὸ ἐν τῇδε τῇ τάξει τῆς ὑπηρεσίας τετάχθαι· Θεῷ δὲ καταξιωθεὶς λατρεύειν, ἀλλαχόθεν τοὺς ἐπαίνους ἑαυτῷ περινοήσει, ὡς οὐκ ἀρκούσης αὐτῷ τῆς ἐπικλήσεως τοῦ Κυρίου πρὸς πᾶσαν δόξης καὶ περιφανείας ὑπερβολήν; Ἀρκεῖ γὰρ ἡμῖν πρὸς ἅπαν ἀξίωμα τὸ τηλικούτου Δεσπότου δούλους ἡμᾶς ὀνομάζεσθαι. Καὶ ὥσπερ οὐδὲ σέβειν ἄλλο τι παρὰ τὸν Θεὸν προσῆκεν, οὕτως οὐδὲ ἐπὶ ἄλλον ἐλπίζειν ἢ ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν πάντων Κύριον. Ὁ γὰρ ἐπ' ἄνθρωπον ἐλπίζων, ἢ ἐπ' ἄλλο τι τῶν κατὰ τὸν βίον μετεωριζόμενος, οἷον ἐπὶ δυναστείαν, ἢ χρήματα, ἢ τι τῶν παρὰ τοῖς πολλοῖς νομιζομένων εἶναι λαμπρῶν, οὐ δύναται εἰπεῖν· Κύριε ὁ Θεός μου, ἐπὶ σοὶ ἤλπισα. Παράγγελμα γάρ ἐστι μὴ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχοντας, καὶ, Ἐπικατάρατος ἄνθρωπος ὃς τὴν ἐλπίδα ἔχει ἐπ' ἄνθρωπον. Μακάριος οὖν τῷ ὄντι, ὁ μηδενὶ τῶν κατὰ τὸν βίον ὑψηλῶν ἐπαγαλλόμενος, ἀλλὰ Θεὸν ἔχων (8) τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, ὁ καύχημα ἑαυτοῦ ἔχων τὸν Θεόν· ὁ δυνάμενος λέγειν κατὰ τὸν Ἀπόστολον· Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο καυχᾶσθαι, εἰ μὴ ἐν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ ὁ δεῖνα μέγα φρονεῖ, ὅτι δοῦλός ἐστι βασιλέως, τιμώμενος παρ' αὐτοῦ τὰ μεγάλα, πόσον σοι προσῆκεν ἐπὶ σαυτῷ μεγαλύνεσθαι, ὅτι δοῦλος εἶ τοῦ μεγάλου βασιλέως, προσκληθεὶς παρ' αὐτοῦ εἰς τὴν ἄκραν οἰκείωσιν; Ὁ γὰρ ἀληθῶς ἄρχων, οὐκ ἐκ τῶν ἔξωθεν συμβόλων γνωρίζεται, οἷον πορφύρας, χλανίδος, καὶ διαδήματος· ἀλλ' ἐκ τοῦ ἔχειν τὴν ἀρχικὴν ἀρετήν. Ὁ δὲ ἀρχόμενος ὑπὸ τῶν ἡδονῶν, καὶ ἀγόμενος ἐπιθυμίαις πολλάκις, δοῦλος ὢν τῆς ἁμαρτίας, ἀνεπιτήδειος πρὸς τὸ ἄρχειν καθέστηκε. Καὶ τὸ μὲν τοὺς ἀντιτείνοντας ὑπὸ χεῖρα λαμβάνειν, ἀνδρείου τε καὶ ἄρχοντος ὡς ἀληθῶς· τὸ δὲ τοῖς ὑποπεπτωκόσι χρη-

[23] Rom. XIII, 2. [24] Jerem. XVII, 5. [25] Galat. VI, 14.

(1) Ex hom. *in famem et siccitatem*, 69.
(2) Ex hom. *in psal.* XXXIII, 145.
(3) Ex hom. *in psal.* VII, 98.
(4) Ex hom. *in psal.* LXI, 196.
(5) Ex comment. *in Isai.*, 456.
(6) Ex epist. CXII, 204.

(7) *Βασιλείᾳ.* Ita Regius codex. Editi βασιλείας. Contextus βασιλεῖ.

(8) *Θεὸν ἔχων.* Sic ope ejusdem codicis et contextus emendavimus vulgatam scripturam ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἐπὶ τὸν Κύριον. Quæ sequuntur, prorsus superflua sunt, nec in contextu reperiuntur.

Digitized by Google

στὸν εἶναι καὶ πρᾶον, μεγαλοφροσύνῃ πάντων καὶ ἡμερότητι διαφέροντος. Κύριοι μὲν γὰρ τῶν ἠδικηκότων πολλοὶ τῶν πρότερον ἤδη γεγόνασιν, ὧν οὐδεὶς πρὸς τοὺς ὕστερον διεπέμφθη λόγος· ἀφῆκαν δὲ τὴν ὀργὴν οἱ φιλοσοφίᾳ τοὺς πολλοὺς ὑπεράραντες, ὧν ἀθάνατος ἡ μνήμη τῷ χρόνῳ παντὶ παραδέδοται. Τοὺς γάρ τῳ ὁτιοῦν ἀδικοῦντας οὐχ ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγενημένων κολάζομεν, (τίς γὰρ ἂν γένοιτο μηχανὴ μὴ γεγενῆσθαι τὰ πεπραγμένα;) ἀλλ' ὅπως ἂν ἢ αὐτοὶ πρὸς τὸ λοιπὸν ἀμείνους γένοιντο, ἢ ἑτέροις ὑπάρξαιεν τοῦ σωφρονεῖν παράδειγμα.

3. Πολλάκις γὰρ (1) καὶ ἐν τοῖς σμικροτάτοις ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ διαφαίνεται. Ὁ γὰρ οὐρανὸν ἁπλώσας, καὶ τὰ ἄπλετα μεγέθη τῶν πελάγων ἀναχέας, οὗτός ἐστιν ὁ καὶ τὸ λεπτότατον κέντρον τῆς μελίσσης κοιλάνας, ὥσπερ αὐλὸν, ὥστε τὸν ἰὸν·δι' αὐτοῦ ἐκχεῖσθαι. Τοῦτον σαρκὸς (2) μὲν ὀφθαλμοῖς θεωρῆσαι (3) ἀδύνατον, τὸ γὰρ ἀσώματον σαρκὸς ὄμμασιν ὑποπίπτειν οὐ δύναται· καὶ μεμαρτύρηκεν αὐτὸς ὁ μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, λέγων· *Θεὸν οὐδεὶς πώποτε τεθέαται.* Εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸ γεγραμμένον εἶδεν ὁ Ἰεζεκιὴλ, ἀλλὰ τί λέγει ἡ Γραφή; *Εἶδεν ὁμοίωμα δόξης Κυρίου*, οὐ μὴν δὲ αὐτὸν τὸν Κύριον· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὴν τὴν δόξαν, ὡς ἔστιν ἀληθῶς. Καὶ ἰδὼν τὸ ὁμοίωμα τῆς δόξης, καὶ οὐκ αὐτὴν τὴν δόξαν, ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν ἀπὸ τοῦ φόβου. Εἰ δὲ τὸ τῆς δόξης ὁμοίωμα θεαθὲν φόβον καὶ ἀγωνίαν περιεποίει τοῖς ἀνθρώποις, αὐτὸν εἴ τις ἂν ἐθεώρησε τὸν Θεὸν, πάντως ἂν ἀπηλλάττετο, κατὰ τὸ εἰρημένον· *Οὐδεὶς ὄψεται τὸν Θεὸν, καὶ ζήσεται.* Διὰ τοῦτο καὶ κατὰ τὴν μεγίστην αὐτοῦ φιλανθρωπίαν ὁ Θεὸς παραπέτασμα τῆς οἰκείας θεότητος ἐξέτεινε τὸν οὐρανὸν, ἵνα μὴ ἀπολώμεθα. Οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλὰ προφήτης εἶπεν· *Ἐὰν ἀνοίξῃς τὸν οὐρανὸν, τρόμος λήψεται ἀπὸ σοῦ ὄρη, καὶ τακήσονται παρ' αὐτά.* Καὶ τί θαυμάζεις, εἰ ὁ Ἰεζεκιὴλ, τὸ ὁμοίωμα τῆς δόξης ἰδὼν, ἔπεσεν; Ὁ Δανιὴλ οἰκέτην ἰδὼν τοῦ Κυρίου, καὶ ἔπτηξε (4), καὶ ἔπεσεν· καὶ ἄχρις ὅτου ἐξεδιάζετο τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν εἰς ὁμοίωμα υἱοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐτόλμησεν ἀποκριθῆναι. Εἰ δὲ Γαβριὴλ ὀπτανόμενος, τρόμον ποιεῖ προφήταις ἀνθρώποις τοῦ Θεοῦ· εἰ ἦλθε καθὼς ἦν, οὐκ ἂν ἀπώλλυντο πάντες; παντί που δῆλον. Εἰ τοίνυν θέλεις γνῶναι σαφῶς, ὅτι φύσιν Θεοῦ καταλαβεῖν ἀδύνατον, μάνθανε, τί λέγουσιν οἱ τρεῖς παῖδες ἐν τῇ καμίνῳ τοῦ πυρὸς, ὑμνολογοῦντες τὸν Θεόν· *Εὐλογητὸς εἶ, ὁ βλέπων ἀβύσσους, καθήμενος ἐπὶ χερουβίμ.* Εἰπέ μοι, τοῦ χερουβὶμ τίς ἐστιν ἡ φύσις, καὶ τότε τὸν ἐπικαθήμενον θεωρεῖς. Καίτοιγε

stratos, hominis est magnanimitate et clementia omnes superantis. (5) Illud enim considera, dominos eorum qui læserant exstitisse multos ex iis qui **555** ante nos vixere, de quibus nullus ad posteros transmissus sermo; at vero iram remisisse, qui philosophia vulgus antecelluerunt, quorum immortalis memoria in omni ævo perhibetur. (6) Nam eos qui quidvis deliquerint, non ob ea quæ jam admissa sunt, punimus, (qua enim arte quæ facta sunt, infecta reddantur?) sed ut aut ipsi deinceps meliores fiant, aut aliis sapiendi sint exemplum.

3. (7) Sæpe enim in tenuissimis etiam Dei sese exserit sapientia. Nam qui convexum cœlum expandit, atque ingentes marium gurgites effudit, ille ipse est qui tenuissimum apiculæ stimulum in fistulæ modum excavavit, adeo ut per ipsum venenum effundatur. (8) Hunc corporeis quidem oculis contemplari minime conceditur : incorporeum enim visui subjici corporeo non potest : quod quidem unigenitus ipse Dei Filius testificatus est dicens : *Deum nemo vidit unquam*[26]. Etsi enim, ut scriptum est, vidit Ezechiel : audi quid Scriptura dicat, *Vidit similitudinem gloriæ Domini*[27]; non tamen ipsum Dominum, sed ne ipsam quidem gloriam, qualis illa revera est. Et cum similitudinem gloriæ vidisset, non ipsam gloriam; præ timore in terram cecidit. Quod si conspecta gloriæ similitudo terrorem hominibus tremoremque incutit, Deum ipsum si quispiam viderit, e vita prorsus migraverit, ut dictum est : *Nemo videbit Dominum, ac vivet*[28]. Propterea Deus pro sua erga nos humanitate, cœlum ipsum, suæ divinitatis velum, ne pereamus, obtendit. Neque de meo id affero, imo ipse propheta dixit : *Si aperueris cœlum, tremor a tuo conspectu apprehendet montes, et continuo tabescent.* Et quid miraris si gloriæ similitudinem cum vidisset Ezechiel, cecidit in faciem? Daniel, conspecto Dei servo, et tremuit, et in faciem cecidit : et quandiu oculis videre contendit Dei filii similitudinem, tandiu respondere non ausus est[29]. Si vero visus Gabriel prophetis hominibus Dei tremorem incutit; si qualis est, is sese ostenderit, nonne perierint omnes? Nemini profecto dubium est. Si vis igitur aperte cognoscere incomprehensibilem esse Dei naturam, disce quid tres pueri in ardentis ignis fornace laudantes Deum dicant : *Benedictus es qui intueris abyssos, et sedes super cherubim*[30]. Quæso te, dic mihi, quænam est cherubim natura, atque tum insidentem contemplaberis. Quamvis propheta Ezechiel illorum descri-

[26] Joan. I, 18. [27] Ezech. II, 19. [28] Exod. XXXIII 20. [29] Dan. X, 7 sqq. [30] Dan. III, 55.

(1) *Πολλάκις γάρ*, etc. Hæc verba usque ad illa, ἐκχεῖσθαι, desumpta esse ex *Hexaemero* indicat codex Regius 1992, sed ea reperire non potuimus in hoc opere.

(2) *Τοῦτον σαρκός*. Hæc verba usque ad illa, ἐκ μέρους καταργηθήσεται, reperire non potuimus. Codex 1992 indicat orationem, *Quod incomprehensibilis est Deus.*

(3) *Θεωρῆσαι*. Codex Regius 1992 ὑποπίπτειν.

(4) *Ἔπτηξε*. Hunc locum ope utriusque codicis sanavimus. Habebant editi ἔπηξε καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ... ἐξεδιάζετο εἰς ὁμοίωμα.

(5) Ex epist. CXII, 204.

(6) Ibid. 205.

(7) Unus codex indicat hom. *in Hexaem.*

(8) Uterque codex indicat, serm. *Quod Deus sit incomprehensibilis.*

Digitized by Google

ptionem quod fieri potuit, scriptis sit persecutus, inquiens : *Quatuor facies habebat unum, facies una hominis, facies secunda leonis ; et in tertio facies aquilæ, et in quarto facies vituli* [31] : quodque uni sex essent alæ, atque ipsis undique essent oculi, quodque singuli subjectam haberent quadrangularem rotam; facta tamen a propheta descriptione, etiamsi legimus, percipere non valemus. Si vero solium, quod explanavit, animo comprehendere non possumus, insidentem ipsi invisibilem Deum, qua ratione poterimus? facie siquidem ad faciem visuros, perfectamque **556** incomprehensibilis Dei majestatis in futuro sæculo cognitionem habituros eos qui digni fuerint, certa pollicitatione confirmatum est. Nunc vero etiam si Paulus alter quispiam fuerit, etiam si Petrus, cernit quidem vere, neque hallucinatur, aut imaginibus deluditur, verumtamen veluti per speculum, et in ænigmate intuetur : et quod nunc ex parte est cum gratiarum actione accipiens, quod plane perfectum est summa cum lætitia in futurum opperitur [32]. Quod enim in ea ipsa cognitione nunc perfectum esse videtur, adeo exiguum quiddam est et obscurum, ut a futuri sæculi claritate distet magis, quam a cognitione quæ est facie ad faciem. Ac tanta quidem est cognitionis Dei infinitas, tantaque humanæ naturæ in percipiendis hoc in sæculo divinis mysteriis imbecillitas, cum semper quidem pro cujusque progressu aliqua fiat accessio, sed nemo perfectam cognitionem assequatur, donec venerit quod perfectum est, quando quod ex parte est evacuabitur [33].

Amphilochius (S.) rhetor et foro assuetus, 239, 240. Statuit cum Heraclida in desertum locum secedere, 239, 240. Fovet senectutem patris, 241. Basilio omnium charissimus, 2. Fugiebat Basilium, vel potius ordinationem, 251. Sed eum Dominus inevitabilibus gratiæ retibus illigavit, 251. Recens ordinatum Basilius consolatur et hortatur, 251, 252. Basilius illum invitat ad diem festum sancti Eupsychii, 263. Nullius præsentiam magis desiderat Cæsariensis populus, quam Amphilochii, 265. Hortatur Basilium, ut scribat de Spiritu sancto, 3. Nullam ex vocibus quæ de Deo usurpari solent, citra examen reliuqui debere existimabat, 1. Multum fuit cum Basilio graviter ægrotante, 254. Illius igneus charitatis fervor, 67. Morum gravitas et taciturnitas, 67. Humilitas, ut qui discere non gravetur, cum docendi locum teneat, 290. Basilium consulit, 268, 290, 324, 355. Prudenter curat Ecclesiam Isaurorum, 282. Cum Amphilochio multis de causis congredi cupit Basilius, 298. Inprimis ut eo consiliario utatur, 298. More apostolico res Lycaoniæ componit, 298. Huic Basilius commendat ecclesiam suam, brevi moriturum se putans, 298. Concilium cogit, 299. Basilius ad futurum se promittit, si in paucos dies differatur, 299. Cura illius maxima Basilius, 354. Mittit Basilio munera ad Natale Domini, 355. In Pisidia tranquillus est dum Cappadocia vastatur, 384. Illius videndi quam cupidus Basilius, 354.
Amphipolis, 94.
Amygdalæ amariores, 477.
Anarchia populos invasit, eo quod quisque principatum ambiat, 66.
Ancyra lites et discordias experta in electione Athanasii episcopi, 109. *Vide* Athanasius Ancyranus. Visa est habere successorem Athanasii et quiescit, 110. Ancyræ synodos cogit Gregorius Nyssenus, 196. *Vide* Galatia. Ancyræ communicat Eustathius cum Arianis, 347. Ancyrana fides, 381.
Andronicus dux, 204. Nullo deterius philosopho res humanas consideraverat, 205.
Angelus numero unus, non natura, neque simplex, 82. Siquidem angeli hypostasis est essentia cum sanctitate, 82. Angelorum substantia spiritus aerius, aut ignis immaterialis, 32. Hinc in loco sunt, et iis qui digni sunt apparent in specie propriorum corporum, 32. Loco circumscripti, 46. Angelus qui allocutus est Zachariam, non eodem momento implebat in cœlo suam stationem, 46. Sancti sunt et nominantur ex gratia Spiritus, 31. Angelorum perfectio est sanctificatio et in hac perseverantia, 31. Ab ipsa protinus creatione perfecti, 35. Non sunt natura sancti, 32. Sanctificatio est extra substantiam angelorum, 32. Substantia eorum completur per Spiritum sanctum, 33. Angelos esse liberos, æque ad vitium et virtutem vertibiles, patet ex lapsu malorum, 32. Inde etiam eos egere auxilio S. Spiritus patet, 32. Non possent dicere: *Gloria in excelsis Deo*, nisi a Spiritu sancto roborati essent, 32. In angelis et archangelis confusa essent omnia, si Spiritus sanctus ab eis discederet, 32. Non possent futura prædicere, ac docere arcana, nisi per Spiritum sanctum, 32. Non sunt beati, nisi quia Deum vident, 33. Non vident autem absque Spiritu, 33. Angelorum dux Spiritus sanctus et chori præfectus, 33. Officia sua exercent in virtute Spiritus, 33. Seraphim non possent dicere: *Sanctus, sanctus, sanctus*, nisi eos doceret Spiritus, quoties pium sit hæc verba canere, 33. Quod cum Deo conjuncti sunt et ad malitiam verti non possunt, et in beatitudine perpetuo perseverant, id illis a Spiritu accedit, 41. Inter angelos nulla liberorum et servorum distinctio, 43. Nullus inter eos imperat. Omnes servi sunt Dei, 43. Exceptis desertoribus, 43. Eorum creatio cur prætermissa a Mose, 31. Contemplatio quæ in ipsis est angelis, non est extremum bonum desiderabile, 85. Crassa enim eorum scientia, si comparetur cum ea, quæ est facie ad faciem, 85. Angelus ecclesiæ inspector, 367. Angelus custos, 505. Pacificus adjutor et viæ comes, 92. Angeli præfecti sunt hominibus, ceu quidam pædagogi, 125. Precantium in ecclesia verba describunt, 525. Conservorum adjutores, et fideles veritatis testes, 24. Jejunantium capita recensent, 526. Adfuturi sunt Christo judicanti, 24.
Anima ex divinioribus accepta, 421. Hinc Deo subjici debet, cui gravissimis obstricta debitis, 421. Ad Christi imaginem effingi debet, 247. Animæ cura longe præferenda corporis curæ, 584. Nos anima sumus et mens, nostra vero corpus et sensus, 584. Ut in stateræ momentis, dum unum deprimitur, alterum attollitur, ita in corpore et anima, 585. Animæ cupiditates posterius accesserunt ob amorem carnis, 20. Animæ expurgationis principium quies, 72. Animæ oculus expurgandus, 259. Anima carnalis spiritus illustrationem recipere non potest, 317. Animæ vim frangunt accumulata mollia et facetorum hominum verba, 72. Quandiu anima in Deo ambulat, nec damna nec morbi virum probum attingunt, 452.
Animalis ne minutissimi quidem naturam explicare possumus, 95. Animalium cædem aversantur Magusæi, 394.
Animorum imagines sunt sermones, 90. Animus vitio turpitudinis lippus, 251. In animo nostro, tanquam in templo, consecranda Dei cogitatio, 237. Animi elati dum coluntur, arrogantiores fiunt, 368.
Annesi, pagus solo Iride a Basilii monasterio separatus, 76.
Annonam militibus suppeditant curiales, 177.
Anomœorum impietas nunc circumstrepit, 90. Anomœis primum semina impietatis præbuisse Dionysium existimat Basilius, 90. Anomœi perpetuo objiciunt ignorationem diei et horæ, 360.
Anthimus, 152, 183. Post pactam cum Basilio pacem, episcopum Armeniæ contra canones ordinat, 212, 213. Basilius ei cito placatus, 218. Anthimus Basilii unanimis, 316. Anthimo insinuare conatur hæresim Sabellii episcopus Neocæsariensis, 316.
Antichristus, 251. Antichristi ingressus initia esse videbantur Basilio, quæ tunc fiebant, 408.
Antiochena Ecclesia non modo ab hæreticis scissa, sed etiam ab iis, qui idem inter se sentire se dicunt, discerpitur, 160, 394. Hanc Ecclesiam Athanasius per se sine ullius hominis adminiculo curare poterat, 159. Rogat eum Basilius, ut hoc opus aggrediatur, 159, 160. *Vide* Meletius. Basilius nullius ex iis, qui post Meletium venere, communionem amplexus est, 159, 160. Non quod indignos judicet, sed quia nihil habet unde hunc condemnet, 159, 160. Antiochenæ Ecclesiæ pacem videre cupit Basilius, 393.

Digitized by Google

Inimicus ei succenset, quia illic Christiani cœpit appellatio, 394. Nihil in orbe terrarum præferendum Antiochiæ, 139, 163. Quæ si ad concordiam redeat, velut caput corroboratum universo corpori sanitatem suppeditabit, 160. Antiochiæ nonnulla gesta, 141. Gravis persecutio sub Valente, 232. Antiocheni in persecutione, velut tristis chorus communem lamentationem edunt, 252. Antiocheni, id est, Euzoius, 387.

Antiochus (S.), 247. In litteris Eusebii, salutem manu sua mittit Basilio, 257. Cum patruo Eusebio exsulante versatur, 257. Missus Samosata redit ad patruum, 367. Litteras defert Basilii, 267.

Antipater Cappadociæ præses, 228. Abesse cogitur Basilius eo capessente gubernacula, 228. Commendat ei Palladiam propinquam suam, 228 Crambe aceto condita revocat appetentiam ciborum, 267. Gratulatur ei festive Basilius, cui in eamdem sententiam respondet, 267.

Antipater Ascalonita, 363.

Anysius, 367. Anysius alter, 433.

Apis docet naturalem contemplationem, 89.

Apolinarius omnium scriptorum copiosissimus, 378. Ad eum laicum laicus scripsit Basilius, 224, 343. Cum eo non communicat Basilius 224, 343. Nunquam ei misit canonicas litteras, 224, 343. Nunquam clericos misit, aut ab ipso missos ad precum communionem admisit, 224, 343. Librum *De Spiritu S.* nunquam ab eo petiit aut missum accepit, 224, 343. Illum nunquam inimicum duxit, 378. In nonnullis eum reveretur, nonnulla in eo reprehendit, 378. Pauca legit ex ejus scriptis, 378. Communionem renuntiat Basilio Eustathius, eo quod scripsisset Apolinario, 378. Apolinarius proclivis ad omnia dicenda, 220. Renovare dicitur Sabellii hæresim, 409. Impia illius de Trinitate dicta referuntur, 220. Illum antea accusari non audierat Basilius, sed tamen ficta esse non putat, 220. Hinc eum vituperare cogitur, ut a seipso notam hæresis repellat, 221. Dubitat an vera sint quæ ei tribuuntur, 340, 409. Videbatur defensorum veritatis socius futurus, 409. Videbatur ab initio esse ex Catholicis, 409. Scriptis orbem implevit, 406. Illius de theologia disputationes non Scripturæ testimoniis, sed humanis argumentis nituntur, 406. De resurrectione sentiebat Judaice, nosque aiebat ad legis observationem reversuros, 406, 410. Ea tradit de Incarnatione, quæ fratres valde perturbarunt, 407, 409. Et in agendo et in differendo calidus et audax, 409. Immisit in ecclesias Catholicorum qui eas scinderent, et proprios conventus sibi vindicarent, 409. Episcopos habebat sine populo et clero obambulantes et nomen nudum circumferentes, 409.

Apostasiæ initia videbantur Basilio, quæ fiebant sub Arianis, 251, 255.

Apostoli sermone Christi expurgati, 83. Ad summum contemplationis, quantum hominibus fas est, pervenerant, cum quæsierunt diem et horam, 85.

Apotactitæ, 296.

Aqua manans e petra figura vivificæ potentiæ verbi, 26.

Aquila in educanda prole iniquissima, 586.

Arcadius comes rei privatæ, 94.

Arcadius episcopus Basilio spem ex illius episcopatu conceptam significat, 142. Domum ædificat ad gloriam nominis Christi, 142. Reliquias martyrum petit a Basilio, 142.

Archilochi vulpecula, 475.

Arena. Per arenam Deus mare constrinxit, 500.

Argumentatione potior est uniuscujusque prænotio in rebus valde conspicuis, 249.

Ariadnes filium secutus Theseus, 452.

Arianum schisma olim separatum adversus Ecclesiam pugnabat, 65. Postea bellum in varias partes dissectum partim ob communem simultatem, partim ob privatas suspiciones, 65. Ariana hæresis dudum abscissa a corpore Ecclesiæ, manet in suo errore, nec multum nocet, 405. Ariani dum ingenitum et genitum inducunt, manifeste sunt Philistæi. 81. Apud Arianos multitudo deorum, 375. Deus magnus et parvus, 375. Filius non naturæ nomen sed dignitatis, 375. Spiritus non particeps divinæ naturæ, sed temere et fortuito adjunctus Patri et Filio, 375. Ariani fidem Nicænam rejiciunt, ob consubstantiale, 322. Dicunt Filium secundum hypostasim dici consubstantialem, 322. Tres deos nobis exprobrant, 81. Ex Christi Incarnatione et morte ansam arripiunt illius divinitatis negandæ, 84. Velut si quis medicum accuset, quod particeps fetoris fiat, ut sanet ægrotos, 84. Ariani ingratæ creaturæ, mali progenies, 84. Mutabilem essentiam Spiritus sancti dicere non audent, 87. Graves lupi gregem Domini ubique terrarum divellentes, 108. Ab Ario jacta hæresis semina, quæ deinceps firmata a pluribus, sub Valente exitiosos fructus protulerunt, 184. In tempestate ab Arianis excitata soli vel cum paucis Neocæsarienses tranquilli, 107. Non eos attigit ventorum hæreticorum æstus, 107. Instigiati sunt Ecclesiæ Cæsariensi, 140. Iterum metuuntur illorum insidiæ mortuo Eusebio episcopo, 140. Veniunt in Cappadociam ante Valentem, 161. Minantur concursum hæreticorum ex Armenia Tetrapoli et Cilicia, 161. In multis Ecclesiis pietatem eradicarunt, et unitatem scinderunt, 141. Ariana hæresis fere a finibus Illyrici usque ad Thebaidem depascitur, 184. Arianis sub Valente dominantibus, præmium erat impietatis episcopatus, 184. Qui gravius blasphemabat, dignior habebatur qui præesset, 184. Ariani non desinunt Catholicis argumenta scribendi suppeditare, 227. Veritatem imitari studebant, 183. Omnia ecclesiastica munia sibi arrogant, 375. Ariani sibi arrogant baptismata, deductiones proficiscentium, 375. Visitationes ægrorum, consolationes mœrentium, mysteriorum communiones, 375. Arianorum formulis subscribere idem est ac imaginem adorare, 373. Ariani nonnulli cum orthodoxis conjuncti, ita ut nullum sit amicorum et inimicorum discrimen, 165. Cum nocturna pugna comparatur status Ecclesiarum, 165.

Ariarathia, 443. Hujus loci incolæ admodum gravati et pauperes, 443.

Ariminense concilium. Ibi per vim gesta Romæ dissoluta sunt, 162. Hujus rei Acta postulat Basilius ex Occidente mitti, 162.

Arinthæus corporis robori parem habens animi virtutem, 415. Illius humanitas et generosa indoles, 264. Unum naturæ humanæ exemplar, 416. Nec statuarii et pictores formæ dignitatem, nec historici res gestas assequi possint, 416. Obiit non senio fractus, 416. Omnem maculam baptismo expurgavit in ipso exitu, 416. Conciliatrix illi et adjutrix hujus rei uxor, 416. Hanc consolatur Basilius, 415, 416. Et rogat ut matri senio confectæ parcat et teneræ filiæ, 415, 416.

Aristoteles sensit sibi deesse Platonicos lepores, 226.

Armenia episcopo Cæsariensi subjecta, 195 Satalenses a Basilio episcopum petunt, 195. Armeniæ episcopi ordinantur a Cæsariensi episcopo, 212, 213. Sebasteni presbyteri curam ecclesiasticam a Basilio exposcunt, 230. Armenia episcopis destituta pluribus in locis, 195. Multa in hac regione indifferenter peccabantur, 195. Opus erat viris linguæ peritis, quique reliquos usus gentis proprios scirent, 195. Armenia seditionibus referta, 212. Armeniæ montes hieme impervii, 246. Armeniæ pars vicina Neocæsariensibus cum Basilio communicat, 307. Armenia Tetrapolis, 161.

Arti unicuique proprius labor adjunctus, 96. Artes aliæ ad vitam necessariæ, aliæ ad honestius vitæ institutum excogitatæ, 188. Artes nec vitia per se sunt nec virtutes, sed pro utentium proposito, 356. Artium studia hujus ævi finibus continentur, 422.

Asceticæ vitæ præcepta, 126, 127. Ad asceticæ vitæ apicem non statim assurgendum, sed satius est paulatim proficere, 126. Ascetæ commendatur lectio Scripturæ, maxime Novi Testamenti, 127. Consanguineis suis mortuus est, quare non debet cum illis versari, 127. Nec propter eorum usus a loco suo recedere, 127. Ascetæ aurum maxime fugiendum, 128. Si quis afferat pecuniam distribuendam pauperibus, suadere asceta debet ut ipse distribuat, 128. Ne illum coinquinet accepta pecunia, 128. Nihil a quoquam accipere debet ultra quotidianum vitæ asceticæ usum, 128. Ascetis incipientibus opus est magistro, 239. Indigent freno et stimulis, 239. Satius est hominis prudentis consilio regi, quam in desertis locis vagari, 241. Speluncis et saxis præferendum hoc subsidium, 241. Ascetæ non per se ipsi bona sua distribuant, sed per eum qui res pauperum dispensat, 241. Ascetica vita et mundi negotia conciliari non possunt, 430. Plena est natura ejusmodi exemplis, 430. Nec mens nec sensus duo simul percipere possunt, 430. Asceticæ vitæ et virginitatis cum civilibus dignitatibus conjunctio, 208, 209. Ascetica vita omnibus suspecta ob lapsum nonnullorum. 211. Risum movet ascetarum peccatum his qui piam vitam exsecrantur, 211.

Ascholius (S.) Thessalonicensis prior scribit Basilio, 243. Magnum studium significat beatissimi Athanasii, 243. Scribit Basilio epistolam amore refertam, 254. Mittit corpus martyris, cujus ipse hortator fuerat, 254, 255. Cappadociam laudat ob beatum Eutychen, a quo fides in has regiones perlata, 235. Martyrum certamen egregie describit, 255.

Asclepius ex plagis mortuus, eo quod cum Doec communicare nollet, 384.

Asianus tractus. In eo mirum si qui ab errore alieni, 531. Asiatici nonnulli probaverunt baptisma Novatianorum, 270.

Assentatio pestis amicitiæ, ut rubigo tritici, 418. Assentationes solent magnis potestatibus adhærere, 419

Asterius, 152.

Digitized by Google

Astydamas, 122.
Atarbius Basilio iram per silentium declarat, 158. Idem tamen uterque sentit, 158. Media in ecclesia Basilium dilacerat, 217. Sabellii hæresi affinia loquitur, 217, 218. Ecclesiarum gravis dolor ob illius dicta, 218. Nicopoli aufugit ubi audit Basilium advenire, 217. Scribit ei Basilius, ut modico itinere confecto, ad se veniat, 218.
Athanasius (S.). Nemo magis dolebat ex confusione Ecclesiarum, 158. Viderat enim priscam tranquillitatem, et præterita comparabat cum præsentibus, 158. Nemo ad videndum quid deceat, acutior, et ad perficiendum accuratior, nemo toti Occidenti venerabilior, 159. Tanta illi aliarum Ecclesiarum cura, quanta Alexandrinæ, 161. Nullum tempus intermittebat disserendi, admonendi, ac subinde mittendi ad alias Ecclesias, 161. Athanasii tuta et secura consilia, tum ob experientiam, tum quia præ cæteris a Spiritu consilium habet, 162. Medicus morborum Ecclesiæ a Domino reservatus, 173, 175. Videt ex mentis contemplatione quæ ubique gerantur, 173, 175. Fraternitatis ubique diffusæ curam gerebat, 225. A puero pro pietate certavit, 175. Ab eo innumeri labores pro Ecclesiis exantlati, 159. Beatissimi Athanasii studiosum esse, argumentum est sanæ in maximis rebus sententiæ, 243. Athanasius Basilium diligebat, 225. Athanasii litteræ ad Basilium de recipiendis ab Ariana hæresi redeuntibus, modo fidem Nicænam recipiant, 306. Illius litteras conservat Basilius et omnibus exposcentibus ostendit, 306. Dolet ab eo prætermissam scribendi occasionem, 173. Parem ærumnis consolationem accepisse sibi videretur, si ad historiam vitæ suæ congressum cum Athanasio adjiceret, 173. S. Athanasius excommunicat Libyæ ducem, ac litteras ea de re mittit Basilio, 155. Ad Athanasium confugit Basilius, ut Orientis ac in primis Antiochiæ mala sanentur, 158 et seqq., 175. Athanasius acceptas ab Occidente litteras mittit ad Basilium, 181. Athanasium inter et Meletium, res gestæ sub Joviano, 321. Athanasius Meletii communionem appetiit, 394. Dimissus a S. Meletio sine communione, 181. Quare a S Basilio rogatus, ut prior scriberet Meletio, id facere noluit, 181. S. Athanasii ad Paulinum litteræ, 321.
Athanasius pater Athanasii episcopi Ancyrani, 102. Vir doctus, quique gubernacula urbium et gentium tenuerat, 103. Questus est quod Timotheus chorepiscopus de se apud Basilium detraxisset, 103. Hortatur eum Basilius ut calumnias vitet, dilectionem erga liberos intendens, 103. Sed negat sibi quidquam a Timotheo dictum, 103.
Athanasius Ancyranus episcopus, 103, 104. Magna certamina pro fide sustinuerat, 104. Illum Basilius fidei inter paucos firmamentum esse ducebat, 104, et columnam Ecclesiæ, 109. Ancyranam Ecclesiam in unam consensionem et communionem compegerat, 109. Multa opera Ecclesiis Dei exantlaverat, 109. Huic Basilius Ecclesiarum curam deferebat, 109. Illius os justa libertate et gratiæ verbis scatebat, 109. Illum sæpe reprehendit Basilius quod totus dissolvi et cum Christo esse cuperet, nec in carne propter suos manere præferret, 109. Longa experientia Basilium noverat, 104. Is tamen iratus erat Basilio, succensebat, minatur, 103. Noxas ab eo scribi et componi dicebat, 104. Illius morte afflictam Ancyram consolatur Basilius, 109.
Athenæ, 461. Athenis olim notis inusti infamiæ, aut manibus non puri ad forum accedere non audebant, 169.
Athenogenes festinans ad consummationem per ignem, discipulis hymnum reliquit, in quo Deum glorificabat cum sancto Spiritu, 62.
Athletis longe gravius est, non admitti in stadium, quam plagas accipere, 64.
Athos velificatus, 455.
Attagæna, 422.
Atticus rogator, 447.
Auditio, 272, 295, 326 et seqq.
Aulica simulatio, 122
Auris utriusque tinnitus, ubi aliquid grave et molestum auditur, 131, 225, 231.
Aurum campano numero ponderatum, 123. Aurum animæ insidiator, et peccati pater, et diaboli minister, 128. Aurum comparatitium, 179. Tempus ei solvendo præstitutum prorogari petit Basilius, vel reliqui solutionem aliquandiu differri, 180.
Avaritia idololatriæ nomine damnatur, 101. Copia ultra necessitatem perducta imaginem exhibet avaritiæ, 101. Avaritia radix omnium malorum, et idololatria vocatur, 148. Avarus omnia in aurum verti cupit, 499. Satiari nunquam potest, 498, 499. Pauperem merito se esse dicit, 498. Avari stultitia horrea majora cogitantis exstruere, 500. Avarus cum seleucide ave et piscibus comparatur, 501. Frustra liberos causatur, 502. Avari in alienis rapiendis quam noxia cupiditas, 502, 503. Sollicitudine distringitur ac metu, 503. Varii illius prætextus ut rapiat aliena, 503. Illius in Christi judicio calamitas, 504. Avari divitis duritia in pauperes, 498 Avarus causa est malorum in quæ pauperem desperatio conjicit, 501.
Aves quibus adunci ungues, pullos e nido ejiciunt, 586. Aves et pisces eamdem habent originem, 275.

B

Balaam augur per manum vaticinabatur, 279. Adduci non potuit, ut vocem emitteret præter Dei voluntatem, 317.
Baptismus initium vitæ, et dierum omnium primus est dies regenerationis, 22. Prima est institutio, qua liberati a simulacris accedimus ad Deum, 22. Baptismus, vivifica gratia, 23. Potestas renovationis, causam habens ineffabilem et in mysterio reconditam, 23. Per traditionem, quam accipimus in baptismo, fimus Dei filii, qui prius hostes eramus, 22. Ex mortali vita ad immortalem natura nostra per vivificam potentiam transfertur, 278. Christi incarnatio, vita, mors et sepultura eo spectant, ut per imitationem Christi adoptionem filiorum recipiamus, 28. In baptismo accipimus immortale indumentum, 431. Removemur ab omni peccato et proximi Deo fimus, 431. Magna esse debet thesauri et regii depositi custodia, 431. Sigillum integrum custodiendum, 431. Baptizatus sanctimoniam in omnibus membris retineat, utpote Christum indutus, 431. Membra digna sint tam sancta veste, 431. Salvi fimus per gratiam quæ confertur in baptismo, 21. Ascendimus ab aquis ex mortuis vivi, 26. Baptisma et fides duo modi paraudæ salutis inseparabiles, 25. *Vide* Fides. In baptismo aqua conjuncta Spiritui, quia duo scopi propositi sunt, ut aboleatur corpus peccati et vivatur Spiritu, 29. Aqua mortis exhibet imaginem, corpus velut in sepulcro recipiens : Spiritus vim vivificam immittit, 29. Necesse est Christum imitari non solum in exemplis virtutis, sed etiam ipsius mortis, 28. Id autem consequimur, consepulti cum illo per baptisma, 28. Modus sepulturæ in quo positus, 29. Baptisma unum est, quia una est mors pro mundo et resurrectio, quarum figura est baptisma, 29. Discrimen inter gratiam Spiritus et baptismum, in aqua, 30. In baptismate in Moysen et mare nulla peccatorum remissio et renovatio, 27. Nullum spirituale donum per Moysen, 27. Non induebant hominem novum, non exuebant veterem, 27. Baptismi figura Israelitarum exitus ex Ægypto, 26. Servata istorum primogenita, ut baptizatorum corpora, 26. Sanguis pecudis figura sanguinis Christi, 26. Primogenita typus veteris hominis in nobis remanentis, ut ostendatur nos in Adam non jam mori, 26. Mare per figuram baptisma separans a Pharaone ut lavacrum a diabolo, 26. Si qua gratia in aqua, non ex ipsius natura, sed ex præsentia Spiritus, 29. Baptisma et fides in Moysen et in nubem, velut in umbram et figuram, 23. At baptisma et fides in Spiritum sanctum æque ac in Patrem et Filium, 25. Baptismi Moysis et nostri tanta differentia, quanta somnii a veritate, 27. Joannes baptizavit in aqua, 30.
Baptismus inutilis, in quo aliqua ex tribus personis omitteretur, 25. Baptismi traditioni aliquid addere aut detrahere, plane est ab æterna vita excidere, 23. Inviolabilis semper manere debet traditio, quæ in baptismo data est, 23. In baptismo Spiritum a Patre et Filio separare, periculosum est baptizanti, et baptizato inutile, 25. Æquale damnum est sine baptismo decedere e vita, et baptismum accipere, cui unum aliquod desit eorum quæ tradita sunt, 21. In baptismi commemoratione Apostolus sæpe omittit nomen Patris et Spiritus sancti, 23. Non idcirco indifferens nominum invocatio, 23. Christi enim appellatio, totius est professio, 23. Baptismus traditioni Domini consentaneus, et baptismo fides, et fidei glorificatio, 57, 188, 216, 263, 388. Luctuosa res acceptam salutem in baptismo per Patrem et Filium et Spiritum sanctum rejicere, et quæ tunc credidimus negare, 21. Professio, quam in baptismo deposuimus, semper servanda, ut tutissimum præsidium, 22. Quisquis hanc non servat omni tempore, alienus est a Dei promissis, 22. Repugnat proprio chirographo, 22. Vox illa omnium pretiosissima, quæ in adoptionis gratia prolata est, 22. Baptismi pacta violare quantum sceleris, 22. Baptismatis mysterium tribus demersionibus ac totidem invocationibus perficitur, 29. Trina immersio et emersio figuram trium dierum adimplet, 563. Benedicitur aqua baptismatis et unctio olei, et is qui baptizatur, 55. Renuntiatur diabolo et angelis ejus, 22, 55. Nonnulli in proprio baptizati sanguine, non opus habuere ad salutem symbolis quæ sunt in aqua, 30. Non tamen hæc detrahunt de necessitate baptismi, 50. Baptismus ignis, probatio quæ fiet in judicio, 30. Semel baptizatis adest quodammodo Spiritus sanctus exspectans eorum conversionem, 34. Vituperantur qui baptismum differunt, 515 519.

Digitized by Google

Baptisma illud antiqui suscipiendum putavere quod nihil a fide recedit, 268. Hinc distinguunt, hæreses, schismata, parasynagogas, 268. Hæreticorum quidem baptisma rejiciunt, schismaticorum vero admittunt, 269. Pepuzeni cum sint hæretici, eorum baptisma rejiciendum, 269. Cathari sunt schismatici. 269. Variæ de eorum baptismate exstiterunt sententiæ, 268, 296. Firmilianus et Cyprianus rejecere, 270. Sed tamen quia nonnullis Asiaticis probatum fuit, probat illud Basilius, 270. Amphilochio assentitur, qui consuetudinem locorum sequendam putat, 268. Encratitas rebaptizandos censet Basilius, 270. Nisi hoc generali œconomiæ sit impedimento, 270. Izoinum et Saturninum ex hac secta suscepit in cathedram episcopalem, 270. Eos tamen rebaptizandos putat, quamvis baptizent in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, 296, 297. Sunt enim germen Marcionistarum, 297. Si rebaptizatio vetita in Pisidia, ut apud Romanos, suam tamen consuetudinem retinere vult Basilius, 296, 297. Idem de Saccophoris et Apocactitis, 296.

Barachus episcopus, 183.

Barachus a S. Eusebio missus, 253.

Barathrum orbis terrarum, 94. Barathrum naturale, 169.

Barses (S.) episcopus Edessæ, 407. Illius videndi cupidus Basilius, 407, 413. Mittit ei quædam munuscula, ac rogat ut sibi exemplo Isaac benedicat, 414.

Barsumas, 183.

Basilides Paphlago hæreticorum communicatur, 347, 387.

Basilius (S.) ab infantia usque ad senectutem infirma valetudine, 113, 299, 482. Basilii morbos renovat dolor ex malis Ecclesiæ, 234. Natura proclivis ad oblivionem, 150. Negotiorum multitudo innatam infirmitatem adauget, 150. Non tanti se facit, ut non per se ipse, sed per alium adeat insignes viros, 204. Peccatis attribuit suis quæ eveniunt, 313. Accepta opprobria vitæ suæ fatetur convenire, 193. Peccatis suis attribuit infelicem consiliorum exitum, 193, 214, 412. Et Eustathii calumnias, 224. Fatetur se innumeris delictis obnoxium esse, 300. Postulat ut incuratus non relinquatur, sed suum sibi delictum indicetur, 301. Paratus judicandum se exhibere, 300, 302. Ob peccata lacrymas fundere non cessat, 304. Mores suos longa cum improbis consuetudine perversos fuisse ait, 357. Videtur sibi gratia Dei non duci, sed in peccatis vivere, 393. Vilis sibi videtur ac nullius pretii, 190, 392. Oblivione dignus ob vilem et abjectam vitam, 413. Publico non gaudet, 313. Latere omnium maxime studuit, 317. Latitare in vita inter primaria bona existimat, 91. Videtur sibi multo inferior, quam quis suspicari possit, 80. Negat se et sermone et opere et donis Spiritus idoneum esse, ut sibi invicem adversantes flectat, 243. Vindictam eorum quæ passus est Deo committit, 217. Parum movetur his quæ contra se fiunt, plurimum vero iis quæ contra Deum et Ecclesiam, 217. Persuasum habet se aliis indigere, nihilque in solitudine conficere posse, 190. Miratur, cur a suis tantopere diligatur, cum adeo tenuis sit, 80. Basilius parvus et humilis, sed idem semper, nec unquam mutatus, 388. Admoneri paratus ab episcopis Cappadociæ, 154. Scriptorum suorum robore non multum confidit, 98. Videtur sibi doctrinam imbecillitate sua magis lædere quam patrocinio promovere, 80. Amicos rogat, ut si quid in scriptis suis, infirmius sit, redarguere ne pigrentur, 98. Consentit ut scripta sua emendentur, si quis dicat meliora, 86. Moleste fert Urbicium monachum timide ad se scribere, 403. Novit semetipsum, 403. Ac probe scit nihil impedire quominus se major sit Urbicius, si magis timeat Deum, 403. Basilii amica et contubernalis paupertas, 76, 267. Aurum non possidet, 124. Paupertatem laudare non desinit, 76. Pauperum numero se adjungit, 495. Prædia non possidet, sed pauper est Dei dono, 114. Hospites excipit, ut paupertas sinebat, 76. Asperum illius vivendi genus, 124. Basilius presbyter a tributis immunis, 115. Basilio optima adjutrix ad contemplationem requies, 91. Præ infirmitate plantarum in morem eodem in loco detinetur, 91. In secessus primordiis dolet quod seipsum nondum reliquerit, 71. Officii sui esse ducit, monachorum curam gerere, 425. In profectu monachorum unice acquiescit, 345. Sperat se habiturum fiduciam ob eorum salutem, 346. Basilii dolor, ubi audiit Firminum, qui vitam asceticam profitebatur, arma ac militiam sequi, 208, 209. Vitam cœnobiticam præfert anachoreticæ, 433, 520. Perfici et crescere cupit virtutem, quam in teneris discipulorum animis insevit, 432. Multa novit et adeuntibus potest impertire, 241. Sanctus Basilius veram charitatem in Cappadocia desiderat, 182, 229. Pro pace vitam libenter profundat, 182, 229. Pacem veram requirit, quam Dominus reliquit, 219. Charitatem et communionem libenter fovet cum remotis episcopis, 181, 182, 243, 254, 260, 284, 392. In tristitia degit quod Ponti episcoporum sibi charitas desit, 299. Servum se Christi esse non posse putat, nisi pacem cum omnibus, quantum in se est habeat, 300. Paulinum ejusque amicos, ut fratres et domesticos fidei agnoscit, 321. De Paulino nonnulla audivit, 394. Sed fidem non adhibuit, quia non stabat accusatus coram accusatore, 394. Neminem accusat, charitatem cum omnibus habere cupit, 321. Sed Meletium nunquam deserere possit, 321. Pacis conciliator esse semper optavit, 393. Re infecta mœret, sed nemini succenset, 393. Scit enim pacis bonum jamdudum esse sublatum, 393. Nemini concedit qui pacem magis diligat, 243. Totus in eo est, ut pacem conciliet, nec sua culpa noxii quidquam populo Dei eveniat, 217. Nulla a Basilio major minorve dissidii causa, 377. In Basilio nulla habitat invidia, 86. Privatas habet cum nemine contentiones, 246. Nec in quemquam accusationibus præoccupatus est, 246. Molesta illi fratrum disjunctio, 382. Sed in his ferendis exercitatus est ab Eustathio, 382. Sollicitus de pace Ecclesiarum, 413. Basilio multi in patria amici et cognati, 114. Multi importune litteras commendatitias efflagitant, 114. In parentis loco constitutus sibi videtur ob presbyteri dignitatem, 114. Optat ut sibi liceat apud suos gloriari ob impetratam reis veniam, 205. Paratum est perfugium eorum qui persecutionem patiuntur, 390. Interponit se ut negotia inter cives componantur, 422. Negotiorum inexpertus est, 112. Basilium pudet eos, qui ad se confugiunt, juvare non posse, 166. Civitatem universam hortatus est ad reliquum auri comparatitii ex symbola solvendum, 180. Basilium detinent occupationes, quominus sæpe amicis scribat, 97. Libenter cedit, ac in amicitia vinci idem valere existimat ac vincere, 158. Amicum existimat sapientem virum, etiamsi nunquam viderit, 136. Basilio amatoria evenerat quædam affectio in animas amicorum, 214. Cum multis insignibus viris eum conjungit accepta ex auditu cognitio, 176. Nullo eorum, qui amicitiæ laude spectati sunt ignobilior, 419. Nunquam in amicitia peccasse deprehensus, 419. Præterea mandatum habet charitatis a Deo, 419. Sua vocat, quæ amicorum sunt, 176, 414. Amicitiam cum aliis virtutibus didicit, 176. Velut in trutina, jucundis molesta opponens, melioribus inclinat, 382. Multos dilexit a prima ætate usque ad senium, 418. Facilis ad credendum, iterum deceptus diffidit, 152. Obtrectationes sine examine non admittit, 102. Imitatur Alexandrum, qui calumniam patienti alteram aurem reservabat, 103. Propria experientia cognovit quanta sit ad calumniam proclivitas, 340. Maxima crimina esse ducit oblivionem amicorum et contemptum ex potestate ortum, 150. Ingenue judicat de scriptis amicorum, 227. Imminente exsilio dolet quod ab amicis non invisatur, 213. Vitam miseram et fugiendam putat ab amicorum consuetudine separatam, 214. Precibus remunerat eos a quibus beneficia accipit, 114. Basilium pudet non puræ amicitiæ, sed utilitatis causa scribere videri, 176. Culpam semel dimissam non vult commemorare, 496, 218. Acceptas ab amicis injurias in tempus rejicit, 104. Nihil eum rerum humanarum percellit, 105. Nihil ei novum, 412. Nullius ei hominis immutatio inexspectata, 103. Contumelias silentio premit, 207. Precatur calumnias Eustathii discipulis a Domino non imputari, 210. Non quæ ab hæreticis, sed quæ ab unanimis accidunt, mœrorem afferunt, 412. Ne hæc ipsa quidem inexspectata eo quod sæpe accidant, 412. Cura illum non enarrabilis Ecclesiarum detinet, 415. In afflictionibus opem ei celerem præstat Dominus, 319. Ejus dolor ob exsilia episcoporum, 287. Ex malis Ecclesiæ, 113. S. Basilius a teneris Gregorii doctrina imbutus ab avia Macrina, 506. Dum peregrinatur, ubique fidei defensores sequitur, 506. Nunquam ullus sermo fidei contrarius in ejus cor intravit, 506. Si quos Arii discipulos in communionem suscepit, pie loquentes suscepit, 506. Basilii fides nunquam mutata, 338. Accepta a teneris principia creverunt, ut semen; nunquam mutata, 338. Acceptam a decessoribus suis traditionem, ut paternam hæreditatem servabat, 60. Simile secundum essentiam probat, si addatur *citra ullam differentiam*, 91. Secus vero non probat, 91. Consubstantiale profitetur ut minus fraudi obnoxium, 91. Arianos pariter et Anomæos anathematizat, 349. Ingemiscit quod contra duos pugnare cogatur, 315. Hinc Anomæus, illiac Sabellius, 315. Basilii fidei nullum probrum inuri potest, 310. Plures in unaquaque Ecclesia veritatis testes, 310. Frustra in eum somnia figuntur, 310. Scire cupit quinam in quaque Ecclesia sani sint, ut sciat quibus scribendum sit et in quibus acquiescendum, 405. Ab Evippii communione discessit, 219. Suam Eustathio communionem non vult dare, nisi is aperte communionem cum hæreticis ejuret, 219. Fermenti heterodoxorum particeps esse non vult, 385. Nunquam cum Eusebio et Meletio communicasset, si illos in fide claudicantes vidisset, 415. Precatur, ut inter septem mille viros numeretur, qui genua ante Baal non incurvavere, 248. Vitam et incolumitatem negat anteponendam veritati, 44. Basilio nihil antiquius veritate

Digitized by Google

ac propria securitate, 383. Terram optat sibi dehiscere, mendacii et fraudis probriis aspersus, 152. Non facile quemquam mentiri suspicatur, 150. Millies mori mallet, quam judicem corrumpere, 228. Non potest cum simulatione ad aram Dei accedere, 219. Tacere non potest in pernicie animarum, 312, 315. Accusatur quod noxas conscribat, 104. Quod Spiritum Patri præferat, 388. De Spiritu illius doctrina accusatur ab Eustathio, 348. Basilii scripta pro Filii et Spiritus sancti divinitate, 104. Metuit ne quis hæreticus scripta sua sub Basilii nomine ediderit, 104. Optat ut hæretici mansuescant · sed si efferati prorsus sunt, non ei molestum est pro fide affligi, 64. Statuit extra ecclesiastica esse tela, ut imparatus adversus ea quæ struuntur ab adversariis, 228. Basilius veluti scopulus in mari prominens hæreticos fluctus excipit, 300. Anomœi bellum inferunt, 319. Insidiantur Pneumatomachi, 319. Illius anima quæritur, 246. Sed non idcirco de studio Ecclesiis debito remittet, 246. Basilium adoriuntur Pneumatomachi quod gloriam dicat Patri et Filio cum Spiritu sancto, 3. In eum conglomerati insurgunt, 64. Cum eo inimici ut lupus cum agno contendunt, 277. Tres deos affingunt, 277. Mox Sabellianismi nomine accusant, 277. Basilius silere voluerat, 66. Sed eum retraxit charitas, ac excitavit Amphilochii igneus charitatis fervor, 67. Sperat opus suum non proditurum in vulgus, 67. In Basilium furiis incensi Pneumatomachi, 21. Sed latere non patitur Basilius fidem ab illis impugnari, dum sibi bellum inferunt, 21. Statuit de veritatis defensione nihil remittere, 21. Non deterret hostium nubes, 67. Fixa spe in præsidio Spiritus, veritatem cum omni fiducia annuntiavit, 67. Pneumatomachorum contumelias indigne non fert, 10. Nisi doleret ob eorum exitium, gratias illis haberet ob conciliatam sibi beatitudinem, 10. Pneumatomachis novator appellatur, ac omnibus conviciis appetitur, 10, 63. Basilio hæc molesta sunt; sed etiam si ignis ardeat et enses acuantur; non idcirco deseret traditionem, 63. Quandiu respirabit, statuit nihil omittere ad ædificationem Ecclesiarum, 302. Basilium Ariani ad synodum vocare statuerunt, eumque aut communicatorem habere, aut ejicere, 366. Viribus suis altius esse existimabat fidei Nicænæ aliquid addere ad comprimendos Apolinaristas, 593. Basilium non pudet in minimis rebus theologicis operam insumere, 3. Præclarum existimat, vel minimam earum dignitatis partem assequi, 3. In mininis verbis certamen videt maximum et spe præmii non detrectat laborem, 3. Basilii summus dolor, ubi audit præter mala ab Arianis orta, aliam prodire de Incarnatione novitatem, 401. Docuit rerum infelix status nihil ægre ferre, 163. Sanctus Basilius non contentionis aut gloriæ studio scribit, sed ad fratrum utilitatem, 86. Videretur sibi periculum proditionis incurrere, si non de Deo consulentibus responderet, 80. De rebus divinis interrogatus gaudet et gratulatur interroganti, 247. Oratione suavi ducitur, ut apes tinnitibus, 448. Basilio non est otium legendi scripta recentiora, 378. Ne in Scriptura quidem satis laboris impendere potest ob corporis infirmitatem, 378. Basilium contractæ sordes ex vulgari sermonis usu deterrent, quominus sophistas alloquatur, 97. Negat se dicendi facultate præditum esse, 593. Nam vana quidem reliquit, sed nondum idoneum habet usum veritatis dogmatum, 393. Non tutum existimat res magni momenti litteris committere, 172. Multa in litteris scribere non audet, quæ bajulo relinquit narranda, 151. Videtur sibi ad omnia segniter se habere, 226. Tantum abest ut scribere possit, quantum fere ut valeat, vel ferietur, 227. Basilii dolor quod quidam episcopi sibi subditi ordinare pretio dicantur, 147. Minatur illis depositionem nisi desinant, 147. Basilii summa religio in electione chorepiscoporum, 428, 429. Antiquam in recipiendis pagorum ministris disciplinam renovat, 148, 149. De interrogatis Amphilochii nunquam sollicite cogitaverat, 268. Rem diligenter attendit, et si quid a senioribus didicisset, recordatus est, 268. Per septem jejuniorum hebdomadas nocte et die sine intermissione Evangelium nuntiat, 477. Virginem famosis libellis læsam hortatur, ut se non ulciscatur, 427. Lites auctori injuriæ inferentem non vituperat, 428. Reum judicibus eripere non vult, 428. Statutum habet nocentes magistratibus non tradere, nec traditos eripere, 428. Servos qui ad se confugerant, e supplicio eripere conatur, 167, 168. Jura sacerdotum defendit adversus magistratus, 425, 426. Petit ut decenti modo advocetur ab episcopis, 152, 133, 191. Non agnoscit episcopum ab hæreticis ad eversionem fidei ordinatum, 570. Declarat se non recepturum pace reddita eos quos ille ordinaverit, 570. Glycerium diaconum, qui cum virginibus fugerat, spe veniæ revocare conatur, 238, 239, 260. *Vide* indicem capitum *Vitæ sancti Basilii*, quem hic repetere supervacaneum.

Basilius Eustathii discipulus, 210.

Bassus, 183.

Batnæ, 224.

Beatitudo in Dei visione posita. Visio non est absque Spiritu, 33. Cœlum suscipit eos qui in Christo infantes moriuntur, 78. Qui moribus sunt dotti expertibus, eamdem ac qui in Christo infantes sunt, requiem consequuntur, 78. Beatitudo extrema est etiam Christus secundum Verbi considerationem, 85. Tunc enim mens nostra erigitur ad beatam sublimitatem, cum Verbi unitatem et monadem contemplatur, 86. Sed secundum Incarnationem Christus non est extremum bonum desiderabile, 85. Quorum nunc umbras videmus tanquam in speculo eorum archetypa videbimus, 89. Beati non dicendi qui vivunt, 472. Beatos Basilius appellat mortuos, 160, 174, 245, 321, 359, 345, 394, 406.

Bellum. In bello fortiter gesta a sanctis viris, per Spiritum sanctum gesta sunt, 33. Cædes in bello factæ olim pro cædibus non habebantur, 275. Suadendum putat Basilius ut per tres annos a sola communione abstineant, 275.

Benedictio est sanctificationis communicatio, 294.

Beneficio majori afficitur is qui dedit, quam qui acceperunt, 205.

Berisi pagus quidam, 179.

Berœa, 267. Berœensis Ecclesia scribit Basilio per Acacium presbyterum, 333. Ibi cleri accurata agendi ratio, populi concordia, magistratuum magnanimi mores, 333. Hujus Ecclesiæ labor in persecutione toto orbe celebratus, 334. Multas Ecclesias erexit suo exemplo, 334. Berœense monasterium statim post Pascha incendunt hæretici, 390. Igni tradunt labores monachorum, 390.

Bianor presbyter Antiochenus, 290. Juraverat coram infideli viro territus se sacerdotio non amplius perfuncturum, 290, 291. Iconium venit, 291. Censet Basilius eum in clerum suscipi posse, sic tamen ut pœnitentiam agat ob temerarium jusjurandum, 291.

Blasphemia in Spiritum sanctum irremissibilis, 59, 269, *Vide* Spiritus sanctus.

Boethus, 183.

Bona primaria et maxima, dilectio Dei et proximi, 90. Bona non sunt natura divitiæ, gloria et sanitas, 364, 497. Quatenus bonos non reddunt possessores 364. At contrariis magis eligenda sunt præposita, 364. Bonum æternum, una res expetenda, 421. Boni initium recessus a malo, 472. Boni quidquid facimus, nobis ipsi colligimus, 244. Duplici pœna dignus qui malum facit boni prætextu, 474 Boni communio, 326, 330.

Bosporius episcopus, 143, 144. Monet Basilium de calumniis ipsi inflictis, 143. De Basilio dedocet canonicas et Basilium de canonicis, 144. Eadem in illo ac in Basilio fides et sententia, 143. Basilii communicatoribus adjungitur, 234.

Boves redeunte vere ad exitus spectant, 583. Bos illacrymatur amisso socio, 583.

Bretannius, 208.

Briso vir bello clarus, 439. Subito ereptus vita in ipso ætatis flore, 438, 439. Illius jacturam totum fere imperium sensit, 438, 439. Hunc imperator desideravit, milites planxere, viri in maximis dignitatibus ut proprium filium luxere, 438, 439. Illius uxorem consolatur Basilius, 438, 439.

Bruta animantia inter se consociantur: homines bellum cum necessariis et domesticis gerunt, 67. Futuris providet, homines non item, 582. Bruta animantia naturalem amorem fetibus suis exhibent. 103. Bovem amisso socio illacrymantem vidit Basilius, 538. In animantibus elucet Dei providentia, 581, 582, 583. Cur nonnulla venenata, 583.

C

Cædis voluntariæ et involuntariæ discrimina, 272, 273. Cædes involuntaria undecim annorum spatio abunde punita, 273. Moysis præcepta observanda in dignoscenda cæde involuntaria, 275.

Cæsarea de eruditis viris et omnibus bonis, quibus opulentæ urbes abundant, gloriabatur, 171. Non deerant cœtus eruditorum virorum et in foro colloquia, 169. At his omnibus eam spoliavit divisio Cappadociæ, 169. Introducta Scytharum et Massagetarum inscitia, 169. Una vox eorum qui exigunt et a quibus exigitur, 169. Occlusa gymnasia, noctes non illustratæ, 169. Senatorum alii fugiunt, alii Podandum abducti, tertia pars relicta ingemiscit, 170, 171. Ipse civilis cœtus animo concidens per agros divagatur, 171. Cæsarienses magistratus plerique in agris, 180. Cæsarea metropolis, 94. Cæsariensis Ecclesia sana est, ejusque percelebris pietas, 141. In Cæsariensi Ecclesia semper viguit fides Nicæna, 233. Cæsareæ

Digitized by Google

metropoli insidiati sunt Ariani, eamque zizaniis hæreticis complere voluerunt, 140. Iterum metuuntur illorum insidiæ mortuo Eusebio episcopo, 140. Multi insidiantur lupi, 232. Cæsariensis Ecclesia, scopulus in mari prominens, 300. Circa illam franguntur hæretici fluctus, nec ea quæ retro sunt, alluunt, 300. Cæsariensi episcopo Armeniæ subjecta, 195. Cæsariensis episcopus Armeniæ episcopos ordinare solet, 212, 213. Cæsariensi Ecclesiæ traditæ sunt a sanctis regulæ, 249. Cæsariensis Ecclesiæ more prohibentur nuptiæ cum sorore uxoris mortuæ, 249. In Cæsariensi Ecclesia asservabantur litteræ Dionysii Romani, 165. Cæsariensis clerus ingens numero, 289. Clerici sedentarias artes exercent, non vero mercaturam, 290. Hinc non libenter peregre eunt, 290. Cæsareæ omnes clerici una vicarii voce curiæ traditi, 365. Cæsariensis episcopi auditu morte statim episcopi in urbem conveniunt, 234. In Cæsariensi Ecclesia non humanis verbis; sed oraculis Spiritus sancti placatur Deus, 311. Ejusdem Ecclesiæ mos psallendi et vigilandi, 311. Cæsareæ dies festus in honorem sancti Eupsychii, 263. Cæsareæ quotannis celebratur a tota vicinia festum sanctorum Eupsychii et Damæ et eorum chori, 263, 388. Cæsariensis Ecclesia Eusebii Samosatensis videndi et audiendi cupida, 142. Cæsariensi Ecclesiæ omnium bonorum antiquissimum videre Eusebium et audire, 236. Eam Basilius magna spe suspendit, promissa narrans Eusebii. 236. Cæsariensis populus, cum multos expertus sit, nullius vocem magis desiderat, quam Amphilochii, 263. Cæsariensis Ecclesia et Neocæsariensis olim inter se unum erant, 307. Frequentissime populus miscebatur, et e clero alii ad alios veniebant, 307. Pastores alter altero duce et magistro utebantur, 307. Prope Cæsaream insigne Ptochotrophium, 249. Cæsareæ mœnia vetustate collapsa, 300.

Cæsaria patritia, 186.

Cæsarius Gregorii Nazianzeni frater, 105 Basilii monita æquo animo solebat accipere, 105. Mirabiliter a Deo ereptus e periculo, 105. Moriens dixit: *Mea omnia vo!o esse pauperum*, 111. Mortui bona a servis compilata, 111.

Caini peccatum et pœna, 396, 397, 398. Cain immerito occisus putatur a Lamech, 399.

Calamitates cur eveniunt, 809.

Calcearium pretio vili sit, sed tamen aptum ad usum explendum, 74.

Calidis mortui non juvantur, 229.

Callisthenes, 166. De ejus lenitate et animi moderatione consentiebant omnium testimonia, 168. Is læsus a servis Eustochii, militem immisit, 168. Cum ad Basilium servi confugissent, scripsit eorum causa Basilius, 167. Callisthenes Basilium totius rei arbitrum ac dominum fecit, 167. Sed tamen cum jussisset servos eo abduci, ubi tumultum excitaverant; Basilius rogat, ut sibi vindicta permittatur, et miles revocetur, 167, 168.

Calumniator sibi ex ipso opere diaboli nomen accersit, 301. Nemo diabolus sit, sed accusator; imo nec accusator, sed frater in charitate arguens, 301. Ex calumnia maxime diabolus dignoscitur, 303. Nomen illi factum est peccatum, 303. Calumniator tres simul personas lædit, 304. Non videtur metuere judicium Dei, 143, 144. Res terribilis calumniis abduci sine argumentis, 104. Calumniæ vulnerant eos, qui aurem integram absenti non servant, 377. A calumniis aures custodire perfacile est, 349. Eorum qui calumnias in mentientium capita rejiciunt, magna merces in cœlis, 386. Noxiam opinionem ex hominum calumnia susceptam deponit Basilius, statim atque rem cognovit, 144. Calumniæ perferendæ ut ultio Domino permittenda, 143. Quæ a calumniatoribus proficiscuntur, nugæ interdum existimandæ, 165. Calumniæ silentio non prætermittendæ, 309, 571. Non ut nos ipsi ulciscamur, 309, 571. Sed ne deceptos lædi patiamur, 303. Calumnias effugere difficillimum, 102. Nullam ansam dare hominum est prudentum et piorum, 102. Qui calumniis appetuntur, non idcirco indigni sacerdotio, 417. Domini hostes magis confirmant eorum gradus quos impugnant, 418. Calumniæ quandiu ob dissensionem locum habent, necesse est suspiciones semper augeri, 154. Calumniam abominabatur Gregorius Magnus, 312.

Calypsus insula, 93.

Camelis præpositus, 247.

Campano numero aurum ponderatum, 124.

Campus in quem secessit Esdras, 129.

Cancri astutia in capienda ostrea, 570.

Candidianus annonam militarem administrabat in Cappadocia, 75. Is Basilio non pro sua dignitate scribebat, inter negotia litterarum studiis deditus erat, 75.

Canis. A cane rabido qui morsus est, videt canem in phiala, 357.

Canon. Cum canones Patrum negliguntur, res ecclesiasticæ in summam confusionem delabuntur, 148. Canones Patrum pene obliteratos renovat Basilius, 148. Canonibus subjicere, idem ac penitus excommunicare, 426. Canones vulgati a Basilio, 417.

Canonica, 260, 646. Canonicæ, 144. Canonicæ non possunt matrimonium inire, 272. Stuprum est earum conjunctio, 272.

Canonicæ litteræ, 343.

Cantilenæ spirituales, 136. Molles fugiendæ, 571.

Nicopolis, 217. Metropolis sanæ doctrinæ, 353. Pietatis altrix, 353. Nicopolitani filii confessorum et martyrum, 369. Nicopolitanus episcopus, mortuo Theodoto, eligitur Euphronius Coloniensis, 349 et seqq. Hunc Nicopolis dederat Coloniæ, 351. Hujus consilii auctor Pœmenius, qui rem statim ad exitum perducit, 352. Non dedit tempus adversariis sibi providendi, 352. Nicopolim Eustathius venit cum agmine Arianorum, ut det illis episcopum, 366, 387. Fronto episcopatum accipit ab Arianis, 366, 368. Demonstrat se hactenus hypocritam fuisse, 366, 368. Unus aut alter cum eo abeunt, at corpus integrum manet, 367. Catholici extra muros precantur, 367. Cæteri in vacuis ædibus recubant, 367. Vicarius vim adhibet, 366. Nondum tamen exsilia et plagæ et carceres et bonorum publicatio, 370. Fronto conatur eos decipere rectam fidem præ se ferendo, 370. Nonnulli fluctuant, 370. Sed denuntiat Basilius nunquam se facturum, ut aut Frontonem aut quos ille ordinaverit recipiat, 370. Presbyteri animum despondent ob continuas calamitates, 383. Basilius magnam Dei manum considerat, ac spe paris allevatur, 385. Persecutio ingravescit, 383. Ne sanguini quidem paretur, 384. Asclepius quidam ex plagis mortuus, eo quod cum Doec communicare nollet, 384.

Ninivitarum pœnitentia, 321.

Nobilitas ex sola virtute, 475. Nec equi nec canis laus est ex velocibus esse prognatum, 475. Alieno ornatu decorandus non est, qui propria virtute illustris est, 476.

Nomina alia generalia, ut *homo*, 115. Alia magis peculiaria, ut Paulus et Timotheus, 116. Nomina alia communia, alia magis propria, 35. Nomina corporalia sæpe ad intelligentias spirituales transfert Scriptura, 52. Nomina, quotquot de Deo dicuntur, essentiam non significant, sed operationem aut dignitatem, 281. Nominum, quæ circa divinam naturam intelliguntur, nulla secundum melius ac deterius differentia, 278. Ipsum Dei nomen nihil amplius significat quam recti et boni appellatio, 279.

Notario Basilius præcepta tradit, 431.

Noverca infantium non facienda est amita, 251. Novercæ æmulatio implacabilis, 251. Inimici mortuis reconciliantur, novercæ post mortem odisse incipiunt, 251.

Novitates verborum nonnulli effutiunt, 372. Unde Ecclesiæ quassatæ, velut vasa luxata, influentem hæreticam corruptelam recipiunt, 372.

Nox. Noctes illuminatæ, 136. Nocturni cantus hymnorum in ecclesiis Orientalibus, 374. Nocturna quies maxime apta ad orandum, 78.

Noxas conscribere, 104.

Nubibus similes plerique homines, 474.

Numerarius, 235. Numerarii duo, 235. Numerarius quidam Ptochotrophium Amaseæ ex suis opibus sustentat, 235.

Numerus est signum, quo declaratur multitudo suppositorum, 37. Quidquid unum numero dicitur, simplex non est, 81. Numerus pertinet ad quantitatem, 82. Perit accedente unitate, 86. Nihil addit aut detrahit rebus numeratis, 37. Numerus septenarius, 396.

Nuntiis malorum utile est affligi eos qui Dominum placare possunt, 389.

Nuptiæ secundæ remedium fornicationis, non occasio lasciviæ, 251. Apud nonnulla animalia in probo sunt, 574. In secundis nuptiis oblivio priorum filiorum, 586.

Nyssa Indica, 70.

O

Objurgatio cum omni commiseratione facienda, 100, 480 Asperitas fugienda, 74. Si quis se prior per humilitatem abjiciat, in increpando molestus non erit, 74. Utilis increpandi ratio in Davidem adhibita, 74. Objurgatio quomodo recipienda ab iis qui curantur, 100, 481.

Oblectamenta præsentis vitæ materiam æterno igni præparant, 101.

Obtrectatio est de absente detrahere, illius traducendi studio, etiamsi verum dicatur, 99.

Occidens totus, prope modum ab Illyrico usque ad fines orbis nostri, 63. In Occidente summa concordia, 181. Occidentales fide illæsi permanent, ac depositum servant inviolabile, 372. In occidente, uno aut altero perverse deprehensis sentire, magnum exstitit studium episcoporum, 159. Occidentis diu auxilium exspectarunt Orientales, 184, 371. Arcano Dei judicio ascribunt, quod non impetraverint, 184, 371. Necesse est, ut Orientis fidem renovet Occidens, et bonorum, quæ ab Oriente accepit, remunerationem persolvat, 183. *Vide* 159. *Vide* Romanus episcopus. Occidentalium fidei tomum servat Basilius, eorumque fidem sequitur, 411. Occidentales in suis litteris, essentiæ nomen Græca lingua tradiderunt, 322. In Occidente toto glorificatur Deus cum sancto Spiritu, 63.

Oculus indesinenter circumactus clare intueri non potest, 71. Oculis non innuendum cum dolo, 99. Oculus tristis ac deorsum vergens menti humili convenit, 74. Oculos recreant cærulei et virides colores, 113. Oculo inflammato dolorem affert vel tenerrimum lenimentum, 78.

OEconomiæ causa si quid faciant episcopi afflatu Spiritus sancti, id suscipere debet clerus et populus, 350, 351. Ignoscere debent episcopis, 351. Operam dare debent, ut perficiatur, quod ab episcopis constitutum est, 350. OEconomiæ ab episcopis fiunt, a plebe confirmantur, 353. Quod ab uno aut altero homine pio factum est, id nobis persuadet rem consilio Spiritus fieri, 352. Ubi nihil humani propositum, liquet a Domino corda dirigi, 352 Ubi autem spirituales viri auctores consiliorum, eosque plebs sequitur, non dubitandum, quin communicatione Domini consilium captum sit, 352. Dei ordinationi resistunt, qui res constitutas in Ecclesiis a Dei electis non admittunt, 350. OEconomiam erga Euphronium factam valde probat Basilius, 350 et seq. Is Nicopolim translatus tempore difficillimo, 350 et seq. *Vide* Pax.

OEconomus Ecclesiæ, 425. OEconomi Ecclesiæ Cæsariensis, 365. In domo Basilii manebant, 365.

Offendiculum fratri non ponendum ad scandalum, 149.

Officiales, 289.

Olei unctionem quis sanctorum scripto tradidit, 55.

Olympius, 92, 93. A Basilio exceptus hospitio non magnis sumptibus, 76 Basilio mittit munera, 76. Remedia aggreditur, 76. Basilium Eustathii et Neocæsariensium calumniis afflictum solatur, 223, 318.

Opera bona fiduciam præstant in die judicii, 434. Operum merces a Domino, 435, 446. Operum expers confessio commendare Deo non potest, 433. Frustra viduarum et orphanorum curam suscipit, qui Deum afficit injuria, 125.

Operatio. Ex operationis identitate colligitur naturæ identitas, 280, 281.

Optimus episcopus, 395. De Ecclesiis sollicitus, et Scripturæ studiosus, 395.

Ordinationes Simoniacæ, horribile peccatum, 147, 149 Quidam hoc scelus pietatis nomine inumbrabant, 147. Putabant se non peccare, quia non ante sed post ordinationem accipiebant, 147. Accipere est, quamdocunque accipere, 147. Depositionem illis minatur Basilius, 147. Antequam ministri sive subdiaconi reciperentur, in omnem eorum vitam sedulo inquirebatur, 148. Chorepiscoporum electio, 428. Item presbyterorum et diaconorum in pagis, 148. Præferendus senex magnis ornatus virtutibus juniori ad exteriora negotia idoneo, 174. Reprehendi non debet qui ordinatus est invitus, sed qui ordinavit, 343. Episcopus e gremio cleri sumendus, 325. Ordinandum esse Neophytum censet Basilius ob penuriam, 325. Ad sacerdotium admitti potest, qui usuras accipit, 275. Modo lucrum injustum in pauperes insumat, et ab avaritiæ morbo emendetur, 275. Laudat Innocentium Basilius, quod, ut Moses, videre velit successorem suum, 174. Basilius quærit an vita hominis contra canones ordinati laudabilis sit, ita ut res sanari possit, 213. Ordinationes peregrinæ an detrectandæ non sint, quærit ex Eusebio, 230. Eustathius diaconos et presbyteros ordinat in alienis Ecclesiis, 347. Negabat hæreticos episcopos esse, 380, 386. Ordinatum ab hæreticis ad fidei eversionem episcopum non agnoscit Basilius, 370. Declarat se non recepturum pace reddita eos quos ille ordinaverit, 370. Qui hominum studiis ordinati, omnia ad voluptatem indulgent, 184. Servi sunt eorum, a quibus episcopatum acceperunt, 185. Episcopatus præmium impietatis sub Valente, 184. Qui jurant ordinationem se non accepturos non cogantur peierare, 274. Quidam canon permittit ut ordinentur, 274.

Digitized by Google

Ordo civitatis, id est, curia, 171.
Oriens quidquid ab Illyrico ad Ægyptum usque protenditur, 163. Orientis parœcia, 139. In Oriente fides primum illuxit, 185. In Oriente hac voce, *cum sancto Spiritu*, velut tessera suos ab alienis discernunt, 63. Nonnulli vocum novitates effutiunt, 372. Orientales fortasse primi ab hæresi vexantur, quia apud eos abundavit peccatum, 374. Verisimilius est hostem machinari, ut ibi incipiat defectio, ubi incepit Evangelium, 374. Præter hæreticorum bellum domesticæ seditiones, 186. Velut Judæi sub Vespasiano, 186. Orientales in ærumnis consolatur pax et concordia Occidentis, 181, 183. Ad Orientem Christiani versi precantur, 54. Unde istud, 56.
Origenes gloriam defert Deo cum sancto Spiritu, 61. Illius non omnino sanæ in omnibus de Spiritu opiniones, 61. Pias voces sæpe de Spiritu emisit, consuetudinis robur reveritus, 61.
Origenes Basilii amicus, 93. Is veritatem scriptis defendit sub Juliano, 95. Hujus filios libenter vidit Basilius, 96.
Ornatum in vestibus aut calceis quærere vana ostentatio est, 100.
Orphanene, 422.
Orphanorum res Dominus suas facit, 202.
Os justa libertate et gratiæ verbis scatens, 109.
Ossifraga, 586.
Otium Dei timore destitutum magister pravitatis, 330. Otiosus comedere non debet, qui laborare potest, 100. Otiosus presbyter, id est, depositus, 150.
Otreius Melitinensis episcopus, 265. Tam dolet quam Basilius de exsilio S. Eusebii, 265.
Oves Christi quinam appellantur in Scripturis, 14.

P

Pagi præpositus, 76.
Palæstina (In) monasteria, 310.
Palladia, 228. Hanc Basilius matrem appellat non solum ob propinquitatem, sed etiam ob morum probitatem, 228.
Palladius monachus, 395. Cum Innocentio in monte Elæone degebat, 393. Rogaverunt Basilium, ut de Domini incarnatione aliquid adderet fidei Nicænæ, 393. Vid. 395.
Palladius, 431. Is recens baptizatus cum fuisset, hortatur eum Basilius, ut fidelis sit hujus thesauri custos, 431.
Palmatius ministrans Maximo ad persecutiones, 192.
Pancratii certamen, 455.
Panthera hominis imaginem dilacerat, 570 Pantheræ p. lii similis ascela vitiis inquinatus, 473.
Papa, 212.
Paphlagonia, 387.
Parasynagoga conventus ab immorigeris habitus, 268, 269.
Paregorius presbyter, 149. Annos natus septuaginta habitabat cum muliere extranea, 149. Minatur ei depositionem Basilius, ac ipsam etiam excommunicationem, si depositus sacerdotium sibi arroget, 150.
Parentes debent liberos diligere non solum naturali amore, sed etiam dilectionem voluntate intendere, 103. Parentes qui filios exponunt, aut patrimonium inique distribuunt, comparantur cum aquila, 586. Parentes fovere docet Ciconia, 586. Parentibus obnoxii filii quantum ad corpus ex lege naturæ et civili, 421. Anima, ut ex divinioribus accepta, Deo magis obstricta est, 421.
Parnassi Ecclesiam episcopo mortuo consolatur Basilius, 156. Hypsino pulso Ecdicius hæreticus Parnassi ordinatur, 363, 367.
Parœcia Occidentis, 374. Parœcia Orientis, 139. Parœcia Theodoti Nicopolitani, 195. In unaquaque parœcia signiferi ecclesiis ejecti, 163. Parœciæ Neocæsariensis et Cæsariensis 307. Parœcia Cappadociæ, 377. Parœcia Cappadociæ et vicinarum regionum, 384. Parœciæ suæ pagos visitat Basilius, 308. Parœciæ et urbis clerus, 370.
Pars. Ut pars sua cum veris adoratoribus inveniatur orat Basilius, 143. Dianius moriens orabat, ut ne separaretur a sorte sanctorum trecentorum decem et octo Patrum, 144.
Parvum parvo adjungere est perutile, 478.
Pasinicus medicus, 449.
Pastor. Erga pastorem amor, si ratione contineatur, laudandus. secus, si limites transiliat, 349, 350.
Pataræ, 331.
Patientia sine humilitate haberi non potest, 573. Patientiæ magna merces, 77, 79, 459. Per patientiam in adversis partem martyrum consequimur, 79. Nemo non percussus, nec pulvere aspersus coronatur, 369. Patientiæ coronas nemo sanctorum in deliciis aut adulationibus consecutus est, 231. Molestæ ferentes quæ accidunt, neque id quod factum est, reparamus, ac nosmetipsos perdimus, 79. Patientiæ exempla in ipsis ethnicis, 349.
Patres Ecclesiæ sunt columnæ, 63. Patrum doctrina vastatur, 253.
Patriarchæ nomen et habitus, 258, 259. Patriarcharum benedictiones per Spiritum sanctum, 33
Patritius vir subdolus, 449.
Patronus Ærarii, 112.
Patrophilus Ægeensis episcopus, 376. Eustathio amicus, 379. Item Basilio, 377. Stuporem significat, quod cum Eustathio dissideret, 377. Patrophilum Eustathius inviserat, 382. Unde metuit Basilius ne ex hoc congressu immutatus sit, 382. Rogat ut ad se scribat per Strategium an in sua maneat communione, 382. Sero respondet, 385. Rursus hortatur ad pacem cum Eustathio, 385. Non communicabat cum iis quos Eustathius in suam Ecclesiam accersiverat, 385. Sed tamen cum Eustathio videtur communicasse, 385.
Paulinus accipit litteras Roma, quæ eum episcopum agnoscunt, 321, 324. Has circumferunt illius amici, 324. Jactant etiam Athanasii litteras, 321. Terentium in partes suas trahere conantur, 321, 324. Paulini ordinatio perstringitur, 407. In Marcelli dogmata propendet, ejusque discipulos recipit sine discrimine, 407. Paulinum ejusque amicos Basilius ut fratres agnoscit, 321, 393. Nonnulla audiverat de Paulino, sed credere noluit quia non aderat accusatus, 194.
Paulus vas electionis, 83.
Paulus episcopus, 183.
Paulus vetus ille et novus hic, 137.
Paulus presbyter, 414.
Paulus presbyter et monachus 390.
Pauper verus ab eo, qui ex avaritia mendicat, secernendus, 241. Non omni errabundo dandum, 241. Non omnis paupertas laudabilis, 497. Pauperem esse non probrosum est, sed paupertatem generose non ferre, 565. Patris paupertas nemini datur crimini, 496. Paupertas cum veritate pretiosior omni possessione, 493. Pauperes vocantur intelligentiæ inopes, 336. Pauperes opprimuntur, ut eorum ostendatur patientia, 129. Pauperis calamitas unum ex filiis vendere meditantis, 501. Paupertas immunitatem necessario tribuit, 442. Paupertatis amor in nonnullis philosophis, 76. Paupertas philosophiæ nutrix, 76. Amica et contubernalis Basilii, 76. In omnibus amplectenda ei qui ad Deum accedit, 101. Ascetæ aurum maxime fugiendum, 128. Si quis afferat pecuniam distribuendam pauperibus, suadere asceta debet ut ipse distribuat, 128. Ne illum coinquinet accepta pecunia, 128. Nihil a quoquam accipere debet ultra quotidianum vitæ asceticæ usum, 128. Nihil ex iis quæ utenda traduntur ut proprium quisquam habere aut reservare debet, 99. Omnia ut ad Dominum pertinentia, diligenter tractanda, 99. Paupertatis hunc modum præscribit Basilius ut quisque tunica contentus sit, 240.
Pax cœleste donum, 163. Pax idem ac communio, 385. Pax extremum munus a Christo relictum, 300. Conjunctio membrorum corporis Christi maximum bonorum, 245. Maxime expetendum, 64, 206. Ob pacem compositam Filii Dei dignitas comparatur, 332. Crimina etiam falsa in nobis recipere debemus, ut pacem Dei Ecclesiæ conciliemus, 332. Pacis nomine nihil jucundius auditu, 245. Pax vera requirenda, quam Dominus reliquit, 209. Sub pacis specie damnum infert hostile, cum perniciosis hominibus consensio, 385. Paci omnia postbabenda, 163. Qui idem sentiunt, omni ratione ad conjunctionem compellendi, 163. Cavendum enim ne populus orthodoxus multas in partes scindatur, una cum præpositis abscedens, 163. Decreta de recipiendis iis qui redeunt ab hæresi, 306. Perutile est Ecclesiæ membra prius divulsa conjungi, 206. Fiet autem conjunctio, si velimus, quibus in rebus animas non lædimus, ad infirmiores nos accommodare, 206. A fratribus conjungi volentibus nihil amplius requirendum, nisi ut fidem Nicænam recipiant, ac fateantur Spiritum creaturam dici non debere, et eorum qui dicunt fugiendam communionem, 206, 297. In pacificandis dissensionibus alii compescendi, in aliis temperamento utendum, 159, 160. A præcipuis partibus curandi initium fieri debet, 159. Basilius satis habet si qui accusantur hæresis, negent se hæc dicere aut docere, 316. Non spectat præterita, optat tantum ut sanentur præsentia, 316. Si pacem somnia perturbent, etiam si consentiant cum Evangeliis; contenti simus Evangeliis, 317.
Peccatum veræ mortis aculeus, 135. Peccata sanabilia et insanabilia, 509, 510. Involuntaria et voluntaria, 506. Peccata ignorantiæ non liberantur a pœna, 508. De peccatis quæ judicium præcedunt aut sequuntur, 518 et seq. Discrimen inter corporeas actiones et peccata quæ cogitatione peraguntur, 510, 511. Peccatum abigit angelum custodem, 505. Impudentiores facit eos qui commisere, 505. Nemo potest cum Deo conjungi, vetita patrando, 504. Peccare nobis ob absentiam Dei timoris contigit, 262. Aut nihil aut levissima peccabit, qui semper de Je-

Digitized by Google

dicio Dei cogitat, 262. Peccata præterita multi tradunt oblivioni, 509. Interdum cogitatione renovantur, 510. Peccata animas sequuntur, ut corpus umbra, 511. In peccatis quidam usque ad senium perseverant, 505. Peccatores nequaquam silentio tolerandi, 100. Peccantem qui redarguit, cum omni commiseratione redarguere debet, 100. Peccatorum implacabiles et amari examinatores, 67. Peccata aliena multi explorant et sua non vident, 320. Ob peccata proximi lugendum, 545. Peccatoris mores inculpati sunt superveniente immutatione, 126. Peccatoribus pœnitentiam agentibus lenitas impendenda, recedendum a pervicacibus, 522. Ob peccata persecutiones, 184, 272, 383, 384. Peccatis paribus pares pœnæ imponi non debent, 396. Iis non remissurum se Deus minatur, qui relabuntur, 320. Ut desperatus habetur, qui jugiter promittit emendationem et jugiter peccat, 520. Peccatum non condonabile blasphemiæ in Spiritum sanctum, 59, 248, 269. Peccata remittuntur in gratia Spiritus, 40. Ob peccatum unius sæpe multi alii puniuntur, 506, 508, 510. Peccatum vel unicum satis est ad condemnationem, 506, 507. Unius mandati transgressio satis est ad pœnam luendam, 507, 509, 513. Achar ob unum peccatum punitus, 506. Gravius condemnantur qui post factum in virtute progressum relabuntur, 469. Spectaculum miserabile, lapsus post continentiam viginti aut triginta annorum, 379. Peccatum ad mortem, 295. Vetus homo in nobis est necessario, ideo in Adam omnes morimur, et regnavit mors usque ad Christi adventum, 26. Omnes in Adamo mortui sumus, 402. Omnes serpentis fraude alienati, 402, Translati sumus de potestate tenebrarum per Christum. 15. Quanto quisque purior fuerit, tanto minus dicet se purum habere oculum, 304. Peccatis se innumeris obnoxium fatetur Basilius, cum homo sit et in carne vivat, 300, 304.

Pecuniæ sacræ, 345. Earum custodes, 345.

Pelagius episcopus, 183. Illius videndi valde cupidus Basilius, 389.

Pentecostes tempus admonitio est resurrectionis 56. Preces stando fiunt per hoc tempus, 56.

Pentheus, 168.

Pepuzeni, 268, 269. Manifeste hæretici, 269. Montano et Priscillæ appellationem Paracleti attribuunt, 269.

Peræquator, 191, 289. Hoc munere fungebatur Helladius principalis, 423.

Peregrina vox plus solet afferre solatii, quam consueta oratio, 372.

Perfectio. Ad perfectionem plurimum valet omnia vendere et pauperibus dare, 337. Perfectorum est se non efferre, 504. Perfecta malitia cum quis peccat voluntate et facto, 511.

Pergamius, 150

Pericles, 549.

Pericula. Ex periculis erepti quid agere debemus, 105.

Perjurii sponsor, qui animas ad jurandum impellit, 134. Perjurio anni decem pœnitentiæ, 327. Perjurio, si vis illata, anni sex pœnitentiæ, 330. Secus, anni undecim, 330.

Perrhe, 210.

Persecutiones arcano Dei judicio diu sæviunt, 184. Deus ob peccata afflictionem plene admetitur, 184, 272. Sed opem ostendet ob suum in Ecclesias amorem, 383, 384. Persecutio producitur, quia nondum impleta vindicta, 373. Persecutiones non possunt Ecclesiam vincere, 369. Transeunt ut grandines et torrentes, 369. Ecclesiæ inimici contemnendi, quia Deus illorum nequitiæ debilitatem adjunxit, 369. Parum abest quin Basilius gratias habeat persecutioni, 266. Quemadmodum Israelitis Deus septuaginta annos præstituit, ita Christianos per statum aliquod tempus tradit, 408. Animum despondere non decet, 333. Prope coronæ, prope Domini auxilium, 333. Orandum indesinenter, 370. Tranquillitas fiet, cum vox inventa fuerit, digna, quæ Dominum excitet, 183, 244, 252. Si tentatio temporaria est, ferenda ut a bonis athletis : si finis mundi appropinquat, exspectandus e cœlo Christus, 231. Si persecutio gravis, ferenda est, 369. Si levis, magni ejulatus vitandi, 369. Persecutio ferenda spe consolationis, 232. Sive peccatorum luimus pœnas, persecutio avertet Dei iram, 232. Sive certandum pro pietate, Deus non sinit nos tentari ultra vires, 232. Qui persecutionem patiuntur, non miserandi, sed persecutores, 390. Beatus qui pro Christo patitur, beatior qui majora patitur, 231. Qui persecutionem patiuntur eos exspectant martyrum coronæ, confessorum chori manus porrigunt, 231. Cavendum ne in certaminibus defatigemur, 232. Non brevis labor constantiam declarat, 233. Si infractus servetur animus, cito aderit adjutor, 253. Optandum ut Deus det pacem : sed molestum esse non debet pro fide affligi, 64. Imo intolerabile pro ea non certasse, 64. Persecutiones molestæ sunt; sed etiamsi acuatur ensis et splendescat ignis, non idcirco deserenda traditio, 65. Persecutiones multæ et viritim et oppidatim, 369. Aliæ historiis, aliæ non scripta recordatione perhibentur, 369. In persecutionibus bono episcopo, veluti fundamento sublato, multi corruunt, 169. Molestum esse non debet ab ecclesiis ejici et sub dio adorare, 367, 370. Discipuli in cœnaculo; qui Dominum crucifixerant, in celeberrimo templo, 367, 370. Populi ecclesias relinquunt, et in solitudinibus precantur, 182. Terrere non debent exsilia episcoporum, 392. Nec quod nonnulli ex ipsis clericis proditores, 392. Terrere non debet lapsus multorum, 392. Etiamsi unus salvetur, ut Lot, manere debet in recto judicio, 392. Non multitudo est quæ salvatur, sed electi Dei, 392. Insidias Christo struxere principes sacerdotum et scribæ et seniores, 392. Pauci ex populo ejus doctrinam susceperunt, 392. In persecutionibus Eucharistiam laici, absente sacerdote aut diacono, propria manu sumunt, 186. Episcopi abesse non possunt, quin populos tradant insidiantibus, 376. Res majoris momenti usque ad reditum confessorum differendæ, 323. In persecutionibus nemo adeo parvus est, ut non possit esse occasio magnorum malorum, 352. Persecutiones ab iis, qui Christiani dicuntur, graviores sunt quam ab ethnicis, 391. Major merces in his persecutionibus comparatur, 392. Vide, 230, 231, 254. Persecutionis sub Valente descriptio, 184, 185. Hæc mala in plerisque civitatibus grassantur, 185. Ecclesiæ Orientalis status comparatur cum prælio navali, quod vetusta ac longa odia concitant, 64. Naufragia Ecclesiarum sub scopulis, 66. Turbæ a principibus mundi excitatæ, 66. Caligo ob ejecta mundi luminaria, 66. Clamor contendentium, 66. Anarchia populos occupavit, 66. Periculum ne Ecclesiæ brevi in aliam quamdam formam penitus transmutentur, 138. Statuit Basilius extra ecclesiastica esse tela, 228. Unicum malorum remedium habet, tempori cedere, sequo persecutoribus subtrahere, 213. Persecutio in Scythia martyres facit, 245.

Perseverantia donum Dei, 261. Donum Spiritus sancti, 20. Non in proposito consistit exitus, sed in exitu laborum fructus, 125. Vanus justi labor superveniente immutatione, 126. Non qui bene incipit perfectus, sed qui bene desinit, Deo probatus, 126.

Pestilentia. In pestilentiæ morbo eos, qui caute vivunt, malum attingit ob consuetudinem eorum qui corrupti sunt, 67. Sic in dissensionibus ecclesiasticis, 67

Petra Christus figurate, 26.

Petrus omnibus discipulis prælatus, 508. Post scandalum firmius credidit, 401.

Petrus Alexandrinus, 225. Nunquam eum viderat Basilius, 225. Alumnus erat S. Athanasii, 225. Petrus canonum defensor, 412. Moleste fert receptos a confessoribus Marcellianos, contempto Basilio, 412. Basilium reprehendit, quod ad se non scripsisset de iis quæ fecerant confessores, 411. Questus est quod secum Dorotheus leniter locutus non esset, 412. Dorotheus narravit Basilio, quos Petrus coram Damaso sermones habuisset, 413. Dicebat numeratos fuisse in hæreticis S. Meletium et S Eusebium, 413.

Petrus presbyter Basilii frater, 302. Litteras defert ad maritimos episcopos, 302. Illius ædes prope Neocæsaream. 324.

Phalerius, 451. Is Basilio pisces misit, 451.

Pharaonis currus, 283.

Phargamus, locus in Armenia, ubi quotannis festus martyrum medio mense Junio, 89.

Phelus, 331.

Philagrius Arcenus, 448. Vir eloquens, 448. Curæ illi erant res ecclesiasticæ, 448. Hortatur eum Basilius ut ad pacem et dissidentium conjunctionem allaboret, 448.

Philippopolis thesaurorum præpositus, 365.

Philistinorum pastores hæretici, 81.

Philochares homo ignobilis, 365. Calumniator Gregorii Nysseni, 344.

Philonis sententia de mannæ qualitate, 283.

Philosophi illud *ex quo* attribuunt materiæ, *Per quem* autem instrumento, 5. Hæc ab eis mutuati sunt hæretici, 5. Causæ naturam variis modis definiunt, 5. Philosophorum observationibus non servit Christiana libertas, 5. In philosophis nonnullis amor paupertatis, 76.

Philosophia alumnis suis ne curari quidem magnis sumptibus sinit, 267. Eadem res apud illam et obsonium est, et ad sanitatem sufficit, 267. Philosophia quæ circa dogmata versatur, 81. Superna philosophia, 81. Philosophiæ nutrix paupertas, 76.

Phinees, 135. Justa arsit iracundia, 367.

Digitized by Google

Phryges utrique cum Basilio communicant, 307.
Pictores crebro ad exemplar respiciunt, 73.
Pietas idem sonat ac veritas, 2, 67, 96, 173. Pietatis mysterium, 57. His qui piam vitam elegerunt, mundi afflictio improvisa esse non debet, 96. Eos turbare nihil debet, 96. Pietas multo labore in animis sata, pravis doctrinis eradicatur, 141. Pietatis nomine malum inumbrare, gravius est peccatum, 147. Pietatis acquisitio minutis accessionibus augescit, 2. Pietas omni arte, et omnibus animantibus ac fructibus melior, 432.
Pisces et aves eamdem sortiti generationem, 375. Pisces velut in civitatibus et vicis habitant, 581. In externas regiones sub uno veluti signo omnes discedunt, 581. Æstate migrant in aquilonare pelagus, hieme redeunt ad aprica loca, 582. Vidit id Basilius, 582. Solus scarus ruminat, 582. Cur pisces acutissima condensatorum dentium acie communiti, 582.
Pisidæ cum Basilio communicant, 307.
Planta detorta violenter in contrariam partem abducitur, 90. Plantarum in morem, eodem in loco detinetur Basilius, 91.
Plato, 75. Ea est dicendi facultate, ut simul et sententias impugnet et personas comice describat, 226. Platonis sententia de corporis cura, 573. Platonici lepores, 226. Cur insalubrem Academiæ locum elegit, 572.
Plebs. A plebe confirmantur œconomiæ, ab episcopis fiunt, 353. Ubi episcopi consiliorum auctores sunt, eosque plebs sequitur, non dubium quin communicatione Domini consilium captum sit, 352. Basilius rogat magistratus, ut populi et rure degentium bona proposita roborent, 353. Inimici in desperationem cadunt, si viderint artificia neque a clero neque a plebe admitti, 353. Pudorem illis incutit consors in episcopum amor, 353. Magistratus Colonienses res ecclesiasticas parvi non pendunt, 351. De iis unusquisque, ut de proprio negotio, sollicitus, 331.
Pneumatomachi nondum apparebant tempore Nicæni concilii, 233. Ethnico morbo laborant, 37. Cum Stoicis et Epicureis nominandi sunt, 36. Ab Aetio acceperunt hoc principium, quæ dissimilia sunt, dissimiliter proferri, et vicissim, 4. Videntur sibi mediam viam incedere, 319. Eadem habent principia ac Anomœi, 319. Sed consecutioni non subscribunt, quia abhorret a multorum auribus, 319. Filium habent instar instrumenti, Spiritum instar loci aut temporis, 4, 5, 6. Temporalibus intervallis Filium a Patre et Spiritum a Filio disjungunt, 50. Locum hostibus destinatum attribuunt Filio, 12. Negant Filium esse cum Patre, sed post Patrem, 10. Unde etiam Patrem volunt glorificari per eum, non autem cum eo, 10. Attribuunt Patri illud *ex quo*, Filio *per quem*, Spiritui *in quo*, 4 Hanc sententiam a profanis scriptoribus acceperunt, 4. Discedunt a philosophorum principiis, cum illud, *ex quo*, Patri proprium attribuunt, 6. Ab Ario jactæ impietatis semina, in blasphemiam de Spiritu S. eruperunt, 216. Pneumatomachi nolunt Spiritum S. Patri et Filio adjungi, 20. Eos secum pugnare et a semetipsis subverti ostenditur, 7, 8. Apud illos plus valet ipsorum blasphemia, quam Domini præceptum, 21. Contendunt Scripturam vitare usum hujus vocis, *cum sancto Spiritu*, 49. Illis ipsa respiratione usitatior est hæc loquendi ratio, *per Filium in sancto Spiritu*, 49. Contendunt has voces, *cum ipso* peregrinas esse : illud, *per Ipsum*, et Scripturæ et fratrum usu tritum esse, 13. Non desinunt jactare præpositionem, *cum*, carere testimonio, carere Scriptura, 57. Citius linguas projiciant, quam conjunctionem et in Spiritu glorificando recipiant, 51. Inde ortum bellum implacabile, quod Basilio indixerunt, 51. Nolunt Spiritum S. cum Patre et Filio esse, sed sub Patre et Filio ita ut non connumeretur, sed subnumeretur, 10. Subnumerationem invehunt in personas divinas, 55. Contendunt iis, quæ æqualia sunt, convenire connumerationem, inferioribus autem subnumerationem, 36. Objiciunt Spiritum sanctum nec servum esse nec dominum, sed liberum, 42. Israelitas baptizatos in Moysen, et credidisse Moysi, 25. Nonnulla alia cum Patre et Filio conjungi, velut cum Paulus angelos commemorat, nec tamen simul glorificari, 24. Spiritum donum esse, 48. Nos in aquam baptizari, nec tamen aquæ honorem Patris et Filii deferre, 28. Catholicos accusant quod Spiritum dicant ingenitum, 216. Dei præcepto palam adversantur, dum Spiritum sanctum, quem Filius sibi et Patri adjungit, ab utroque dissociant, 20, 21. Prævaricatores et desertores dicendi, ut qui professionem baptismi irritam fecerint, 22. Ea negant Spiritui sancto, quæ hominibus deferuntur, 58. Ex beneficiis sancti Spiritus ansam arripiunt jejune de eo sentiendi, 42. Committunt blasphemiam irremissibilem in Spiritum sanctum, 59, 216, 248.
Pneumatomachi nullam habent excusationem, 64. Ad ignorantiæ excusationem confugere non possunt, 10. Per eorum curiositatem ne aliis quidem imperitis esse licet, 10. Velut malæ fidei debitores, probationes e Scriptura exigunt. Patrum testimonium rejicientes, 21. Expellunt eos qui Spiritum sanctum cum Patre et Filio numerant, 59. Videtur id eis esse impietas intolerabilis, 59 Cum Spiritus Dominus et Deus vocatur, vociferantur, lapides tollunt, 44. Nihil omittunt ad ulciscendum, 28. Bellum inferunt Basilio; sed revera fidem oppugnant, 21. In Basilium atrociter conglomerati insurgunt, 64. Bellum adversus Basilium parant, 21. Linguis eum vehementius feriunt, quam Stephanum Judæi lapidibus, 21. Machinas et insidias struunt, sese invicem exhortantur ad suppetias ferendas, 21. Basilium adoriuntur, quod gloriam dicat Patri et Filio cum Spiritu sancto, 3. Cum Basilio, ut lupus cum agno contendunt, 277. Ab una criminatione depulsi, aliam excogitant, 277. Nec, si omnia dissoluta fuerint, odisse desinunt, 277. Tres deos ei affingunt, 277. Mox in promptu Sabellius, 277. Basilium appellant novatorem, verborum inventorem et aliis nominibus probrosis, 10, 63. Exigua pars morbo laborat, reliqua Ecclesia a terminis usque ad terminos sana est, 388. Pneumatomachis objicit Basilius Orientis, et Ponti et Cappadocum, et Occidentis consensum, 63. Totas nationes et consuetudinem omni memoria vetustiorem, 63. Pneumatomachorum hæresis dux Eustathius, 406.
Podandus, locus in Cappadocia, quo senatus Cæsariensis magna pars translata, 169, 170.
Pœmenius presbyter adversariam Basilio doctrinam defendit pro Eustathio, 193.
Pœmenius Satalensis episcopus, 197, 198, 213. Consanguineus erat Basilii, 197. Mater illius auxilio sublevabatur, ac populo Cæsariensi gratissimus erat, 197, 198. Hunc tamen Basilius, quasi pupillam oculi tangens, concessit Satalensibus episcopum, 197. Pastor erat dignus nomine, non cauponans verbum, sed spiritualibus donis repletus, 198. Euphronium transfert Nicopolim, 352.
Pœnæ imponuntur, non ob ea quæ jam facta sunt, sed ut ii qui deliquere, aut corrigantur, aut aliis sint exemplo, 203. Deus pœnas non infert antequam minatus fuerit, 521. Pœna competens episcopis, arcere a communione, 427.
Pœnitentia Ninivitarum, 521. Pœnitentiam differre quam stultum, 519, 520, 522. Mors miserabilis eorum qui pœnitentiam distulerunt, 519, 520, 522. Pœnitentia, dum adhuc tempus est, agenda, 101, 521. Nulla excusatio procrastinanti, 140. Non desperandum de nobis, 139. Est via salutis, si modo velimus, 139. Multa in Scripturis peccatorum remedia et conversionis exempla, 138. Per pœnitentiam facile a peccatis sanari, 132. Non obsordiuerunt conversionis remedia, nec occlusa est civitas refugii, 134. Pœnitentia non est sine morum emendatione, 520. Par peccatum impunitos dimittere delinquentes, et plectendo modum transgredi, 427. Pœnitenti de peccato non succensendum, 100. Ecclesiastica animadversio non minor est ad vindictam quam sæcularis, nec divina lex ignobilior sæculari, 167. Sperat Basilius se fures in Ecclesia comprehensos meliores redditurum, 426. Quæ enim tribunalium plagæ non efficiunt, ea plerumque Dei judicia perficiunt, 426. Pœnitentiæ gradus, 526 et seqq. Flentes stant extra domum orationis, et ingredientium precibus se commendant iniquitatem suam confitentes, 526, 528. Audientes Scripturis et doctrina auditis ejiciuntur, nec digni habentur oratione, 328. Ad eam admittuntur substrati, 328. Consistentes stant cum fidelibus, sed oblationis non sunt participes, 326, 328. Gravius puniuntur convicti quam sponte confessi, 327, 328. Deterior lapsus post jam impetratam veniam, 100. Indicandus præpositio qui semel et iterum admonitus non emendatur, 100. Si ne sic quidem emendetur, exscindendus et deflendus ut membrum abscissum, 100. Pœnitentia non solum in dolore ex peccato, sed etiam in dignis fructibus posita, 100. Scire oportet quæ sunt summi juris et quæ consuetudinis, 271. In iis quæ summum jus non admittunt, sequi oportet formam traditam, 271. Pœnitentia non tempore, sed affectu dijudicanda, 271, 330, 520. Pœnitentiæ tempus minuere licet, ei cui ligandi et solvendi potestas, 528. Episcopus debet noctu et diu publice et privatim obtestari eos qui nolunt emendari, 330. Sed minime cum illis abripi, 330. Ex his quæ audiuntur, judicandum, 275. Quia cordium episcopi judices non sunt, 275. Hinc Basilius episcopo oblivionem simulanti ignoscit, 273. Quos non tangunt statim inflictæ pœnæ, iis aliquando gravem in posterum remunerationem ferent, 156.
Pœnitentia proprie vocatur tertius pœnitentium locus, 293. Adulterarum mulierum pœnitentia inter consistentes, 295. Masculorum et animalium corruptores, et homicidæ, et venefici, et adulteri, et idololatræ eodem modo puniun

Digitized by Google

tur, 272. De iis qui triginta annos pœnitentiam egerunt ob immunditiam in ignoratione commissam, 272. Clerici ob peccatum ad mortem gradu excidunt, non laicorum communione, 295. Antiquus est canon, ut qui excidunt gradu, non arceantur a communione laica, 271. In omnibus autem verior medicina est recessus a peccato, 271. Quare qui per voluptatem carnis gratiam abjecit, carnem domando dabit curationis specimen, 271. Diaconus qui se labiis pollutum confitetur, amovetur a ministerio, 327. Sed communicat cum diaconis, 327. Sic etiam presbyter, 327. Si quid amplius peccaverint, deponuntur, 327. Presbyterum, qui territus periculo temere juraverat, suscipi posse in clerum existimat Basilius, 291. Sed præscribit ut pœnitentiam agat ob temerarium jusjurandum, 291. Presbytero habenti mulierem extraneam, 149, 150. Lector cum sponsa peccans, post annum suscipitur ad legendum, 327. Nec ulterius promovebitur, 327. Si sine desponsatione peccaverit, removetur a ministerio, 327. Sic etiam minister, 327. Clerici, qui cum rebellibus abierant, sæpe in eumdem gradum post pœnitentiam restituuntur, 269. Diacono qui cum plurimis puellis aufugerat, veniam pollicetur Basilius, si redeat, 259.

Polemon presbyter Myrensis, 331.

Polydamas, 455.

Polygamia, moderata fornicatio, 271. Punitur ut digami, servata proportione, 271. Polygamia belluina, 329. Majus peccatum fornicatione, 329. Postquam anno fleverint, et tribus subsrati fuerint, suscipientur, 329.

Polypi astutia, 570.

Pompeianus Antiochensis, 229.

Pondera æqualia non sunt, si lances non æquilibres, 305.

Ponti episcopi, 299. Eorum charitas deest Basilio, 299. Nec scribunt, nec mittunt qui Cæsariensem Ecclesiam consoletur, 500. Calumniis præoccupati a Basilii communione se subtrahunt, 300. Videntur existimasse aliorum auxilio et communione sibi opus non esse, 301. Eo quod maritima loca incolerent, 301. Basilius prior scribit, 300. Paratus judicandum se exhibere, sive ad se venire velint, sive accersere, 300, 302. Litterarum lator Petrus presbyter Basilii frater, 302. Scripta epistola omnium episcoporum nomine, 302. Congressus constituitur in finibus Comanicis, 309. Intermiserant consuetudinem veniendi ad festum sancti Eupsychii, 388. Rogat eos Basilius ut illam resumant, 389. In Ponto et Galatia hæretici multi, 366. Ponti munuscula, ceræ et acopa, 430.

Potentia adversa, quæ e cœlo cecidit, 87.

Potestates sublimiores, 180.

Prædicationes ecclesiasticæ iis notæ qui fideles sunt, 214. Prædicationes in Ecclesia, aliæ scriptæ, a iæ ex arcana traditione, 54. Aliud dogma, aliud prædicatio, 55. Dogmata silentur, prædicationes publicantur, 55. Prædicationes horrendæ Eustathii, 387.

Prælii navalis descriptio, 64.

Prænotio uniuscujusque potior est argumentatione in rebus conspicuis, 219.

Præparatio cordis in quo posita, 72.

Præposita vocantur divitiæ et gloria et sanitas, 364.

Præpositio *per* sæpe idem valet atque *ex*, 7, 8, 9. Præpositio *ex* sæpe idem sonat ac *per*, 8, 9, 10.

Præpositus pagi, 76. Præpositus pagorum. 178 Præpositus thesaurorum Philippopolis, 565. Præpositi quales sunt, tales solent esse qui parent, 282, 553. Imbecilliores a præstantioribus regi convenit, 553.

Præsepe. Per præsepe, cum essemus ratione destituti, a Verbo nutriti sumus, 84.

Præsidum tractator, 236.

Præstigiis anni decem pœnitentiæ ut homicidio, 327.

Prævaricatores dicendi qui professionem baptismi irritam fecerunt, 22. Væ prævaricatoribus, 22.

Preces ante et post cibum faciendæ, 75. Lectioni subjungendæ, 73. Hymnis labor manuum tanquam sale condiendus, 72. Precibus somnus interrumpi debet, 324. Preces nocturnæ, 134. Quod aliis hominibus est diluculum, id media nox pietatis cultoribus, 75. Nocturna quies maxime ad orandum apta, 75. Preces statim ac dies incipit, 72. Nihil beatius quam in terra concentum angelorum imitari, 72. Precibus opus est in rebus adversis, 79. Tentationis tempore maxime precandum, 526. Precatio et viventibus bona adjutrix, et morientibus idoneum viaticum, 262. Non res terrenæ postulandæ, sed cœlestes, 525. Precatio non in verbis posita sed in affectu, 523. Oratio præclara, quæ perspicuam Dei notionem animæ imprimit, 73. Idque Dei inhabitatio est, 73. Hymni æqualitatem animæ conferunt, 72. Preces prævaricantis pro impuris ducuntur apud Deum, 207. Preces Judæorum Deum exasperant, 525. Nemo aptior, qui Dominum excitet, ut mare et ventos increpet, quam qui a puero pro pietate certavit, 175. In precibus communio perutilis, 240. Ad precum communionem omnes adjungendi, 262, 523. Preces si desint, qui conspirent, longe seipsis debiliores sunt, 191. Magnum est eorum, qui Deum placare possunt, auxilium, 262. Moyse attollente manus vincebat Israel, demittente prævalebat Amalec, 525. Precationem Christi oportet ad finem perduci et impleri, 86. In templo Dei quanta modestia servanda, 523. Quidam arridentes et jungentes dextras domum Dei in locum loquacitatis vertunt, 525. In precibus operiebantur Neocæsarienses, 312. Preces sunt opus ad quod Dominus episcopos destinavit, 244. Glorificandi Dei cum Spiritu consuetudo in toto Occidente et Oriente, 63. Glorificatio fidei consimilis esse debet, et fides baptismo, 57. Glorificandi Patris et Filii cum S. Spiritu consuetudo a majoribus tradita in Ecclesiis non corruptis permanet, 57, 60. Hanc Basilius veluti paternam hæreditatem conservabat, 57, 60. A viro acceperat, diu in servitio Dei versato, 57, 60.

Preces stando fiunt per totum Pentecostes tempus, 56. Precantur versi ad Orientem Christiani, cui antiquam patriam requirunt, nempe paradisum, 56, 154. Erecti precantur Christiani die Dominico non solum ob resurrectionem, sed etiam, quia is dies imago est futuri sæculi, 56. Visum est Patribus vespertini luminis gratiam silentio non accipere, 62. Quis auctor verborum in gratiarum actione ad lucernas dici non potest, 62. Populus antiquam hanc vocem proferebat : *Laudamus Patrem et Filium et Spiritum sanctum Dei*, 62. Preces in Ecclesia pro peregrinantibus et militibus, pro iis qui ob Domini nomen libere loquuntur, et pro iis qui spiritales fructus edunt, 244. Rogat Eusebium Basilius, ut in conventu jubeat sui mentionem fieri, ac ipse pro se precetur et populum sibi adjungat, 250. Cæsarienses Deum placant Spiritus sancti oraculis, non humanis verbis, 311. Cæsareæ populus de nocte surgit, et in lacrymis confitetur Deo, 311. A precatione surgentes psallunt, nunc alternis, nunc uno incipiente, et cæteris succinentibus, 311. Die illucescente psalmus confessionis cantatur, 311. Hæc instituta vituperantur a Neocæsariensibus, 310. Sed tamen vigent in Ægypto, utraque Libya, apud Thebæos, Palæstinos, Arabes, Phœnices, Syros et qui ad Euphratem habitant, 310. Uno verbo apud omnes, apud quos vigiliæ et communes psalmodiæ in pretio, 310.

Presbyteri laboris evangelici episcoporum consortes, 346. Propter presbyteri dignitatem Basilius in parentis loco constitutus, 114. In presbyteri dignitate collocatus a Domino, 114. Presbyterii consessus, 174. Presbyteri ministros in clerum arbitrio suo recipiebant, 148, 149. Hunc abusum Basilius abrogat, 148, 149. Presbyteri Tarsenses plebem regunt, ab Ariano episcopo separati, 206, 207. Presbyter Basilius a tributis immunis, 115. Presbyter domus, in qua nutritus Basilius, mercede pacta colonus, 114, 115. Presbyter, qui inscius lapsus est, caret sanctificatione, 294. Nec publice nec privatim benedicat, 294.

Princeps verus non ab insignibus dignoscitur, sed ab imperatoria virtute, 554. Servus peccati non idoneus ad imperandum, 554.

Principalis, 443. Principalis Neocæsareæ, 156. Sebastiæ, 441.

Promissa violare hominum est versipellium et impudentium, 201.

Prophetæ. In prophetis falsis spiritus mendax, 317. Propheticum donum non illucescit nisi mentibus intaminatis, 317.

Propositum. Non in proposito solo consistit exitus, 125. Nulla utilitas non currentibus ad finem propositi, 125.

Prosperæ res. In prosperis rebus ratio modum animabus nostris præstituat, 77.

Protagoræ fastus et arrogantia, 226.

Proteus Ægyptius sophista, 175.

Providentia Dei in ipsis animalibus brutis elucet, 581, 582, 583. Non idcirco vituperandus quod nonnulla venenata produxerit, 583. Quæcunque patimur, divina ordinatione patimur, 583. Ad Providentiæ particulares rationes respiciens Paulus contremiscit, 557. Deus omnia in pondere et mensura nobis definit, 332. Omnia in sapientia moderatur, 443. Quæ molesta esse videntur, ea ad multorum utilitatem dispensat, 408. Citra Providentiam nostra non fiunt, 79. Quidquid accidit Dei voluntate accidit, cujus judicia explorare non possumus, 79. Vitæ nostræ moderator Dominus ad utilitatem nostram omnes eventus disponit, 196. Calamitates non frustra accidunt servis Dei, sed ad probationem veræ dilectionis, 197. Etsi rationes eorum quæ eveniunt ignoramus, persuasum nobis esse

Digitized by Google

debet, omnino utile esse quod evenit, 197. Providentiam divinam non possumus eminus intueri, 78, 443. Molesta ferimus, dum ad bonum finem deducimur, 78, 443. Insectias nostras tolerat Dominus, 78, 443. Arcano Dei judicio ascribunt Orientales, quod auxilium ab Occidentalibus non acceperint, 184. Deus nostra melius moderatur, quam nos ipsi eligere possimus, 70. Nescimus eligere quæ nobis utilia sunt, 79. In omnibus Dei in nos amorem adorare debemus, nec ægre ferre quæ accidunt, 78. Novit Deus quomodo unicuique dividat quod utile est, 78. Mediis rebus et indifferentibus alium quam Deum præficere absurdum est et impium, 364. Est causa aliqua hominibus indeprehensa, cur alii citius hinc abripiantur, alii diutius maneant, 78. Dominus operatur miracula, 252. Asinæ pereunt, ut rex Israel fiat, 252.

Prudentia duplex, 579.

Psalmi. In Psalmis cur dogmatibus admista harmoniæ dulcedo, 477. Psallendi mos, 311. Psalmodiæ communes, 311. In psallendo desidia quomodo curanda, 481.

Ptochotrophii a Basilio ædificati descriptio, 188. Ejusdem memoria, 263. Ptochotrophia plura Amaseæ exstructa, 235. Ptochotrophium unum in aliquo ex pagis chorepiscopo commissis, 235. Regitur a chorepiscopo, 235. Ptochotrophia ut vectigalibus immunia sint, postulat Basilius, 235, 256.

Publica negotia molesta iis qui perfunctorie id agunt, 122. Secus iis qui diligentiam habent, 122.

Pugiles generosi non egent puerorum acclamatione, 159.

Pulchri viri. A pulchris omnia aiunt cum pulchritudinis accessione fieri, 98. Nec dolere nec irasci eos dedecet, 98.

Putei hausti meliores fiunt, 242.

Pythagoræ dictum quoddam, 572. Pythagoræorum Tetractys, 98.

Pythonissa animas evocat Sauli, easque deos appellat, 979.

Q

Quadruplum, 98.

Quæstiones nonnullæ videntur minutæ, sed tamen negligendæ non sunt, 2. Verbis exiguæ sunt, sed rebus magnæ, 3. Basilium non pudet in ejusmodi rebus operam ponere, 3. Bona fide interrogantibus libenter respondendum, 2. Quæstiones multi proponunt dolose et fraudulenter, ut ansam arripiant belli inferendi, 2.

Qualitatis expers Deus, 82.

Quantitas. Ex corporibus alia numeramus, alia libramus, alia metimur, 37. Signis ad quantitatis notitiam excogitatis non immutatur natura eorum quæ signata sunt, 37.

Quercus Mambre, 129.

Quies et tranquillitas jucundissimus omnium fructuum, 94.

Quis. Vox illa, *quis*, rem difficilem et raram indicat, 7.

R

Raptus tyrannis est in genus humanum, 416. Raptor tres annos arcetur a precibus et excommunicatus denuntiatur, 416. Qui adjuverunt tres annos cum familiis arcentur a precibus, 417. Pagus qui raptam recepit, aut custodivit, aut ad retinendam pugnavit, arcetur a precibus, 417. Raptorem omnes ut serpentem et communem hostem insectari debent, 417. Raptoribus et eorum adjutoribus tres anni decernuntur extra preces, 295. Quod violenter non fit, non reprehenditur, si nec stuprum nec furtum præcesserit, 295. Simulationum et prætextuum ratio non habetur, 295. Raptus simulatio in vidua ancilla non punitur, 525. Imponitur digamiæ pœna, 525. Triennium puellis, quæ præter patris sententiam secutæ sunt, 295.

Ratio supremum locum sortita tanquam judex, 579 Donum Dei cordibus nostris inditum, 77. Ratio et in prosperis rebus modum lætitiæ præstituere debet, et in adversis dolori, 77. Rationalis creaturæ proprius et naturalis finis, Deus, 19.

Regeneratio comparari non potest nisi inter priorem et posteriorem vitam mors intercedat, 28, 29.

Regna a Deo dantur, 287.

Regula vivendi, non consuetudo, sed præceptum Domini, 309.

Reliquiæ martyrum, 142. Debita illis reverentia, 288. Reliquiæ sanctorum pretiosæ, 536. Insidet gratia ossibus martyrum quæ qui tangit, particeps fit sanctitatis, 536. De reliquiis ut certo constaret, quanta adhibita diligentia, 289. Justorum corporis vel umbra quovis honore apud pios digna, 107.

Reordinare nullus ausus est hæreticus, 222.

Repudii libellus, 342.

Resurrectio mortuorum duplici modo intelligitur, 41. Quod resurrectio dicitur apud Paulum, renovatio vocatur a Davide, 88. Resurrectio vocatur transitus a materiali cognitione ad immaterialem contemplationem, 85. Resurrectio ex mortuis vocatur creatio, 88. Resurrectio mortuorum per Spiritum sanctum, 41. Resurrectionis dogma consolari debet in charorum morte, 438. Resurrectionis argumentum in bombycis mutatione, 581. De resurrectione Judaice sentiebat Apolinarius, 406.

Reverentia erga omnes ostendenda, 99.

Ritus Ecclesiæ apostoli et Patres ab initio præscripserunt, 55. Cur certi quidam ritus instituti, noverant pauci, 56.

Romanus episcopus Occidentalium coryphæus, 568. Apud Romanos vetita rebaptizatio, 296. Romanis præsertim episcopis usitatum fuit alias Ecclesias per litteras et legatos consolari et juvare, 164. Dionysius Romanus misit in Cappadociam qui captivos redimerent, 164. Basilius hanc unam novit auxilii viam, ut Romam mittatur, 159 Unicam malorum solutionem exspectant Orientales, visitationem Romanorum pontificum, 164. Romæ episcopo scribere statuit Basilius, eique consilium dare, ut, ipse negotium suo marte aggrediatur, 162. Occidentales mittunt in Orientem Sabinum diaconum cum synodico scripto continente quæ in Romana synodo decreta fuerant, 181, 182, 184, 186. Censet Basilius tanquam a communi synodi mittendum, qui secundas litteras in Occidentem ferant, 180. Magni interest ut sciant Romani episcopi, quibuscum in Oriente communicare debeant, 164. Communionem suam facile concedunt Occidentales, 221. Eorum litteras sibi mutuo objiciunt, qui inter se dissentiunt, 221. Romani episcopi Arium in omnibus litteris anathematizare non cessant, 162. Ad Marcellum nusquam reprobare visi sunt, 163. Litteris rursum mittendis Romam cum subscriptionibus episcoporum deliberatur, 211, 212. Non reperit Basilius quid scribendum sit 211. Non valde probat legatos mitti in Occidentem, 246. Romanis Basilii scripta non placent, 230. Rejecta reportantur per Evagrium, 230. Evagrius postulat ut epistola scribatur ab ipsis Romanis dictata, et legati auctoritate prædita mittantur, 230. Legationem mitti non probat Basilius, 368. Queritur quod nec veritatem norint nec discere velint, 368. Scribere volebat privatim ad eorum Coryphæum, 368. Insinuasset illos de rebus Orientis nihil nosse, nec vias noscendi amplecti, 568. Queritur quod Romani episcopi altius sedeant, cum legati eos adeunt, 523. Litteræ Occidentalium quibus Paulino episcopatus attribuitur, Meletius vero non agnoscitur, 321. Res Orientis ignorant, 321. Quas qui sciunt, studio partium enarrant, 321. Orientales abesse non possunt, ob persecutionem, 376. Sed unum mittunt Dorotheum vice multorum, 376. Probe sciebant decere ut episcopi mittantur, 407. Sed tempus non sinebat, 407. Itaque mittunt duos presbyteros, qui supplere poterant quæ deerant litteris, 407. Rediens ex Occidente Sanctissimus res lætissimas nuntiavit, 589. Occidentales scripserunt Orientalibus per Dorotheum et Sanctissimum, 404. Orientis malis magnam commiserationem impenderunt, 404. Rursus scribunt Orientales per eosdem presbyteros, 405. Rogant Occidentales ut in Orientem mittant, vel saltem scribant, 405. Nominatim queruntur de Eustathio, Apolinario et Paulino, 405, 406, 407. Rogant Occidentales, ut omnibus Orientis Ecclesiis ejusmodi homines denuntient, 405. Nam Orientalium sermo suspectus, 405. At Occidentalium major erit auctoritas, et quod concordi animo decernent, ab omnibus suscipietur, 405.

Rosa initio sine spinis, 511. Rosæ adjunxit spinas natura, ut amatorii stimuli amatoribus, 457

S

Sabas (S.) cujus corpus e Scythia missum Basilio, 254, 256. Is per lignum et aquam consummatus, 255.

Sabbata sabbatorum, 535.

Sabellius Afer, 310. Ejus hæresis Judaismus est sub Christianismi specie, 277, 315. Unum hypostasi Deum in tribus personis repræsentari docuit, 322. Non rejecit personarum commentum hypostasi carens, 317. Interdum personas distinguere conabatur, 364. Sabellii pravitas corrigitur per consubstantiale, 146. Sabellianos refellenti satis est non idem esse subjecto Patrem et Filium demonstrare, 90. Ex fide Nicæna ansam arripiunt, ut hypostasim et essentiam confundant, 215. Sabellii hæresim renovare dicitur Atarbius, 218, 310, 314.

Sabinus diaconus in Orientem missus ab Occidentalibus, 180, 184.

Saccophori, 296.

Sacerdotes non debent se principes arbitrari, sed consiliarios, 570. Aliis hominibus, parentes constituit lege Christiana, 114, 420, 454.

Sacra in privatis ædibus, 295.

Sacramenta per hæreticos administrata populos asse-

Digitized by Google

faciunt impietati, 375. Vinculum sunt concordiæ cum hæreticis, 375. Sacramenta gentilia, 329.
Sacrati, 148.
Sacrificium laudis non alio offertur in loco nisi in Spiritu sancto, 52. Sacrificium Deo pretiosum, mens pia et justa, 207.
Sæculum. In sæculo quæ præclare fieri videntur, malorum multitudine obruuntur, 129.
Sagadares qui ad Danubium habitant, 125.
Salaminia navis, 453.
Salathiel et Zorobabel modo magis populari præerant, 362.
Salomonem nihil juvit sapientia et præteritus Dei amor, 126.
Samosatæ populus Basilium exspectat, ac valde dolet quod non venerit, 234. Samosatensis cleri constantia in certamine, 265. Nullibi clarior senatus ob bona opera, 266. Illius in prælio constantia, exsulante Eusebio, 266. Hujus Ecclesiæ gloria per totum orbem prædicatur, 333. Tanquam anima una gubernati in uno corpore versantur, 333. At hostis ubi videt eos persecutionem fortiter sustinere, seminat inter eos jurgia, 352. Scripsit ea de re ad illos Eusebius, 352. Hortatur etiam Basilius ut offensiones invicem dimittant, 332, 353.
Samuel. Ut Samuel ecclesiis fiat, Athanasium rogat Basilius, 139.
Sanationis dona, 111.
Sancti omnes participes effecti bonorum æternorum, 128. Sanctorum vitæ sunt simulacra quædam viva, 474. Sanctorum unumquemque Dominus postquam ætati suæ sivit inservire, congruis temporibus ad se revocat, 108. Cum sanctis versari longe utilissimum, 81.
Sanctissimus presbyter ex Oriente venit in Cappadociam et Armeniam, 211, 212. Diu apud Meletium moratur, 221. Chartam circumfert ad scriptiones, 221. Redit in Orientem, 225. Defert epistolam Basilii, 225. Peragrat Orientem et subscriptiones colligit, 368. In Occidente rerum statum diligentissime perspexit, 339. Cæteri res ex dimidio narraverant, ipse vero accuratius, 389. Nuntiavit magnum esse totius Occidentis in Orientales amorem, 389, 390. Iterum mittitur, 405, 407.
Sanctitas essentiæ Spiritus sancti insita, 248. Sanctitas creaturæ extrinsecus inducitur, 40. In solo Deo completiva est naturæ, 40, 48. Quidquid habet sanctitatem adventitiam, capax est malitiæ, 82, 87. Hinc potentia adversa e cœlo lapsa, 87. Sanctitatis fons Filius et Spiritus sanctus, 82. Sanctitas omnis a Spiritu sancto, 248. Sine sanctimonia nemo Deum videbit, 148.
Sanguinis baptismus, 30.
Sapientia extranea, 81. Ornamentum quoddam animæ præstat, 585. Sapientiæ, quæ a Deo infatuata est, disciplinæ, 337
Sapor rex Persarum, Darii nepos, 123.
Saraceni Persis vicini, 123.
Satalensis Ecclesia in genua provoluta erat ob diuturnam præpositi privationem, 197. Huic Basilius episcopum dedit Pœmenium, 197, 198.
Saturninus sectæ Encratitarum episcopus, 270. Hunc Basilius in cathedram episcopalem suscepit, 270.
Saturninus comes, 223.
Saul. In Saule non permansit Spiritus sanctus, 51. Saulis invidia, 569.
Sauromata, 449.
Scandalum. Monachi lapsus ad apostolos usque ipsumque Dominum dedecus transmittit, 134. Christiana religio a Judæis et gentibus in scenis luditur, 134. Metus fortioribus monachis injectus : negligentes ad incontinentiæ exemplum traducti, 134. Ascetica vita omnibus suspecta ob lapsum nonnullorum, 211. Risum movet ascetarum peccatum his qui piam vitam exsecrantur, 211. Dolet Basilius, quod episcoporum secum dissidia civitates et populos lædant, 154, 155. Quæ a nonnullis recte geruntur, aliis sunt occasio peccandi, 149.
Scarus solus inter pisces ruminat, 582.
Schisma est de pœnitentia ab Ecclesia dissentire 269. Schismata comprimere rès difficillima, 245. Suspiciones et jurgia tolli non possunt, nisi sit aliquis pacis sequester auctoritate pollens, 245. Schismatibus si quis delectetur, omnium est mortalium absurdissimus, 248.
Scientiæ fores pulsandæ, 85. Scire dicitur de seipso Deus id quod est, et nescire quod non est, 85.
Scribere noxas, 104. Scribere in cera non potest, qui jam insitas litteras non deleverit, 72. Scripti alicujus judex, scriptoris facultate inferior esse non debet, 305. Scribendi simplex ac non elaboratum genus convenit Christiano, 226. Christiani non gloriæ studio ad scribendum duci debent, sed ut utilia documenta relinquant fraternitati, 226. Non omnino decorum est homines vituperare omissis rebus, 226. Scribendi recte regulæ, 451, 452.
Scriptura. Ex Scripturis solatium habens nemine indiget, ad ea quæ decent perspicienda, 424. In Scripturis meditandis puellæ debent vitam degere, 434. Ut mens crescat et adolescat magis quam corpus, 434. Scriptura rum doctrina semper utilis, sed maxime molestis temporibus, 415. Scripturarum lectio utilis ascetis, maxime Novi Testamenti, 127. Nam sæpe ex Veteri oritur detrimentum mentibus infirmis, 127. In Scripturis multa peccatorum remedia et conversionis exempla, 138. Sanctorum exempla, tanquam animata quædam simulacra, proponuntur, 73. Tanquam in communi medicinæ officina, suæ quisque infirmitati remedia invenit, 73. Scripturarum meditatio, maxima ad officii investigationem via, 72. In his et præcepta et exempla, 72. Scripturæ omnes libros Esdras, Deo jubente, eructavit, 129. Scripturæ testimonia, ceu jacula quædam hæretici in cœlum vibrant, 83. Ex Scripturis sanctis hæretici non docent animas simpliciores, sed sapientia extranea circumveniunt veritatem, 81. Scripturæ, divinitus inspiratæ, 72, 277. Scriptura et apostolicæ traditiones controversiarum judices, 66. Postulat Basilius ut Scriptura inter se et adversaries arbitra sit, 277. Scripturæ obscuritas difficilem reddens dogmatum sententiam, idque ad legentium utilitatem, 55, 56. Hæc obscuritas est quædam silentii species, 55, 56. Velamini imposito super faciem Mosis respondet legalium documentorum obscuritas, 44, 45. Qui autem aufert litteram et convertit se ad Spiritum, glorificatam habet faciem, 44, 45. Scripturæ silentium non dat licentiam, 250? Quod Scriptura tacet, id per consecutionem colligere, legislatoris est, non legem recitantis, 250. Moyses non vetat eadem pellice uti patrem et filium, 250. Ea potissimum vetat peccata, quæ apud gentes solebant perpetrari, 250. Hinc non vetat nuptias cum sorore uxoris mortuæ, 250. Vetat cum duabus sororibus viventibus, quia exemplum patriarchæ noxium esse poterat, 250. Scriptura generatim impuritates vituperat, 250. Nec honestatem suam rerum turpium appellationibus fœdat, 250. Sæpe transfert nomina corporalia ad intelligentias spirituales, 52. Mosis nomine lex significari solet, 27. Scriptura illud *ex quo* sæpe ad causam supremam refert, 5. Sæpe etiam attribuit materiæ, 6. In Scripturis testes angeli interdum citantur, 24, 25. Sæpe enim conservus testis adducitur apud mansuetum judicem, 24 Mos est sanctis Dei præcepta adhibitis testibus tradere, 24. Imo cœlum et terram inclamant, 24. Jesu Nave etiam lapidem testem statuit, 25.
Scurrilia non proferenda, 99.
Scylla in muliebri forma caninam habens feritatem, 237.
Scytale Laconica, 75.
Scytha, 449. Scythæ, 169. In Scythia persecutio martyres facit, 245.
Sebastiæ principalis, 441. Sebasteni presbyteri ab Eustathii communione discedunt, et a Basilio ecclesiasticam curam exposcunt, 230. Sebastiæ communicatores suos habet Basilius, 365. Omnes curiæ addicuntur, 365.
Seleucia, ibi edita fidei formula, 381.
Seleucidis avis insatiabilis cupiditas, 501.
Semen veræ dilectionis in solatium Ecclesiis servatum, 104.
Senem plus commendat senectus mentis quam canities, 587. Seni vitioso præferendus juvenis mente canus, 587. Senes adolescentibus parentes constituti a communi hominum lege, 420.
Sensus nemo docet ut operentur, 89. In sensibus omnibus tactus dominatur, 594. In aspectu quidam est tactus, 601. Sensibus omnibus invigilandum, tactui et gustui præsertim, 593, 594. Item aliis sensibus, 600.
Sepulcrorum effossoribus anni decem pœnitentiæ, 327.
Sermo animi imago, 90, 253, 480, 585. Pectus designat, ut fontem rivulus, 225. Sermo vitæ indicium, 451. Sermonis naturale munus, 477. Sermo medicus calamitatis, 109. Sermones naturam habent alatam, 451. Fructus sunt hiemis, 93. Sermones longi inutiles, ubi factis purgare se aliquis debet, 149. Sermone quomodo utendum, 480. Sermone non inscite utendum est, 73. Quomodo interro gandum et respondendum, 73. Modus loquendi et audiendi tenendus, 73. Sonus vocis mediocris præferendus, 74. Expendendum prius quid dicturus sis, ac ita edendum, 74. In sermone multus esse non debet asceta, non præceps verbis, 127. Paratus semper non ad docendum, sed ad discendum, 127. Non de operibus peccatorum loquatur, sed potius de justorum vita curiose inquirat, 127. In sermone semper asperitas fugienda, 74. Sermo noster de Christo esse debet, 247. In sermone omni habendum ante oculos Christi judicium, 237. Sermo verus et simplex quantum differt a vario et artificioso, 475. Sermo otiosus est, qui nec ad utilitatem audientium, nec ad necessarium et concessum a Deo usum pertinet, 99. Sermonibus facetis non

Digitized by Google

accupanda voluptas, sed benigna adhortatione lenitas obtinenda, 74. Sermonibus pravis assuescere via est ad facta, 475. Sermonis gratia ad obediendum fidei inter gentes, 62.

Serpens quomodo senectam exuit, 474. Serpens super vexillo positus figura Christi patientis, 26.

Servitus inde orta quod nonnulli vel potentia oppressi, vel ob paupertatem in servitutem redacti, vel deteriores melioribus addicti, 43. Beneficium dicenda hæc postrema servitus, 43. Hanc ob causam Jacob dominus Esau : Chanaan servit fratribus suis, 43. Ubi servitus ibi ignominia, 533. Dei servum esse maxima hominis gloria, 554. Servus inter homines natura nullus est, 42. Omnes natura conservi sumus Dei, 43.

Severus episcopus, 274. Cyriacum presbyterum ordinavit, 274. Jurejurando obstrinxit se Mindanis permansurum, 274. Postea illum transtulit in agrum Mestiæ chorepiscopo subjectum, 274. Censet Basilius ad jurisjurandi observationem, ut ager ille eidem ac Miudana chorepiscopo subjiciatur, 275.

Severus chorepiscopus, 217.

Siculi cum Basilio communicant, 307.

Sigillum Patri æquale Filius, 54.

Signum in Scripturis crucem designat, 400. Signa non apparentium sunt ea quæ apparent, 102.

Silentium Scripturæ non dat licentiam, 250.

Silvanus Tarsensis, 160. Litteras attulit Roma, quibus episcopatus sancti Meletii confirmabatur, 160. Silvanum Eustathius et Basilius simul visitarunt, 539. Illius alumnus Diodorus presbyter, 378. Silvano mortuo ecclesiam occupant Ariani, 113.

Silvanus presbyter et monachus, 390.

Silvinus diaconus et monachus, 390.

Simile et dissimile rejicit Basilius in Trinitate, 82. Simile secundum essentiam, si addatur *citra ullam differentiam*, non discrepat a consubstantiali, 91. Secus vero suspecta vox Basilio, 91. Simile concipitur etiam in obscuris imaginibus et ab exemplari dissidentibus, 91.

Simonia quam grave peccatum, 147, 148. Levius delinquit qui præ inscitia emere vult, quam qui vendit Dei donum, 147. *Vide* Ordinationes.

Simonides, 169.

Simplex non est quidquid numero unum est, 81, 82. Quidquid constat ex essentia et sanctitate, 188. Quidquid comprehendi potest, 82. Simplex non est angeli natura, 82. Simplicis essentiæ insigne monas et unitas, 82.

Simplicia, dives mulier ac eleemosynas profundens, 208. Sed paucis bonis decuplam malitiam admiscens, 208. Basilium docere ausa fuerat, et de extrema die admonere, 208. Eunuchorum iracundiam in eum excitavit, 208.

Simplicitas quædam Christianis non congruens, 152.

Simulacra quædam animata et actuosa sunt sanctorum exempla, 73.

Simulatio aulica, 122.

Simultas privata præfertur publico bello, 66. Ex simultate nihil faciendum, 100.

Socrates, 519.

Sol intelligibilis Christus, 86. Cum sole comparatur Spiritus sanctus. 20.

Solemnia perfecta Domino celebrare, 92.

Solitariæ vitæ præcepta, 130, 151. Solitudo necessaria ut mens pacata et quieta sit, 71. In solitudine tentatio obtentu majoris in mundo utilitatis, 128. Quomodo hæc tentatio vincenda, 128, 129, 130. In solitudine penuria doctrinæ, sejunctio a fratribus, 128. In solitudine Dominus versatus est, 129. Christus solitudinis amator, 130. Solitudo plurimum adjuvat ad pravarum consuetudinum oblivionem, 72. Plurimorum incommodorum una vitatio est, secessus a toto mundo, 71. Qui relinquunt urbes nec semetipsos relinquunt, similes sunt hominibus e magna navi in lembum transeuntibus et ubique nauseantibus, 71. In solitudinibus errantes prophetæ, 130. Latitare in vita unum ex primariis bonis, 91. Urbium commoratione multos malignus decipit, 81. Asceta non sit sui ostendendi cupidus, non domos aut pagos circumcurset, 127. Si quis ad se vocet ut ægrotos sanet, sciat is, precante asceta, quocunque in loco fuerit, sanatum iri ægrotum credentem, 127. Locus aliquis esse debet ab omni hominum commercio remotus, 72. Asceta non sit amator turbæ, nec ruris, nec civitatum, sed solitudinis, 127. Recedens a loco suo fortasse a moribus suis recedet, 127. Quies animæ expurgationis principium, 72. Mens, quæ per sensus in mundum non diffunditur, ad se redit et ad Dei cognitionem ascendit 72. Secessus a mundo non est extra ipsum esse, sed animam a corporeis affectionibus avellere, 71.

Solium vocatur regia dignitas, 362.

Solus interdum de uno aliquo homine, interdum de universa natura dicitur, 82. Cum dicitur de Deo, essentia intelligenda, 82.

Somnium omne non est prophetia, 317. Per somnium visæ res desideratæ aliquid afferunt solatii, 247. Somnium interpretatur Basilius, 424. Somnia mensium, quibus folia cadunt, 310. Per somnia diabolus animas invadit, 318. Somnia vestigia diurnarum cogitationum, 524. Somnia homines mercede conducti fingunt Neocæsareæ adversus Basilium, 313, 314, 317. Capita vino gravata vapor exæstuans in somnia et visa impellit, 315. Noctes diurnas curas excipientes, iisdem speciebus animam decipiunt, 71. Nocturnæ imagines ex ventris satietate nascuntur, 101.

Somnus altior aditum præbet imaginibus a ratione alienis, 75. Quotidianæ morti addicit ita dormientes, 75. Somni leves esse debent et de industria magnarum rerum cogitatione interrumpi, 75.

Sophistæ lingua, si nemo adsit, secum ipsa loquetur, 97. Non magis tacebit, quam lusciniæ verno tempore, 97. Sophistarum ars est ex sermonibus quæstum facere, 429. Sophistæ proprium parva ex magnis et magna ex parvis facere, 455.

Sophronius episcopus, 260. Idem sentit ac Basilius, et Patrum fidem defendit, 260.

Sophronius magister officiorum, 171, 189, 263, 289. Innumeros Basilii causa beneficiis affecit, 171, 189, 263, 289, 265. De Basilio et patria bene meritus, 418. Basilio a teneris amicus, 111. Ei neminem Basilius in amicitia prætulit, 418. Vir gravitate morum conspicuus, 418. Quidam ei persuadent Basilium ipsi amicum non esse, 418. Celerrime conficit quod Basilius petierat, 285. Duplex beneficium videtur sibi accipere, cum Basilius scribit et aliquid petit, 285.

Sophronius Eustathii discipulus, 211. Hunc filium appellat Basilius, 199.

Soranus Scythiæ dux Basilii consanguineus, 244. Ob Domini nomen libere locutus est, 244. Juvabat eos qui persecutionem ob Domini nomen patiebantur, 245. Pro fide certamina sustinuit, 256. Spiritus dona in Sorano, 255 Respondet ejus querelis Basilius, 244. Petit ab eo reliquias martyrum, 245. Mittit Soranus corpus S. Sabæ, 256.

Sozopolitani, 401. Nonnulli in hac urbe carnem Christi negant, 401, 402. Et affectus humanos in divinitatem conferunt, 402.

Spartiatis reis magnus terror, Scytale Laconica, 75.

Spectabilis tribunus, 124.

Speculum sordidum non potest excipere imaginum species, 317.

Spes omnem hominum vitam continent et consociant, 96. Spes vigilantium somnia, 93. Spes in Domino omnium rerum fortissima, 236. Spes in rebus terrenis aut mentiuntur, aut cito spe altera opus est, 96. Secus ubi pro pietate laboratur, 96. Spes in Deo collocanda, 262. Certo sciendum fore ut Deus statim nos audiat si sincere ad eum convertamur, 262. Sollicitudo bona est, sed desperare et de salute diffidere, res noxiæ, 139, 262, 523. Paratus animarum medicus morbum sanare, 139 Ut alium quam Deum colere, ita in alio nefas sperare, 554. Jonas salutem consecutus, quia non desperavit, sed clamavit ad Dominum, 371. Spes post afflictiones, nec longe absunt quæ sperantur, 253. Deus potest nos ex iis, quæ inextricabilia sunt solvere, 232. Deus exitum dat ex omni afflictione his qui in ipso sperant, 371.

Spiritus sanctus vocatur Spiritus, ut Spiritus Deus, 40. Sanctus, non aliunde accepta sanctimonia, sed sanctitas ejus naturæ completiva est, 40. Bonus sicut Pater bonus est, rectus, Paracletus, etc., 40. Spiritus sanctus propria illius appellatio, 40. Hac appellatione necesse est substantiam intelligentem, infinitam, incircumscriptam cogitare, 40. Spiritus variæ appellationes, 19. Spiritus non est halitus partibus respiratoriis efflatus, sed Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, 32, 58. Spiritus sanctus Deus est, 81, 83, 88. Vox illa displicere non debet hæreticis, 81, 83, 88. Templum Spiritus sumus, ergo Deus est, sive ut inhabitans, sive ut templi conditor, 45, 88. Deus in prophetis per prophetiam quæ est donum Spiritus, 30, 31. Scriptura divinitus inspirata quia a Spiritu, 45. Si cætera nomina Spiritui sancto communia cum Patre et Filio, absurdum est eum, a solo divinitatis nomine arcere, 278, 279. Spiritum in Scriptura Dominum vocari multis probatur exemplis, 44, 45. Spiritus divinitas probatur ex ejus nominibus, ex operationum magnitudine, et ex beneficiis quæ in nos confert, 40. Loquitur, mittit, deducit ut ipse Deus, 41, 42. Grande nefas eum irritare, eique resistere, 42. Unus est, ac singulariter profertur, 58. Non unus e multis, sed unus ut Pater et Filius, 58. Tantum distans a creaturis, quantum singulare a collectivis. Cui-

Digitized by Google

tus cum Patre et Filio, ut unitas cum unitate, 38. Eadem in Spiritum sanctum et in Deum peccata ex verbis Petri ad Sapphiram, 31. Per se complet Trinitatem, 38. Patri conjunctus in omnibus, 200. Quemadmodum se habet Filius ad Patrem, ita Spiritus ad Filium, 36. Spiritus sanctus ex Deo, non tanquam ex Deo omnia, sed tanquam ex Deo procedens, 38. Cum Patre et Filio numeratur, quia supra rem creatam est, 146. Filio cohæret et cum eo sine intervallo concipitur, 117. Christi Spiritus est, 118. Tanquam illi natura conjunctus, 39. Regalis dignitas a Patre per Filium ad Spiritum permanat, 59. Si non est ex Deo, est autem per Christum; non est, 146. Spiritus gladius vocatur verbum Dei; ergo ejusdem naturæ Spiritus ac Verbum, 88. Spiritus novit profunda Dei, ergo non est res creata, 48. In omnibus inseparabilis a Patre et Filio, 30. Velut sol, purum nactus oculum, ostendit in seipso imaginem invisibilis, 19, 20. In hac imagine archetypum cernimus, 19, 20, 39. Ut Paracletus Paracleti imaginem in se exprimit, 19, 20, 39. Spiritus potentia incomprehensibilis, 40. Quis adeo demens ut compositum ac non simplicem dicat? 88. Illius mutabilem essentiam hæretici dicere non audent, 87. Secundum essentiam sanctus est, et fons sanctitatis, 38, 87, 218. Dominum solus digne glorificat, 39. Ipse per testimonium Filii glorificatur, 39. Filius exsistentiæ modus ineffabilis est, 58. Si Spiritus creatura, finita illius erit natura, 88. Imo neque simplex erit, sed compositus ac unus numero, 88. Nec consubstantialis Deo, 87. Spiritus sancti discrimen a rebus creatis, 218. Non circumscribitur loco, 46. Natura bonus, 48. Natura inaccessus, sed capi potest ob benignitatem, 19. Instar radii solaris, sic unicuique adest quasi soli, 20. Non dicitur ingenitus, 216. Ex Deo est citra creationem, quia ex Deo procedit, 216. De Spiritu sancto communes notiones supremam naturam exhibent, 19. Eodem modo se habet erga Deum, quo spiritus, qui est in homine erga hominem, 34, 42. Dei digitus dicitur, 89. In omni operatione inseparabilis a Patre et Filio, 31. Cum Patre et Filio conjunctus in creatione, 31. Conjunctus divinitati in professione fidei, in baptismo, in operatione virtutum, in inhabitatione sanctorum, in beneficiis, 47. A Spiritu sancto omnia ex æquo peraguntur ac a Patre et Filio, 280, 281. Spiritus sanctus recte dicitur inesse creaturis; at melius esse cum Patre et Filio, 53. Cum Patre et Filio conjungitur, propter naturæ communionem, 23, 24. Spiritus cum Patre conjunctionem Dominus tradidit, ut necessarium ac salutare dogma, 21. Si Spiritus non est inter creaturas, collocandus cum Patre et Filio, 48. Christi carni adfuit, factus unctio et inseparabiliter conjunctus, 53. Indivulse adfuit in omni actione, miracula edenti, tentato, resurgenti, 33. Christi adventum præcurrit: in carne ei adfuit inseparabiliter, 41. Beneficia a Spiritu sancto data tum in præsenti vita tum in futura, 50.

Spiritus sanctus operatur in tribus creationis generibus, productione ex nihilo, mutatione in melius ex pejore, resurrectione, 88. Absque Spiritu non est sanctificatio, 19, 218, 280, 326. Spiritus sancti operationes ineffabiles sunt et innumerabiles, 41. Comprehendi non possunt illius operationes ante creaturam intelligibilem, 41. Per Spiritus gratiam factæ sunt circa hominem dispensationes Dei et Salvatoris nostri, 33. Ad Spiritum sanctum convertuntur omnia quæ egent sanctificatione, ut perveniant ad proprium naturalemque finem, 19. Vivificat cum Patre et Filio, 48. Nemo Filium adorare aut Patrem invocare potest, nisi in Spiritu sancto, 23. Si qua est gratia in aqua, non est ex ipsius natura; sed ex operatione Spiritus, 29. A Spiritu sancto corda in altum tolluntur, infirmi manu ducuntur, proficientes perficiuntur, 20. Christus renovans hominem et reddens gratiam, quam ex afflatu Dei acceptam amiseramus, insufflat et ait: *Accipite Spiritum sanctum*, 34. Per Spiritum sanctum fit nova creatio, 41. Confirmat, id est, donat immutabilitatem et soliditatem in bono, 32. Spiritu præsente sponsatus imperio diabolus, 41. Si quis regiæ imagini formam veterem reddat, tunc solum potest ad Paracletum accedere, 20. Spiritus cum anima conjunctio non fit loci propinquitate, sed recessu a cupiditatibus, 20. Spiritus vitæ liberavit nos a lege peccati, 58. Facit eos spirituales, quibus communicatur, 20. In Spiritus gratia remittuntur peccata, 41. Spiritus sanctus gratiam suam confert, ut perficiatur et compleatur angelorum substantia, 33. In creatione confirmatæ a Spiritu cœlorum virtutes, 41. Si Spiritus sanctus ab angelis discederet, omnia in eis confusa essent et perturbata, 32. Spiritus sanctus angelorum dux et chori præfectus, 53. A Spiritu sancto œconomia, quæ supra nos est, spiritualis et sensibilis creaturæ, 280. *Vide* Angeli. Spiritum sanctum mittet Deus qui creabit nos et renovabit faciem terræ, 88. Spiritus sanctus gratia perfectos efficiens, 200. Gratia sancti Spiritus, cum unicuique adsit quasi soli, omnibus sufficiens et integra infunditur, 20. Spiritus sancti dona, 20. Nempe perseverantia et similitudo cum Deo, et ut dii flamus, 20. Perficit cætera, ipse vero in nullo deficit, 19. In Spiritu Moses Deum potuit evidenter conspicere, 52. Spiritus sancti donum patefactio mysteriorum, 33. Partitionem donorum pro cujusque dignitate proprio arbitrio dispensat, 31. Per Spiritum cum Deo conjungimur, 41. Id fieri non potest nisi ab eo qui naturalem habet cum Deo societatem, 24, 87. Per Spiritum sanctum Ecclesiæ ortio et gubernatio, 54. Spiritus doni figura erat nubes, 26. Adest omnibus, at iis tantum qui puri sunt propriam exhibet virtutem, 473. Gratias verbis referre ei non possumus, 59. Superat enim omnem intellectum et sermonem, 59. Per Spiritum fructificat Evangelium, 58. Per Spiritum benedictiones patriarcharum, lex, figuræ, prophetiæ, miracula, res fortiter in bello gestæ, 33, 41. Ad Spiritum qui se convertit, similis est Mosi ex apparitione Dei glorificatam faciem habenti. 45. Spiritus sanctus locus est quodammodo eorum qui sanctificantur, 52. Ipse etiam sanctus, locus est Spiritui proprius, ejusque templum, 52. Eldad et Modad soli fuere ex Septuaginta Senioribus, in quibus permaneret Spiritus sanctus, 31. Spiritus gratiam non recipit mundus, 46. Spiritum sanctum si quis neget, ne fidem quidem in Patrem et Filium habere potest, 23. Pneumatomachis terribilis impie dictorum reddenda ratio, ob irremissibilem blasphemiam in Spiritum sanctum, 59. Spiritum servum dicere gravissima blasphemia, 42. Qui Spiritum rebus creatis connumerat, vitæ æternæ exsors est, 48. Per Spiritum resurrectio mortuorum, 87. Aderit Christo judicanti, 34. Est enim justorum corona, Spiritus gratia, quæ tunc perfectius dabitur, 34. Spiritus justorum præmium, et prima malorum condemnatio, 35. In Spiritum sanctum æque ac in Patrem et Filium baptizamur, 25. At in Moysen et nubem, ut in umbram et figuram, 25.

Spiritus sanctus non solum in appellationibus et operationibus consors Patri et Filio, sed etiam pariter intellectu incomprehensibilis, 48. Mundus eum capere non potest, et a solis sanctis per cordis puritatem videri potest, 45, 46. Spiritus gloriam commendant honor ei habitus a Domino, uniuscujusque institutio per hanc initiationem, minæ in blasphemantes, 64. Spiritus sancti non eadem fit ac angelorum mentio, 24. Spiritus commemoratur, tanquam auctor ac Dominus vitæ, angeli ut conservorum adjutores, 24. Spiritus sanctus formæ vim obtinet, quatenus vim habet perficiendi creaturam rationalem, 51. Sicut cernendi vis est in oculo, ita Spiritus gratia in anima purgata, 51. Quemadmodum ars, ita Spiritus semper adest dignis, non tamen semper operatur, 51. Quemadmodum calor et affectiones facile mobiles, ita spiritus in animabus non constantibus, 51. Quemadmodum verbum in anima, et cogitatum et pronuntiatum; ita Spiritus testimonium reddens spiritui nostro, et clamans in cordibus, 51. Quemadmodum totum in partibus, ita Spiritus dona distribuens membris, 52. Quemadmodum partes in toto, ita singuli sumus in Spiritu, 52. Syllabæ *cum* in glorificando Spiritu origo ex traditione apostolorum et Patrum, 54. Illud, *in Spiritu*, sic intelligi potest. Quemadmodum in Filio cernitur Pater, sic in Spiritu Filius, 53. Quemadmodum adorationem dicimus in Filio, tanquam in imagine, ita in Spiritu tanquam in seipso Filium repræsentante, 53, 54. Cum dicitur in Spiritu, gratia quæ est in nobis exprimitur, 57. At præpositio *cum*, dignitatem Spiritus et conjunctionem cum Patre et Filio melius exprimit, 57. Spiritum sanctum Catholici conjungentes cum Patre et Filio nihil aliud dicunt et sentiunt, quam quod Christus ipse fecit, 21. Spiritus sanctus non est antiquior Deo, siquidem ex Deo est, 146. Neque etiam prior Filio, cum inter Patrem et Filium nihil medium sit, 146. Vide 217, 388. Spiritum glorificari sinunt Pneumatomachi modo non cum Patre et Filio, 47. Objiciunt Spiritum interpellare pro nobis, 42. At ipse Unigenitus interpellat pro nobis, 42. Cum proferuntur loca Scripturæ, in quibus Spiritus Dominus et Deus dicitur; vociferantur et lapides tollunt, 44. Nolunt gloriam dari Deo et Spiritui, sed in Spiritu, 51. Præpositio *in* nihil eis prodest, 51. Quot enim modis pronuntiari solet, totidem convenit Spiritui, 51. In Spiritu glorificando præpositio *cum* idcirco adscita a Patribus, quia non solum hypostases distinguit, ut conjunctio *et*, sed etiam conjunctionem personarum declarat, 50. Id etiam videre est in rebus humanis, 50. In eo autem differt a præpositione *in*, quod ista relationem habet ad id in quo sunt operantes, 50. Hac conditione pacisci paratus Basilius cum Pneumatomachis, ut dicant *et Spiritui*, pro *cum* Spiritu, 31. Citius linguas projiciant, quam vocem *et* recipiant, 31. Inde bellum inexpiabile, 31. De Spiritu sancto prætermissa quæstio a Nicænis Patribus, eo quod nemo contradiceret, 216, 218, 393. Qui conjungi volunt cum fratribus, fateantur Spiritum

Digitized by Google

sanctum dici creaturam non oportere, nec cum iis qui dicunt, communicandum, 200, 206, 207, 216. Glorificatio addita, 216, 248, 393 Spiritus, etsi non admiscetur indignis, adest tamen aliquo modo semel baptizatis, 34. In extremo judicio, penitus separabitur a malis, 34. Hinc in inferno nulla confessio, cum jam non adsit Spiritus sancti auxilium, 34.

Spiritus mendax in falsis prophetis, 317. Spiritus aerii aura exigua suscepta in peccatum virgo impulsa est, 156. Spiritus nequitiæ procellas in Ecclesiam excitant, 371.

Sponsus quo sensu dicitur Christus, 15.

Stoici sententia, 242.

Strategius presbyter, 382, 385.

Strymon jucundissimus aspicientibus, 94.

Stuprum. Quæ stuprum per vim passa est, non reprehenditur, 297.

Suadæ pharmaca, 449.

Subdiaconi vocantur ministri, 148, 149. Sacratorum numero ascribuntur, 148. Multi in singulis pagis, 148.

Subnumeratio commentum a Pneumatomachis e mundi sapientia desumptum, 35.

Sulpicius in Galatia magistratum gerens, 444. Ab eo Basilius multa accepit beneficia, 444.

Superbia dignitas videri non debet, 368 Superbiæ peccatum vel unicum id valet, ut inimicos Deo efficiat, 368.

Supplicantes prætendere aliquid manibus solebant, 203.

Susario nihil ignoravit, 461.

Suspensionis exemplum in lectore, 327.

Suspiciones. Qui suspiciones falsas in seipsis habent, non ducuntur a Spiritu sancto, 340.

Suspirium ex corde ductum consolatur afflictos, 183.

Symbola militaria, 65.

Sympius, 283.

Synaxes intermissæ in Valentis persecutione, 374.

Synodus, idem ac Ecclesia, 425.

Syria. In Syria quidquid est reliqui cum Basilio communicat, 307. Syriæ urbes maximæ sub Valente persecutionem passæ, 266.

T

Tarsus civitas tam opportune sita, ut Isauros, Cilices, Cappadoces ac Syros per seipsam conjungat, 113. Hanc Ariani invadunt, 113. Tarsenses presbyteri orthodoxos regebant, ab episcopo Ariano separati, 205, 206, 207. Inter eos aliqua oritur dissensio, 207. Hanc Basilius componere conatur, 207.

Tatianus presbyter Myrensis, 331.

Taurus ferri ferax, 205.

Telmesus, 331.

Templum omne Dei templum est, 88. Templum esse non possemus sancti Spiritus, si esset servus, 45. Templum Dei quomodo efficimur, 73.

Tempus progredi lætamur, nec advertimus vitam nostram absumi, 531. Velut qui dormiunt in navigio, ita ad finem deducimur, 532. Non ea colligimus quæ nobiscum transferri possint, sed ea potius quæ gravia et hic manentia, 532. Tempus hodiernum sibi diabolus poscit, Domino crastinum, 518. Cognitionis intervalla a sole intelligibili facta, 86.

Tentationes quo plures fuerint, eo major merces, 367. Deus probat pietatis athletas, sed tentari non sinit ultra quam ferre queant, 332. Tentationibus anima assuefaciendæ, 128. Tentationes quibus fidelis probatur, 127. Tentationes quomodo vincendæ, 126. Per medios laqueos transimus, 126. Non statim ad vitæ asceticæ apicem assurgendum, satius est paulatim proficere, 126. Postquam una voluptas victa est, tunc alia debellanda, 126. Tentatio obtentu majoris in sæculo utilitatis, 128. Quomodo hæc tentatio vincenda, 128, 129, 130. Tentationi diabolicæ opponenda pia cogitatio, 128.

Terentius vir admirabilis, antiquus Basilii amicus, 157. Terentii omnis sermo et omnis actio voluntate recta ac bono consilio plena, 193. Mandatum obtinet ab imperatore, ut Basilius episcopos in Armenia constituat, 193. Iterum cogitur rerum communium curam suscipere, 320. Recesserat a publicis curis, et otium ad animæ curam impendebat, 321. Antiochiæ negotia cum summis potestatibus administrat, 321. Paulini amici conantur eum in partes suas trahere, 321. Terentii comitis filiæ diaconissæ, 199. Bonæ radicis bona germina, 199. Errori non cedunt, quamvis eas circumstet impietas, 200.

Testes angeli interdum citantur in Scripturis, 24, 25. Sæpe enim conservus testis adducitur apud mansuetum judicem, 24. Mos est sanctis Dei præcepta adhibitis testibus tradere, 24. Imo cœlum et terram inclamant, 24. Jesus Nave etiam lapidem testem statuit, 25.

Testudo viperæ carnibus satiata per origanum sibi medetur, 583.

Tetractys Pythagoræorum, 98.

Thalassius, 183.

Thecla, 447.

Theodora canonica, 260.

Theodoretus episcopus, 183.

Theodorus, 214.

Theodorus subdiaconus Samosatensis, 332.

Theodosius presbyter Nicopolitanus, 369.

Theodotus Nicopolitanus, 183, 189, 212, 366. Molesta ei conjunctio Basilii cum Eustathio, 194. Illius singulare ingenium, 194. Clamat fidem ab Eustathio adulterari, 192. Basilium invitat ad diem festum in Armenia, ut cum eo agat de Eustathio, 189. Non amplius invitat, ubi cognovit eum cum Eustathio fuisse Sebastiæ, 194. Socius adjungitur Basilio in constituendis episcopis in Armenia, 195. Promittit Basilio se illum usque ad Satala deducturum, 195. Et mutuam in omnibus operam daturum, 193. At ubi Basilium videt Nicopoli, nec ad matutinas nec ad vespertinas preces eum assumit, 193. Queritur quod Basilius ad se non scripserit de injuriis ab Eustathio acceptis, 222. Quasi res ejusmodi in indifferentibus ponat, 223.

Theodotus episcopus Berœæ, 267. Theodotus uterque 183.

Theologia, id est, Divinitatis agnitio, 58. Theologia confessio Divinitatis, 83. Cum de rebus divinis disseritur, nihil aliud exspectandum, nisi verborum inopiam objectum iri, 80. Theologicæ disputationes vituperantur, quæ humanis argumentis nituntur, 496. Theologicæ voces non perfunctorie audiendæ, 2. Quid in quaque voce et syllaba lateat perscrutari, hominum est non segnium ad pietatem, 2. Theologicarum vocum nulla adeo pusilla, ut non multum habeat in utramque partem momentum, 3. Basilius præclarum secum agi existimat, si vel minimam earum dignitatis partem assequatur, 3. Parvi pendet rideri se quod circa syllabas occupetur, 3. In minimis verbis certamen videt maximum, spe præmii non detrectat laborem, 3.

Theophilus Castabalitanus scribere non vult Basilio, ne eum episcopum salutare cogatur, 378. Mittit qui Basilio convicietur, 378. Basilium in frequentissimis conventibus dilacerat, 222. Multas molestias exhibuit Basilio, 382. Ne horam quidem ab eo amando discessit Basilius, 382. Petit ut sibi ignoscat, si cum Eustathio communicare non possit, 382.

Theophrastus diaconus, 151, 189.

Theophrastus sensit sibi deesse Platonicos lepores, 226.

Theotecnus, 421, 422.

Therasius presbyter Cæsariensis, 288.

Therasius Cappadociæ præses, vir magnus et in primis admirandus, 172. Magnæ illi curæ inciderant, 172.

Thermopylæ, 459

Thesaurorum comes, 111, 112. Thesaurorum Philippopolis præpositus, 365.

Theseus Ariadnes filum secutus, 452.

Thraciæ vicarius, 365.

Tiberina luporum et ursorum ferax, 94. Barathrum orbis terrarum, 94.

Timor. Ob timoris Dei absentiam peccare nobis contingit, 262. Insitus timor non dat locum involuntariis actionibus aut cogitationibus, 262.

Timotheus chorepiscopus, 103, 429. Is a puero vitam asceticam amplexus est, 429. Immoderationis accusabatur, 429. Primarium vitæ genus negligentem amice objurgat Basilius, 430. Munuscula illius grato animo suscipit, 430. Ponti munuscula, ceras et acopa mittet Basilius, sed tunc his carebat, 430.

Tinnitum efficit auribus utrisque rerum inopinarum auditus, 223.

Tractator præsidum, 236.

Traditiones apostolorum cum Scriptura judices controversiarum, 66. Traditiones Patrum, 373, 403. Doctrina ex Majorum traditione perpetua memoriæ serie ad nos usque servata, 67. Traditio tacita et secreta, 55 Traditio Patrum non scripta, 19. Multa in Ecclesiis sine scriptura sunt recepta, 60. Veneranda sunt vetusta dogmata ob quamdam veluti cautelam, 60. Catholici temporis diuturnitatem pro se facientem habent, 60. Tempus æstimatur in eo quod tacetur, 60. Si quis velut in tribunali, probationibus e scripto destitutus testes producat, absolvi debet, 60. In his rebus novitas, totius destructio est, 57. Apostolicum est non scriptis inhærere traditionibus, 60. Id enim commendat Apostolus, 60. Ex dogmatibus alia e scripto tradita doctrina : alia in mysterio ex traditione apostolorum, 54. Utraque vim eamdem habent ad pietatem, 54. Non deserendæ voces familiares sanctis, et ex quo nuntiatum est Evangelium, semper in Ecclesiis usitatæ, 64. Traditio non deserenda, etiamsi acuantur enses et splendescat

Digitized by Google

ignis, 63. Si consuetudines scripto non proditæ rejiciantur; Evangelium in præcipuis rebus lædetur, 54. Imo prædicatio ad nudum verbum redigetur, 54. Consuetudines ex traditione ortæ, in Sacramentis et precibus Ecclesiæ, 55, 56. Fidei professio in Patrem et Filium et Spiritum sanctum ex traditione non scripta, 57. Glorificandi Dei cum Spiritu consuetudo a patribus tradita, 60. Hanc Basilius veluti paternam hæreditatem conservabat, 60. Traditionem apostolicam evertere conantur Pneumatomachi, 21. Hinc probationes e Scriptura clamore exigunt, patrum testimonium rejicientes, 21. Comparantur cum malæ fidei debitoribus, 21. Hæretici in vetera, tanquam in obsoleta, insurgunt, et velut in vestimento novum præferunt communi, 13. Novæ hæreticis videntur voces, quibus nationes et civitates et viri Ecclesiæ columnæ testimonium perhibent, 63. Basilius objicit Pneumatomachis veteres ac beatos viros, vocibus, quibus isti reclamabant, utentes, 60 et seqq. Consuetudo Patris et Filii cum Spiritu glorificandi a majoribus orta, in Ecclesiis non corruptis permanet, 57. Laudantur qui majorum traditionem citra mutationem conservarunt, tum ruri tum in civitatibus, 13. Quod a Majoribus nostris dictum est et nos dicimus, 13. Patres Scripturæ sententiam secuti sunt, 13. Institutæ ab antiquis lucernales preces : quis earum auctor dici non potest, 62. Traditionis antiquitas etiam in rusticanæ plebis usu perspicitur, 13. Traditionis vis sæpe compulit homines suis ipsorum dogmatibus contradicere, 61

Tragœdiæ, 129.

Trajanus, 237.

Tribulationes necessariæ, ut justi probentur, 544, 548. Ex tribulatione liberat Deus sanctos, non citra probationem relinquendo, sed patientiam largiendo, 544.

Tribunus spectabilis, 124.

Tributa colligunt curiales, 177. Tributum ferri his qui Taurum incolebant, impositum, 203. Ut tributis eximantur monachi, precatur Basilius, 425.

Trigamia ex lege non contrahitur, 297. Hæc habentur ut Ecclesiæ inquinamenta, 297. Non tamen publicis condemnationibus subjiciuntur, 297. Trigamis idem canon ac digamis, servata proportione, 271. Sæpe tribus aut quatuor annis segregantur, 271. Id enim non amplius matrimonium, sed polygamia vocatur, 271. Quinque annis in Ecclesia Cæsariensi, 271. Non arcentur ab ecclesia, 272. Sed audiunt et postea consistunt, 272. Vide 329.

Trinitas. In Trinitate nulla sectio aut divisio, sed ineffabilis quædam tum societas, tum distinctio, 118. Sancta nomina, Pater et Filius et Spiritus sanctus, 37. Nullum spatium inter Patrem et Filium et Spiritum sanctum, 118. Ut in catena qui unum extremum apprehendit, alterum simul attraxit, sic qui unam personam attraxit, duas alias simul attraxit, 118. Quæ de majestate unius personæ cogitantur, eadem cogitantur de aliis duabus personis, 118. In essentiæ communitate nec cohærere nec communicari possunt, quæ considerantur in Trinitate indicia, unde proprietas personarum et differentia, 118. Unaquæque hypostasis singulariter effertur : sed non fit ab uno Deo ad multitudinem incrementum, dicendo unum, duo, tria; neque primum, secundum, ac tertium dicimus, 38. Secundum Deum nunquam aud vimus, 38. In Trinitate, velut in ænigmate, admirabilis quædam discretio conjuncta, et conjunctio discreta, 119. Id illustratur exemplo iridis, 119. Spiritus sanctus per unum Filium uni Patri copulatus, 38. Unus Deus, quamvis tres personæ, quia Deum ex Deo adoramus, 38. Tria intelligimus, mandantem Dominum, creans Verbum, Spiritum confirmantem, 32. Non tamen tres originales hypostases sunt, sed unum principium, per Filium condens, et perficiens in Spiritu, 31. Personarum confusio, Judaismus, 66. Naturarum contrarietas, paganismus, 66. Non alia gloriæ species in Patre, alia in Filio cogitanda, 120. Splendor cum gloria intelligitur, imago cum archetypo, Filius cum Patre, 13. Filius imago Patris, idem est quod exemplar, etiamsi aliud sit, 121. Filii formam qui mente concepit, hypostasis paternæ expressit effigiem, non ingeniti rationem, quæ Patris est, in effigie cernens, sed pulchritudinem ingenitam in genita intuens, 121. Si ingeniti ratio in effigie cerneretur, non jam effigies aliud esset ac exemplar, sed idem prorsus, 121. Filius tempore non posterior Patre, 10. Neque etiam hominum cogitatione posterior Patre, 10. Filii enim generationem nulla cogitatio transcendit, 11. Illud, *in principio*, nulla notio superare potest, neque ex hac voce, *erat*, cogitatio exitum reperit, 11. Filius non est dignitate inferior Patre, 11. Hunc enim Pater signavit, seque totum in eo expressit, 12. Sinus paternus, sedes est digna Filio, scabelli vero locus iis, quibus opus est subjectione, 12. Sessio a dextris naturæ firmitatem ac stabilitatem, dexter locus indicat dignitatis æqualitatem, 12, 13. Neque etiam ordine posterior Filius, tanquam inferiore loco sedens, 11. Hæc sententia Dei immensitatem everteret, et contraria esset Scripturæ Filium a dextris collocanti, 11. Unigeniti essentiæ a Patris essentia nullum prorsus discrimen, 91 Filius essentia non differt a Patre, ac proinde nec potentia, 17. Si æqualis potentia, æqualis et operatio, 17. A Patre procedentem Spiritum per se ac secum notum facit, ac solus unigenite ex ingenita luce effulsit, 117. Pater solus habet, ut nulla subsistat ex causa, 118. Qui videt Filium, videt et Patrem : non tamen figuram aut formam, sed bonitatem voluntatis, quæ cum essentia concurrens, similis est et æqualis vel potius eadem in utroque, 18. Quemadmodum in speculo qui Filium cognoverit, effigiem paternæ hypostasis per Filii notionem suscepit, 122. Ex lucis exemplo perficitur, ut Filius cum Patre indivise intelligatur, 121. Quemadmodum ex flamma splendor, nec tamen flamma posterior, 121. In angelorum creatione primaria causa est Pater, conditrix Filius, perfectrix Spiritus sanctus, 31. Spiritus sanctus in omnibus inseparabilis a Patre et Filio, 30. Spiritus sanctus in omni operatione inseparabilis a Patre et Filio, 31.

